




VIRGILIUS
OPERA OMNIA
ALDUS 1580
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE
RACCOLTA NENCINI
ALDINI
II
4
25











BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE
ALDINI
II
4
25
RACCOLTA NENCINI


OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca
Ex Libris Joannis Nencini
1874



BVC. GEOR. AENEIS

P. VIRGILII MARONIS MANTVANI

DOCTISS. VIRORVM NOTATIONIBVS ILLVSTRATA

OPERA. ET. INDVSTRIA IO. A. MEYEN BERGIZOMII BELGAE



VEN. APVD. ALDVM. CIƆ IƆ LXXX





NOBILISS. GENEROSISS. Q.

VINCENTIO GONZAGAE PRINCIPI. MANTVANO SERENISS. GVLIELMI DVCIS. MANTVAE MONTISFERRATI. ET. C. FILIO

IO. A. MEYEN. S. P.



QVAMQVAM ea ſit, generoſiſs. Princeps, humanarum litterarum natura, & cõdicio, ut, ſi quis diligentem ijs nauarit operam, humanitatis potius, probitatisq., quam maleuolentiae exercendae praebeãt occaſionem: tamen, niſi publica ſtudiorum utilitate conatus hic noſter fulciretur, nitereturque, magnopere mihi uerendum eſſet, ne, tamquam plus aequo mihi confidens, aut ſupra modum temerarius, ab omnib. politiorum litterarũ amatorib. ex cõmuni ſtudiorum palaeſtra exploderer. Nam, cum eorum, qui in tractãdis diſciplinis uerſantur, triplex fere ratio ſit, omnium plane pericu

losissima mihi contigit. Qui enim ex ingenij sui uigore, spiritusq. generositate, nouas omnino & numquam antea cognitas, aut sane a nemine ante se in lucem prolatas, pariunt disciplinas, hi ipsi in liberrimo, omniumq. latissimo campo uersantur: alij etiam, qui in eas ipsas iam inuentas, & a prioribus memoriae proditas, sua exercere uolunt ingenia (ut scilicet, si quid, aut minus dilucide & explicate; aut compressius, quam rei ratio exigebat, a primo subiecti inuestigatore pertractatum sit, id ipsum illi uberius, fusiusq. prosequantur, ac declarent) in securo, tutoque, paullo tamẽ strictiore negotio uersantur: at, si quis, quod apud alios longe, lateq. diffusum est, ἐν ἐπιτομῇ, & quasi in compendium contrahere laboret, plurima sane huic necessario faciẽda sunt, quae facta reprehensum iri, praesertim a seuerioribus illis alienorum laborum aestimatoribus, certo cognoscit. Ideoq. mihi, in periculosissimo plane, difficillimoq. loco, eiusdẽ uersari uidetur industria: quãtumuis per se facilis admodum prima fronte, & nullius plane negotij esse uideatur. Primum enim multa ei necessario sunt omittenda breuitatis consequendae caussa, quae silentio praeteriri citra reprehensionis metum non possunt: deinde, quamplurimis in locis expositiones aliorum, aut nimis strictae dilatãdae aut amplae nimis, lataeq. restringendae; &, quod omnium periculosissimũ arbitror in quibusdam etiam, aut a nonnullis, aut ab omnibus necessario dissentiendum. Constat enim in dies multa prius in obscuro posita, aut

non

non ita probe intellecta, uel temporis successu per se ipsa patefieri, uel longa ingenij inuestigatione, clarius cognosci. Vnde, cum abhinc menses aliquot, amici a me quidam, mei, quam uelim, studiosiores, publica studiorum ratione contenderent, ut ex optimis quibusque, qui in Virgilium scripserunt, commentatoribus, aut scholiographis, mediocre quoddam, & quod sua prolixitate lectori taediosum non foret, neu sua breuitate eundem remoraretur, enchiridion concinnarem, quo studiosorum animi ad excellentissimi illius poetae lectionem incitarentur, coepi equidem oneris impositi magnitudinem cum meis uiribus sollicite comparare. Atque, ubi primum ea de re mecum cogitarem, uidebar non magni laboris, nec difficilem prouinciam suscepturus. Nam cum ab aliis eadem tractata essent copiosissime, nullius omnino negotij uidebatur, aliquid in hac materia cõtexere, quod lectoribus obtruderetur. Verum, cum serio hanc rem ad animum reuocassem, occurrebãt eae, quas modo attuli, difficultates, aliaq. sane non leuia, quae me commouerent, nec quietõ esse, ac securo animo sinerent. Nam, siue susceptum munus ita exsequerer, ut aliquid forte praestitisse uideri possem, quam plurimos fore uidebam, qui laborem hunc nostrum calumniarentur: siue deficerem, non pauciores, qui temeritatem accusarent. Quae item cogitatio, ut grauissima est, ita non parum me conturbauit. Vnde parũ abfuit, quin, recusata prouincia, ad mea me studia conferrem: sed uicit promouendorum stu-

diorum ingens desiderium, quod me ad illum laborem suscipiendum assiduo exstimulabat. Ergo, cum tandem serio aliquid statuẽdum esse uiderẽ, sic existimabam: quidquid in hoc scriptore poneretur operae, hoc linguae ipsi Latinae, totiq. plane arti poeticae imputatum iri: deinde, qui publicam humanarum litterarum utilitatem spectaret, ad eamq. omnem suam curam, omnem diligentiam referret, nullam ei calumniam, nullam inuidiam, nullam denique temeritatis notam esse pertimescendam. Etenim, quae tandem culpa in eo est, si quis bonarum litterarũ studia promouere conetur? an ne omnes idipsum, ut non faciant, communi tamen aequitatis inspecta ratione, conari, praestareq. tenentur? sic certe; si rem recta putent uia, nec ingratos se Heliconis cultores dici uelint. Quae uero temeritas coargui ex eo potest, quod ex multis, prolixioribusq. in hunc excellentissimum poetam scholijs ac commentationibus breuiores quaedam, & succinctiores, ad iuuentutis institutionem, excerptae sint notationes? ubi uero studiorum quaeratur compendium, quae culpa imputari potest? Ergo, si qui erunt politiorum litterarum amatores, (quorum hic potissimum rationem habeo) si qui, inquam ex saniore crebri parte iudicare uolent; si qui ipsas denique litteras, ac humaniores disciplinas ad compendium inuitantes audierit, eos omnes conatum nostrum probaturos esse confido. Neque enim alio fine, hoc quidquid est operis, aggressus sum, quam ut studiosis adolescentibus

aliqua

aliqua ex parte commodarem, ac ſimul etiam huius excellentiſsimi poetae me in primis amantiſsimum, & ſtudioſiſsimum eſſe oſtenderem. Non ſpero igitur exſtituros, quibus labor hic noſter, ualde ingratus habeatur. Nam, quod breuior fui, quam rei exigebat ratio, id ex inſtituti ratione feci; cum non enarrationes in hunc poetã, ſed breuiores dumtaxat notationes, ex doctiſsimorum quorundam uirorum ſcriptis collectas, ſcribere propoſitum fuerit. Quas tibi, ut multis alijs grauiſsimis, his tamẽ potiſsimum de cauſsis, inſcribendas duxi, quod Mantuanum poetam ijs, quas uides, adnotationibus illuſtratum, tibi Mantuano principi praecipue conuenire exiſtimarem. Neque enim me latet, quam ſis diligens Aeneidos lector, & quam impenſe artificioſiſsimis Virgilii uerſibus delecteris, cum, ſicubi a negotijs ſerioribus datur otium, tecum ipſe (ut Homericus ad cytharam Achilles) eos cantillare ſoleas. Deinde magnam quoque me poetae ipſi iniuriam facturũ arbitrabar, niſi ciuem patriae reſtituerem. Huc illuc enim a diuerſis ablegatus, iam tandem peregrinandi affectus ſatietate, patriam reuiſere cupiebat, num forte ad oloriferi illius, amoeniſsimiq. Mincii ripas aliquem inueniat, qui Vincentiados deſcribendae ſtudio teneatur. An uero exiſtimare par eſt, neminem aliquando exoriturum, qui nobiliſsimam illam tuam, omniq. honore digniſsimam progeniem, ſcriptis proſequi tentet? qui generoſiſsimam illam tuam, maximaeq. ſpei indolem, tot in primis illis tuae aetatulae primor

dijs praeclarißimarum uirtutum praesagijs renitentem, omni studio posteriori saeculo prodere non ardeat? Num cui materia deesse potest, GONZAGAM, serenißimi patris tui familiam, celebrandi? an matris illustrißimae, FERDINANDI Caesaris Augustißimi filiae, MAXIMILIANIQ. II. Imperatoris, non minus quã priorũ quisquã, Augusti, sororis prosapiam ignorare quisquam potest? Non arbitror equidem, uel si in Trophonij antro toto uitae suae tempore latitauerit. Sed, quid haec? tuas ne laudes mihi recẽsendas statui? Minime uero: nec, ut maxime cupiam, pro familiae tuae splendore, dignitateq. satis id queam. Quare, alijs id relinquens, quibus id factu facilius fore uidebitur, hoc unum, te, ornatiß. Princeps, etiam atque etiam uehementer rogo, ut tumultuarias has in Virgilium explicationes, ex doctißimis nostri saeculi commentatoribus excerptas, atque adeo eo ipso temporis momento, quo comittendae praelo erant, scriptas, aequi, boniq. consulas; tibi inscriptas, ac dicatas, a maleuolorum calumnijs uindices. Quod, si a generosißimo tuo, uereq. regio animo, ut spero, impetrare potero, hoc amplius futurum mihi persuadeo, ut breui ceteris Mantuanis aliquanto cõmendatior, aut certe familiarior, (quibus in primis & commendatißimum, & familiarißimum esse par est) noui laboris accesione reddatur Virgilius. Neque enim sum nescius, quam multos antehac cum uerborum, tum rerum difficultas; quanto plures maiorum commenta-

riorum

riorum prolixitas ab eius lectione deterruerit, aut certe alienarit: quamquam a tam eximio fructu non oportebat ullis incommodis deterreri. Nunc uero, cum, quod apud alios longe, lateq. extensum erat, in eam breuitatem sit contractum, quã multi, ut semel consequerentur, diu optarunt, spero fore, ut nonnihil publicis studiorum rationibus compendij collatum dicatur.

Bononiae, IV. Kal. Ian. CIↃ.IↃ.LXXVI



AD

TORQVATVM.BEMBVM PETRI.F.

PAVLLI.MANVTII IN.VIRGILIVM PRAEFATIO



VOD *ego de poetica facultate sentio, idem tibi,* TORQVATE BEMBE, *qui res praeclaras ingenio studioq. consecutus es, bene iam esse cognitum ac persuasum facile puto: nõ esse illã inter ea, quae minimi ducũtur non uulgarẽ, nõ leuẽ; summũ esse quiddã, ac plane diuinũ; quiq. suas ad eã cogitationes conferant, etiã si, quod uolunt, non assequãtur, probãdos tamen esse, quia scilicet ad maxima contendunt; qui uero in ea ita uersentur, ut excellant, colendos nobis esse uehementer, omniq. omnium laudũ genere cohonestandos. Ac miror equidem fuisse, hodieq. esse nonnullos, qui rem hanc pulcherimam, ac deorum nobis munere concessam, parui pendant, atq. etiam, si dijs placet, in sermonibus uituperent. Quid, inquiunt, est poetica? fabulas continet: fabulis aũt quid inanius? Ridicule: cum ex ipsorum ingenijs ceterorum ingenia metiantur; quaeq. ipsis obscura sunt, ea reliquos uidere non putent. Ego contra ita soleo disputare: utinam, Torquate, te praesente, ac tui similibus: nihil enim tam optandum, quam habere iudicem in controuersijs, qui caussam, qua de agitur, quaeq. propter aliquã difficultatem in dubiũ uocatur, optime calleat. sed ego contra, cum in hos incidi, ita soleo disputare. Est ne aliquid hominũ generi utilius, aut omnino philosophia*

losophia

*loſophia praeſtantius? negare coguntur. ſin aliter ſen-
tiãt, eos ratio refellet, & ueritas ipſa, quae cũ pugnat,
facile uincit. una .n. eſt philoſophia, quae uitia noſtris
ex animis euellat; una quae inferat uirtutes: humana
uĩa, multis obſtructa difficultatibus, aperit; diuina nõ
illa quidem prorſus, ſed magna tamen ex parte patefa
cit. Atque hanc, quae tantas res praeſtat, ſiue artẽ,
ſiue ſcientiã, ne cõmunis eſſet omnibus, uulgiq. tracta
tione impuriſq. mẽtibus cõtaminata ſordeſceret, obſcu
ris fabularũ inuolucris, quaſi aliquid ſacroſanctũ, uela
uit, & cuſtodiuit antiquitas. fabulas porro ipſas non
eo, quo uulgus utebatur, cõmuni, & ſoluto, ſed exquiſi
to & numeris adſtricto orationis genere priſci illi, ſum
ma homines ſapientia praediti, prodiderunt. placebat
hoc illis, primũ ut rei dignitatem, ſi poſſet, et quatenus
poſſet, uerborum augeret elegantia: lectis enim, admo
dumq. puris e uocibus efficitur uerſus: nihil hauritur
de faece: deinde, quia, cum philoſophiam tractarẽt, ma
iore neſcio qua ſuauitate ex illo concentu, quem nume
roſa uocum in uerſibus compoſitio gignit, aures, ani-
moſq. perfundi pulchrum putabãt. Quae cum ita ſint:
neq. fabulas, quae philoſophiam continent, neq. uer-
ſus, quibus fabulae ipſae continentur, iure quiſquam
reprehenderit. His ergo ad coarguendã iſtorũ inſcitiã,
aliȷſq. praeterea utor argumentis. addo exempla eaq.
Italorum, & eorũ hominũ, qui noſtra, patrũq. memo
ria floruerunt, Pontanos, Sannazarios, Fracaſtorios,
(omitto alios: ſunt enim multi) nonne muſarũ in pri
mis cõſuetudo delectauit? Propius accedo. Pater tuus,
Torquate, PETRVS. BEMBVS, quem orbis terrarũ can
tat: nec iniuria: uixit .n. quãtus ei uitae curſus fuit, in*

uirtute

uirtute totus: is cũ alias coluit philoſophiae partes; tũ uero poeticã artẽ amauit amore quodam ardẽtiſſimo; eiusq. ſtudiũ a prima pueritia cõplexus, numquã ne in extrema quidẽ ſenectute dimiſit. ſcripſit aũt uerſus in omni aetate multos, et ſcripſit omniũ elegantiſſime, ſic ut ei Apollo dictaſſe uideatur. itaq. recte fecit, optimoq. ſane conſilio pater meus, qui Latinorũ poetarũ principẽ Virgiliũ eius nomini, quem optimum poetã nouerat, inſcriptũ emiſerit. recte item ego, qui, patris mei exemplum ſecutus, tibi, & tanti uiri filio, multis uirtutibus ornato, & artis poeticae ſtudioſiſſimo, atq. peritiſſimo, eundem poetam, quaſi munus Bembae familiae debitum, dicauerim. nã quemadmodũ parentes noſtri alter alterũ tum ſermonibus, tum ſcriptis ornabat; ut, quantum inter ſe amarent, aequi & iniqui cognoſcerent: item ego cupio, & conabor, quantũ in me erit; an praeſtare poſſim neſcio; ſed conabor certe, ut ex meis ſcriptis noſtrã amicitiam, meamq. in te ſummã obſeruantiam etiã ipſa poſteritas intelligat. nõ enim, cum hanc meã multis abhinc annis ad te amãdum & colẽdum uoluntatem contuli, id ſolũ ſpectaui, ut quaſi hereditatẽ adirem amicitiae paternae: tametſi hoc ipſum quoq. me mouit, ſicuti mouere debuit, ſane plurimũ: ſed tua quaedam propria ſecutus ſum: tuos, inquã, mores, tua ſtudia, tuas uirtutes uidi primũ: deinde ex iudicio fluxit amor, &, quo iam mea ſponte propendebam, ratio impulit. noui te adoleſcẽtem, noui iuuenẽ, & Patauij, & Venetijs ſanctiſſime uiuẽtem, & praeclara illa cũ doctiſſimis uiris philoſophiae ſtudia tractãtem: in quibus cũ iam, tuo quidẽ aliquid, aliorum aũt iudicio multum, profeciſſes; Romam te, in eam urbem,

contulisti, quam pater tuus theatrum per annos multos habuit suarum uirtutum celeberrimum. ibi nunc tu quoq. spectaris, & probaris: ibi plausum fers a bene intelligentibus, beneq. sentientibus uiris: ibi deniq. uera illa PETRI. BEMBI cernitur, et agnoscitur in te filio non minus animi, quam corporis, effigies: et, ut principia se dant, futurum omnes existimant, ut summi tibi ĩ Ecclesia Petri honores ac praefecturae deferantur: deberi quidẽ iam, nemo est, qui nõ intelligat. Quare laetor equidem, ac fruor iã nunc, pro meo erga te studio, quasi praesentibus honoribus tuis & praecipio gaudia, quanta põt animus meus capere maxima, tuae futurae dignitatis. Perge modo, ut coepisti, ĩ tuis perennibus studijs, & animũ tuũ pulcherrimis, teq. dignis cogitationibus exerce. uides eam uiam, qua pater tuus iuit. extant uestigia. istac euntibus rectissimus est ad gloriã cursus, offensio nulla, nullus error. quod fecisti, laudamus: sunt. n. magni, uereq. laudandi processus in uirtute tui. quod reliquum est: quia te summũ illud ad decus, quod excellentibus ingenijs propositũ est, tã quam ad metã, peruenire cupimus, & quod cupimus, id in te ipso positũ uidemus; fauemus animis, prosequimur studijs, uocibus cohortamur. Atq. ego quidẽ, huiusce animi mei non obscurum, ut opinor, argumentũ hunc librũ, qui, me tacente, apud oẽs gentes loquetur, tibi inscriptũ ad te mitto. uolo aeternũ exstare monumentũ, unde homines, quid de te senserim, quid iudicauerim, intelligant uolo, habeas ipse munus a me, unde, quid tua caussa uelim, conijcias; & maiora, cũ ornãdi tui maior aliqua facultas exsistet, officia, studiaq. exspectes. Venetijs, CIↃ IↃ LIIX.



ALDUS . P . M .

PETRUM . BEMBUM COMPATREM A . SECRETIS LEONIS . X PONT . MAX .

SALVERE . IUBET



OGITANTI *mihi, BEMBE doctissime, cui potissimum dicarem ea Virgilij opera, quae cum alibi, tum moriens sua ipse testatus est, inquiens:* CECINI . PASCVA . RVRA . DVCES: *tu occurristi dignissimus eo munere, & quia emendatissima emittũtur; idq. auxilio Naugerij nostri, quem tu amas plurimum, & te ipse obseruat, ob similitudinem, quae inter uos. Virgilio enim ambo simillimi.* AMBO . FLORENTES . AETATIBVS . AONES . AMBO ET . CANTARE . PARES . ET . RESPONDERE . PARATI *& quia nihi immistũ est alieni carminis, quod diuinitatis macularet maiestatem. Adde, quod paruum hanc Enchiridij formam a tua bibliotheca, ac potius iucundissimi tui Bernardi, accepimus. Hic ipse etiam paucis ante diebus, quam haec scriberem, quosdam eadem forma libellos, quae est uenerandi senis, & iam unum & octoginta annos nati mira benignitas, statim rogatus mihi commodo dedit, quod procul ab eo sint omnia, quae senẽ circumueniũt, incommoda. Eadem enim manet liberalitas: idem ingenij uigor: eadem etiam memoria, quae iuueni fuit: sic adhuc est laboris patiens, ut de illo uere dixeris; Sed cruda deo, uiridisq. senectus. Omnia praeterea, quae in sene Catone fuisse scripsit Cicero, in parente tuo facile inueniuntur. O felicem tali patre filium, & te filio patrem. Sed illius laudes non est hic scribendi locus. Nunc redeo ad Virgilium, cuius lusus, quos tu correctissimos habes, tunc edam, cum a te accepero: quod erit; ut spero, breui: additis & alijs, quae una cum illis uagari solent, & nostris quibusdam in Virgilium annotationibus. Vale.*

ALDVS . IVNIOR
LECTORI





NSTITVTVM nostrum tuemur, & semper tuebimur, ut, qui libri e nostra officina prodeunt, non solum, quantum in nobis est, alijs emendatiores sint, uerum etiam notationibus ad intelligendum faciliores reddantur. In Virgilio quid praestitum sit, iudicent eruditi. Plurimum sane operae, me auctore, ad id contulit IOANNES. A. MEYEN: & maximam a studiosis omnibus gratiam initurum iudicandum est; qui sua studia mirum in modum his laborib. subleuari uideant. Vale, Lector optime, & maiora a nobis, Deo iuuante, in dies exspectato; qui omnem nostram curam, omnẽ cogitationem in studiosorum commodis defixam & habemus, Patrem, Auumq. imitantes; & habituros nos, donec uita superstes erit, natura duce, pollicemur. cIↃ IↃ LXXVI

TI. CLAVDII. DONATI
AD. TI. CLAVD. MAXIMVM
DONATIANVM. F.
DE. VITA
P. VIRGILII. MARONIS


VBLIVS Virgilius Maro parentibus modicis fuit, & praecipue patre Marone: quem quidā opificem figulum: plures, Magi cuiusdam uiatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt, quem cum agricolationi, reiq. rusticae, & gregibus praefecisset socer, siluis coemundis, & apibus curandis reculam auxit. Natus est Cn. Pompeio Magno, & M. Licinio Crasso, primum COS. Iduum Octobrium die, in pago, qui Andes dicitur: qui est a Mantua non procul. Praegnans mater Maia, *a* cū somniasset enixam se laureum ramū, quē compactum terrae coaluisse, & excreuisse ilico in speciem maturae arboris, refertae uariis pomis. & floribus, cerneret: sequenti luce cum marito rus propinquum petens, ex itinere diuertit, atque in subiecta fossa partu leuata est. Ferūt infantem, ut fuit editus, nec uagisse, & adeo miti uultu fuisse, ut haud dubiam spem prosperioris geniturae iam tum indicaret. Et accessit aliud praesagiū. Siquidem uirga populea more regionis in puerperiis eodē statim loco depacta, ita breui coaluit, ut multo ante satas populos adaequarit: quae Arbor Virgilii, ex eo dicta, atque consecrata est, summa grauidarum, & fetarum religione suscipientium ibi, & soluentium uota. Initia aetatis, id est, usque ad septimum annum, Cremonae egit: & XVII. anno uirilem togam cepit, illis consulibus iterum, quibus natus erat. Euenitq. ut eo ipso die Lucretius poeta decederet. Sed Virgilius Cremona Mediolanum, & inde paullo post Nea-

a *Hanc Prob. Maiam Pollā dictam refert.*

polim transiit: ubi cum litteris & Graecis, & Latinis uehementissimam operam dedisset, tandem omni cura, omniq. studio indulsit medicinae, & mathematicis. Quibus rebus cũ ante alios eruditior, peritiorq. esset, se in urbem contulit; statimq. magistri stabuli equorum Augusti, amicitiam nactus, multos uariosq. morbos incidentes equis curauit. At Augustus in mercedẽ singulis diebus panes Virgilio, ut uni ex stabulariis, dari iussit. Interea a Crotoniatis pullus equi mirae pulchritudinis Caesari dono fuit missus: qui omnium iudicio spem portendebat uirtutis & celeritatis immensae. Hunc cum adspexisset Maro, magistro stabuli dixit natum esse ex morbosa equa, & nec uiribus ualiturum, nec celeritate: idq. uerum fuisse inuentum est. Quod cum magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes iussit. Cum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur, & parentes eorum dixit Virgilius, & animum, celeritatemq. futuram. Quo cognito, mandat iterum Virgilio panes duplicari. Dubitauit Augustus Octauii ne filius esset, an alterius: idq. Maronem aperire posse arbitratus est, quia canum, & equi naturam, parentesq. cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus uocat, & solum rogat, an sciat quisnã esset, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet. Noui, inquit Maro, te Caesarem Augustum, & ferme aequam cum Diis immortalibus potestatem habere scio, ut quem uis felicem facias. Eo animo sum, respondit Caesar, ut, si uerum pro rogatu dixeris, beatum te felicemq. reddam. Vtinam, ait Maro, interroganti tibi uera dicere queam. Tunc Augustus, Putant alii me natum Octauio: quidam suspicãtur alio me gentium uiro. Maro subridens: Facile, inquit, si impune licenterq. quae sentio loqui iubes, id dicam. Affirmat Caesar iureiurando nullum eius dictum aegre laturum: immo non nisi donatum ab eo discessurum. Ad haec, oculos oculis Augusti infigens Maro, Facilius, ait, in ceteris animalibus qualitates parentu mmathematicis & philosophia cognosci pos-

ſunt: in homine nequaquam poſsibile eſt. Sed de te coniecturam habeo ſimilem ueri, ut, quid exercuerit pater tuus, ſcire poſsim. Attente exſpectabat Auguſtus, quidnam diceret. At ille, Quantum ego rem intelligere poſsum, piſtoris filius es, inquit. Obſtupuerat Caeſar, & ſtatim, quo id pacto fieri potuerit, animo uoluebat. Interrumpens Virgilius, Audi, inquit, quo pacto id coniicio. Cum quaedam enunciarim, praedixerimq. quae intelligi, ſciriq. non niſi ab eruditiſsimis ſummisq. uiris potuiſsent, tu princeps orbis, iterum & iterum, panes in mercedem dari iuſsiſti: quod quidem aut piſtoris, aut nati piſtore officium erat. Placuit Caeſari facetia. At deinceps, inquit, non a piſtore, ſed a Rege magnanimo dona feres, illumq. plurimi fecit, & Pollioni commendauit. Corpore, & ſtatura fuit grandi, aquilino colore, facie ruſticana, ualetudine uaria. nam plerumq. ab ſtomacho, & faucibus, ac dolore capitis laborabat: ſanguinem etiam ſaepius eiecit: cibi, uiniq. minimi. Fama eſt, eum libidinis pronioris in pueros fuiſse. Sed boni ita eum pueros amaſse putauerunt, ut Socrates Alcibiadem, & Plato ſuos pueros. Verum inter omnes maxime dilexit Cebetem, & Alexandrum, quem ſecunda Bucolicorum ecloga, Alexim appellat, donatum ſibi ab Aſinio Pollione: utrumque non ineruditum dimiſit: Alexandrum, grammaticum, Cebetem uero & poetam. Vulgatum eſt conſueuiſſe eum cum Plotia Hieria. Sed Aſconius Pedianus affirmat, ipſum poſtea minoribus natu narrare ſolitum, iniuriarum quidem ſe a Vario ad communionem mulieris: uerum ſe pertinaciſsime recuſaſse. Cetera ſane uita & ore, & animo tam probum fuiſse conſtat, ut Neapoli, Parthenias uulgo appellaretur: ac, ſi quando Romae (quo rariſsime commeabat) uiſeretur, in publico ſectantes, demonſtranteſq. ſe, ſubterfugeret in proximum tectum. Bona autem cuiuſdam exſulantis offerente Auguſto, non ſuſtinuit accipere. Poſsedit prope centies ſeſtertium ex liberalitatibus amicorum. Habuitq. domum Romae in Exquiliis iuxta hortos

Maecenatianos: quamquam secessu Campaniae, Siciliaeq. plurimum uteretur. Quaecumque ab Augusto peteret, repulsam numquam habuit. Parẽtibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amisit: ex quibus patrem oculis captum, & duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum iam adultum: cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cetera studia (ut supra diximus) medicinae quoque, ac maxime mathematicae operam dedit. Egit & caussam unam omnino, nec amplius, quam semel. Sermone tardissimum, ac paene indocto similem fuisse, Melissus tradidit. Poeticam puer adhuc auspicatus, in Balistam ludimagistrum *a* ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, distichon fecit:

a Al. Ludi gladiatorij magistrũ.

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus:
Nocte, dieq. b tuum carpe uiator iter.

b Al die tutum car.

Deinde Moretum, & Priapeia, & Epigrammata, & Diras: & Culicem, cum esset annorum quindecim: cuius materia talis est: Pastor fatigatus aestu, cum sub arbore obdormisset, & serpens ad illum proreperet e palude, culex prouolauit, atque inter duo tempora aculeũ fixit pastori. At ille continuo culicem contriuit, & uisum serpentem interemit: ac sepulcrum culici statuit, & distichon fecit:

Parue culex, pecudum custos, tibi tale merenti
Funeris officium uitae pro munere reddit.

Scripsit etiam (de qua ambigitur) *c* Aetnam. Et mox, cum res Romanas inchoasset, offensus materia & nominum asperitate, ad Bucolica transiit: maxime ut Asinium Pollionem, Alphenum Varium, & Cornelium Gallum celebraret: quia in distributione agrorum, qui post Philippensem uictoriam ueteranis, III uirorum iussu, trans Padum diuidebantur, indemnem se praestitissent. Deinde Georgica in honorem Maecenatis edidit, cum sibi uix dum noto opem tulisset aduersus Claudii ueterani milites: uel, ut alii putant, Arii centurionis uiolentiam: a quo in altercatione litis agrariae parum absuit quin occideretur. Nouissime

c Hanc quidã Cor. Seueri, quidã Quinctiliĳ Varĳ esse autumãt: ut Iul. Scal. Poetic. suae l. VI.

me autem Aeneidem aggressus est, argumentum uarium, & multiplex, & quasi amborum Homeri carminum instar: praeterea nominibus ac rebus Graecis, Latinisq. commune, & in quo, quod maxime studebat, Romanae simul urbis, & Augusti origo contineretur. Cum Georgica scriberet, traditur quotidie meditatos mane plurimos uersus dictare solitum, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere: non absurde, carmen se ursae more parere dicens, & lambendo demum effingere. Aeneida prorsa prius oratione formatam, digestamq. in XII. libros particulatim componere instituit, ut quidam tradunt. Alii eius sententiae sunt, ut existiment, eum, si diutius uixisset, quattuor & uiginti libros usque ad Augusti tempora scripturum: atque alia quidem percursurum: Augusti uero gesta diligentissime exsecuturum: quippe qui, dum scriberet, ne quid impetum moraretur, quaedam imperfecta reliquit: alia leuissimis uersibus scripsit, quos per iocum pro tigillis uel tibicinibus interponi a se dicebat ad sustinendum opus, donec solidae columnae aduenirēt. Bucolica triennio, Asinii Pollionis suasu, perfecit. Hic transpadanam prouinciam regebat, cuius fauore, cum ueteranis Augusti militibus Cremonensium, & Mantuanorum agri distribuerentur, suos Virgilius non amisit. Facta enim distributione, suos Claudio, seu Ario datos recuperauit. Hūc Pollionem maxime amauit Maro, & dilectus ab eo magna munera tulit: quippe qui inuitatus ad cenam captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri, eum dono accepit. Huius Pollionis filium C. Asinium, & Cornelium Gallum, oratorem clarū, & poetam non mediocrem, miro amore dilexit Virgilius. Is transtulit Euphorionem in Latinum: & libris quattuor amores suos de Cytheride scripsit. Hic primo in amicitia Caesaris Augusti fuit; postea, in suspicionem coniurationis contra illum adductus, occisus est. Verum usque adeo hunc Gallum *a* Virgilius amarat, ut quartus Georgic. a medio usque ad finem eius laudem contineret: quem postea, iubente Augusto, in

a Hic quidam addiderant ex Propertio uersus eos, quos de Gallo quodam in acie interfecto scribit: sed id praeter rem ex ignoratione historiae factum existimat Fabr. qui nec in paullo uetustiorib. libris, uersus huic loco annexos inueniri testatur.

Ariſtaei fabulam commutauit. Georgica ſeptennio Neapoli: Aeneida partim in Sicilia, partim in Campania undecim annis conſecit. Bucolica eo ſucceſſu edidit, ut in ſcena quoque per cantores crebra pronunciatione recitarentur. At, cum Cicero quoſdam uerſus audiſſet, & ſtatim acri iudicio intellexiſſet non communi uena editos, iuſsit ab initio totam eclogam recitari, quam cum accurare pernotaſſet, in fine ait, *Magnae ſpes altera Romae:* quaſi ipſe linguae Latinae ſpes prima fuiſſet, & Maro futurus eſſet ſecunda. Quae uerba poſtea Aeneidi ipſe inſeruit. Georgica, reuerſo ab Actiaca uictoria Auguſto, atque reficiendarum uirium cauſſa Attellae commoranti, per continuum quattriduum legit, ſuſcipiente Maecenate legendi uicem, quoties interpellaretur ipſe uocis offenſione. Pronunciabat autem maxima cum ſuauitate, & lenociniis miris. Seneca tradidit, Iulium Montanum poetam, ſolitum dicere, ui ablaturum ſe quaedam Virgilio, ſi & uocem poſſet, & os, & hypocriſim. eoſdem enim uerſus, eo pronunciante, bene ſonare: ſine illo inareſcere, quaſi mutos. Aeneidos uix dum coeptae tanta exſtitit fama, ut Sex. Propertius non dubitarit ſic praedicare:

Cedite Romani ſcriptores, cedite Graij;
Neſcio quid maius naſcitur Iliade.

Auguſtus uero, cum iam forte expeditione Cantabrica abeſſet, & ſupplicibus, atque minacibus per iocum litteris efflagitaret, ut ſibi de Aeneide (ut ipſius uerba ſunt) uel prima carminis hypographa, uel quodlibet colon mitteret: negauit ſe facturum Virgilius. Cui tamen multo poſt, perfecta demum materia, tres omnino libros recitauit, ſecundũ uidelicet, quartum, & ſextum. Sed hunc praecipue ob Octauiam, quae cum recitationi intereſſet, ad illos de filio ſuo uerſus, *Tu Marcellus eris,* defeciſſe fertur, atque aegre refocillata, dena ſeſtertia pro ſingulo uerſu Virgilio dari iuſsit. Recitauit & pluribus, ſed neque frequenter, & ferme illa, de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur. Erotem librarium, & libertum eius, exa-

ctae iam senectutis, tradunt referre solitum, quondam in recitando, cum duos dimidiatos uersus cõplesse ex tempore, & huic, *Misenum Aeolidem,* adiecisse, *Quo non praestantior alter.* item huic, *Aere ciere uiros,* simili calore iactatum subiunxisse, *Martemq. accendere cantu:* statimq. sibi imperasse, ut utrumque uolumini adscriberet. Bucolica, Georgicaq. emendauit. Anno uero quinquagesimosecundo, ut ultimam manum Aeneidi imponeret, statuit in Graeciam, & Asiam secedere, triennioq. continuo omnem operam limationi dare, ut in reliqua uita tantum philosophiae uacaret. Sed, cum aggressus iter, Athenis occurrisset Augusto, ab Oriente Romam reuertenti, una cum Caesare redire statuit. At cum Megara, uicinum Athenis opidum, uisendi gratia peteret, languorem nactus est, quem nõ intermissa nauigatio auxit, ita ut grauior in dies, tandem Brundisium aduentarit: ubi diebus paucis obiit decimo Kalen. Octobris, Cn. Plautio, & Q. Lucretio Cos. Qui cum grauari morbo se sentiret, scrinia saepe & magna instantia petiuit, crematurus Aeneida: quibus negatis, testamento comburi iussit, ut rem inemendatam, imperfectamque. Verum Tucca, & Varius monuerunt, id Augustum non permissurum. Tunc eidem Vario, ac simul Tuccae scripta, sub ea cõdicione, legauit, ne quid adderent, quod a se editum non esset, & uersus etiam imperfectos, si qui erant, relinquerent. Voluit etiam eius ossa Neapolim transferri, ubi diu, & suauissime uixerat: ac extrema ualetudine hoc ipse sibi epitaphium fecit, distichon:

Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope. cecini pascua, rura, duces.

Translata igitur iussu Augusti eius ossa, prout statuerat, Neapolim fuere: sepultaq. uia Puteolana intra lapidem secundum, suoq. sepulcro id distichon, quod fecerat, inscriptum est. Heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum, fratrem *a* ex altera parte: ex quarta Augustum: ex duodecima Maecenatem: ex reliqua L. Varium, & Plotium Tuccam, qui eius Aeneidem, post obitum, prout petiuerat, iussu Caesaris emẽdauerunt.

a *Al. Ex alio patre. Quid. Ex altero patre.*

dauerunt. Nam nullius omnino ſententia crematu Aeneis digna uiſa fuit: de qua re Sulpicii Carthaginienſis exſtant huiuſmodi uerſus:

Iußerat haec rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius: Prygium quae cecinere ducem.
Tucca uetat, Variusq. ſimul: tu, maxime Caeſar,
Non ſinis: & Latiae conſulis hiſtoriae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni:
Et paene eſt alio Troia cremata rogo.

Exſtant & Auguſti de ipſa eadem re uerſus plures & clariſsimi, quorum initium eſt,

Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaq. doctiloqui morietur muſa Maronis? Et
Sed legũ ſeruãda fides, ſuprema uoluntas (paullopoſt,
Quod mandat, fieriq. iubet, parere neceſſe eſt.
Frangatur potius legum ueneranda poteſtas,
Quam tot congeſtos noctesque, diesq. labores
Hauſerit una dies. Et ea, quae ſequuntur.

Nihil igitur auctore Auguſto Varius addidit, quod & Maro praeceperat: ſed ſummatim emendauit, ut qui uerſus ét imperfectos, ſi qui erant, reliquerit. Hos multi mox ſupplere conati, non perinde ualuerunt ob difficultatem, quod omnia fere apud eũ hemiſtichia (praeter illud, *Quem tibi iam Troia peperit*) ſenſum uidentur habere perfectũ. *a* Niſius Grammaticus audiſſe ſe a ſenioribus dicebat, Varium duorum librorum ordinem commutaſſe, &, qui tum ſecundus erat, in tertium locum tranſtuliſſe: etiam primi libri correxiſse principium, his demptis uerſibus:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen: & egreſſus ſiluis uicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma, uirumq. cano.

Nec *b* Virgilius, qui columen linguae Latinae fuit, caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas eclogas, ſed inſulſiſsime, Paro quidam deridet, & ſic deridendo incipit:

a Al. Niſus.
b Hunc locũ ex antiquo lib. ſcripto, ſic reſtituit Scaliger: Obtrectatores Virgilio nũquã defuerunt. nam nec Homero quidẽ. Prolatis Bucolicis, innominatus quidã reſcripſit Antibucolica, duas modo Eclogas, ſed inſulſiſſime παρῳδήσας, quarũ prioris initium eſt, Tityre, &c.

Tityre, si toga calda tibi est: quo tegmine fagi? Sequētis:
Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? anne Latinum?
Non, uerum Aegonis. nostri sic rure loquuntur.

Alius, recitante eo ex Georgicis, *Nudus ara, sere nudus:* subiecit, *Habebis frigore febrem.*

Est & aduersus Aeneida liber Carbilii Pictoris, titulo Aeneidomastix. M. Vipranius eum a Maecenate suppositum, appellabat nouae κακοζηλίας repertorem. dicebatq. neque tumidum esse, neque exsilem, sed communibus uerbis opus illud confecisse. Herennius uitia eius tantum contraxit: Perilius Faustinus furta. Sunt & Q. Octauii Auiti uolumina, quibus annotatur, quos, & unde uersus transtulerit. Asconius Pedianus libro, quem contra obtrectatores Virgilii scripsit, pauca admodum ei obiecta proponit. & potissimum, quod non recte historiam contexuit, & quod pleraq. ab Homero sumpsit. Sed hoc crimen sic defendere assuetum ait. Cur non illi quoq. eadem furta tentarent. Verum intellecturos, facilius esse Herculi clauā, quā Homero uersum surripere: & tamen destinasse secedere, ut omnia ad satietatem maleuolornm decideret. Refert etiam Pedianus, benignum, cultoremq. omnium bonorum, atque eruditorum fuisse, & usque adeo inuidiae expertem, ut, si quid erudite dictum inspiceret alterius, non minus gauderet, ac si suum fuisset: neminem uituperare: laudare bonos: ea humanitate esse, ut nisi peruersus maxime quisque illum non diligeret modo, sed amaret. Nihil proprii habere uidebatur. Eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat, ac sibi: illudq. Euripidis antiquum saepe usurpabat: Τὰ τῶν φίλων κοινὰ, Communia esse amicorū omnia. Quare coaeuos omnes poetas ita adiunctos habuit, ut, cum inter se plurimum inuidia arderēt, illum una omnes colerent. Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anser uero, quoniam Antonii partes secutus est, illum non obseruasse dicitur. Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit. Gloriae uero adeo cōtemptor fuit, ut, cum quidam uersus quosdam sibi adscriberent, eaq. de re docti haberentur, non modo

acgre

aegre non ferebat, immo uoluptuosum id sibi erat. Cum enim distichon, quod laudem, felicitatemq. Augusti continebat, fecisset, ualuisq. non nominato auctore infixisset, (id erat huiusmodi:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:
Diuisum imperium cum Ioue Caesar habet.)

diu quaeritans Augustus, cuiusnam hi uersus essent, eorum auctorem non inueniebat. Bathyllus uero poeta quidam mediocris, tacentibus aliis, sibi adscripsit. Quamobrem donatus, honoratusq. a Caesare fuit. Quod aequo animo non ferens Virgilius, iisdem ualuis affixit quater hoc principium, *Sic uos non uobis.* Postulabat Augustus, ut hi uersus complerentur, quod cum frustra aliqui conati essent, Virgilius praeposito disticho sic subiunxit:

Hos ego uersiculos feci: tulit alter honores.
Sic uos non uobis nidificatis aues.
Sic uos non uobis uellera fertis oues.
Sic uos non uobis mellificatis apes.
Sic uos non uobis fertis aratra boues.

Quo cognito, aliquandiu Bathyllus Romae fabula fuit, Maro uero exaltatior. Cum is aliquãdo Ennium in manu haberet, rogareturq. quidnam faceret, respondit, se aurum colligere de stercore Ennij. Habet enim poeta ille egregias sententias sub uerbis non multũ ornatis. Interroganti Augusto, quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur: Si prudẽtiores, inquit, temonẽ tenuerint, & boni malis praeponãtur: itaq. optimi suos habeant honores: nulli tamen aliorũ iniusti quidquã fiat. At Maecenas, Quid, inquit, Virgili, satietatem homini non affert? Omniũ rerũ, respondit, aut similitudo, aut multitudo stomachum facit, praeter intelligere. Idem interrogauit, quo pacto quis altam felicẽq. eius fortunam seruare potest? Cui Maro, Si, quantum honore, ac diuitiis aliis praestantior sit, tanto liberalitate & iustitia alios superare nitatur. Solitus erat dicere, nullam uirtutem commodiorem homini esse patientia, ac nullam asperam adeo esse fortunam, quam prudenter patiendo uir fortis non uincat. Quam sen-

tentiam

tentiam in quincto Aeneidos inseruit:

Nate Dea, quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur:
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Cum quidam eius amicus, Cornificii in eum maledicta & inimicitias sibi narraret: Quam putas, inquit, esse huiusce maleuolentiae caussam? Nam neque umquam Cornificium offendi: & eum amo. An, inquit, Hesiodi sententiae *a* non meministi, ubi ait, Architectum architecto inuidere, & poetam poetae: De malis, inquit, Graecus ille intellexit. Nam boni eruditiores amant. Sed magna cum mea laude & gloria uindictam in manu habeo. Maiore enim cura uirtuti intendam: atque quo elegantior ego fiam, eo uehementius inuidia rumpetur. Erat Augusto familiaris Filistus quidam orator, & poesim mediocriter doctus, cui multiplex, uariumq. ingenium erat, quiq. omnium omnia dicta reprehendere conabatur, non ut uerum dignosceret, (quod Socrates facere consueuit) sed ut eruditior uideretur. Hic Virgilium ubicumque conuenire dabatur, maledictis, salibusque uexabat. Quare ille saepe aut tacibundus discedebat, aut suffusus pudore tacebat. Verum, cum Augusto audiente illinguem illum diceret, & caussam etiam suam, si linguam haberet, defendere nequire: Tace (inquit) rabula. Nam haec mea taciturnitas defensorem caussarum mearum Augustum fecit, & Maecenatem: & ea tuba, cum uolo, loquor, quae ubique, & diutissime audietur. Tu loquacitate non modo aures hominum, sed muros rumpis. Augustus uero Filistum graui uultu increpauit. Tunc Maro, Si tempus, Caesar, inquit, tacendi hic sciret, raro loqueretnr. Tacendum enim semper est, nisi cum taciturnitas tibi noceat, aut oratio aliis prosit. Nam, qui contendit, & contentionis finis utilis non est: stultis illum annumerandum sapientes putant. Posteaquam Augustus summa rerum omnium potitus est, uenit in mentem an conduceret tyrannidem omittere, & omnem potestatem annuis consulibus, & senatui remp. reddere: in qua re diuersae sententiae consultos habuit Mae-

a Hoc loco Hesiodi carmina quaedam Graeca absurde aliquando fuerunt apposita: sed in antiquis, et impressis exemplarib. nulli habentur.

cenatem, & Agrippam. Agrippa enim utile ſibi fore, etiam ſi honeſtum non eſſet, relinquere tyrannidem, longa oratione contendit: quod Maecenas dehortari magnopere conabatur. Quare Auguſti animus & hinc ferebatur, & illinc. Erant enim diuerſae ſententiae uariis rationibus firmatae. Rogauit igitur Maronem, an conferat priuato homini ſe in ſua rep. tyrannum facere. Tum ille, Omnibus ferme, inquit, remp. occupantibus moleſta ipſa tyrannis fuit, & ciuibus: quia neceſſe erat propter odia ſubditorum, aut eorum iniuſtitiam, in magna ſuſpicione, magnoq. timore uiuere. Sed, ſi ciues iuſtum aliquem ſcirent, quem amarent plurimum, ciuitati id utile foret, *a* ſi in eo uno omnis poteſtas eſſet. *b* Quare, ſi iuſtitiam, quod modo facis, omnibus in futurum, nulla hominum facta compoſitione, diſtribues: dominari te, & tibi conducet, & orbi. Beneuolentiam enim omnium ita habes, ut Deum te & adorent, & credant. Eius ſententiam ſecutus Caeſar, principatum tenuit. Audiuit a Syrone *c* praecepta Epicuri. cuius doctrinae ſocium habuit Varium. Quamuis diuerſorum philoſophorum opiniones libris ſuis inſeruiſſe, de animo maxime, uideatur: ipſe tamen fuit Academicus. Nam Platonis ſententias omnibus aliis praetulit.

NVNC, quoniam de auctore ſummatim *d* diximus, de ipſo iam carmine dicendum uidetur: quod bifariam tractari ſolet, hoc eſt, & ante opus, & in ipſo opere. Ante opus: titulus, cauſſa, intentio. Titulus, in quo quaeritur cuius ſit. Cauſſa, unde ortum ſit, & quare hoc potiſſimum ſibi ad ſcribendum poeta praeſumpſerit. Intentio, in qua cognoſcitur, quid efficere conetur poeta. In ipſo opere ſane tria ſpectantur: Nu-

a Al. eſſet.

b Al. foret.

c Hunc nõnulli Scironem, alij Silonem uocant: aliqui etiã Scyronem, pauci admodũ Sironem, ſcribunt. Nos cum Fabricio, qui Syronem, dumtaxat in uetuſtiſsimo quodã Seruij codice, ſcriptũ ſe uidiſſe aſſerit, ſentimus. Quin & ex Cic. exempla in promptu sũt, quae hanc lectionẽ confirment. Famil. l. 6. ep. XI. ad Trebian. Syronem, uocat ſuũ amicũ. Acad. q. l. 2. omnia eũ Epicuri dogmata meminiſſe ſcribit. Lib. 2. de Finib. uirum optimum & hominem doctiſsimum uocat. Quib. omnibus in locis caſtigatiſſima tum impreſſa, tum ſcripta ante multos annos exẽplaria, Syron habent. Porro tradunt, hoc Epicureo, Ciceronis tẽpore, plerosq. Romanos nobiles familiariter uſos fuiſſe: quod etiam ex ſuperioribus Cic. exemplis, luce clarius eſt.

d *Plura qui uolet, de Virgilij rebus adeat Pet. Crinit. li. 3. de Poetis Latinis.*

merus.

merus, ordo, explanatio. Quamuis igitur multa ψευδογραφῆ, idest, falsa inscriptione sub alieno nomine sunt prolata (ut *Thyestes* Tragoedia huius poetae, *a* quā Varius edidit pro sua, & alia huiuscemodi) tamē Bucolica liquido Virgilij esse minime dubitādū est: praesertim cū ipse poeta, tamquam hoc metuens in principio Aeneidos sua esse testatus sit, sic dicens:

Ille ego, qui quōdā gracili modulatus auena. & reliqua.

Item in fine Georgici carminis:

Carmina qui lusi pastorum, andaxq. iuuenta.
Tytire te patulae cecini sub tegmine fagi.

Bucolica autem & dici, & recte appellari, uel hoc solum indicium suffecerit, quod hoc eodem nomine apud Theocritum censeantur. Verum ratio quoque demonstranda est. Tria sunt pastorum genera, quae dignitatem in Bucolicis habent: quorum qui minimi sunt, αἰπόλοι dicuntur a Graecis, iidem a nobis Caprarij: paullo honoratiores, qui, ποιμένες, idest, Opiliones dicuntur: honestissimi & maximi βουκόλοι, quos Bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi, quam ab eo gradu, qui apud pastores excellentissimus inuenitur?

a De huius Tragoediae auctore, Fabricius, Helenio potius & Porphyrioni assentitur, qui eā C. Caßij Parmensis, (quem iussu Augusti interfecit eiusq. scripta pro suis edidit Varius) esse scribūt.

Caussa dupliciter inspici solet: ab origine carminis, & a uoluntàte scribentis. Originem autē Bucolici carminis alij ob aliam caussam ferunt. Sunt enim, qui a Lacedaemoniis, pastoribus Dianae, primum carmen hoc redditum dicāt, cum eidem deae propter bellum, quod toti Graeciae illo tempore Persae inferebāt, exhiberi per uirgines de more sacra non possent. Alij ab Oreste, circa Siciliam uago, id genus carminis Dianae redditum loquuntur, per ipsum atq. pastores: quo tēpore de Scythia cum Pilade fugerat, surrepto numinis simulacro, & celato in fasce lignorum. Vnde Fascelidem Dianam perhibent nuncupatā, apud cuius aras Orestes per sacerdotē eiusdem numinis Iphigeniam sororem suam a parricidio fuerat expiatus. Alij Apollini Nomio, pastorali scilicet deo, qua tempestate Admeti boues pauerat. Alij Libero, Nympharum scilicet & Satyrorum, & id genus numinum princip, quibus

pla-

placet rusticum carmen. Alij Mercurio Daphnidis patri, pastorum omnium principi, & apud Theocritum, & apud hunc ipsum poetam. Alij in honorem Panos scribi putant peculiariter, pastoralis Dei. Alij item in honorem Sileni, Siluani, atq. Faunorum. Quae cũ omnia dicantur, illud erit probatissimum, Bucolicum carmen originem ducere a priscis temporibus, quibus uita pastoralis exercita erat, et ideo uelut aurei saeculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognosci, et merito Virgilium processurum ad alia carmina, non aliunde coepisse, nisi ab ea uita, quae prima in terris fuit. Nam postea rura culta, et ad postremum pro cultis et feracibus terris bella suscepta. quod uidetur Virgilius in ipso ordine operum suorum uoluisse monstrare, cum pastores primo, deinde agricolas canit, et ad ultimũ bellatores. Restat, ut, quae caussa uolũtatẽ attulerit poetae Bucolica potissimũ scribẽdi, cõsideremus. Aut.n. dulcedine carminis Theocriti, et admiratione eius illectus est aut ordinẽ tẽporũ est; secutus erga uitã humanã, ut supra diximus: aut tres modos elocutionum, quos χαρακτῆρας Graeci uocant, ἰσχνὸν, qui tenuis; ἁδρὸν, qui ualidus; μέσον, qui moderatus intelligitur. Credibile erat Virgilium, qui in omni genere praeualuerit, Bucolica primum, Georgica secundum, Aeneida tertium uoluisse conscribere. Aut ideo potius primo Bucolica scripsit, ut in eiusmodi carmine, quod & paullo liberius, & magis uarium, quam cetera, est, facultatem haberet captandae Caesaris indulgentiae, recuperandiq. agri, quem amiserat. Ob hanc caussam die tertio iduũ Martiarũ, C. Caesare interfecto, cum Augustum Caesarẽ, paene puerum, ueterani milites, non abnuente senatu, sibi ducem constituissent, exorto ciuili bello, Cremonenses cũ ceteris, eiusdem studii, aduersarios Augusti Caesaris adiuuerunt. Vnde factum est, ut, cum uictor Augustus in eorum agros ueteranos deduci iussisset, non sufficiẽter agro Cremonensium, Mantuani quoque, in quibus erat Virgilius, maximam partem suorum finium perdiderint; eo quod uicini Cremonensibus fuerant. Sed

Virgilius,

Virgilius, Augusti familiaritate, suoq. carmine fretus, centurioni Ario obsistere ausus est, Ille statim, ut miles, ad gladium manum admouit. Cumq. se in fugam proripuisset poeta, non prius persequendi finis fuit, quam se in fluuium Virgilius coniecisset. Sed postea, Maecenate, & Pollione, & ipso Augusto fauentibus, agros suos recepit. Intentio libri, quam σκοπὸν Graeci uocant, imitatione Theocriti poetae constituitur, qui Siculus, & Syracusanus fuit. Est etiam intentio in laudem Caesaris, & principum ceterorum, per quos in sedes suas rediit, omnia deduci. Vnde, ut delectationem & utilitatem finis contineret, secundum praecepta cuncta confecit.

Quaeri solet, cur non plures quam decem Eclogas conscripserit. quod nequaquam mirandum uidebitur ei, qui considerauerit aetatem scenarum pastoralium, quae ultra hunc numerum non potest proferri: praesertim cum ipse poeta circumspectior Theocrito, ut ipsa res indicat, uideatur metuere, ne illa Ecloga, quae Pollio inscribitur, minus rustica uideatur, cum ipsam sic praestruat ipse, dicens: *Sicelides Musae, paullo maiora canamus*, & item similiter in aliis duabus facit. Illud tenendum esse praedicimus in Bucolicis Virgilii, neque nusquam, neque ubique aliquid figurate dici, hoc est, per allegoriam. Vix enim propter laudem Caesaris, & amissos agros, haec Virgilio conceduntur: cum Theocritus, quem hic noster toto studio imitari conatur, simpliciter omnino conscripserit.

QVOD autem in ipso carmine tractari solet, est numerus, ordo, explanatio. Numerus Eclogarum manifestus est: nam decem sunt, ex quibus proprie Bucolicae VII. esse creduntur: nam tres ultimae proprie Bucolicae dici non debent, Pollio scilicet, Silenus, & Gallus. Prima igitur continet conquestionem publicam, & priuatam *a* congratulationem de agro: & dicitur Tityrus. Secunda, amorem pueri: & dicitur Alexis. Tertia, certamen pastorum: & dicitur Palaemon. Quarta genethliacum: & dicitur Pollio. Quin- a *Ab. Gratulationẽ.*

cta,

cta, epitaphium: & dicitur Daphnis, Sexta, Metamorphoſim: & dicitur Varius, aut Silenus. Septima, amores diuerſorum ſexuum: & dicitur Corydon. Octaua, Pharmaceutria: & dicitur Damon. Nona, cõtinet poetae conqueſtionem de amiſso agro: & dicitur Moeris. Decima, deſiderium Galli: & dicitur Gallus.

Quod ad ordinem ſpectat, illud ſcire debemus, in prima tantum, & ultima Ecloga poetam uoluiſse ordinem ſeruare: quoniam in altera principium conſtituit, ut in Georgicis ait: *Tytire te patulae cecini ſub tegmine fagi.* In altera oſtendit finem, quippe qui dicat, *Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem.* Verum inter ipſas Eclogas, paſtoralem conſcriptumq. ordinẽ nullum eſse, certiſsimum eſt. Sed ſunt, qui dicant, initium Bucolici carminis non Tityrum eſse, ſed illam, *Prima Syracuſio dignata eſt ludere uerſu.*

Supereſt explanatio, ad quam antequã ueniamus, illud dixerim: tenue eſse Bucolicum carmen, & uſque adeo ab heroico charactere diſtare, ut uerſus quoque huius carminis ſuas quaſdam caeſuras habeãt, & ſuis legibus diſtinguantur. Nam cum tribus probetur metrum, caeſura, ſcanſione, modificatione: non erit Bucolicus uerſus, niſi in quo & pes primus partem orationis abſoluerit, & tertius trochaeus fuerit, & caeſura, & quartus pes dactylus magis, quam ſpondaeus, partem orationis terminauerit, quinctus & ſextus pes ex integris dictionibus fuerit. quod Virgilius a Theocrito ſaepe ſeruatum, uictus operis difficultate, neglexit: in ſolo principio, incertum induſtria, an caſu, has caeſuras ſeruauit. Nam *Tityre*, dactylus, partem orationis abſoluit: *tu patu, lae recu* tertium trocheum, quamuis de compoſita dictione concluſit: *bans ſub*, quartum ſpondaeum pro dactylo. Cum autem ſubiunxit, *tegmine fagi*, terminatis partibus orationis integrum comma perfecit. Cuius rei diligentiam licet in Theocriti ferme omnibus uerſibus admirari. Qui uero ſupra dicta acri iudicio diligenterq. conſiderarit, facile intelliget, quae in Georgicis intentio, quiq. finis fuerit, nec minus etiam in Aeneide. Poematis ſtyli genera

tria

tria ſunt: aut enim actiuum, uel imitatiuum, quod Graeci δραματικὸν appellant; in quo perſonae loquētes introducuntur ſine poetae interlocutione: ut ſunt Tragoediae, & Comoediae; δρᾶν enim Graece, agere dicitur: quo genere ſcripta eſt prima, *Tityre tu patulae:* & nona, *Quo te, Moeri, pedes*. Aut enarratiuum, quod Graeci διηγηματικὸν appellant, in quo poeta ipſe loquitur ſine interpoſitione perſonae: ut tres primi Georgicōn libri: item Lucretij carmina. Aut commune, uel miſtum, quod Graeci μικτὸν appellant; ubi poeta ipſe loquitur, & introductae perſonae: ut Virgilij Aeneis.

VETERVM . SCRIPTORVM DE . VIRGILIO TESTIMONIA

Ab Aldo Manutio Paulli F. collecta.

EX . VELLEIO . PATERCVLO



AENE *stulta est inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quae maxime nostri aeui eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriusque, & Naso, perfectissime in forma operis sui.* hist. l. 2.

EX . SVETONIO

Sed & Virgilij, ac T. Liuij scripta, & imagines, paullum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoueret, quorum alterum, ut nullius ingenij, minimaeq. doctrinae; alterum, ut uerbosum in historia, negligentemq. carpebat. in Caligula.

Q. Caecilius primus dicitur Latine ex tempore disputasse, primusq. Virgilium, & alios poetas nouos perlegere coepisse. quod etiam Domitij Marsi uersiculus indicat: de clar. gramm.

Epirota, tenellorum nutricula uatum.

EX. SEX. AVR. VICT.

de Octauio Augusto. Diligebat praeterea Virgilium.

EX. AEL. SPARTIANO

de Hadriano. Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Coelium praetulit.

in Seuero. Virgilio liberi nulli similes.

in Aelio Vero. Martialem, epigrammaticum poetam, Virgilium dixit.

EX. AEL. LAMPRIDIO

De Alex. Seuero. Virgilium Platonem poetarum uocabat, eiusque imaginem cum Ciceronis simulacro, in secundo larario habuit, ubi & Achillis, & magnorum uirorum.

EX. C. PLINIO

In Praef. Virgiliana uirtus.

lib. 7. c. 30. Diuus Augustus Carmina Virgilij cremari contra testamenti eius uerecundiam uetuit: maiusq. ita uati testimonium contigit, quam si ipse sua carmina probauisset.

lib. 33. c. 1. Vtinam posset e uita in totum abdicari Aurum, sacra fames, ut celeberrimi auctores prodidere,

didere, ad perniciem uitae repertum.

EX. L. ANNAEO. SENECA

Non quid uerissime, sed quid decentissime diceretur, adspexit, nec agricolas docere uoluit, sed legentes delectare. ep. l. 13. ep. 87.

Virgilium illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit. decl. l. 3. decl. 1.

Virgilij imitatio bene cessit, qui optimos uersus Varronis expressit in melius. contr. l. 4. cont. 17.

EX. CORNELIO. TACITO

Malo securum, & secretum Virgilij secessum, in quo tamen neque apud D. Augustum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistolae, testis ipse populus, qui, auditis in theatro Virgilij uersibus, surrexit uniuersus, & forte praesentem, adspectantemq. Virgilium ueneratus est, sic quasi Augustum. de oratoribus.

Exercetur ab oratore etiam poeticus decor, non Attij, aut Pacuuij, ueterno inquinatus, sed ex Horatij, & Virgilij, & Lucani sacrario prolatus. ibid.

Nobis utique uersantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt, &c. ibid.

EX. QVINCTILIANO

Amantissimus uetustatis. lib. 1. c. 7.

lib.1.c.10. Auctor eminentissimus.

lib.8.cap.7 Acerrimi iudicij.

lib.9.cap.3. Vetustatis amator unice Virgilius fuit.

l.10.cap.1. Virgilius, omnium poetarum Graecorum, nostrorumq. Homero haud dubie proximus.

li.12.c.XI. Quantum poesis ab Homero & Virgilio, tantum fastigium accepit eloquentia a Demosthene, atque Cicerone.

ibidem. Lucretium, ac Macrum Virgilius; Crassum, & Hortensium Cicero, uicere.

EX . MACROBIO

in Som. Scipi.li.1.c.6. Virgilius nullius disciplinae expers.

ibid. cap.7. Maronis sententia ex intimae disciplinae profunditate.

ibidem. Miram obseruantiae diligentiam Homericae per omnia perfectionis imitator Maro in talibus quoque rebus obtinuit.

li.2.cap.7. Maro, in omnibus imitator Homeri.

Sat. lib. 1. cap. 16. Homerus Mantuanus.

lib.1.c.24. Qui moriens Poema suum legauit igni, quid, nisi famae suae conuiuia posteritati subtrahenda curauit? nec immerito. erubuit quippe de se futura iudicia, si legeretur petitio deprecantis filio arma a marito, cui soli nupserat, nec ex eo prolem suscepisse se nouerat: uel similia alia multum pudēda, seu in uerbis modo Graecis, modo Barbaris, seu in ipsa dispositione operis deprehenderentur.

ibidem. Haec est Maronis gloria, ut nullius laudibus

crescat,

crescat, nullius uituperatione minuatur.

Ipsius Maronis epistola, qua compellat Augustum, ita incipit: Ego uero frequentes a te litteras accipio. Et infra: De Aenea quidem meo, si mehercule iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem. Sed tanta inchoata res est, ut paene uitio mentis tantum opus ingressus mihi uidear: cum praesertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus, multoq. potiora impartiar. Et toto capite. ibidem.

Facundia Mantuani multiplex & multiformis est, & dicendi genus omne complectitur. lib.5.cap.1

Quattuor dicendi genera, copiosum, breue, siccum, pingue & floridum, apud unum Maronem reperies: ea permiscet, & facit unum quoddam ex omni diuersitate pulcherrimum temperamentum. ibidem.

Non mortali, sed diuino ingenio. ibidem.

Ne nimium me uocetis, qui naturae rerum Virgilium comparaui. intra ipsum .n. mihi uisum est, si dicerem, decem rhetorum, qui apud Athenas Atticas floruerunt, stylos, inter se diuersos, hunc unum permiscuisse. ibidem.

Omne opus Virgilianum, uelut de quodam Homerici operis speculo, formatum est, omnia mira imitatione describens. li.5. cap.2.

Virgilius studij circa Homerum nimietate excedit modum. & re uera non poterat non in aliquibus minor uideri, qui per omnem poesim suam hoc uno est praecipue usus archetypo. acriter li.5.c.13.

enim in Homerum oculos intendit, ut aemularetur eius non modo magnitudinem, sed & simplicitatem, & praesentiam orationis, & tacitam maiestatem. hinc &c.

lib.5.c.14. Virgilio Homeri dulcis imitatio.

ibidem. Velut sideribus micat diuini carminis uariata maiestas.

lib.5.c.15. In nonnullis paullulum a grauitate Homerica deuiauit Maro.

lib.5.c.16. Amoenitate intertexta, fastidio narrationum medetur.

ibidem. In omni opere Maronis Homerica lucet imitatio. Homerus omnem Poesim suam ita sententijs farsit, ut singula eius ἀποφθέγματα uice prouerbiorum in omnium ore fungantur. nec haec apud Virgilium frustra desideraueris.

lib.5.c.17. Dum in strepitu, sonituq. uerborum conquirendo laborat, tempus, nulla discrepatione facta, confundit.

lib.5.c.18. Fuit Virgilius ut scrupulose, & anxie, ita dissimulanter, & quasi clamculo doctus: ut multa transtulerit, quae unde translata sint, difficile sit cognitu.

lib.6.c.1. Quis fraudi Virgilio uortat, si ad excolendum se quaedam ab antiquioribus mutuatus sit? cui etiã gratia hoc nomine est habenda, quod, nonnulla ab illis in opus suum, quod aeterno mansurum est, transferendo, fecit, ne omnino memoria ueterum deleretur: quos (sicut praesens tempus ostendit) non solum neglectui, uerum etiam risui habere iam

coepimus.

coepimus. Denique & iudicio transferendi, & modo imitandi consecutus est, ut, quod apud illum legerimus alienum, aut illius esse malimus, aut melius hic, quam ubi natum est, sonare miremur.

EX. NONIO

Vates Mantuanus.

EX. ARNOBIO
LIB. 8.
Seu potius Minucio Felice in Octauio.

Mantuanus Maro.

EX. MARTIANO. CAPELLA

Mantuanus Vates. de nup. Phil. lib. 2.
Romuleus Vates. lib. 6.

EX. SIDONIO. APOLLINARE

Arpinas modo quam tonante lingua lib. 8.
Dictat, nunc stylus, aut Maronianus,
Aut quo tu Latium beas, Horati,
Alceo potior Lyristes ipso.

EX. AMMIANO. MARCELLINO

Mantuanus Vates excelsus hist. l. 15.
Poeta praeclarus hist. l. 19.

Eminen-

hist.lib.31. Eminentissimus uates.

EX . SYMMACHO

ep.3 lib.2. Quis ita ad Aesopi uenustatem, quis ita ad sophisticas Socratis conclusiones, quis ita ad enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem nostri Maronis accedat?

EX . AVSONIO

ī Pro trep. ad nep.

Te parcente, nepos, modulata poemata Flacci,
Altisonumq. iterum fas est didicisse Maronem.
Tu quoque, qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & adstricto percurris pulpita socco,
Ad noua uix memorem diuerbia coge senectam.

in Centone Nuptiali, Paullino. Piget Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari dehonestasse materia.

in Eidylliis Si quid in nostro ioco aliquorum hominum seueritas uestita condemnat, de Virgilio accersitū sciat.

in Carmine imperfecto, Ausonio ad scripto.

Ilium in Aeneade celebrat dulcedo Maronis.

EX . HORATIO

od. lib. 1 od. 3. ad Virgilium. lib.1.sat.5.

- animae dimidium meae.
Plotius, & Varius Sinuessae, Virgiliusq.
Occurrunt: animae, quales neque candidiores,
Terra tulit: neque quis me sit deuinctior alter.
O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt?
Nil ego contulerim iucundo sanus amico.

- optimus

- optimus olim *lib.1.sat.6.*
Virgilius, post hunc Varius dixere, quis essem.
- molle, atque facetum *lib.1.sat.10*
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camoenae.

EX. SEX. PROPERTIO

Actia Virgilium custodis litora Phoebi, *lib.2.el.34*
Caesaris & fortes dicere posse rates:
Qui nunc Aeneae Troiani suscitat arma,
Iactaq. Lauinis moenia litoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Graij,
Nescio quid maius nascitur Iliade.
Tu canis umbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus.
Vtq. decem possint corrumpere mala puellam:
Missus & impressis haedus ab uberibus.
Felix, qui uiles pomis mercaris amores:
Huic licet ingratae Tityrus ipse canat,
Felix intactum Corydon qui tentat Alexin,
Agricolae domini carpere delicias.
Quamuis ille sua lassus requiescat auena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Ascraei ueteris praecepta poetae,
Quo seges in campo, quo uiret uua iugo.
Tale facis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.

EX. MARTIALE

Rara uel aeterno proxima Virgilio. *lib.xi.*

lib. 8. Mantua musarum domus, atque ad sidera cantu
Euecta Andino & Smyrnaeis aemula plectris.

INCERTI

Maeonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, & lectum credat utrumq. sibi.
Illius immensos miratur Graecia campos:
At minor est nobis, sed bene cultus ager.
Hic tibi nec pastor, nec curuus deerit arator:
Haec Graijs constant singula, trina mihi.

ALCINOI

De numero uatum si quis seponat Homerum,
Proximus a primo tum Maro primus erit.
Et, si post primum Maro seponatur Homerum,
Longe erit a primo quisqui' secundus erit.

SVLPICII . CARTHAGINIENSIS

Iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca uetat, Variusq. simul: tu, maxime Caesar,
Non sinis, & Latiae consulis historiae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et paene est alio Troia cremata rogo.

Et profugum Aenean altae primordia Romae:
Quo nullum Latio clarius exstat opus.

EIVSDEM . AD . AVGVSTVM

Et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor
Contulit in Tyrios arma, uirumq. toros.
Phyllidis hic idem, teneraeq. Amaryllidis ignes,
Bucolicis iuuenis luserat ante modis.

OCTAVII . AVGVSTI

Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis
Tam durum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaq. doctiloqui morietur musa Maronis?
Ah scelus indignum. soluetur littera diues?
Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
Flamma suo? [a] dignumq. operis seruare decorem?
[b] Noster Apollo ueta: Musae prohibete Latinae:
Liber & alma Ceres succurrite. uester in armis
Miles erat, uester docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid uer ageret, quid cogeret aestas,
Quid daret autũnus, quid bruma nouissima ferret:
Arua reformauit: sociauit uitibus ulmos:
Curauit pecudes: apibus sua castra dicauit.
Haec dedit, ut pereant? ipsum si dicere fas est:
Sed legum seruanda fides: suprema uoluntas
Quod

[a] Al. ductumq. operi seruabit amorem.
[b] Al. Pulcher.

a Al. Verba
b Al Superbus.
c Al. Funera.
d Al. Tam sacrum soluetur opus? tot.
e Alia exẽplaria sic habent: Date flumina cuncta sorores. Exspirẽt ignes uiuat Maro doctus ubique, Ingratusq. sui studiorumq. inuidus orbi, Et factus post fata nocens: quod iusserat ille, etc.
f Al. Orbẽ.
g Al. satis.
h Al. Immo sit.
i Al. In populo.
K Al. Numine nomẽ.
l Al. uigeat, placeat.

Quod mandat, fieriq. iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum ueneranda potestas,
Qnam tot congestos noctesq. diesq. labores
Hauserit una dies, supremaq. iussa[a] parentis
Amittant uigilasse suum. si forte furenti[b]
Errauit in morte dolor: si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis: odio languoris iniqui
Si mens caeca fuit: iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere uoces?
Ardebit miserae post uulnera[c] uulnus Elisae?
Hoc[d] opus aeternum ruet? & tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides[e] nemorum per lustra loquaces
Tendite, & ardentes ignes fluuialibus undis
Mergite, ne pereat tam clari musa poetae,
Flammaq. uanescat. uiuat Maro clarus in[f] orbe,
Ingratusq. sibi. sed, quod male iusserat ipse,
Sit uetuisse meum: sacer[g] est post tempora uitae,
Sicq.[h] erit aeternum, tota resonante Camoena
Carmen, & [i] imperij diui sub nomine [k] uiuat,
Laudetur, placeat,[l] uigeat, relegatur, ametur.

CORNELII. GALLI. AD AVGVSTVM CAESAREM

DE. AENEIDE. VIRGILII

Temporibus laetis tristamur, maxime Caesar,
Hoc uno amisso, quem gemo, Virgilium.

Sed

Sed uetuit relegi, si tu patiere, libellos:
In quibus Aenean condidit ore sacro.
Roma rogat, precibus totus tibi supplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monumenta Ducum.
Atq. iterum Troiam, sed maior flamma cremabit,
Fac laudes Italum, fac tua facta legi:
Aeneanq. suo fac maior nuncius ornet:
Plus satis possunt Caesaris ora Dei.

ΧΡΙΣΤΟΔΟΡΟΥ

Καὶ φίλος αὐσονίοισι λιγύθροος ἔπρεπε κύκνος
Πλείως εὐεπίης Βιργίλλιος. ὅν πότε ῥώμης
Θυμβριὰς ἄλλον Ὅμηρον ἀνέτρεφε πάτριος ἠχώ.



BVCOLICORVM
ECLOGA · I
TITYRVS

ARGVMENTVM

Post mortem Iulij Caesaris, flagrante toto fere terrarum orbe bellis ciuilibus, cum Augustus, deuictis Bruto & Cassio in Thessalia, L. Antonio, Triumuiri fratre, in Italia ad Perusium, cum a triumuiratu iam Lepidus excidisset, Sexto Pompeio copiis omnibus destituto in Asia, demum & M. Antonio Triumuiro apud Actium Epiri promontorium, pace terra mariq. parta, cum miles stipendia & in promissos agros mitti flagitaret, nec aliter ipse, diutinis bellis exhaustus, esset soluendo, agros Cremonensium, qui in partibus fuerant, militibus diuisit: quibus non sufficientibus, Mantuanorũ agros adiecit; non quia quidquam illi deliquissent, sed tantũ, quia uicini essent. Inter quos cũ & Virgilius, cuius personã hic sustinet Tityrus pastor, agrum suum Cremonae uicinũ amisisset, Romam profectus, fauore primũ Pollionis, deinde Maecenatis, & aliorũ potentũ Augusti amicorum, quibus carminibus commendatus erat, obtinuit, ut agrũ suũ reciperet. Qua de re gratias agens Augusto hac ecloga, secum Meliboeum, (sub cuius nomine, quemuis Mantuanorum ob amissum agrum dolentem significat) quendam pastorem inducit loquentem, qui eum felicem praedicat, & suam contra calamitatem deplorat, finibus suis a ueterano milite pulsus Ipse autem Tityrus tanti se beneficii auctorem colere semperq. culturum esse profitetur. Ceterum fingit se seruum, qui libertatis desiderio Romam profectus sit, & eam tandem non nisi in senectute consecutus sit. In his eclogis Theocritum secutus est, ex quo plurima in suum carmen & aperte & dissimulanter, ubique tamen summo artificio, transtulit.

A Meli-

Meliboeus, Tityrus.



ITYRE, [a] tu patulae recubans sub tegmine fagi
Siluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patriae fines, & dulcia linquimus arua:
Nos [b] patriam fugimus; tu, Tityre, [c] lentus in umbra
Formosam resonare doces Amaryllida siluas.
TI. *O Meliboee, [d] deus nobis haec otia fecit.*
Namque erit ille mihi semper deus, illius aram
Saepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, ut cernis, & ipsum
Ludere, quae uellem, calamo permisit agresti.
ME. *Nō equidē inuideo, miror magis. undique totis*
Vsque adeo turbatur agris. en ipse capellas
Protinus aeger ago: hanc etiam uix, Tityre, duco.
Hic inter densas corylos modo namque gemellos,
Spem gregis, ah silice in nuda [e] connixa reliquit.
Saepe malum hoc nobis, si mens non laeua fuisset,
De caelo tactas memini praedicere quercus:
[f] Saepe sinistra caua praedixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iste deus qui sit, [g] da Tityre nobis.
TI. *Vrbem, quam dicūt Romam, Meliboee putaui*
Stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solemus
Pastores ouium teneros depellere fetus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus haedos
Noram, sic paruis componere magna solebam.

a indicatur admiratio quaedā, & indignatio loquētis. & Recubans, aīi securitatē significat.
b τὴν πατρίδα φεύγομεν; *pro, exsuiamus.*
c idest, otiosus: nam respondetur, Haec otia.
d Caesar Augustꝰ ob magnitudinē beneficij, deus a Tityro dictus, non, ut putauit Ser. quia Romae templis erectis, coleretur.
e īfra: Quāuis lapis omnia nudus.
f nothus uidetur versus
g expone. ut l. vi. Da (nō īdebita posco Regna meis fatis) Latio considere Teucros.

Verum

Verũ haec tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.
ME. [a] *Ecquae tanta fuit Romam tibi caussa uidẽdi?*
TI. *Libertas: quae sera tamen respexit inertem:*
Candidior postquam tondenti barba cadebat:
Respexit tamen, & longo post tempore uenit,
[b] *Postquã nos Amaryllis habet,* [c] *Galatea reliquit.*
Nãque, (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret uictima septis,
Pinguis & ingratae premeretur caseus urbi:
Nõ umquã grauis aere domũ mihi dextra redibat.
ME. *Mirabar, quid maesta deos* [d] *Amarylli uocares,*
Cui pendere sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat: ipsę te, Tityre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa haec arbusta uocabant.
TI. *Quid facerem? neque seruitio me exire licebat,*
Nec tam praesentes alibi cognoscere diuos.
Hic illum uidi [e] *iuuenem, Meliboee, quotannis*
Bis [f] *senos cui nostra dies altaria fumant.*
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
Pascite, ut ante, boues pueri, submittite tauros.
ME. [g] *Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,*
Et tibi magna satis: quamuis lapis omnia nudus,
Limosoq. palus obducat pascua iunco:
Non insueta graues tentabunt pabula fetas,
Nec mala uicini pecoris contagia laedent.
Fortunate senex, hic inter [h] *flumina nota,*
Et fontes sacros [i] *frigus* [K] *captabis opacum.*

a *pro, quae nã, antiquo more, ĩ aliĳs mẽdose legitur, Et quae*
b *ex quo Romam ueni, Mantua relicta.*
c *Graecorũ more. notum est illud Aristippi, ἔχω λαΐδα, ἀλλ᾽ οὐκ ἔχομαι.*
d *apostrophe ad urbẽ Romã: quãuis sint qui hic, Galatea, legant, ut ad Mantuam referatur.*
e *Augustũ*
f *oĩum mensiũ Kalẽdis.*
g *fortunatus senex futurus. ut ad tẽpus futurum, non ad aetatẽ Virgiliĳ referatur.*

h *Padum, & Mincium.* i *nymphae. n. omnibus aquis praesident.*
K *id est, umbras & frigora.*

Hinc tibi, quae ſemper uicino ab limite ſaepes
Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti,
Saepe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.
Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras:
Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,
Nec [a] *gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo.*
TI. *Ante leues ergo paſcentur in aethere cerui,*
Et freta deſtituent [b] *nudos in litore piſces;*
Ante, pererratis amborum finibus, exſul (grim;
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Ti-
Quam noſtro illius labatur pectore uultus.
ME. *At nos hinc alij* [c] *ſitientes ibimus Afros:*
Pars Scythiam, et rapidum Cretae ueniemus Oaxẽ,
Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
En umquam patrios longo poſt tempore fines,
Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen,
Poſt aliquot, mea regna uidens, mirabor [d] *ariſtas?*
Impius haec tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? [e] *en, quo diſcordia ciues*
Perduxit miſeros: en, queis conſeuimus agros.
Inſere nunc, Meliboee, piros, pone ordine [f] *uites.*
Ite meae, quondam felix pecus, ite capellae.
Non ego uos poſthac, uiridi proiectus in antro,
Dumoſa pendere procul de rupe uidebo:
Carmina nulla canam: non, me paſcente, capellae
Florentem cythiſum, & ſalices carpetis [g] *amaras.*
TI. *Hic tamẽ hanc mecũ poteras requieſcere noctẽ,*
Fronde ſuper uiridi. ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneae molles, & [h] *preſſi copia lactis:*
Et iam ſumma procul uillarum culmina [i] *fumant,*
Maioresq. cadunt altis de montibus umbrae.

a gemere proprie de turturibus: quae cũ canũt, gemere uidentur.
b Theocr. ἀλλήλων.
c διψηρούς *ſ. ob calorẽ. &, Ibimus, pro adibimus: Scythiã ueniemus, pro in Scythiam.*
d Per Ariſtas, meſſes; per Meſſes; annos accipe.
e Homerus in Il. 203.
f Homer. Odyſſ. ω
g quo tamẽ ſapore capellis placent.
h in caſeũ coacti.
i Homer. Odyſſ. κ.

ECLOGA . II . ALEXIS

ARGVMENTVM

Corydon paſtor, Alexis pueri amore captus, nihil eorum praetermittit, quae ad puerilem animũ demulcendum, mutuumq. amorem conciliandum poſſunt pertinere. uerum, ubi ſe neque querellis, neque blanditiis, aut munuſculis quidquam proficere intelligit, tandem ad ſe rediens, dementiamq. ſuam agnoſcens, ad intermiſſam rei familiaris curam ſibi ſtatuit reuertendum: ut aſſueto labore infelicis ſui amoris, qui fere ex otio naſci ſolet, taedium diſcutiat. Per Corydonem autem, ſi Donato credimus, Virgilium, per Alexin Alexandrum accipimus, Pollionis puerum, quem poſtea ab eo dono accepit.

Formoſum paſtor [a] Corydon ardebat Alexim,
Delicias domini, nec, quid ſperaret, habebat.
Tantum inter denſas, umbroſa cacumina, fagos
Aſſidue ueniebat. ibi haec [b] incondita ſolus
Montibus, & ſiluis ſtudio iactabat inani.
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas:
Nil noſtri [c] miſerere: mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes [d] umbras, & frigora captant:
Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos:
[e] Theſtylis & rapido [f] feſſis meſſoribus aeſtu
Allia, ſerpyllumq., herbas contundit olentes.
At mecum raucis, tua dum ueſtigia luſtro,
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.
Non ne fuit ſatius, triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia; non ne Menalcam;
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes?
O formoſe puer, nimium ne crede colori.

a *pro Corydone Virgiliũ, pro Alexi Auguſtũ.*
b *Theoc. in Cyclope.*
c *nõ reddit ereptos mihi agros.*
d *ſupra: Frigus opacũ.*
e *eius amica: cui tamẽ paullo poſt praeferri a ſe Alexim oſtendit.*
f *eod. modo Eclog. IV. et Aenei. IV. – placidum carpebãt feſſa ſoporem Corpora.*

Alba ligustra cadunt, [a] uacinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum; nec, quis sim, quaeris, Alexi,
Quam diues [b] pecoris, niuei quam lactis abundãs.
Mille meae Siculis errant in montibus agnae.
Lac mihi non aestate nouum, non frigore desit.
Canto, [c] quae solitus, si quando armenta uocabat,
Amphion [d] Dircaeus in Actaeo Aracyntho.
Nec sum adeo informis: nuper me in litore uidi,
Cum placidũ uẽtis staret [e] mare. non ego Daphnim
Iudice te metuam, si numquam fallit imago.
O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
Atque humiles habitare casas, & figere [f] ceruos,
Haedorumq. gregem uiridi compellere [g] hibisco.
Mecum una in siluis imitabere Pana canendo.
Pan [h] primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiumq. magistros.
Nec te paeniteat calamo triuisse labellum.
Haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?
Est mihi disparibus septem compacta [i] cicutis
[k] Fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim:
Et dixit moriens, Te nunc habet ista [l] secundum.
Dixit Damoetas: inuidit stultus Amyntas.
Praeterea duo, [m] nec tuta mihi ualle reperti,
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ouis ubera, quos tibi seruo.
Iampridem a me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.
[n] Huc ades, o formose puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphae calathis: tibi candida Nais

a *uiolae purpurei coloris, qui ad nigrum accedit.*
b *Theoc. in Cyclope.*
c *The. ibid.*
d *Pausanias in Corinthiac. & Boeoticis.*
e *ex rusticorum more: qui speculo artificioso, uitreo, aut cristallino, uti nõ solẽt.*
f *Quidã intell. de furcis, quib. casae sustentantur.*
g *id est, ad hibiscum.*
h *Euripides Iphigenia Tauric. & Bion in Bucolic. Athenaeus l. IV.*
i *id est, cannarũ internodijs.*
K *amantiũ more, munera offert.*
l *per Hypallagen.*
m *difficili. quaesiui eos non ue sine periculo. munus commendat a difficultate.*
n *Theocr. in Cyclope.*

Pallentes

[a] Pallentes uiolas, & summa papauera carpens,
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
Tum casia, atque alijs intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit uacinia caltha.
Ipse ego [b] cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasq. nuces, mea quas Amaryllis amabat:
Addã [c] cerea pruna: & honos erit huic quoq. pomo:
Et uos o lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positae quoniam suaues miscetis odores.
Rusticus [d] es Corydon: nec munera curat Alexis.
Nec, si muneribus certes, concedat [e] Iolas.
Eheu, quid uolui misero mihi? floribus austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quem fugis [f] ah demens: habitarũt dij quoq. siluas,
Dardaniusq. [g] Paris. Pallas, quas condidit arces,
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia siluae.
[h] Torua leaena lupũ sequitur, lupus ipse capellam.
Florentem cythisum sequitur lasciua capella,
Te Corydon o Alexi. trahit sua quemq. uoluptas.
Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et sol crescentes decedens duplicat umbras:
Me tamen [i] urit amor. quis. n. modus adsit amori?
Ah Corydon, Corydon, quae te dementia cepit.
Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.
[K] Quin tu aliquid saltẽ potius, quorũ indiget usus,
Viminibus, molliq. paras detexere iunco.
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

a Horat. Et tinctus uiola pallor amantium.
b Theocr. in Epigrã. μῆλα χνοάοντα.
c puto ad colorẽ potius referri, quã ad molliziẽ.
d id est, rerum imperitus.
e amator eius dominus Corydone ditior.
f Theoc. in eidyll. 3.
g antequã Priami regis filius agnosceretur
h Gradatio periucunda ex Theocr. eidyll. x.
i cũ tamen solis calor, abeũte die, deficiat.
K hortãtis est, sed uehementer. iungitur enim indicatiuo: ex quo patet interrogandi uim inesse.

ARGVMENTVM

Menalcas, & Damoetas, pastores, mutuis primũ inter se conuicijs certant: mox, interueniente Palaemone iudice, amoebaei carminis lege disceptant: ubi neuter uincitur, sed uterque alteri, Palaemonis sententia, exaequatur.

Menalcas, Damoetas, Palaemon.

ME.
Dic mihi, [a] Damoetas, [b] cuium pecus? an Meliboei?
DA. *Non, uerum Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon.*
ME. *Infelix o semper ouis pecus. ipse Neaeram*
Dum fouet, ac, ne me sibi praeferat illa, ueretur;
Hic alienus oues custos bis [c] mulget in hora;
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
DA. *Parcius ista [d] uiris tamen obijcienda memento.*
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,
Et quo, sed faciles nymphae risere, sacello.
ME. *Tum credo, cũ me arbustum uidere Myconis,*
Atque mala uites [e] incidere falce nouellas.
DA. *Aut hic ad ueteres fagos, cũ Daphnidis arcũ*
Fregisti, & calamos: quae tu, peruerse Menalca,
Et cum uidisti puero donata, dolebas;
Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses.
ME. *Quid domini facient, audent cum talia [f] fures?*
Non ego te uidi, Damonis, pessime, caprum
Excipere insidijs, multum latrante [g] Lycisca?
Et, cum clamarem, quo nunc se proripit ille?
Tityre, coge pecus; tu post carecta latebas.
DA. *An mihi cantando uictus non redderet ille,*

Quem

a Haec uerba, Dic mihi, sunt curiosius interrogantis.
b Theocr. in eidyll. 4
c surripit domino imprudenti.
d cũ laude. plus .n. est quã hominib. sic Cic. in Bruto: Vidi Mytilenis uirũ, & uidi plane uirum.
e Iustiniani. οἱ δένδρα καὶ μάλιστα ἀμπέλους τέμνοντες, ὡς λῃσταὶ κολάζονται.
f id est, serui. uel, furaces serui.
g cane, ex lupo & cane nato, ut ait Plinius.

Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, [a] *meus ille caper fuit, & mihi Damon*
Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.
ME. *Cantando tu illum? aut umquã tibi fistula cera*
Iuncta fuit? non tu in triuijs, indocte, solebas
[b] *Stridenti* [c] *miserum stipula disperdere carmen?*
DA. *Vis, ergo, inter nos, quid possit uterq., uicissim*
Experiamur? ego hanc uitulam (ne forte recuses,
Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fetus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.
ME. *De grege* [d] *nõ ausim quidquam deponere tecũ.*
Est mihi namque domi pater, est iniusta [e] *nouerca,*
Bisq. die numerant ambo pecus, alter & haedos.
Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius,
[f] *(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam*
Fagina, caelatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita uitis,
Diffusos hedera uestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon, &, [g] *quis fuit alter,*
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tẽpora [h] *quae messor, quae curuus arator haberet?*
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
DA. *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,*
Et [i] *molli circum est ansas amplexus acantho:*
Orpheaq. in medio posuit, siluasq. sequentes.
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad uitulam spectes, nihil est, quod pocula laudes.
ME. [k] *Nũquã hodie effugies: ueniã* [l] *quocũq. uocaris.*
Audiat haec tantum uel qui uenit, ecce, Palaemon.
Efficiam, posthac ne quemquam uoce lacessas.

a *uictoriae meae praemium.*
b *non dulcẽ iucundum ue auribus sonitum red dente. &,*
c *Miserum maerorẽ inducẽs, ideo reijciendũ.*
d *quia non meus ẽ grex sed Aegonis*
e *Georg. 2. Saeuae nouercae.*
f *mecũ certare: cui minime comparandus es.*
g *ignorantiã belle tribuit homini rustico.*
h *ea docet Hesiod.* ἐν ἔργοις.
i *Theocr. edyll. 1.*
K *Naeuius: Nũquã hodie effugies, quin mea manu moriare.*

l *ad quemcumque locũ, ad quemcumque iudicem. pleonasmus ex archaismo.*

DA. Quin age, si quid habes, ĩ me mora nõ erit ulla,
Nec quemquam fugio. tantum uicine Palaemon
[a] Sensibus haec imis (res est [b] non parua) reponas.
PA. Dicite: quandoquidẽ in molli cõsedimus herba:
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent siluae: nunc formosissimus annus:
[c] Incipe, Damoeta: tu deinde sequere, Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna camoenae.
DA. Ab [d] Ioue principiũ Musae: Iouis omnia plena.
Ille [e] colit terras: illi mea carmina curae.
ME. Et me Phoebus amat: Phoebo sua semper apud me
Munera sunt, lauri, & suaue rubens hyacinthus.
DA. Malo me Galatea petit, lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit ante uideri.
ME. At mihi sese offert ultro, meus [f] ignis, Amyntas:
Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.
DA. Parta meae Veneri sũt munera: nãque notaui
Ipse locum, aeriae quo congessere palumbes.
ME. Quod potui, puero siluestri ex arbore lecta,
Aurea mala [g] decem misi, cras altera mittam.
DA. O quoties, & quae nobis Galatea locuta est:
Partem aliquam uenti diuum referatis ad aures.
ME. Quid prodest, quod me ipse aĩo non spernis, Amynta,
Si dum tu sectaris apros, ego [h] retia seruo?
DA. Phyllida mitte mihi; meus est natalis, Iola:
Cum faciam [i] uitula pro frugibus, ipse uenito.
ME. Phyllida amo ante alias. nã me discedere fleuit
Et, longum formose uale, uale, inquit, Iola.
DA. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus uenti, nobis Amaryllidis irae.

a Homer. Iliad. ά.
b cum agatur et de uitula, & de gloria.
c Theocr. eidyll. IX.
d ex Arato: ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα, τὸν οὐδέποτ᾽ ἄνδρες ἐῶμεν Ἄῤῥητον.
e ideo habitat, quia ubique est. Iouis .n. omnia plena.
f cuius amore ardeo. nec potuit significãtius amoris uis, quã incendij similitudine, exprimi. ideo & supra dixit, Me tamen urit amor.
g quae Graeci κίτρια μῆλα.
h quod in uenatione minimum habet uoluptatis.
i id est, sacrificabo. Iuu. Sat. IX. Pro populo faciens.

ME. Dulce satis humor,[a] depulsis arbutus haedis,
Lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.
DA.[b] Pollio amat nostram, quãuis sit rustica, musã:
Pierides uitulam lectori pascite uestro.
ME. Pollio et ipse facit noua carmina. pascite taurũ,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
DA. Qui te Pollio amat, uenit, quo te quoq. gaudet.
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
ME. Qui Bauiũ non odit, amet tua carmina Maeui:
Atque idem iungat uulpes, & [c] mulgeat hircos.
DA. Qui legitis flores, & [d] humi nascentia fraga,
Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
ME.[e] Parcite oues nimiũ procedere. non bene ripae
Creditur: ipse aries etiam nunc uellera siccat.
DA. Tityre pascentes a flumine reijce capellas:
Ipse, ubi tempus erit,[f] omnes in fonte lauabo.
ME. Cogite oues, pueri: si lac praeceperit aestus,
Vt nuper, frustra pressabimus ubera palmis.
DA. Eheu, quã pĩgui[g] macer est mihi taurus ĩ[h] aruo.
Idem[i] amor exitium est pecori, pecorisq. magistro.
ME. His certe neq. amor caussa est: uix ossib. haerẽt.
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
DA. Dic, quib. in terris (et eris mihi magnus[K] Apol
Tres pateat caeli spatium non amplius ulnas. (lo)
ME. Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores; & Phyllida solus[l] habeto.
PA. Non nostrum inter uos tantas componere lites.
Et uitula tu dignus, & hic, & quisquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
Claudite[m] iam riuos, pueri: sat prata biberunt.

a ab ubere summotis.
b Asinius Pollio, poeta, et historicus, qui Virgilio suos agros ab Augusto impetrauit.
c Lucian. in uita Demonactis eodem modo.
d uide Pli. l. XV. cap. XXIV. de Comaro.
e cauete, ne nimiũ procedant.
f Theocrit. eidyll. V.
g Theocrit. eidyll. IV.
h al. Eruo. quo legumine pinguescere pecus Pli. & Col. tradunt.
i cuius culpa meas plane res oĩs negligo.
K cuius est diuinare, et obscura nosse, ac patefacere.
l si hoc dixeris, uolo, propriam esse tuam, quae communis nunc est.
m Catull. Claudite ostia uirgines, lusimus satis.

ARGVMENTVM

Asinio Pollioni, Germanici exercitus duci, eodẽ anno, quo Salonas, Dalmatiae urbẽ, expugnauit, natus est filius, que, a nomine captae urbis, Saloninum appellauit. Huic poeta hac ecloga genethliacum canit, eo detorquens, quae Sibylla de futura aurei saeculi felicitate cecinerat. Obiter tamen & Pollionis patris, & ipsius etiam Augusti laudes admiscet.



Icelides Musae, paullo [a] maiora canamus:
Non omnes arbusta iuuant, humilesq. myricae.
Si canimus [b] siluas, siluae sint consule dignae.
Vltima Cumaei uenit iam carminis aetas.
Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo.
Iam redit & [c] uirgo, redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies caelo demittitur alto.
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teq. adeo, decus hoc aeui, te consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.
Te duce, si qua manent [d] sceleris uestigia nostri,
Irrita perpetua [e] soluent formidine terras.
Ille deum [f] uitam accipiet, diuisq. uidebit
Permistos heroas, & ipse uidebitur illis,
Pacatumq. reget [g] patrijs uirtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu

a quia supra bucolici carminis humilitatẽ paullũ adscendit, ob natum Pollioni filiũ. b si canimus bucolica, cãtusq. pastoricios, tale carmẽ sit carmen, quod dignũ sit consule Pollione. c iustitia, Erigone quae fuit. bene enim ominatur ab Augusto regnante, filio Pollioni nato, Pollione ipso consule. d ciuilis belli ab Augusto gesti. e Hor. Epo. Curã metũq. Caesaris rerũ iuuat Dulci Lyaeo soluere.

f Hesiod. ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον. g C. Iulij Caesaris, a quo adoptatus est. nã de Augusto placet intelligi, nõ de Pollione: quod Seruius sine caussa dubitat.

Erran-

Errantes hederas passim cum bacchare tellus,
Mistaq. ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:
Occidet & serpens, & fallax herba ueneni
Occidet: Assyrium uulgo nascetur amomum.
[a] At simul heroum laudes, & [b] facta parentis
Iam legere, &, quae sit, poteris cognoscere, uirtus;
Molli paullatim flauescet campus arista,
Incultisq. rubens pendebit sentibus uua,
Et durae quercus sudabunt [c] roscida mella:
Pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis,
Quae [d] tentare Thetin ratibus, quae cingere muris
Opida, quae iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys, [e] & altera quae uehet Argo
Delectos [f] heroas: erunt etiam altera bella;
Atq. iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc, ubi iam firmata uirum te fecerit aetas;
Cedet [g] & ipse mari uector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non uinea falcem:
Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator:
Nec uarios discet mentiri [h] lana colores:
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo [i] mutabit uellera luto:
Sponte [K] sua sandyx pascentes uestiet agnos.
Talia saecla, suis dixerunt, currite, fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcae.
Aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores
Cara deum soboles, magnum Iouis incrementum.

a Homer. Il. 1.
b ἔργα γιγάντων, Hom.
c fragrãtia, Seruius exponit.
d ob auaritiam nauigare.
e Apollonius Rhod. li 1.
f Ennius Medea: Argo, qua uecti Argiui delecti uiri.
g hoc est, quod dixit; Magnus ab integro saeclorũ nascitur ordo.
h cum tincta uarios refert colores.
i colore herbae, quae & Lutea dicitur.
K Hesiod. αὐτομάτη dixit, quod Oui. uertẽs, ait: per se dabat omnia tellus.

Adſpice conuexo [a] *nutantem pondere mundum,*
Terrasq., tractusq. maris, caelumq. profundum:
Adſpice, uenturo [b] *laetentur ut omnia ſaeclo.*
O mihi tam longae maneat pars ultima uitae,
Spiritus, & quantum ſat erit tua dicere facta.
Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quãuis, atq. huic pater adſit,
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo,
Pan etiam [c] *Arcadia mecum ſi iudice certet,*
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudíce uictum.
Incipe, parue puer, [d] *riſu cognoſcere matrem.*
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Incipe, parue puer. cui non riſere parentes,
Nec deus [e] *hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.*

a inclinatũ praeſentib. malis, futuris bonis.
b aureo & heroico ſaeculo.
c in qua colitur.
d riſit.n.ſtatim natus Pollionis filius. quod malum eſt auguriũ: itaque cito periit.
e uide Probum hic, qui tradit, ex Varrone pueros initiari ſolitos Poticae, Eduliae, et Cubae deabus.

ECLOGA. V. DAPHNIS

ARGVMENTVM

Menalcas & Mopſus, paſtores, Daphnidis amici ſui mortẽ deflẽt: alterq. eius epitaphium, alter apotheoſin canit. Sunt, qui per Daphnidem Caeſarem dictatorem intelligi putent, paullo ante, quam haec ſcriberet poeta, xxiij. uulneribus in curia confoſſum. Alij Quinctilium Varum accipiunt, in Germania cũ tribus legionibus caeſum. Alij Flaccum Maronem intelligi malunt, Virgilij fratrem, de quo extat per uulgatũ quidẽ illud, ſed incerti auctoris diſtichon.

Triſtia fata tui dum fles in Daphnide Flacci
Docte Maro, fratrem dijs immortalibus aequas.

Menalcas

Menalcas, Mopſus.



Vr non, Mopſe, (boni [a] quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus)
Hic corylis miſtas inter [b] conſedimus ulmos?
MO. *Tu maior: [c] tibi me eſt aequũ parere, Menalca:*
Siue ſub incertas Zephyris [d] motantibus umbras,
Siue antro potius ſuccedimus. adſpice, ut antrum
Silueſtris raris [e] ſparſit labruſca racemis.
ME. *Montibus in noſtris ſolus tibi certat Amyntas.*
MO. [f] *Quid, ſi idẽ certet Phoebũ ſuperare canẽdo?*
ME. *Incipe, Mopſe, prior, ſi quos aut Phyllidis [g] ignes,*
Aut [h] Alconis habes laudes, aut iurgia [i] Codri.
Incipe: paſcentes ſeruabit Tityrus haedos.
MO. *Immo haec, in uiridi nuper quae cortice fagi*
Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui,
Experiar. tu deinde iubeto certet Amyntas.
ME. *Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuae;*
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis:
Iudicio noſtro, tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu deſine plura, puer: ſucceſſimus antro.
MO. *Exſtinctum nymphae crudeli funere Daphnin*
Flebant: uos coryli teſtes, & flumina nymphis:
Cum complexa ſui corpus miſerabile nati,
Atque [K] deos, atque aſtra uocat crudelia mater.
Non ulli paſtos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina; nulla neq. amnẽ
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Daphni

a ἑλληνισμὸς eſt; & ualet hic ἀγαθοὶ.
b ut cantu nos oblectemus.
c Hom. Il. α'
d ex quo fiunt ĩcertae umbrae.
e ἀγριάμπελος.
f Homerus in Il. 54.
g ideſt, amores.
h Alco fuit Cretenſis ſagittarius excellens.
i Codrus Athenieñſiũ rex: qui militẽ Spartanum iurgio prouocauit, ut ab eo occideretur. quod ſi fieret, ſalutem Athenarum urbi oraculum promittebat.
K quib. permittentibus interfectus ſit Daphnis.

Daphni tuum Poenos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesq. feri, siluaeq. loquuntur.
Daphnis & [a] Armenias curru subiungere tigres
Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho,
Et folijs lentas intexere mollibus hastas,
Vitis ut arboribus decori est, ut uitibus uuae,
Et gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis:
Tu decus omne [b] tuis. postquam te fata tulerunt;
Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.
Grandia saepe quibus mandauimus ordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenae.
Pro [c] molli uiola, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum folijs, [d] inducite fontibus umbras,
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen:
Daphnis ego, in siluis, hinc usq. ad sidera, notus.
Formosi [e] pecoris custos, formosior ipse.
ME. Tale tuum carmen nobis, diuine poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solum aequiparas, sed uoce magistrũ.
Fortunate puer, [f] tu nuñc eris alter [g] ab illo.
Nos tamen haec quocũque modo tibi nostra uicissim
Dicemus, Daphninq. tuum tollemus ad astra: (phnis
Daphnin ad astra feremus: [h] amauit nos quoq. Da-
MO. An quidquam nobis tali sit munere maius?
Et [i] puer ipse fuit cantari dignus: & ista
Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.
ME. Candidus insuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibusq. uidet nubes, & sidera Daphnis.

a quia C. Caesar sacra Liberi patris ex Armenia Romã transtulit. ad Caesaris necem haec spectãt
b Romanis, quorũ ditionem ualde Caesar auxit.
c The. eid. i.
d facite nemora circa fontes, quia heroũ aĩae uel in fontibus habitãt uel ĩ memoribus.
e boni populi optimus imper. Caesar, inquã, Romanorũ.
f The. eid. i.
g i. secũdus.
h The. eid. v
i hoc manifeste de Daphni, non de C. Caesare, dictum est, nec .n. puer Caesar est occisus.

Ergo

Ergo alacris ſiluas, & cetera rura uoluptas,
Panaque, paſtoresq. tenet, Dryadasq. puellas.
[a] *Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis*
Vlla dolum meditantur. amat bonus otia Daphnis.
Ipſi laetitia uoces ad ſidera iactant
Intonſi montes: ipſae iam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta, deus deus ille, Menalca.
Sis [b] *bonus o, felixq. tuis. en quattuor aras:*
Ecce duas tibi, Daphni, duoq. altaria Phoebo.
Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis,
[c] *Craterasq. duos ſtatuam tibi* [d] *pinguis oliui:*
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, ſi frigus erit; ſi meſſis, in umbra,
Vina nouum fundam calathis [e] *Ariuſia nectar.*
Cantabunt mihi Damoetas, & Lyctius Aegon:
Saltantes ſatyros imitabitur Alpheſiboeus.
Haec tibi ſemper erunt, & cum ſollemnia [f] *uota*
Reddemus nymphis, & cum luſtrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit;
Dumq. thymo paſcentur apes, dum rore cicadae;
Semper honos, nomenq. tuum, laudeſq. manebunt.
Vt Baccho, Cererique, tibi ſic uota quotannis
Agricolae facient. [g] *damnabis tu quoque uotis.*
MO. *Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?*
Nam neque me tantum uenientis ſibilus auſtri,
Nec percuſſa iuuant fluctu tam litora, nec quae
Saxoſas inter decurrunt flumina ualles.
ME. *Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.*
Haec nos, Formoſum Corydon ardebat Alexin:
Haec eadem docuit, Cuium pecus? an Meliboei?

a *Theocr. eidyl. XXXI.*
b *ex Theocr. eidyll. XV. eſtq. apoſtrophe ad Daphnin, in deorũ numerũ relatum.*
c *Theocr. eidyll. V.*
d *tibi, tamquã Lari, ſacrificaturus*
e *ſic legendũ, nõ Aruiſia: ab agro Chij inſulae Aruiſio. Strabo in l. XIV. Plutarchus, Athenaeus, alijq.*
f *in ſacris, quae Ambarualia dicuntur.*
g *obligabis, obſtringes hoĩes uotis: quae ante quam ſoluantur, damnati homines dicuntur. ſic alibi: Voti reus. i. debitor.*

a uirga inculta ad retinendos pecudū pedes.

Mo. *At tu sume [a] pedū, (quod, me cū saepe rogaret,*
Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari)
Formosum paribus nodis, atque aere, Menalca.

ECLOGA . VI . SILENVS

ARGVMENTVM

Silenum in hac ecloga inducit, ebrium quidem illum, ut Bacchi educatorem decebat, sed tamen perite secundum Epicureorum opinionem de rerum primordiis canentem, idq. in gratiam Quinctilij Vari: qui, teste Donato, una cum Virgilio huic sectae sub Silone philosopho operam dedit. Ceterum, quoniam haec Bucolici carminis humilitati non satis conueniebant, statim ab initio ueniam precatur: neque ita multum argumento illi immoratus, statim ad fabulas transit.

b unde, Egressus siluis in Aen.
c imitari Theocritū Syracusanū & bucolica scribere.
d Eod. argumento usus est Anacreon, ode. 1.
e tenue, humile. translatio a lana quae deducitur in tenuitatem.
f Lucret. l. v. agrestis enim tū musa uigebat.
g ad honorē Quinctilij Vari scripta.

P*RIMA Syracusio dignata est [b] ludere uersu*
Nostra, nec erubuit siluas [c] habitare, Thalia.
Cum [d] canerem reges, & proelia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oues, [e] deductum dicere carmen.
Nunc ego (nāque super tibi erūt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem [f] tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano. si quis tamen haec quoque, si quis
Captus amore leget; te nostrae, Vare, myricae,
Te nemus omne canet. nec Phoebo gratior ulla est,
Quam sibi quae Vari praescripsit [g] pagina nomen.
Pergite, Pierides. Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno uidere iacentem,

Inflatum

Inflatum [a] hesterno uenas, ut semper, Iaccho.
Serta [b] procul tantum capiti delapsa iacebant,
Et grauis [c] attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam saepe senex spe carminis ambos
Luserat) iniiciunt ipsis ex uincula sertis.
Addit se sociam, timidisq. superuenit Aegle,
Aegle Naiadum pulcherrima: iamq. [d] uidenti
[e] Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille, dolum ridens, quo uincula nectitis? inquit.
Soluite, me pueri: satis est, potuisse [f] uideri.
Carmina, quae uultis, cognoscite: carmina uobis,
Huic [g] aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
Tum uero in [h] numerum Faunosq. ferasq. uideres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phoebo gaudet Parnassia rupes:
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.
Namque [i] canebat, uti magnum per inane [k] coacta
Semina terrarumq., animaeq., marisq. fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse [l] tener mundi concreuerit orbis:
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Coeperit, & rerum paullatim sumere formas:
Iamq. nouum terrae [m] stupeant lucescere solem,
Altius atque cadant summotis nubibus imbres:
Incipiant siluae cum primum surgere, cumq.
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna,
Caucaseasq. refert uolucres, furtumq. Promethei.
His adiungit, [n] Hylam nautae [o] quo fonte relictum

a Euripides in Cyclope.
b serta procul a capite ebrii et somno obruti iacebant, tantum capiti delapsa; alioqui illaesa & integra, non rupta.
c frequenti potu.
d Eubulus ἐν στεφανο πώλοισιν.
e pro uigilanti. Don. in Eunu. Ter.
f quod in somniis raro contigit.
g nymphae stuprum latenter minatur.
h ad modũ cantilenae & rhythmi.
i Apoll. Arg. 13.
K Lucret. l. 1. magnum per inane soluta.

l Plin. lib. 2. c. 3. nat hist. locũ hunc significat, cũ ait: Quod clarissimi auctores dixere Tenerũ. m stupeant solis ortum. n adamatum ab Hercule puerũ, quem perdidit in finibus Ioniis, iuxta Mysiam. o Nautae, pro Argonautae.

Clamassent; ut litus, Hyla, Hyla, omne sonaret:
Et fortunatam, si numquam armenta fuissent,
Pasiphaen niuei solatur amore iuuenci.
[a] Ah uirgo infelix, quae te dementia cepit?
Proetides [b] implerunt falsis mugitibus agros.
At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,
Et saepe in leui quaesisset cornua fronte.
Ah uirgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille, latus niueum molli fultus hyacintho,
Ilice sub nigra pallentes [c] ruminat herbas, [d]
Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite, nymphae
Dictaeae, nymphae nemorum iam claudite saltus;
Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda [e] bouis uestigia. forsitan illum
Aut herba captum uiridi, aut armenta secutum
Perducant aliquae stabula ad Gortynia uaccae.
Tum canit Hesperidum miratam [f] mala puellam:
Tum Phaethontiadas musco [g] circumdat amarae
Corticis, atque solo proceras erigit alnos:
Tum canit, errantem [h] Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes ut duxerit una sororum;
Vtq. uiro Phoebi chorus assurrexerit omnis;
Vt Linus haec illi, diuino carmine pastor,
Floribus, atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit, Hos tibi dant calamos (en accipe) musae,
Ascraeo [i] quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi [k] Grynaei nemoris dicatur origo:
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.

a Ἠμοῖ et ἀποστροφὴ in Theo. eid. VII.
b de his uidendum est epigrã. graecũ apud Vitru. l. 8.
c reuomit, et denuo cõsumit.
d pallentes cucurbitas, ait Catull.
e expressit τὸ ἀτιμαγελεῖν.
f aurea, quibus a Venere accep:is Atalãtam Hippomanes in cursu uicit.
g idest muscoso & lanuginoso cortice.
h Graeci et περμησσόν, & πάρμησσον notant; cuius caussam reddit Crates.
i Hesiodo poetae.
K in finibus Ionijs Apollini consecrati.

Quid

Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quã fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias [a] uexasse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?
Aut ut mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit?
Quo cursu deserta [b] petiuerit, & quibus ante
Infelix sua tecta super uolitauerit alis?
Omnia quae, Phoebo quondam meditante, beatus
Audijt [c] Eurotas, iussitq. ediscere lauros,
Ille canit: pulsae referunt ad sidera ualles:
Cogere donec oues stabulis, [d] numerumq. referre
Iussit, & [e] inuito processit Vesper olympo.

a Vlysses. Dulichium .n. insula, una ex Echinadibus. ubi mons Itachus, in qua fertur habitasse Vlysses.
b τὴν ἐρήμην.
c *Laconum fluuius.*
d *The. eid.* IIX.
e *quia dies inuitus abscessit, nimio audiendi desiderio.*

ECLOGA . VII . MELIBOEVS

ARGVMENTVM

Sumptum est eclogae huius argumentum ex Bucoliastis Theocriti. Inducit autem hic poeta Meliboeum pastorem referentem certamen Corydonis & Thyrsidis, cui dum caprũ, qui a grege deerrauerat, quaereret, forte interuenerat, accersitus a Daphnide certaminis iudice: quẽ secundũ Corydonem pronunciasse innuit, cum ait ad finem eclogae, *Haec memini, & uictum frustra contendere Thyrsin.*

Meliboeus,
Corydon, Thyrsis.

FORTE *sub [f] arguta cõsederat ilice Daphnis:*
Compulerantq. [g] greges Corydon, et Thyrsis in unum,
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas;

f Aridula mouente uento.
g de uerbo ad uerb. ex Theocr. eid. VI.

Ambo florentes aetatibus, [a] Arcades ambo,
Et cantare pares, & reſpondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,
Vir [b] gregis ipſe caper deerrauerat: atq. ego Daphnin
Adſpicio. ille, ubi me contra uidet, ocius, inquit,
Huc ades, o Meliboee: [c] caper tibi ſaluus, et haedi:
Et, ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub umbra.
Huc [d] ipſi potum uenient per prata iuuenci:
Hic uiridis tenera praetexit arundine ripas
Mincius: eaq. ſacra reſonant examina quercu.
Quid facerem? neq. ego Alcippē, nec Phillida [e] habe
Depulſos a lacte domi quae clauderet agnos: (bā.
Et certamen erat, Corydon cū Thyrſide, magnum.
Poſthabui tamen illorum mea [f] ſeria ludo.
Alternis igitur contendere uerſibus ambo
Coepere: alternos muſae meminiſſe uolebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis.
C. Nymphae, noſter amor, [g] Libethrides, aut mihi car
Quale meo Codro, cōcedite: (proxima Phoebi (mē
Verſibus ille facit) aut, ſi non poſſumus omnes,
Hic arguta [h] ſacra pendebit fiſtula pinu.
TH. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam
Arcades, inuidia rumpantur [i] ut ilia Codro:
Aut, [k] ſi ultra placitum laudarit, bacchare fronte
Cingite, ne uati noceat mala lingua futuro.
CO. Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramoſa Mycon [l] uiuacis cornua [m] cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.

a ita periti, ut Arcadē utrumq. diceres.
b Theo. eid. IIX. τράγων ἀνέρα τῶν αἰγῶν dixit.
c ī quo ſpes haedorum.
d ſpōte ſua.
e duas cantātium amicas.
f neceſſitatē inquirendi capri.
g quia colūtur apud fontem Libethron.
h matri deū conſecrata.
i Cic. ī Vat. Rumpātur inquit, iſta ilia.
K nam uet. nimis laudari metuebant, & eā laudem uim faſcine habere credebant.
l diuturnam eſſe ceruorum aetatem, Plinius, & alij tradunt. m in Aen. Arboreis cornibus.

TH.

TH.[a] *Sinum lactis, & haec te liba Priape quotãnis*
Exspectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum [b] pro tempore fecimus: at tu,
Si fetura gregem suppleuerit, [c] aureus esto.
CO. *Nerine Galathea, thymo mihi dulcior Hyblae,*
Candidior cycnis, hedera formosior [d] alba,
Cum primum pasti repetent praesepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito.
TH. *Immo ego Sardois uidear tibi amarior herbis,*
Horridior rusco, proiecta uilior alga,
Si mihi non haec lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite, iuuenci.
CO. *Muscosi [f] fontes, & somno mollior herba,*
Et quae uos rara uiridis tegit arbutus umbra,
[g] *Solstitium pecori defendite. iam uenit aestas*
Torrida: iam laeto turgent in palmite gemmae.
TH. *Hic focus, et taedae pingues: hic plurimus ignis*
Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreae curamus frigora, quantum
Aut [h] numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
CO. *Stant & iuniperi, & castaneae hirsutae:*
[i] *Strata iacent passim sua quaeq. sub arbore poma:*
Omnia nunc rident. [k] at, si formosus Alexis
Montibus his abeat, uideas, & flumina sicca.
TH. *Aret ager: uitio moriens sitit aeris herba:*
Liber pampineas [l] inuidit collibus umbras.
Phyllidis aduentu nostrae nemus omne uirebit,
Iuppiter & laeto descendet [m] plurimus imbri.
CO. *Populus Alcidae gratissima, uitis Iaccho,*
[n] *Formosae myrtus Veneri, sua laurea Phoebo.*

a *genus uasis, quod Graeci δῖνον, uocant.*
b *Theoc. in epigram.*
c *Theocrit. eidyll. x.*
d *nã & nigrae sũt hederae. utraque cognoscitur ex ligno, non ex foliis.*
e *Theo. eid. XII.*
f *lanugine uiridiore cooperti.*
g *Theocrit. τοῦτο τὸ βουκολίον πιαίνεται.*
h *praedam enim lupus curat, non numerum ouium.*
i *Theocrit. eidyll VII.*
K *Theocri. eidyll. IIX.*
l *exsiccatae uites nimio aestu folia amiserunt.*
m *Vnde καταιβάτης dictus Iuppiter, quasi descensor.*
n *Pausanias ἠλιακῶν lib. II.*

Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit;
Nec myrtus uincet corylos, nec laurea Phoebi.
TH. Fraxinus in siluis pulcherrima, pinus in hortis,
[a] Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Saepius at si me, Lycida formose, reuisas;
Fraxinus in siluis cedet tibi. pinus in hortis.
ME. Haec memini, et uictũ frustra cõtẽdere Thyrsin.
Ex illo [b] Corydon Corydon [c] est tempore nobis.

a Vnde Homer. Odyss. ρ dixit, αἰγείρου ὑδατοτρεφέας. b ἐκ κείνου μολπαῖτε. Phanocles. c subaudi, uictor nobilis ante oẽs. sed rusticus sententiam implere non potuit.

ECLOGA. IIX

PHARMACEVTRIA

ARGVMENTVM

Duae sunt eclogae huius partes. in priore Damon pastor, Nisae puellae amore captus, cum illa sibi Mopsum praetulisset, impatientia amoris in uarias erumpit querellas. posterior pars paene tota sumpta est ex Theocriti eiusdem nominis Idyllio, in quo uenefica quaedam pharmacis & incantationibus animum uiri, a quo spernebatur, ad sui amorem conatur reuocare.

Damon, Alphesiboeus.


ASTORVM [d] musam, Damonis, & Alphesiboei,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certantes, quorum stupefactae carmine lynces,
Et mutata [e] suos requierunt flumina cursus,
Damonis musam dicemus, & Alphesiboei.
Tu [f] mihi, seu magni [g] superas iam saxa Timaui,

d cantilenã amorũ, quos cecinerunt. e tardarũt. antique dixit, cũ actionẽ huic uerbo dedit: pro Requiescere coegerũt. f Apostrophe ad Augu[st]. a Theo. ed. 1. simili sententia usus ẽ.

Siue oram Illyrici legis aequoris. en erit umquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna [a] *cothurno?*
A te principium: tibi desinet.[b] *accipe* [c] *iussis*
Carmina coepta tuis, atq. hanc sine tempora circum
Inter uictrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida nix caelo noctis decesserat [d]*umbra,*
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon sic coepit oliuae.
D. *Nascere, praeq. diem* [e]*ueniẽs age Lucifer almũ,*
Coniugis indigno Nisae deceptus amore
Dum queror, & diuos,[f] *quamquam nil testibus illis*
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe [g] *Maenalios mecum mea tibia uersus.*
Maenalus argutumq. nemus, pinos [h] *loquentes*
Semper habet, semper pastorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non passus inertes.
Incipe Maenalios mecum mea tibia uersus.
Mopso Nisa [i] *datur: quid non speremus amantes?*
Iungentur iam gryphes [k] *equis, aeuoq. sequenti*
Cum canibus timidi uenient ad pocula damae.
Mopse, nouas incide [l] *faces:* [m] *tibi* [n] *ducitur uxor.*
Sparge marite [o] *nuces: tibi* [p] *deserit Hesperus Oetã.*

a *Propert. Desine & Aeschyleo componere uerba cothurno.*
b *Hom. Il. ί.*
c *supra dixit. Non iniussa cano.*
d *Homer. Odyss. ε΄.*
e *Tmesis, quasi dicat, praeueniens age diem. Quaeritur autẽ, quod amica (quã uocat coniugem) nupserit alteri se contempto.*
f *ex Epicuri sñia, qui deos aiebat nihil curare mortalia.*

g *Versus hic interKalaris sumptus est ex Theocrit. eidyll. 1. & 2.* h *Corn. Seuer. Pinea frondosi coma murmurat Apennini. Auson. Atque arguta suis loquitur coma pinea uentis.* i *pulchra deformi.* K *quorum sunt inimicissimae.* l *Faces nuptiales inciduntur, cum inspicantur. i. in spicae similitudinem inciduntur, ut facilius ardorem concipiant.* m *Catull. Tolli te o pueri faces.* n *sub tuo quidem nomine, alijs autem obsecutura.* o *Catull. Da pueris nuces iners Concubine.* p *Id est, tibi oritur: stellae. n. ex altissimis montibus oriri uidentur.*

Incipe

Incipe Maenalios mecum mea tibia uersus.
O digno coniuncta uiro, dum despicis omnes,
Dumq. tibi est odio mea fistula, dumq. capellae,
Hirsutumq.[a] supercilium, prolixaq.[b] barba,
Nec curare deum credis mortalia quemquam.
Incipe Maenalios mecum mea tibia uersus.
Saepibus[c] in nostris paruam te[d] roscida mala
(Dux ego uester eram) uidi cum matre legentem.
[e] Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus.
Iam fragiles poteram a terra contingere ramos:
Vt[f] uidi, ut perij, ut me malus abstulit error.
Incipe Maenalios mecum mea tibia uersus.
Nunc[g] scio, quid sit Amor. duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope,[h] aut extremi[i] Garamãtes,
Nec nostri generis puerum nec sanguinis edunt.
Incipe Maenalios mecum mea tibia uersus.
Saeuus amor docuit natorum sanguine[k] matrem
Commaculare manus. crudelis tu quoq. mater,
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater.
Incipe Maenalios mecum mea tibia uersus.
Nunc[l] & oues ultro fugiat lupus: aurea durae
Mala[m] ferant quercus: narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricae.
Certent[n] & cycnis ululae: sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in siluis, inter delphinas Arion.
Incipe Maenalios mecum mea tibia uersus.
Omnia uel medium fiant mare,[o] uiuite, siluae.

a Theoc. Cyclope. b Theocrit. eid.3. c Theocrit. in Cyclop. d matutini roris humore perfusa: sic etiam ait Theo. ĩ quodã epigrã. δροσόεντα ῥόδα. e tertius decimus, alter enim de duobus dicitur. f The. Pharmaceutr. ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. idest postquã uidi, qualiter perij. g Theo. eid. 5. νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα. Nũc.i. sero, auctore Don. in Ter. h montes Thraciae asperrimi.

i Quia saeui & a consortio humanitatis remoti, Isidor. K Medeam: quae ab Iasone contẽpta, filios interemit. l sic omnia cupit fieri contra naturam, ut id factum est, cum Nisa pulcherrima nupsit Mopso turpissimo. m Theo. eid.1. n The. eid.1. o Id est ualete: quod a discedentib. dicitur.

Praeceps

Praeceps [a] aerij specula de montis in undas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Desine [b] Maenalios, iam desine tibia uersus.
Haec Damon. uos, quae responderit Alphesiboeus,
Dicite, Pierides. non omnia [c] possumus omnes.
AL. *Effer [d] aquā, et molli cinge [e] haec altaria uitta:*
Verbenasq. adole pingues, & mascula [f] tura:
Coniugis ut magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite [g] ab urbe domū mea carmina, ducite Daph-
Carmina uel caelo possunt deducere Lunam: (nin.
Carminibus [h] Circe [i] socios mutauit Vlyssi:
Frigidus [k] in pratis cantando [l] rumpitur [m] anguis.
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnī.
[n] *Terna tibi haec primum triplici [o] diuersa colore*
Licia circumdo: terq. haec altaria circum
Effigiem [p] duco. numero deus impare gaudet.
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores. (cto
Necte Amarylli, [q] modo, & Veneris, dic, uincula ne
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Limus [r] ut hic durescit, & haec ut cera liquescit

a *Theo. eid. 3. et Eurip. in Cyclop.* b *Theocrit. eid. 1.* c *Hom. Il. v Quod imitatus est Lucre. l. 5. Maior erat natu; non omnia possumus omnes.* d *qua peruertatur mens amatoris. ex Theoc. eid. 15. ἔγει ὕδωρ δύσανε* e *The. eid. 2* f *hoc est optima: masculo. n. turi prima bonitatis est gloria, teste Diosco. Et dijs nil nisi singulare et excellens offerri debet.* g *Theocr. eid. 2.* h *Aristoph. in Nebulis, & Tibull. l. 1. eleg. IIX. Cantus & e curru lunā deducere tentat, sic & Ouid. Proper.* i *Homer. Odiss. κ.* K *nocens, frigus, timorēq. inducens.* l *Id est, dum incantatur.* m *Lucil. saty. 20. Iam disrumpetur medius: iam ut Marsus colubrus Disrumpit cantu uenas cum extenderit omnes.* n *Theocr. eid. 2. & 7. Tibullus eleg. 2. l. 1. Ter cane, ter dictis exspue carminibus. Confirmat Arist. l. 1. de Caelo.* o *Don. in Ter. legit, Triplici circumdata filo. Licia tamen discoloria quidam ueneficijs adhibita tradunt ad alligandū & incantandū, uel ad soluendum & expiandum.* p *amatoris.* q *The. eid. 2.* r *duas imagines fecerat; unam ex limo, alteram ex cera. Theo. eid. 2.*

Vno, eodemq. igni: sic nostro Daphnis amore,
Sparge [a] molã, & fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus urit: ego hãc ĩ Daphnide [b] laurũ.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Talis amor [c] Daphnin, qualis, cum fessa [d] iuuencum
Per nemora, atq. altos quaerendo bucula lucos
Propter [e] aquae riuum uiridi procumbit in ulua
Perdita, [f] nec serae meminit decedere nocti;
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnĩ.
Has [g] olim exuuias [h] mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui: quae nunc ego [i] limine in ipso
Terra tibi mando. debent haec pignora Daphnin
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Has herbas, [k] atq. haec Ponto mihi lecta uenena
Ipse dedit Moeris: nascuntur plurima Ponto.
His ego saepe [l] lupum fieri, & se condere siluis
Moerin, saepe [m] animas imis exire sepulcris,
Atque satas alio uidi [n] traducere messes.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Fer cineres [o] Amarylli foras, riuoq. fluenti,
Trãsq. caput iace, ne [p] respexeris: his ego Daphnin
Aggrediar. nihil ille deos, nil [q] carmina curat.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.

a *Theocrit. eidyll. 2.* b *pro, In Dapnidem; uel, ĩ Daphnidis effigiem.* c *Imitatus est Varium in carm. de Morte.* d *Homer. in Il. 288.* e *Lucret. l. 2. Propter aquae riuũ sub ramis arboris altae.* f *amore afflicta, consumpta.* g *Theocri. eid. 2.* h *id est, Vestes suas.* i *loco sacro Vestae.* K *Theocr. eid. 2.* l *Empedocles apud Athenaeũ l. IIX. & X. Herodot. in Melpom.* m *Tibull. eleg. 2. l. I. Haec cantu finditq. solum, manesq. sepulcris Elicit, & tepido deuocat ossa rogo.* n *magicis artibus.* o *Theoc. eid. 31.* p *quia fere se nolũt numina uideri. ἄσρεπτος dixit Theo. Plaut. Mostell. Caue respexis, fuge, atq. operi caput. Vel etiã potest, Respexeris, referri ad purgamenta & cineres trans caput iactos. purgamẽta enim, quibus noxa quaedam expiabatur, non respiciebant, ne eorum adspectum malum traherent.* q *putet artem magicam nihil ualere.*

Adspice: corripuit [a] tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit.
Nescio quis certe est: et Hylax [b] in limine latrat.
Credimus? an, qui [c] amãt, ipsi sibi somnia [d] fingunt?
Parcite, ab urbe uenit, iã, parcite carmina, Daphnis.

a Pausanias in Atticis de seleuco similiter.
b Theo. eid. 2. & Lycophron, cum suo interp. Tzetze.
c Homer. Ilia. κ.
d Publius ẽ Mimis: Amans, quod suspicatur, uigilans sõniat. et Homerus in Iliad. 113.

ECLOGA. IX. MOERIS

ARGVMENTVM

Post Philippensem uictoriam, cum in distributione agrorum, qui trium uirorum iussu trans Padum diuidebantur, sua quoque praedia Virgilius amisisset, Romã profectus, cum fauore ingenij, tum praesertim adiuuãte Pollione, transpadanae regionis praefecto, possessiones suas recepit. uerum, aegre id ferente Arrio, cui forte Virgilij fundus in portionem cesserat, parum abfuit, quin ab irato milite interficeretur. Denuo itaque Romam profecturus, praecepit procuratori, ut Arrio, usq. ad reditum suum, quam minimo posset detrimento suo, obsequeretur. is igitur ex patroni sui praecepto Mãtuam proficiscitur, haedorum aliquod munusculum Arrio oblaturus. Moerim subsequitur Lycidas pastor, itineris eius caussam inquirens. ibi nactus occasionem Moeris temporum illorum calamitatem deflet. Deinde una Mantuam euntes itineris taedium uarijs subleuant cantilenis.

Fabius lib. 8. c. 6. postquam dixit, ἀλληγορίαν, aliud verbis, aliud sensu ostendere, ac etiam interim contrarium; & aliquot exempla protulit: subiungit hoc mõdo: sine translatione vero in Bucol. CERTE. EQVIDEM. AVDIERAM, & quae sequũtur usque ad finem quarti versus. Hoc. n. loco, praeter nomen, cetera proprijs sunt decisa verbis. Verum non pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus.

Lycidas

Lycidas, Moeris.



QVo [a] te, Moeri, pedes? an, quo uia ducit, in urbem?
Mo. O Lycida uiui peruenimus, aduena nostri,
Quod numquam [b] ueriti sumus, ut possessor agelli
Diceret: haec mea sunt: ueteres migrate coloni.
Nunc uicti, tristes, quoniam sors [c] omnia uersat,
Hos illi, quod nec bene [d] uertat, mittimus haedos.
Ly. Certe equidem audierã, qua se [e] subducere colles
Incipiunt, molliq. iugum demittere cliuo,
Vsq. ad aquam, & ueteris iam fracta cacumina fagi
Omnia carminibus uestrum [f] seruasse [g] Menalcam.
Mo. Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra ualent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias [h] dicunt aquila ueniente columbas.
Quod nisi me quacumque nouas incidere lites
Ante sinistra [i] caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Moeris, nec uiueret ipse Menalcas.
Ly. Heu cadit ĩ quẽquã tantũ [k] scelus? heu tua nobis
Paene simul tecum solatia rapta Menalca.
Quis caneret nymphas? quis humũ florẽtibus herbis
Spargeret? aut uiridi fontes [l] induceret umbra?
Vel quae [m] sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cum te ad [n] delicias ferres Amaryllida [o] nostras?
Tityre, dum redeo, (breuis est uia) pasce capellas:

a Graeca forma, Theocr. 13. et 14 uerũ hic uersus sumptus uidetur ex eiusdẽ eid. 7 b Grauiora sunt nec opinata mala. c Quidam legũt Fors. d Ter. Adelp. Quae res tibi uertat male. Ennius in Annal. Feliciter ac bene uertat. e Humiliores fieri. f pro Recuperasse. g Ipsũ Virgilium, qui seruauit agros suos. h Epiroticas. Proper. Non me Chaoniae uicãt ĩ amore colũbae. Lucr. l. 3. Accipiter fugiens ueniente columba. i Plaut. Asinar. Picus & cornix ab laeua; coruos porro ab dextra. Idem sentit Cic. k ut Virgiliũ conetur occidere. l Hypallage est. umbra enim fontibus inducitur. m surripui. n communem amicam. ex Theocr. eid. 3. o Quidam per Amaryllida Romam intelligunt.

Et potum pastas [a] *age, Tityre, & inter agendum*
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto. (bat.
MO. *Immo haec,* [b] *quae Varo necdũ perfecta cane-*
Vare tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
Mantua uae miserae nimium uicina Cremonae,
Cantantes sublime ferent ad sidera [c] *cycni.*
LY. *Sic tua Cyrnaeas* [d] *fugiant examina taxos:*
Sic cythiso [e] *pastae distentent ubera uaccae:*
Incipe, si quid habes. & me [f] *fecere poetam*
Pierides: sunt & mihi carmina. me quoq. dicunt
Vatem pastores. sed non ego credulus illis.
Nã neque adhuc Vario [g] *uideor, nec dicere* [h] *Cinna*
Digna, sed argutos inter strepere [i] *anser olores.*
MO. *Id quidẽ ago: et tacitus Lycida mecũ ipse uolu-*
Si ualeã meminisse: neq. est ignobile carmẽ. (to,
Huc ades, o Galatea. [k] *quis est nã ludus in undis?*
Hic uer purpureum: uarios [l] *hic flumina circum*
Fundit humus flores: hic candida [m] *populus antro*
Imminet, & lentae texunt umbracula uites.
Huc ades: insani [n] *feriant, sine, litora fluctus.*
LY. *Quid, quae te pura solum sub nocte canentem*
Audieram? numeros memini, si uerba tenerem.

a Theocr. totidẽ uerbis. καί ποτὶ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε. Tibu. lib. 2. el. 3. Stabulis expellere uaccas, Et potus pastas ducere fluminibus. b *Teocrit. eid. 7.* c *Poetae a Graecis apta trãslatione Cycni dicti sunt. Antipa. Sidon. in Epig. Hora. 4. carm. Multa Dyrçaeum leuat aura cycnum.* d *arbores uenatas: quae, Cyrnac Graece dicuntur: quamuis nonnullis placeat Cyrnaeas, appellari a Cyrno, insula. Strab. lib. 5. Athenaeus lib. 2. Plinius lib. septimo cap. secundo.* e *Est enim cythisus apud Nicandri interpretem, φύτον ὠφέλιμον τοῖς θρέμμασιν ὅτι πλῆθος γάλακτος ποιεῖ.* f *Theocr. eid. 7.* g *Macrob. l. 6. Saturn. Quinctil. l. 3.* h *Heluij Cinnae Smyrna citatur a Porphyrione, & Acrone.* i *alludit ad Anserem Antonij poetam: de quo & Cic. Phil. De Falerno anseres depellantur. Pindar. Olimp. εἴδει secundo. Theocr. eid. 5.* K *Theocr. eid. XI. & 5.* l *Theoc. eid. 5. & in Cyclop.* m *Itaq. λεύκη a Graecis dicta.* n *magni: ut, Insano iuuat indulgere labori, lib. 6. & lib. XI.*

Mo.

Mo. *Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus?*
Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum,
Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uua colorem.
Inſere, Daphni, piros: carpent tua poma [a] nepotes.
Omnia [b] fert aetas, animũ quoque. ſaepe ego lõgos
Cantando puerum memini me condere [c] ſoles.[d]
Nũc oblita mihi tot carmina: uox quoque Moerin
Iam fugit ipſa: lupi Moerin uidere priores.
Sed tamen iſta ſatis refert tibi ſaepe Menalcas.
Ly. *Cauſſando [f] noſtros in longum ducis amores:*
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet [g] aequor, & omnes
(Adſpice) uentoſi ceciderunt murmuris aurae.
Hinc adeo media [h] eſt nobis uia. namque ſepulcrum
Incipit apparere Bianoris.[i] hic, ubi denſas
Agricolae ſtringunt [k] frondes, hic Moeri canamus:
Hic haedos depone: tamen ueniemus in urbem:
Aut, ſi, nox pluuiam ne colligat ante, ueremur,
Cantantes licet uſque (minus uia [l] laedet) eamus.
Cantantes, ut [m] eamus, ego hoc te faſce leuabo.
Mo. *Deſine [n] plura puer; et, quod nũc iſtat, agamus.*
Carmina tum melius, cũ uenerit [o] ipſe, canemus.

---

a *Pindar. Nemeor. 2.* b *aufert. ſicut uerſu ſequenti Condere pro Abſcondere. i. ad occaſum perducere. Donat. in And. Ter. & S.* c *Homer. ἤματα μακρά.* d *Lucret. Condere ſaecla.* e *Theocr. eid. XIV.* f *cauſſas nectendo. & tergiuerſando, ut Lucret. lib. I. Quapropter quamuis cauſſando multa moreris.* g *Theocr. eid. 2.* h *Theocr. eid. 7. quibus coniunge, quae apud Aggenum Vrbicum leguntur; de monumentis.* i *qui Mantuam condidit.* K *decutiunt, amputant. S.* l *Notum illud Laberij: Comes iucundus in uia, pro uehiculo eſt. Ouid. Met. XIV. Fallit ſermone laborem. Et Varro Pranſoparato: Luna exſpectante Hadria ſe itiner longum ſermone leuare.* m *id eſt, Quamuis eamus cantantes, te leuabo hoc onere haedorum.* n *Theocr. eid. 5.* o *Auguſtus, Actiaco bello.*

ECLOGA . X . GALLVS

ARGVMENTVM

Cornelius Gallus eximius poeta fuit, primusq. Aegypti praefectus: qui cum Cytheridem meretricem, Volumnij libertam, quam poeta hic Lycoridē vocat, perdire adamaret, neque illa mutuo amori responderet, sed, ipso spreto, Antonium in Galliam secuta esset; aegerrime repulsam tulisse creditur. Eum itaque hac ecloga consolatur Virgilius: sed ita, ut a pastoralibus personis rusticisq. cōparationibus non recedat. Totum autē fere hoc argumentum sumptum est ex Tyrside Theocriti, ubi similem Daphnidis amorem exsequitur.

EXTREMVM hunc Arethusa [a] mihi concede laborem.
Pauca meo [b] Gallo, sed quae legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda. neget quis carmina Gallo?
Sic [c] tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos,
Doris [d] amara suam non intermisceat [e] undam.
Incipe: sollicitos [f] Galli dicamus amores:
Dum tenera attondent [g] simae [h] uirgulta capellae.
Non canimus surdis: respondent [i] omnia siluae.
Quae [k] nemora, aut qui uos saltus habuere puellae
Naiades, indigno [l] cum Gallus amore periret?
Nam neq. Parnassi uobis iuga, nā neque Pindi
Vlla moram fecere, neque Aoniae [m] Aganippe.

a Fons Siciliae. Vt supra, Sicelidas musas inuocauit. Theocr. eid. 1. χαῖρ' Ἀρέθοισα. b poetae, qui Euphorionem transtulit in Latinum sermonem. c Eodē modo apud Graecos, οὕτω, aliquando reperitur. Lucil. in Epig. Tibul. -sic tibi sint intonsi Phoebe capilli. d Tethyos & Oceani filia mater nympharū, quā pro mari posuit. Homerus Odyss. δ. & Arato in Phaenomen. Doris & Panope, inter Nereidas numerantur. e Homer. Iliad. β. f Ouid. 1. Epist. Res est solliciti plena timoris amor. g Graec. κείρουσι. h Theocr. etiam σίμαι, ait. Mart. lib. 6. Atq. illi sima nare, turgidis labris. i Echo, quae est in siluis; ut ἀχὼ δ' ἀντιβόασεν. K sumpsit a Theocr. eidyl. 1. ut alia multa. l meretricio uel magno. nam & Ennius Indignas turres. i. magnas dixit. m Pausan. Boeotic.

Illum etiam lauri, etiam fleuere myricae:
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Maenalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycaei.
Stant & oues circum, nostri nec paenitet [a] illas.
Nec te paeniteat pecoris, diuine poeta.
Et formosus [b] oues ad flumina pauit Adonis:
Venit & upilio: tardi [c] uenere subulci: [d]
Vuidus [e] hiberna uenit de glande Menalcas;
Omnes, unde amor iste, rogant: tibi uenit Apollo:
Galle, quid insanis, inquit? tua [f] cura Lycoris
Perq. niues alium, perq. horrida castra secuta est.
Venit & agresti capitis Siluanus [g] honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia [h] quassans.
Pan [i] deus Arcadiae uenit, quem uidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minioq. [k] rubentem.
Ecquis erit modus, inquit? amor non talia curat.
Nec lacrymis [l] crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellae:
Tristis at ille tamen, Cãtabitis [m] Arcades, inquit,
Montibus haec uestris, soli [n] cantare periti
Arcades. o mihi tum quã molliter [o] ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atque [p] utinam ex uobis unus, uestriq. fuissem.

a Quidam expon. pudet. sic in seq. Pudeat. b Theocr. eidyl. I. ait καλὸν Αδωνιν. est autem Virg. hoc loco imitatus eidyl. IIX. & XXIV. c i. stulti. nõ enim tarde, sed cito ambulant porci. d Legend. existimant quidam Bubulci. e Pinguis, succulẽtus. f deridentis habet uim: ut amorem Lycoridis, relicto Gallo, alium sequentis, uituperet. g De corona hoc dicit. h Lucret. lib. IV. Pinea semiferi capitis uelamina quassans. i Pausanias Arcadic. Athenaeus l. x K facie enim rubea pingebatur Pan. Pausanias Corinthiac. l Antipater in Epigram. m Gallum haec respondentem introducit. Mauult autem Ser. legi, Tamen cantabitis. n Atheneus lib. 14. o Huic simile est, quod in sepulcris olim scribebatur: Sit tibi terra leuis. quod imitantur etiam poetae. Propert. Vt mihi non ullo pondere terra foret. Ouid. in Didone: Et patris Anchisae molliter ossa cubent. p urbes detestatur, ubi meretrices exitiosae, & perfidae.

ꝺAut custos gregis, [a] aut maturae uinitor uuae.
Certe, siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicumq. [b] furor, (quid tũ, si fuscus [c] Amyntas
Et nigrae uiolae sunt, & uacinia nigra?)
Mecum inter salices lenta [d] sub uita iaceret:
Serta [e] mihi Phyllis legeret: cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes. hic mollia prata [f] Lycori:
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer aeuo.
Nunc insanus amor duri me Martis in armis,
Tela inter media, atq. aduersos [g] detinet hostes.
Tu procul a patria ([h] ne sit mihi credere) tantum
Alpinas, [i] ah dura, niues, & frigora Rheni
Me sine sola uides. ah te ne frigora [k] laedant:
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
Ibo, & [l] Chalcidico quae sunt mihi condita uersu
Carmina, pastoris [m] Siculi modulabor auena.
Certum est in siluis, inter spelaea ferarum
Malle pati, tenerisq. meos incidere, amores
Arboribus: [n] crescent illae: crescetis, amores.
Interea mystis lustrabo Maenala nymphis:
Aut acres uenabor apros. non me ulla uetabunt
Frigora, Parthenios canibus circumdare saltus.
Iam mihi per rupes uideor, lucosq. sonantes
Ire; libet Partho torquere [o] Cydonia cornu
Spicula: tamquam haec sit nostri medicina furoris;
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.

a ut, scilicet, non inciderem in talem amorẽ. b furoris .n. amor oĩs plenus est. c simile apud Plato. l.5. de rep. d Catull. Lẽta quibus uelut adsitas Vitis implicat arbores. e Flores, e quibus fierent serta. f Vt inconstans redit statim ad eã: deinde ita loquitur quasi ibi sit ubi illa est. g affectu, nõ re uera. h quod utinam ne credam: & Tãtum, cũ Proculi, teste Ser. Alij malunt iungere cum Credere. i M. Furius Bibaculus in Pragmatica Belli: Iuppiter hibernas cana niue conspuit alpes. Cuius uersus meminit Horat. 2. Serm. K Gallicana. l Euphorionis, poetae Calcidici, quẽ transtulit Gallus in Latinam linguam. m Theocritum Syracusanum intelligit n Lucret. lib. 1. Ramiq. uirescunt Arboribus, crescunt ipsae, fetuq. grauantur. o Apollonides in quod. Epigram. & Bianor.

Iam [a] neq. Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsae rursus conceditae siluae.
Non illum [b] uestri possunt [c] mutare labores:
Nec si frigoribus medijs [d] Hebrumq. bibamus,
Scythoniasq. niues hiemis subeamus aquosae:
Nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,
Aethiopum uersemus [e] oues sub sidere cancri.
Omnia uincit amor; & nos cedamus amori.
Haec sat erit, diuae [f] uestrum cecinisse poetam,
Dum cedet, & gracili fiscellam [g] texit hibisco,
Pierides. uos haec facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum [h] uere nouo uiridis se [i] subijcit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus umbra,
Iuniperi [k] grauis umbra: nocent et frugibus umbrae.
Ite domum saturae, uenit hesperus; ite capellae.

---

a quae sibi proposuerat, tamquã amoris futura remedia, statim repudiat ut inutilia.
b .s. deum: de quo ante Aut deus &c.
c affirmat, expertem se amoris esse non posse.
d Theocr. eidyl. 7.
e pascamus: atque hinc αἰπόλοι dicuntur a Graec.
f Imitatione Homeri, musas uocat Diuas. Iliad. α. in pr. μῆνιν ἄειδε θεὰ. Alibi: ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε.
g rustici hominis in canendo negligentiam significat. Atque hic ἀλληγορικῶς alludi ad tenuem stilum, seu humile dicendi genus quid amputant.
h rustico more sumit saepe comparationem ab arboribus, aut ijs omnino, quae a terra nascuntur. simile est apud Pindar. Nemeor. εἴδει. IIX. Quod imitatus Hor. l. I. Carm. Crescit occulto uelut arbor aeuo Fama Marcelli.
i Id est, alibi loq. Se tollit in luminis auras.
K Lucret. l. 6. Arboribus primum certis grauis umbra tributa est, Vsque adeo capitis faciant ut saepe dolores.

GEOR-

GEORGICORVM
LIBER. I

ARGVMENTVM

Virgilius, ut Theocriti in Bucolicis; ſic Heſiodi in Georgicis imitator fuit. Hujus autem exſtat opus ad Perſen fratrem, quod ἔργα καὶ ἡμέρας inſcripſit: ſed cum ita in hoc opere ſibi imitandum propoſuit: ut, quod ille breuius complexus eſt, hic fuſius in quattuor libros digeſſerit. nam, cum quattuor ſint praecipua ruſtici operis capita: aratio, inſitio ſiue plantatio, paſtio, & mellatio, ſingula horum ſingulis libris exſequitur. Poteſt autem & hic primus liber in quinque partes diſtingui: quarum prima agri colendi rationem oſtendit, ſecunda primam agriculturae originem cõmemorat; tertia ruſticorum arma bona ex parte enumerat; quarta laboris ruſticani uaria diſtinguit tempora; quincta tempeſtatum prognoſtica exſequitur; indeq. arrepta occaſione, ad prodigia, quae Caeſaris mortẽ denunciarunt, digreditur. Quatuor primi uerſus habent propoſitionem quadripartitam: quae horum quattuor librorum argumenta ſigillatim exponit. Nam primo de ſegetibus: ſecundo, de uitibus (de quibus praecipue ibi agit, & de oleis) tertio, de re pecuaria; quarto libro, de apibus dicturum ſe promittit.

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI* IVRISCONSVLTI

Quid faciat laetas ſegetes; quae ſidera ſeruet
Agricola, ut facilem terram proſcindat aratris;
Semina quo iacienda modo; cultuſq. locorum
Edocuit meſſis magno olim fenore reddi.

** Haec & reliqua in hunc poetã argumenta cur Modeſtino adſcribantur, non uideo: praeſertim, cum ſcripti librĩ omnes (quos mihi quidẽ adhuc uidere contigit) aut Ouidij eſſe demonſtrent, aut nullam ſcriptoris mentionem faciant.*



VID faciat [a] laetas segetes [b], quo sidere terram
Vertere, Maecenas, ulmisq. adiungere uites
Conueniat; quae cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori, atque apibus quanta experientia [c] parcis,
Hinc canere incipiam. Vos o clarissima mundi
Lumina [d] labentem caelo quae ducitis annum,
Liber, [e] & alma Ceres, uestro si munere [f] tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit [g] arista,
Poculaq. inuentis Acheloia [h] miscuit uuis:
Et uos agrestum praesentia numina Fauni,
Ferte [i] simul Fauniq. pedem, Dryadesq. puellae.
Munera [k] uestra cano. tuq. o cui prima frementem
Fudit equum magno tellus [l] percussa tridenti,
Neptune; & cultor [m] nemorum cui pinguia Ceae
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus linquens patrium, saltusq. [n] Lycaei,
Pan ouium custos, tua si tibi Maenala curae,
Adsis o Tegeaee fauens, oleaeq. [o] Minerua
Inuentrix, unciq. [p] puer monstrator aratri,
Et teneram ab radice ferens Siluane [q] cupressum:

a pingues terras. tūc enim segetem uberrimam ferūt: & ex ubertate oritur laetitia.
b quo tempore obseruato ex siderum ortu et occasu.
c frugi. quia mella custodiunt. Alias, Paruis. Aristo. l.9. de hist. animal.
d Sol, & Luna, quorum motu definiuntur tempora.
e Varro 12. de re rusti. inuocat eosdem, & 5. alios.

f Virgilius Carpensis habet, Numine. g id est frumento pingui ab effectu. h Homer. in Il. 231. Pocula Acheloia. i. aquam. Athenaeus l. 2. q. 11. Macrob. Satur. l. 5. i Id est, adeste. K ut dixi supra. Vest. si m. t. l tellus Attica, omnium antiquissima. Plato in Timaeo. Pausanias Achaic. m Aristaee. n Lycaeus & Menalus montes Arcadiae Pani sacri. Tegea, opidum eiusdem Pani dicatum. Vnde Tegaeus dicitur. o Isocrat. Panathen. p Osiris. Pausan. Attic. q Quo coronaris.

Dijque

Dijque, deaeq.[a] oẽs, ſtudium quibus arua[b] tueri,
Quiq. nouas alitis non nullo[c] ſemine fruges:
Quiq. ſatis[d] largum caelo demittitis imbrem.
Tuq. adeo, quem mox quae ſint habitura deorum
Concilia,[e] incertum eſt, urbes ne inuiſere Caeſar,
Terrarumq. uelis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempeſtatumq. potentem
Accipiat, cingens[f] materna tempora myrto;
An deus immenſi[g] uenias maris, ac tua nautae
Numina[h] ſola colant, tibi ſeruiat ultima Thule,
Teq. ſibi generum Tethys[i] emat omnibus undis;
An ne nouum tardis[k] ſidus te menſibus addas,
Qua locus Erigonem[l] inter, chelasq. ſequentes
Panditur: ipſe tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & caeli iuſta plus parte relinquit:
Quidquid eris (nã te nec ſperant[m] Tartara regem:
Nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido;
Quamuis Elyſios miretur Graecia campos:
Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem)
Da facilem curſum, atq. audacibus annue coeptis;
Ignarosq. uiae mecum miſeratus agreſtes,
Ingredere,[n] & uotis iam nunc[o] aſſueſce uocari.
VERE nouo,[p] gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit;

a qui a nobis iacta ſemina ueſtro numine alitis.
b Propert. lib. 3. Diq. deaeq. omnes, quibus eſt tutela per agros.
c Quidam legunt; Nõ ullo ut ſit, quae ſponte ſua proueniunt ſemine nobis incognito.
d frugibus quae ſunt ſatae.
e utrum uelis terrarũ, an maris, an caeli imperium poſſidere.
f Veneris, a qua es oriundus. S.

g Homer. ἀπείρονα πόντον uocat. h quaſi melior ſit futurus & Neptuno, & ceteris dijs marinis. i Per coemptionem, antiquum nuptiar. ritum. S Xenoph. ἀναβάσεως l. 7. K Vt ad Iunium, & Iulium, quor. horae cũ uiles ſunt longiſſ. accedat Auguſtus. l Inter uirginem & Brachia ſcorpij. m ſignificat illum nec poſſe mori, nec debere uelle. n Ingredere uiã dux futurus. o uiuus adhuc: ut Horat. Praeſenti tibi maturos largimur honores. p Sic Homer. Odyſſ. τ. ἔαρος νέον ἱσταμένοιο. Arandi tempora docet Heſiod. Theophraſt. l. 8. Xenoph. Oeconom. Varro l. 1. de re ruſt.

Depreßo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco [a] attritus splendescere uomer.
Illa seges [b] demum uotis respondet auari
Agricolae, bis quae solem, bis [c] frigora sensit.
Illius immensae ruperunt horrea messes.
Ac prius, ignotum ferro quam scindimus aequor,
Ventos, & uarium caeli [d] praediscere morem
Cura sit, ac patrios [e] cultusque, habitusq. locorũ,
Et quid quaeq. ferat regio; & quid quaeq. recuset.
Hic segetes, illic ueniunt [f] felicius uuae.
Arborei fetus alibi, atque [g] iniussa uirescunt
Gramina. non ne uides, [h] croceos ut Tmolus odores
India mittit ebur, molles sua tura Sabaei,
At Chalybes [i] nudi ferrum, uirosaq. Pontus [k]
Castorea, Eliadum [l] palmas Epiros equarum?
Continuo has leges, aeternaq. foedera certis
Imposuit natura locis: quo tempore primum
Deucalion [m] uacuum [n] lapides iactauit in orbem.
Vnde homines [o] nati, durum genus. ergo age terrae
Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
Fortes inuertant tauri, glebasq. iacentes
Puluerulenta [p] coquat [q] maturis solibus aestas.
At, si non fuerit tellus fecunda; sub ipsum

a attritus enim frequenti aratione rubiginẽ amittit. b laudat νειὸν τετράπολον, ueruactũ quarto sulcosatum. Pl. c Theoph. lib. 3. d Aeris, S. Siderũ. Pl. e Vnicuiq. patriae seu regioni receptos. f Proueniunt. infr. l. 2. Nec uero terrae ferre omnes omnia possunt. g nam frumẽta quasi studio iussa nascuntur.

h Lucret. lib. IV. Nonne uides quam sint subtilia, quamque minuta? i Hos appellat Aeschylus Prometh. σιδηροτέκτονας. K Strab. l. 3. l equas optimas, quae apud Elidem merentur palmas in certamine Iouis Olympici. m filius Promethei, maritus Pyrrhae, Theßalorum rex. n nam diluuio absumpta erant omnia: quare de mundi restitutione Deucalion (qui solus cum Pyrrha supererat) Themistos oraculum adijt, quae respondit, ut ossa Magnae matris post tergum iacerent. o Ex Deucalionis iactu mares; ex Pyrrhae uero, feminae. p Ex magna siccitate. q ualde feruidis.

Arcturum tenui sat erit [a] suspendere sulco:
Illic [b] officiant laetis ne frugibus herbae,
Hic [c] sterilem exiguus ne deserat humor [d] arenam.
Alternis idem [e] tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ [f] durescere campum,
Aut ibi flaua seres mutato sidere farra,
Vnde prius [g] laetum siliqua quassante legumen,
Aut tenuis fetus [h] uiciae, tristisq. [i] lupini
Sustuleris fragiles calamos, siluamq. sonantem.
Vrit enim lini campum seges, urit [k] auenae,
Vrunt Lethaeo perfusa [l] papauera somno.
Sed tamen [m] alternis facilis labor. arida tantum
Ne saturare [n] fimo pingui pudeat sola, ne ue
Effetos [o] cinerem immundum [p] iactare per agros.
Sic quoque mutatis requiescunt fetibus arua.
Nec ulla interea est [q] inaratae gratia terrae.
Saepe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitātibus urere flammis.
Siue inde occultas [r] uires, & pabula terrae
Pinguia concipiunt: siue illis omne per ignem
Excoquitur uitium, atque exsudat inutilis humor:
Seu plures calor ille uias, & caeca [ſ] relaxat
Spiramenta, nouas ueniat qua succus in herbas;
Seu durat magis, & uenas adstringit hiantes:
Ne tenues [t] pluuiae, rapidi ue [u] potentia solis

a id est, praestrīgere leui aratione circa aequinoctiū autūnale.
b in terra pingui.
c in terra sterili.
d aridam terrā, quae est arenae persimilis.
e messos agros.
f Corroborari, & uires recolligere.
g fertile, ut in princ. Laetas segetes.
h nam uicia et lupino pinguescunt arua. Pl.
i amari, nam coctus amarus est. S.

K Theophrastus lib. v. ἐπικαρπίζεται ait. l id est, soporifera, atque adeo mortifera. m intermisso agrorum cultu. n Theophrast. de Plant. o continua feracitate exhaustos. p Theophrast. de causs. pl. q intermissae. r ex Heracliti opin. qui ex igni procreari omnia dicebat. ſ occultos meatus. t quia facile penetrant. u Mimnermus apud Strab. lib. I. ὠκέος ἠελίοιο, dixit.

Acrior, aut Boreae penetrabile [a] frigus adurat.
Multum adeo, rastris [b] glebas qui frangit inertes,
Vimineasq. trahit crates, iuuat arua, neque illum
Flaua [c] Ceres alto nequidquam spectat Olympo:
Et qui, proscisso quae suscitat aequore terga,
Rursus in obliquum uerso perrumpit aratro,
Exercetq. frequens tellurem, atque imperat aruis.
Humida [d] solstitia, atque hiemes [e] orate serenas,
Agricolae: hiberno laetissima [f] puluere farra,
Laetus ager. nullo tantum se Moesia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.
Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur, cumulosq. ruit [g] male pinguis arenae?
Deinde satis fluuium inducit, riuosq. sequentes?
Et, cum exustus ager morientibus aestuat herbis,
Ecce [h] supercilio cliuosi tramitis undam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq. arentia temperat arua.
Quid, qui, ne [i] grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba,
Cum [k] primum sulcos aequant sata? quiq. paludis
Collectum humorem bibula [l] deducit arena?
Praesertim [m] incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo:
Vnde cauae tepido sudant humore lacunae.

a *Lucretium imitatur, qui l. I. Penetrale frigus, alibi et Manabile ait.*
b *Occasio et prodest ad ubertatem.*
c *ob aristarum maturitate a Graecis qui* ξανθὴ Δημήτηρ.
d *id est, aestate pluuiam, hieme siccitate optate. Sic Cic. solstitium brumae opponit.*
e *Seruius tradit, poetica usum licentia Virg. posuisse pluralem numerum pro singulari.*

f *Hiber. p. idest, hiberna serenitate.* g *De semine cooperiendo per lirationem.* h *metaphora ab homine: pro, Iugo. Homer. Iliad. v.* i *Theophr. lib. IIX. Xenophon Oeconom.* K *cum adhuc herbae sunt tenerae.* l *Factis sulcis, quos Elices uocat Col. Lucr. lib. 2. Litoris incurui bibulam lauit aequor arenam.* m *ueris, & autumni, quibus mensibus modo frigus, modo calor est.*

Nec

Nec tamen (haec cũ sint [a] hoĩumq., boũq. labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,
Strymoniaeq. [b] grues, & amaris [c] intyba fibris
Officiunt; aut umbra nocet. pater ipse colendi
Haud facilem esse uiam uoluit: primusq. per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda;
Nec torpere graui passus sua regna [d] ueterno.
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni;
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quaerebant; ipsaq. tellus [e]
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
Ille malum [f] uirus serpentibus addidit atris;
Praedariq. lupos iussit, pontumq. [g] moueri:
Mellaq. decussit folijs; ignemq. [h] remouit;
Et passim riuis currentia uina repressit;
Vt uarias usus meditando [i] extunderet artes
Paullatim, & sulcis frumenti quaereret herbam,
Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos [k] primum fluuij sensere cauatas:
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit,
[l] Pleiadas, [m] Hyadas, [n] claramq. Lycaonis [o] Arctõ.
Tum laqueis captare feras, & fallere [p] uisco
Inuentum, & magnos canibus circumdare [q] saltus:
Atque alius latum funda [r] iam uerberat amnem
Alta petens: pelagoq. alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atque argutae [s] lamina serrae:

a *Lucret. l. 5. Sed tamẽ interdũ magno quaesita labore cũ iam per terras frondẽt, atque omnia florent, &c.*
b *Attingit hoc etiã Hesiod.*
c *cichoreã; cuius radix amara est.*
d *Quasi dic. Inertia: sic Coelius ad Cic. Veternus ciuitatẽ occupauit.*
e *Aureo saeculo rerum omnium prouentus sine labore, quarum ẽt erat inter omnes communio.*
f *nam & bonus uirus est.*
g *Fluctibus agitari, ad augendã nauigationis difficultatẽ.* h *Hesiod.* κρύψε δὲ πῦρ. i *exprimeret, inueniret.* K *Nauigatio inuenta.* l *Homer. Iliad. 6.* m *Vergilias.* n *Succulas.* o *Elicem, idest, maiorem Septemtrionem. minor enim uocatur Cynosura.* p *De aucupio.* q *De uenatione.* r *Funda genus retis.* s *Stridulae, sonorae, ut Argutae pinus dixit in Buc.*

Nam

Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum:
Tum uariae uenere artes. labor omnia uicit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.
Prima Ceres ferro [a] mortales uertere [b] terram
Inſtituit, cum iam glandes, atque arbuta ſacrae
Deficerent ſiluae, & uictum [c] Dodona negaret.
Mox & frumenti labor additus; ut mala culmos
Eſſet [d] robigo, ſegniſq. [e] horreret in aruis
Carduus. intereunt [f] ſegetes: ſubit aſpera ſilua,
Lappaeque, tribulique: interq. nitentia culta
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenae.
Quod niſi & aſſiduis [g] terram inſectabere raſtris,
Et ſonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes [h] umbras, uotiſq. uocaueris imbrem:
Heu [i] magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum,
Concuſſaq. famem in ſiluis ſolabere quercu.
Dicendum &, quae ſint duris agreſtibus [k] arma;
Queis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes.
Vomis, & inflexi primum [l] graue robur aratri,
Tardaq. [m] Eleuſinae [n] matris uoluentia [o] plauſtra,
Tribulaq., trabeaeque, [p] & iniquo [q] pondere raſtri:
Virgea [r] praeterea Celei, uiliſq. ſupellex,

a communi uerbo cũcta cõplexus eſt ruſticorum arma: ut, aratra, ligones, &c.
b Graeci πολεῖν dicunt. Homer. νειὸν τρίπολον deſcribit.
c Glandes. erat.n. prope Dodonam (quae eſt Chaoniae, Epiri regionis ciuitas) Ioui ſacrum nemus maximum & glãdiferum, querneum totum.
d Ederet & conſumeret. Theophr. l. 4. de Plant. Legendum Robigo, unde Robigalia a Numa inſtituta. e infecundus. f ſuffocantur. g Laborioſe terram i. r. oportet, & ſonitu t. a. ſunt tamen, qui hic legant, Herbam, pro Terram. h imminues, reprimes & coercebis, amputando ramos arborum ſegetibus incumbentes. nam dixit in Bucol. Nocent & frugibus umbrae. i Lucre. in re diſſimili iiſdem uerbis uſus eſt: E terra magnum alterius ſpectare laborem. K Agricolarum inſtrument.: uocat arma, ut Graeci, ὅπλα. l propter ſulcos altius imprimendos. m magna per metonymiam. n Cereris. Pauſa. Laconic. o per Enallag. i. uolubilia. p per Epentheſim, pro Trahaeque. q Alluſiſſe uidetur ad illud Terent. Heauton. Hui tam graues (raſtros) quaeſo. r uaſa uiminea, qualia Ceres Celeo aliquando monſtrauit.

Arbu-

Arbuteae crates. & [a] myſtica [b] uannus Iacchi.
Omnia quae multo ante memor prouiſa repones,
Si te digna manet diuini [c] gloria ruris.
Continuo in ſiluis magna ui flexa domatur
In burim, [d] & curui formam accipit ulmus aratri.
Huic a ſtirpe pedes temo protentus in octo:
Binae aures: duplici aptantur dentalia dorſo.
Caeditur & tilia ante iugo leuis, altaq. fagus;
Stiuaque, [e] quae currus a tergo torqueat imos;
Et ſuſpenſa focis explorat [f] robora fumus.
Poſſunt [g] multa tibi ueterum praecepta referre,
Ni refugis, tenuesq. piget cognoſcere curas.
Area [h] cum primis ingenti aequanda cylindro,
Et uertenda [i] manu, & creta [k] ſolidanda tenaci;
Ne ſubeant herbae, neu puluere uicta [l] fatiſcat;
Tum uariae illudant peſtes. ſaepe exiguus mus
Sub terris poſuitq. domos, atque horrea fecit;
Aut oculis capti fodere [m] cubilia talpae:
Inuentusq. cauis bufo, & quae plurima terrae
Monſtra ferunt: populatq. ingentem farris [n] aceruũ
Curculio, [o] atque inopi metuens formica ſenectae.
Contemplator item; cum ſe nux [p] plurima ſiluis
Induet in florem, & ramos curuabit [q] olentes;

a Potes accipere Myſtica dictũ eſſe pro Myſtici, ut ad Iacchũ referatur; uel etiã ut Myſtyca dictũ pro Muſtica.
b Colu. Illud uimineum, purgando uino, uel muſto aptum.
c uel propter deos huius praeſides; ut in aruis Cererem: in uinetis Bacchum: uel quid quilibet rusticorum lucum ſacris arboribus conſitum ruri habeat. Auctor Cic. 2. de Leg. d curuaturam: nam buris eſt curuamentum aratri. e manica aratri, qua regitur. f Probatae enim ſunt ſoliditatis, ſi fumo rimas non fecerint. g Renouat attẽtionem. h Vide Caton. de re ruſt. & Var. lib. 1. Plin. lib. 18. c. 29. Colu. lib. 2. c. 20. i ſubigenda, ut ſolidior reddatur. K terra argilloſa, pingui, & tenaci. l ne uicta fatiſcat in puluerem. m nam ore egerunt humum, & molliunt. n frumenti: poſuit enim ſpeciem pro genere. o uermis in frumentis natus. p Amygdalam nucem intelligit, quae cum flore folia profert, quod huic peculiare eſſe, Theophraſtus lib. 7. auctor eſt. q multitudine florum.

Si

Si ſuperant fetus, pariter frumenta ſequentur.
Magnaq. cum magno ueniet tritura calore.
At, ſi luxuria foliorum exuberat umbra;
Ne quidquam [a] pingues paleae teret area culmos.
Semina uidi equidem multos medicare [b] ſerentes,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca;
Grandior ut fetus ſiliquis fallacibus eſſet;
Et quamuis igni exiguo properata [c] maderent;
Vidi lecta diu, & multo [d] ſpectata labore
Degenerare tamen, ni uis humana quotannis
Maxima quaeque manu legeret: ſic omnia [f] fatis
In peius ruere, ac retro ſublapſa referri:
Non aliter, quam qui aduerſo uix flumine lembum
Remigijs ſubigit, ſi brachia forte remiſit;
Atque [f] illũ in praeceps [g] prono rapit alueus amne:
[h] Praeterea tam ſunt arcturi ſidera nobis,
Haedorumq. dies ſeruandi, & lucidus anguis, [i]
Quam quibus in patriam uentoſa per aequora uectis
Pontus, & oſtriferi [k] fauces [l] tentantur Abydi.
Libra die, [m] ſomniq. pares [n] ubi fecerit horas;
Et medium luci, atque umbris iam diuidet orbem,
Exercete, uiri, tauros, ſerite ordea [o] campis,
Vſq. ſub extremum brumae intractabilis [p] imbrem.

a minime pingues, ſine frugibus.
b Colum. l. 1. c. 35.
c Cito coquerentur. S.
d probata: ut, Rebus ſpectata iuuentus: & Cice. fam. l. 5. Vir ſpectatus in cauſſis reipub.
e quadã naturae malignitate, ut Columella ait.
f pro, ſtatim, Gell. teſte, per enallagen.
g Secũdo.
h Col. l. 11. c. 2. citat hos uerſus.
i Draco ille, qui eſt inter duas arctos; qui aliter a Manilio Anguis dicitur, & a Seneca in Thyeſte act. 4 non aut hydra, ut Ser. placuit, falſo, uocabuli Anguis expoſitione, quod hoc de hydris, non etiam de draconibus dici putarit. Refellitur autem clarius Seruij opinio, ipſius Virgilij teſtimonio, qui 39. ab hoc uerſu, Aratum ſecutus, paene de uerbo ad uerbum, pro Draconis nomine, Anguis, uti maluit. K Oſtrea plurima ſerentis. l Sic Seneca in Thebaid. m pro diei, antiquo more, per Archaiſmum. n Aequinoctium autumnale intelligit. o Inter Aequinoctiũ autumni & brumã ordeũ ſeri iubet Plin. p aſperae ob frigus.

Nec non & lini segetem, & cereale papauer
Tẽpus humo [a] tegere, et iã dudũ incumbere aratris,
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis satio. [b] tunc te quoque medica [c] putres
Accipiunt sulci, & milio uenit annua cura;
Candidus auratus aperit [d] cum cornibus annum
Taurus, [e] & aduerso cedens Canis occidit astro.
At, si triticeam in messem, robustaq. farra
Exercebis humum, solisq. instabis aristis;
Ante tibi Eoae Atlantides [f] abscondantur,
Gnossiaq. ardentis [g] decedat stella coronae,
Debita quam sulcis committas semina, quamq.
Inuitae [h] properes anni spem credere terrae.
Multi ante occasum Maiae coepere: sed illos
Exspectata seges uanis elusit [i] auenis.
Si uero uiciamq. seres, uilemq. faselum,
Nec Pelusiacae [k] curam aspernabere lentis;
Haud obscura cadens mittet tibi signa [l] Bootes.
Incipe,, & ad medias sementem extende pruinas,
Iccirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol [m] aureus astra.
Quinque [n] tenẽt caelũ zonae: [o] quarũ una corusco

a *serere.* b *Plin. l. 18. c. 17.* c *resoluti & prae pinguedine putrescentes. Macr. l. 1. c. 18. som. Sci.* d *Alludit ad nomẽ Aprilis, cũ ait Aperit. Ouid. in Fast.* e *Aprili. n. mẽse ĩ Tauro sol est: quo mẽse cuncta aperiuntnr. Colu. cũ Sol Taurum ingreditur* XV. *Kal. Maij.* f *satio frumenti matutino occasu Vergiliar. Theoph. l. 3. & 8. Plin. l. 18. c. 24.* g *Nota hũc locũ. iubet. n. sementẽ triticeã fieri in autũno; cum Atlantides, seu Pleiades mane occidunt; & tamen eodem tempore ait decedere Corenam, quam tum oriri plerisque persuasissimũ est.* h *quia quasi coacta rusticorum labore, non sponte, fructus fert.* i *culmis uanis & stipulis frugem non habentibus. T. Legitur & Aristis.* K *Aegyptiacae: nam iuxta Pelusium Nili ostium copiosißima & optima uicia prouenit. de quibus Ouid. tertio Fast. Et pereunt lentes aduena Nile tuae.* l *occidente Boote seres uiciam, faselum, lentem.* m *Ennius: simul aureus exoritur Sol.* n *De zonis, Macr. som. Scip. l. 2. c. 8. Ioã. de Sacrob. ĩ libello de Sphoera.* o *circuli caelũ, ac terrã, ueluti zonae cingẽtes.*

Semper ſole rubens, & torrida [a] ſemper ab igni.
Quam circum extremae dextra, laeuaq. [b] trahuntur
Caerulea glacie concretae: atque imbribus atris.
Has inter, mediamque, duae [c] mortalibus aegris [d]
Munere conceſſae diuum, & uia ſecta [e] per ambas,
Obliquus [f] qua ſe ſignorum uerteret ordo.
Mundus ut ad Scythiam, [g] Ripheasq. arduus arces
Conſurgit; premitur Libyae deuexus [h] in auſtros.
Hic [i] uertex nobis ſemper ſublimis: at [k] illum
Sub pedibus Styx atra uidet, manesq. profundi.
Maximus hic [l] flexu ſinuoſo elabitur [m] anguis
Circum, perq. duas in morem fluminis arctos, [n]
Arctos Oceani [o] metuentes aequore tingi.
Illic, [p] ut perhibent, aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebrae:
Aut redit a nobis [q] aurora, diemq. reducit:
Nosq. ubi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina ueſper.
Hinc tempeſtates [r] dubio praediſcere caelo
Poſſumus [ſ] hinc meſſisq. [t] diem, tempusq. ſerendi,
Et quando infidum remis impellere marmor [u]
Conueniat, quando armatas deducere claſſes,
Aut tempeſtiuam ſiluis euertere [x] pinum.
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus,
Temporibusq. parem diuerſis quattuor annum.
Frigidus agricolam [y] ſi quando continet [z] imber;

a quare a Graecis διακεκαυμένη dicitur.
b nõ aliter ac plagae.
c Duae zonae temperatae.
d laborant enim innumerabilib. morbis.
e zodiacus per ambas temparatas currens.
f zodiacus: λόξος κύκλος. Ariſ.
g ad Septẽtriones.
h decliuis.
i Polus arcticus.
K axem auſtralẽ, qui a nobis nũquam uidetur; ἀνταρκτικόν.
l ad polum arcticum.

m Draco, qui inter duas arctos uoluitur: & hic Aratũ imitatus eſt, qui Draconis nomine uocat hunc anguẽ. n Anadiploſis. o Home. in Il. 209. p Ad polũ antarcticũ: ſub horizonte. q Antipodas intelligit. r uarios euẽtus, & pericula: alij, pro tempore. ſ Aſtronomiae utilitatem oſtendit. t Hora. Tẽpora quae meſſor: quae curuus arator hẽret. u mare. x Macrob. Satur. li. 6. y Quae fieri diebus pluuioſis ab agricolis debent. z remouet ab exercenda agricultura.

Multa

Multa, forent quae mox caelo properanda [a] sereno,
Maturare datur. durum procudit arator
Vomeris obtusi [b] dentem; cauat arbore lintres; [c]
Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis.
Exacuunt alij uallos, [d] furcasq. bicornes;
Atque Amerina [e] parant lentae [f] retinacula uiti.
Nunc facilis Rubea [g] texatur fiscina uirga:
Nunc torrete igni gruges, nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis [h] quaedam exercere diebus,
Fas [i] & iura sinunt. riuos deducere [k] nulla
Relligio uetuit, segeti praetendere saepem,
Insidias auibus moliri, incendere uepres,
Balantumq. gregem fluuio mersare [l] salubri.
Saepe oleo tardi costas agitator aselli,
Vilibus aut onerat pomis; lapidemq. [m] reuertens
Incussum, aut atrae massam picis urbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine luna [n]
Felices operum. quinctam [o] fuge: pallidus Orcus,
Eumenidesq. [p] satae. tum partu terra nefando
Coeumq. Iapetumq. [q] creat, saeuumq. Typhoea,
Et coniuratos caelum rescindere fratres. [r]
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atq. Ossae frondosum inuoluere Olympum:
Ter pater exstructos disiecit fulmine montes.

a properare, & maturare quid differant. Macr. Sat. l.6.c.8.
b acumine carentis.
c Fluuiatiles nauiculas.
d palos, sudes, ut infr. l. 2. Quadrifidata sudes, & acuto robore uallos.
e Sunt .n. Ameriae Campaniae opido, salicta optima, teste Colu. Varro l. 1. de re rusti. Corbulas Amerinas dixit.
f flexibili.

g quae apud Rubos, Italiae opidum, plurima nascitur. sic exponit Serui. licet alij a Rubo, arbore utili deducant. h Columel. l.2.c.22. i Diuina, & humana iura. K Diducere, liber Colotianus, ut etiã Cato: Aquã diducere in uias. l ob scabiem, qua tentantur. m molarem. n De obseruatione dierum lunae uide Varr. lib. 1. c. 37. o Hesiod. πέμπτας ἀλέασθαι. Porro Quinctas intelligit cuiusque decadis. Solent .n. Graeci in tres decades mẽsem distinguere. p filia Proserpinae ex Dite. q Gigãtes. r Othũ, & Ephialtẽ, Neptuni filios: nouẽ cubitos ampli, nouẽ orgyas longi.

Septima [a] post decimam felix & ponere uites,
Et prensos domitare boues, & licia [b] telae
Addere. nona fugae [c] melior, contraria furtis.
Multa adeo gelida melius se nocte dedere,
Aut [d] cum sole nouo terras irrorat eous.
Nocte leues stipulae melius, nocte arida prata
Tondentur: noctis lentus non deficit humor.
Et quidam seros hiberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroq. faces [e] inspicat acuto.
Interea longum cantu solata laborem
Arguto [f] coniux percurrit pectine telas;
Aut dulcis musti Vulcano decoquit [g] humorem,
Et folijs undam tepidi [h] despumat aheni.
At rubicunda Ceres medio succiditur aestu,
Et medio tostas aestu terit area fruges.
Nudus ara: [i] sere nudus, hiems ignaua [k] colono.
Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur,
Mutuaq. inter se laeti conuiuia curant.
Inuitat genialis hiems, curasq. resoluit, [l]
Ceu pressae [m] cum iam portum tetigere carinae,
Puppibus & laeti nautae imposuere [n] coronas.
Sed tamē & quernas glādes tunc stringere tempus,
Et lauri baccas, oleamq., cruentaq. [o] myrta.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
Auritosq. [p] sequi lepores, tum figere damas,

a Loci huius interpretationem uide apud Coel. l. 11. c. 3. et Vui. b Felix & ad ordiendam telam. c nō fugiētib. seruis; sed dominis ad eos inueniendos, & furta recuperanda. d Theoph. l. 4. de Plā. e In modū spicar. incidit, ut facilius flāmā concipiant. f stridulo. g Versus hypercatalecticus. h Defruti, uel sapae. Pli. Legitur & trepidi, q̄d seq. Ser.

i Sic Hesiod. lib. 2. γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοώτειν, hoc est sere & ara, caelo ita sereno, ut uel nudus esse possis. K quia ignauum reddit colonum. l aufert. m onerariae. q. d. pondere pressae, uel collisae, & iactatae tempestatibus, aut scopulis. n Laetitiae symbola, quod reduces, & satis opulenti redierunt. o matura, quae cruoris colorem imitantur. p Afran. in Pria. Nam quod ita praedicant Auritome patre natum: non ita est.

Stuppea

Stuppea torquentem Balearis uerbera fundae;
Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudunt.
Quid tempestates autumni, & sidera dicam?
Atque, ubi iam breuiorq. dies, & mollior aestas,
Quae uigilãda [a] uiris? uel cum ruit imbriferum uer,
Spicea iam campis cum messis inhorruit, & cum
Frumenta in uiridi stipula lactentia turgent.
Saepe ego, cum flauis [b] messorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam stringeret [c] ordea culmo,
Omnia uentorum concurrere [d] proelia uidi,
Quae [e] grauida late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent; ita turbine [f] nigro
Ferret hiems [g] culmumq. leuem, stipulasq. uolãtes.
Saepe etiam immensum caelo uenit [h] agmẽ aquarũ;
Et foedam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectae [i] ex alto nubes. ruit arduus aether,
Et pluuia ingenti sata [k] laeta, boumq. labores
Diluit. implentur fossae; & caua [l] flumina crescũt
Cum sonitu; feruetq. [m] fretis spirantibus aequor.
Ipse pater media nimborum [n] in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit, fugere ferae, & mortalia corda
Per gentes humilis strauit [o] pauor. ille flagranti
Aut Athõ, [p] aut Rhodopẽ, [q] aut alta Ceraunia telo
Deijcit. ingeminant [r] austri, & densissimus imber.
Nunc nemora ingenti uento, nunc litora plangunt, [s]
Hoc metuens, caeli menses, & sidera serua;
Frigida [t] Saturni sese quo stella receptet: [u]

a uigilãter prouidẽda.
b Maturis.
c secaret.
d Theoph. l. 8. de Plãt.
e Hypotiposis mire elegans.
f tẽpestate noxia: nam turbo uẽtus est cũ fragore erũpens, omniaq. prosternẽs. l. 3. c. 46. Plin.
g procellae.
h Home. in Il. 179.
i Plin. l. 2. c. 10.
K Homer. Il. 49.
l profunda.
m Alludit ad freti etymon.
n In nimbis tenebrosis. Licet quidã exp. de nubib.
o Feriũtq. summos fulmina mõtes. Hora. l. 1. od. 2.
p Alij legũt, Aut Athi, quã recte uide in grã. Aldi Pij Manutij ex Theoc. ed. 7.
q ĩ Graecia, Thracia, Epiro.
r Repetũt suos flatus.
s resonãt.
t ita Luca. l. 1. Phas.
u hoc ex Democr. sũpsiss e Virg. Pli. l. 18.

Quos ignis caeli Cyllenius [a] erret in õrbes.
In primis uenerare deos; atque annua magnae
Sacra refer Cereri, laetus operatus [b] in herbis,
Extremae ſub caſum hiemis, iam uere ſereno.
Tunc agni pingues, & tunc molliſſima [c] uina,
Tunc ſomni dulces, denſaeq. [d] in mõtibus umbrae.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret.
Cui tu lacte fauos, & miti dilue [e] Baccho: [f]
Terq. nouas circum [g] felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam chorus, & ſocij comitentur ouantes,
Et Cererem clamore [h] uocent in tecta: neque ante
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri torta redimitus tempora [i] quercu
Det motus [k] incompoſitos, & [l] carmina dicat.
Atque, haec [m] ut certis poſſimus diſcere ſignis, [n]
Aeſtusq., pluuiasq., & agentes frigora uentos;
Ipſe pater ſtatuit, quid menſtrua [o] luna moneret,
Quo ſigno caderent [p] auſtri, quid ſaepe uidentes
Agricolae, propius ſtabulis armenta tenerent.
Continuo, uentis ſurgentibus, aut freta [q] ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, & aridus altis
Montibus audiri fragor; aut reſonantia longe
Litora miſceri, & nemorum increbeſcere murmur.
Iam ſibi tum curuis male temperat unda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex aequore mergi,
Clamoremq. ferunt ad litora; cumq. [x] marinae

a Mercurij ſtella, quia Mercurius ĩ Cylleno, Arcadiae mõte natus dicitur.
b Facta re diuina. Sic Hor. In cute curãda plus aequo operata iuuentus.
c Delicatiſſima.
d Propter arbores frõdeſcentes.
e Vide Macrob. Satur. lib. 3. c. 9.
f lacte, melle, uino Cereri ſacrifica
g Deſcribit ambaruale ſacrificium. Macro. Sat. l. 3. c. 3. 6.
h Orent ut amplameſſis in domũ feratur.

i Querna corona: qua iõ utebatur, ut quaedã ueteris diaetae exſtaret memoria. k ſaltationes ruſticas. l hymnos. m ex Arati Dioſimeia. n de his praeſagijs uide Pli. l. 18. c. ult. Ci. p Mur. Tẽpeſtates ſaepe certo aliquo caeli ſigno cõmouẽtur, ſaepe obſcura aliqua cauſſa cõcitãtur. o Mẽſtruũ curſum habẽs; quae Graece μήνη dicitur. p deſinerẽt uẽti. Cõtra, paullo poſt, Vẽtis ſurgẽtibus. q litora pelagi, quae feriũtur fluctibus. x ſunt. n. & fluuiales.

In

In ſicco ludunt fulicae; [a] notaſq. paludes
Deſerit, atq. altam ſupra uolat ardea nubem.
Saepe etiam ſtellas, [b] uento impendente, uidebis
Praecipites caelo labi, [c] noctiſq. per umbras
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus:
Saepe leuem [d] paleã, & frondes uolitare [e] caducas,
Aut ſumma nantes in aqua colludere [f] plumas.
At Boreae [g] de parte trucis cum fulminat, & cum
Euriq., Zephyriq. tonat domus; omnia plenis
Rura natant [h] foſſis: atque omnis nauita ponto
Humida uela legit. numquã imprudentibus [i] imber
Obfuit. aut illum ſurgentem uallibus imis
Aeriae [k] fugere grues: aut bucula [l] caelum
Suſpiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut [m] arguta lacus circumuolitauit hirundo;
Et ueterem in limo ranae [n] cecinere querellam.
Saepius & tectis [o] penetralibus extulit oua
Anguſtum formica terens iter: & bibit [p] ingens
Arcus: & e paſtu decedens agmine magno
Coruorum [q] increpuit denſis exercitus alis.
Iam uarias pelagi uolucres, & quae Aſia [r] circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata [s] Cayſtri,
Certatim largos humeris infundere [t] rores,
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in undas,

a Furius Antias: utq fulica leuis uolitat.
b Sene. Sic quae tranſuerſae dicuntur ſtellae et cadẽtes, praeteruolãt & ſecãt aera.
c Ferri. intelligit. n. hic ſtella ñ ἀπορροίας. de qb. Ariſ. Mete. l. 1.
d Exſiccatam.
e deciduas.
f moueri.
g Ex Arati Phaenomẽ.
h inũdãtur.
i ignaris: tot. n. ſunt, et tã manifeſta ſigna futurae pluuiae noxiae, ut imprudẽtibus ſuperuenire nõ poſſit. K altũ uolãtes. l boues caelũ olfactantes. Pli. m Arati locũ trãſtulit Varro Attacinus, cuius ẽt integros uerſus Virg. hic pro ſuis poſuit. ut hic uerſus Var. Aut arg. l. c. hirundo. n fabula Ouidij de ruſticis a Minerua ĩ ranas cõuerſis. 6. Meta. o Lucr. l. 5. Anguſtũ per iter, dixit. p Plau. Curc. Ecce aũt bibit arcus: pluet, credo, hercle, hodie. uide Vitr. & Ephemerides aeris ꝑpetuas, Ant. Mizaldi. Coel. antiq. lec. l. 22. c. 29 q ex Arato, et Lucr. Coruorũq. greges, etc. r ad Aſiã paludẽ. Hom. Il. β. ſ Fluuij Lydiae. t Var. Et uelut ĩſolitũ ꝑẽnis ĩfũdere rorẽ. ſic Ara. et.

Et studio incassum [a] uideas gestire lauãndi [b]
Tum cornix plena [c] pluuiam uocat [d] improba uoce,
Et sola in sicca secum [e] spatiatur arena.
Ne nocturna quidem carpentes pensa puellae
Nesciuere hiemem, testa [f] cum ardente uiderent
Scintillare oleum, & putres concrescere [g] fungos.
Nec minus [h] ex imbri soles, & aperta [i] serena
Prospicere. & certis poteris cognoscere signis.
Nam neque tum stellis acies obtusa uidetur,
Nec fratris [k] radijs obnoxia surgere luna,
Tenuia [l] nec lanae per caelum uellera [m] ferri.
Non tepidum ad solem pennas [n] in litore [o] pandunt
Dilectae [p] Thetydi Halcyones: [q] non ore solutos
Immundi meminere sues iactare maniplos.
At nebulae [r] magis ima petunt, campoq. recumbũt:
Solis & occasum seruans, de culmine summo
Nequidquam [s] seros exercet noctua [t] cantus:
Apparet liquido [u] sublimis in aere Nisus; [x]
Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo.
Quacũque illa leuẽ fugiens secat aethera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore [y] per auras
Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat aethera pennis:

a *quod plumae aquam ad corpus non admittant. S.* b *Var. Cernere inexpleto studio certare lauãdi.* c *sunt qui Rauca, legant.* d *denũciat ea uoce, ut uocare uideatur.* e *Quincti. l.5.c.9.* f *testacea lucerna.* g *Prognostica serenitatis.* h *Aristop. Vespis Callimac. apud Theonẽ Arati interp.* i *aer enim rarescit sereno.* K *Solis: utrumque. n. cum Aurora Thea, ex* Hyperione *sustulit.* l *Proceleusmaticus pro dactylo.* m *Flocci.* n *Alas.* o *Expãdũt, explicant.* p *Theocr. eidy.7. Arist.l.5. de histo. animal.* q *Halcyonia dicuntur dies, quibus* Halcyones *aues nidos in mari faciunt.* r *Ex Arato.* s *Non, ut saepe antea.* t *Vespertinum noctuae silentium, serenitatis praesagium est. Plin.* u *Puro. Vide Cirim.* x *Nota est haec de Niso fabula; cũ apud Pausa. in Attic. tum apud* Eustathiũ *in cõment. in Dionysium, quam ille ex Parthenio sumpsit, qui Metamorphoses scripsit. meminit etiam* Aeschylus *in* Choephoris. y *sonitu alearum.*

Tum

Tum liquidas corui [a] pressо ter gutture uoces,
Aut quater ingeminant, & saepe cubilibus altis,
Nescio qua praeter solitum dulcedine laeti,
Inter se folijs strepitant. iuuat, imbribus actis,
Progeniem paruam, dulcesq. reuisere nidos,
Haud equidem credo, quia sit diuinitus [b] illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Verum, ubi tempestas, & caeli nobilis humor
Mutauere uias, & Iuppiter [c] humidus austris
Denset, erãt quae rara modo; & quae dẽsa, relaxat.
Vertuntur species animorum, [d] & pectora motus
Nunc alios, alios, dum nubila uentus agebat,
Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris,
Et laetae pecudes, & ouantes [e] gutture corui.
Si uero solem ad rapidum, lunasq. sequentes [f]
Ordine respicies; numquam te crastina fallet
Hora, neque insidijs noctis capiere serenae.
Luna reuertentes cum primum [g] colligit ignes;
Si nigrum obscuro comprenderit [h] aera cornu,
Maximus agricolis, pelagoq. parabitur imber.
At, si uirgineum suffuderit ore ruborem:
Ventus erit. uento semper rubet aurea [i] Phoebe.
Sin ortu in [k] quarto (namque is certissimus auctor)
Pura, nec obtusis per caelum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum [l] ad mensem, pluuia uentisq. carebunt,

a Coruorum impietatem notat, qui multos saepe dies a pullis suis absunt: quãquam hoc alij illorum obliuioni tribuũt; tãquã ad nidos reuertẽ nesciant.

b Bruta nõ agunt, sed aguntur. Aristot.

c aer. Horat. Manet sub Ioue frĩgido uenator. Aenei. 5. In nubẽ cogitur aer.

d Simile quid ait Homer. in Ili.

c crocitantes prae laetitia.

f Ordine. est. n. uicissitudo dierũ, et noctium: his luna, illis sol praesidet. g cum incipit renasci; si obscura sit, pluuiam terrae & mari denunciat; si rubicunda, uentis; si pura, quarto die serenitatem mẽsis relinquit. h Quid. s. l. Aere. i pulchra. ut, At non Venus aurea contra. K Quartam lunam maxime obseruant Aegyptij, teste Plin. lib. 18. c. ult. l ad mensis ultimam partem.

Votaq. seruati soluent in litore nautae
Glauco, [a] & Panopeae, & Inoo [b] Melicertae.
Sol quoque [c] & exoriens, & cũ se condet in undas,
Signa dabit. solem [d] certissima signa sequuntur,
Et quae mane refert, & quae surgentibus [e] astris.
Ille, ubi [f] nascentem maculis uariauerit ortum
Conditus in nubem, medioq. [g] refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbres. namque urget ab alto
Arboribusq., satisq. Notus, pecoriq. [h] sinister.
Aut [i] ubi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi erumpunt [k] radij: aut ubi pallida surgit
Tithoni croceum [l] linquens Aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus uuas:
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, [m] emenso cum iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis. nam saepe uidemus,
Ipsius in uultu uarios errare colores.
Caeruleus pluuiam denunciat, igneus Euros.
Sin [n] maculae incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tunc pariter uento, nimbisq. uidebis
Feruere. non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque a terra moneat conuellere funem.
At si, cum [o] referetq. diem, condetq. relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis.
Et claro [p] siluas cernes aquilone moueri.

a Vide Homer. Ilia. σ. b Dijs marinis, qui litorales dicũtur. totũ autẽ hũc uers. transtulisse Virg. e Parthenio, Gellius l. 24. c. 20. auctor est: tametsi aliter apud alios legatur: apud Lucil. n. epigrã. l. 6. sic legitur; γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ. Apud Macrobiũ. καὶ Ἰνῴῳ Μελικέρτῃ. In uulgatis autẽ Gellij codicib. εἰναλίῳ Μελικέρτῃ.

c Ad uerbũ ex Arati Phaenomen. d ex Arato. e superueniẽte nocte. f Sol oriẽs maculosus, est signũ pluuiae: at, interruptis obscura nube radijs, aut in ortu pallidus, grãdinẽ denũciat. g nubib. ex parte occultato. h fortaße, quia nimis humidus. i Hom Il. 115. Var. & Ara. K rũpunt sese: antiqua locutio, qua Lucr. usus & Coel. ad Cic. l Hom. Il. λ. quẽ aemulatus M. Fur. sic ait: Interea Oceani linquẽs Aurora cubile: quẽ forte secutus Virg. hemistichiũ accepit. m signa ex colorib. Solis occidẽtis ex Arato. n Aratus eo. modo. o ex Arato. p qui serenitatẽ ĩducet. nã est & nubilus. ut Hom. αἰθρηγένετης.

Denique,

Denique, quid uesper [a] serus uehat, unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster:
Sol tibi signa dabit. solem quis dicere [b] falsum
Audeat? ille etiam caecos instare tumultus
Saepe monet, fraudemq., & operta tumescere bella.
Ille [c] etiam exstincto miseratus Caesare [d] Romam,
Cum caput obscura nitidum [e] ferrugine texit,
Impiaq. aeternam [f] timuerunt saecula noctem.
Tēpore quāquā illo tellus quoque, & aequora ponti,
Obsceniq. [g] canes, importunaeq. uolucres [h]
Signa dabant. quoties Cyclopū [i] efferuere in agros
Vidimus undantem [k] ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarumq. globos, liquefactaq. uoluere saxa?
Armorum [l] sonitum toto Germania caelo
Audiit: insolitis tremuerunt motibus alpes.
Vox quoque per lucos uulgo exaudita silentes
Ingens: & simulacra [m] modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis: pecudesq. locutae:
Infandum: sistunt amnes, terraeq. dehiscunt:
Et maestum illacrymat [n] tēplis ebur, [o] aeraq. sudāt.
Proluit insano contorquens uortice siluas
Fluuiorum [p] rex Eridanus, camposq. per omnes
Cum stabulis armenta tulit. nec tempore eodem
Tristibus [q] aut extis fibrae apparere minaces;

a Vide Chiliades Adagior. Nescis qd serus uesper uehat. Macr. quoque Sat. l. i. citat li. Var. ex Menippeis Satyr. qui ita ĩscriptus est: Nescis quid uesper serus uehat.
b falsa esse quae Sol signa dat.
c Digressio in Caesaris mortē multis signis comitatam.
d Satis aperte adulatur Augusto Caesari: cum constet satis, interfecto Iulio idibus Mar. Solē defecisse. c purpura nigrior est Hispana. expressit autem locum Apollonij 4. Argonaut. f quod longior esset ille defectus. g Pausan. Messeniac. h striges, aut bubones. i In Siculos fines. K undae mō flāmas euomētē: qui mons etsi perpetuo flagrarit igne, ad mortē tamē Caesaris detorquet. l Lucre. l. 2. Nec metuūt sonitus armorū, nec fera tela. m umbrae nocturnae. ex Lucr. l. 1. Sed quaedā simulacra modis pallētia miris. n ex Apollo. Rhod. Argonau. l. 4. o eburnea simulacra, & aenea. p Versus ἀκέφαλος ab anapaesto incipiens. q tristia portendentibus.

Aut

Aut puteis manare cruor cessauit, & altae
Per noctem resonare, lupis ululantibus, urbes.
Non [a] alias caelo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri [b] toties arsere cometae.
Ergo [c] inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum uidere Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Aemathiam, [d] & latos Aemi pinguescere campos.
Scilicet [e] & tempus ueniet cum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra [f] rubigine pila:
Aut grauibus rastris galeas pulsabit [g] inanes,
Grandiaq. [h] effossis mirabitur ossa sepulcris.
Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaq. mater,
Quae Tuscũ Tiberim, & Romana palatia seruas,
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere saeclo
Ne prohibete. satis iampridem sanguine nostro.
Laomedonteae [i] luimus periuria Troiae.
Iam pridem nobis caeli te regia Caesar
Inuidet, atq. hominum [k] queritur curare triũphos:
Quippe ubi fas uersum, atq. nefas: tot bella per orbẽ
Tam multae scelerum facies: non ullus aratro
Dignus honos: squalent abductis [l] arua colonis:
Et curuae rigidum falces [m] conflantur in ensem.
Hinc mouet Eufrates, [n] illinc Germania bellum:
Vicinae ruptis inter se legibus urbes

a Homer. *Odyss.* υ.
b *Irã deor. minantes.*
c *Euentus superiorum praesagior. bella ciuilia, quibus uindicata est illa Caesaris caedes.*
d *Thessaliã.*
e Homerus *in Il.* 40. & *Odyss.* o.
f *Catul. Ne nostrũ scabra tangat rubigine nomen.*
g *Capitibus uacuas.*
h *quasi antiquorum heroum.*
i *Laomedon. enim Neptunũ &* Apol*linem pacta mercede fraudauit.*
K *scilicet, te indignos.*
l *ad bellum.*
m *Lucret. lib. 5. simile quid dixit. Inde minutatim processit ferreus ensis, Versaq. in opprobrium species est falcis ahenae. Curuas autem falces dixit, exprimens* Homericon *epitheton, qui* δρέπανον ἐυκαμπὲς, *dixit in Odyss.* σ.
n *Armeniae maioris fluuius. Pli. lib. 5. cap. 24.*

Arma

Arma ferunt: saeuit toto Mars impius orbe:
Vt cum [a] carceribus sese effudere quadrigae,
Addunt se in spatia; [b] & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, [c] neq. audit currus habenas.

a Quinctil. lib. 8. de ornatu, hunc locum citat. Est autem sumpta comparatio, a curuli certamine, in quo saepta illa, quibus primum equi procurrunt, Carceres dicuntur. b Currendo enim plus augetur eorum cursus. c Prouerbialis uersus, dici solitus de ijs, quae praepostero ordine fiunt; quiue bene monentes & a malis retrahentes non audiunt, attamen sibi consulere nequeunt.

GEOR-

GEORGICORVM
LIB. II

ARGVMENTVM

Absoluta superiori lib. prima operis huius parte, de cultura agri satiui, seruato eodẽ ordine, quẽ initio proposuit, transit ad proximã rei rusticae partẽ, de plantatione, seu insitione, quã Graeci φυτουργίαν uocant. atq. aliarũ quidem arborum fruticumq. curam aut omnino praetermittit, aut eatenus tantũ attingit, quatenus aut uitibus pedamẽta, aut uincula subministrare, aut ad similẽ aliquẽ rusticorum usum adhiberi possunt: fructiferarum autẽ arborum cultum, olearum praesertim & uitium, quae duae inter frugiferas proculdubio principatum obtinẽt, toto fere lib. diligentissime exsequitur. Finem uero huius, quemadmodum & trium reliquorũ, liberiori quidẽ, nõ tamen ab argumento aliena digressiuncula concludit: & quemadmodum ad finem superioris in mortẽ Caesaris, prodigiaq., quae necem eius antecesserunt, digreditur; ita & hic ad ruris amoenitatẽ uitaeq. rusticanae laudem paullo fusius exspatiatur.

ALIVD. ARGVMENTVM
HERENNII. MODESTINI*
IVRISCONSVLTI

Hactenus aruorum cultus, & sidera caeli:
Pampineas canit inde comas, collesq. uirentes,
Descriptasq. locis uites, & dona Lyaei,
Atque oleae ramos pomorum ex ordine lectos.



ACTENVS [a] *aruorum cultus,*
& sidera caeli:
Nunc [b] *te, Bacche, canam, nec*
non siluestria tecum
Virgulta, [c] *& prolem tarde* [d] *crescentis oliuae.*
Huc [e] *pater o Lenaee, (tuis* [f] *hic omnia plena*

a *Trãsitio.*
b *Propositio.*
c *Arbores infecundas, qbus cohaerent uites.*
d *Sic etiam Varr. l. 1. Olea in crescẽdo tarda: itaque illam δυσαυξῆ recte Theoph. appellat. Infra sub med. huius libri Virgil. ait. Viuacis oliuae.*
e *inuocatio.*
f *Sũt tamẽ, qui ἀμπελουργίαν Osiridi tribuant, teste Isacio Tzetze, Xenocratis interpr. Athenaeus l. 3. tradit Theopõpum Chium narrare Alpheũ uitẽ inuenisse. Pausan. aũt ĩ Boeot. Thebanis attribuit.*

Muneribus : tibi pampineo grauidus [a] autumno
Floret ager : ſpumat plenis uindemia [b] labris)
Huc pater o Lenaee ueni [c] , nudataq. muſto
Tinge [d] nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principio [e] arboribus uaria eſt natura creandis ,
Namque aliae , nullis hominum cogentibus , ipſae
Sponte ſua ueniunt , camposq. , & flumina late
Curua tenent , ut molle ſilar , lentaeq. geniſtae ,
Populus , & glauca canentia [f] fronde ſalicta .
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine , ut altae
Caſtaneae , nemorumq. Ioui quae maxima frondet
Eſculus , atque habitae Graijs [g] oracula quercus .
Pullulat ab radice alijs denſiſſima ſilua.
Vt ceraſis , ulmisq. etiam Parnaſſia [h] laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubijcit [i] umbra .
Hos natura modos primum dedit : his genus omne
Siluarum , fruticumq. uiret , nemorumq. ſacrorum .
Sunt alij, [k] quos ipſe uia ſibi repperit uſus .
Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum
Depoſuit [l] ſulcis : hic ſtirpes obruit [m] aruo ,
Quadrifidasq. ſudes , & acuto robore [n] uallos .
Siluarumq. aliae preſſos [o] propaginis arcus

a grauidus pãpinis ſimulq. uuis autumnalibus . ex Arato .

b cupa, ſiue lacu .

c Tale eſt illud Sapphus, ἐλθέ μοι καὶ νῦν.

d calca mecum uuas .

e Arbores natura tribus modis naſcuntur : ſponte, ſemine , radice . Plin. lib. 15 . cap. 1. f Salix enim ab una parte alba eſt, ab altera uiridis . g ut in Dodonaeo nemore : ubi teſte Probo , quercus , & columbus oracula reddidiſſe dicuntur. h Quod in Parnaſſo monte , Apollinis oraculo clariſſimo , frequens fuerit. Plin. l. 4. c. 3. & l. 22. c. 1. i Creſcit : ut ſupra x. Ecloga : Se ſubijcit alnus , id eſt , attulit ſe in altum . K Alij modi artificiales , ut auulſio ſtolonum . l Theophra. lib. 2. de plant. m Caſus docuit defractos ramos ſerere , cum pali defixi radices exiſſent . Plin. n Palos : ut ſupra : Exacuunt alij uallos . o Curuata in terram arbore , inſtar arcus .

Exſpectant, & uiua ſua plantaria [a] *terra.*
Nil radicis egent aliae, ſummumq. putator
Haud dubitat terrae referens mandare cacumen.
Quin &, caudicibus ſectis, (mirabile dictu,)
Truditur [b] *e ſicco radix oleagina ligno.*
Et ſaepe alterius ramos [c] *impune uidemus*
Vertere in alterius, mutatamq. inſita mala
Ferre pirum, & prunis lapidoſa rubeſcere corna:
Quare agite [d] *o proprios generatim diſcite cultus*
Agricolae, fructusq. feros mollite colendo;
Neu ſegnes [e] *iaceant terrae. iuuat Iſmara* [f] *Baccho*
Conſerere, atque olea magnum ueſtire [g] *Taburnum.*
Tuq. ades, [h] *inceptumq. una decurre laborem,*
O decus, o famae merito pars maxima noſtrae
Maecenas; pelagoq. uolans da uela patenti.
Non ego [i] *cuncta meis amplecti uerſibus opto,*
Non [k] *mihi ſi linguae centum ſint, oraq. centum,*
Ferrea uox. ades, & primi lege litoris oram.
In manibus [l] *terrae. non* [m] *hic te carmine ficto,*
Atque per ambages, [n] *& longa exorſa tenebo.*
Sponte ſua quae ſe tollunt [o] *in luminis auras,*
Infecunda quidem, ſed laeta, & fortia ſurgunt:
Quippe ſolo natura ſubeſt. tamen haec quoq. ſi quis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis;
Exſuerint ſilueſtrem [p] *animum, cultuq. frequenti*

a *Idē praecipit Cato de re ruſt.* b *urgente natura procreatur. S. Incipit aūt loqui de inſitione.* c *Theophr. lib.3.* d *Apoſtrophe.* e *infecundae. deinde quaeuis mōtoſa & aſpera loca tentari debere cultura, docet.* f *Archilochus & Homer. Od.κ'.* g *Apuliae montem.* h *Poſt Bacchum, inuocat Maecenatem; ſicut ſup. lib. Auguſtum.*

i *Virgilius flores modo rerum decerpſit. Plin.* K Homer. *Il. β.* Hoſtius *lib.2.* Belli Hiſtr. *ad quos forte reſpexit Virg. hic & 6. Aen.* l *In facili & in promptu eſt terrarum deſcriptio.* m *ſumpſit a Lucret. ſimpliciter, inquit, uniuerſale deſcribam.* n *Lucr. l.6. Nec tibi tam longis opus eſt ambagibus uſquam.* o *Naſcuntur & proueniunt, ut Lucr. lib.5. Spōte ſua nequeunt liquidas exſiſtere in auras. Et alibi: dias in luminis oras.* p *naturalem aſperitatem depoſuerint: ut etiam Theophraſt. l.2.*

In

In quaſcumq. uoces artes haud tarde ſequentur.
Nec non & ſterilis quae ſtirpibus exit ab imis,
Hoc faciet uacuos [a] *ſi ſit digeſta per agros.*
Nunc altae frondes & rami [b] *matris opacant,*
Creſcentiq. adimunt fetus, uruntq. ferentem.
Iam, quae ſeminibus iactis ſe ſuſtulit [c] *arbos,*
Tarda uenit, ſeris factura nepotibus [d] *umbram:*
Pomaq. degenerant, ſuccos oblita priores:
Et turpes auibus praedam fert uua [e] *racemos.*
Scilicet omnibus eſt labor impendendus, & omnes
Cogendae in ſulcum, ac multa mercede [f] *domandae.*
Sed truncis oleae melius, propagine uites
Reſpondent, ſolido Paphiae [g] *de robore myrtus.*
Plantis & durae [h] *coryli naſcuntur, & ingens*
Fraxinus, [i] *Herculeaeq.* [k] *arbos umbroſa coronae,*
Chaoniiq. patris [l] *glandes: etiam ardua palma* [m]
Naſcitur, & caſus [n] *abies uiſura* [o] *marinos.*

a *Cultu mi teſcet in cãpo ſpatioſo.* b *Matris umbra enecãtur. Pli.* c *Ex Theophraſt. l. 1. ſupra dix. Se ſubiicit umbra. Et in fine Buc. Viridis ſe ſubiicit alnus. & uerſu 11. ab hoc ait: Se tollũt in luminis auras.* d *Radicibus q.d. ſatas ſemine arbores, nõ modo ipſas tardas uenire, uerum etiam ab ea arbore abs terra pulli qui naſcuntur (ut Cato & Virg. loquuntur) ſero creſcere. Vrs.* e *fructum pro arbore poſuit. Vide Theophraſt. lib. 2. de Plant. hiſt.* f *id eſt, labore: ex eo quod praecedit, Omnibus eſt labor impendendus.* g *Venereae, a Papho inſula, in qua Venus colebatur, cui myrtus erat conſecrata.* h *In ſcr. lib. Edurae. i. ualde durae. ut lib. 4. Geor. Eduramq. pinum. & alibi, Egelido flumine.* i *Intellige excelſum illud fraxini genus; unde fraxineae haſtae tantopere apud Homer. & Plin. laudantur.* K *Notatio populi: populnea enim corona Herculi concedebatur; atque huc ſpectat illud in Bucol. Populus Alcidae gratiſſima.* l *Iouis. querceta. n. in Chaonia ſilua illa ſacra erant: ex quibus oraceola dabantur.* m *Quae uictoriae ſymbolum fuit, uide Chiliad. Adagior. & Arduã uocat, quod nimis in ſublime creſcat, uel, quod oneribus grauiſſimis quibuſcũq. impoſitis reluctetur & renitatur.* n *Nauib. fabricãdis aptiſſima eſt, propter leuitatem, praecipue in antennis & malis. Aegyptios tamen & Syros, in nauibus fabricandis, quod hac arbore careant, cedro uti, tradit Plin.* o *Materies nauium futura.*

Inſeritur

Inſeritur uero ex fetu nucis arbutus [a] horrida:
Et ſteriles platani malos geſſere ualentes,
Caſtaneae fagos; ornuſq. [b] incanuit albo
Flore piri: glandemq. ſues fregere ſub ulmis.
Nec modus īſerere, [c] atq. oculos [d] īponere, [e] ſimplex.
Nam, qua ſe medio trudunt de cortice gemmae,
Et tenues rumpunt tunicas; [f] anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus. huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoq. docent inoleſcere [g] libro.
Aut rurſum [h] enodes trunci reſecantur, & alte
Finditur in ſolidum cuneis uia: deinde feraces
Plantae immittuntur. nec longum tēpus: & ingens
Exijt ad caelum ramis felicibus arbos:
Miraturq. [i] nouas frondes, & non ſua poma.
Praeterea [k] genus haud unum nec fortibus ulmis,
Nec ſalici, lotoque, nec Idaeis [l] cypariſſis.
Nec pingues unam in faciem naſcuntur oliuae
Orchites, [m] & radijs, [n] & amara pauſia bacca,
Pomaq. & Alcinoi ſiluae: [o] nec ſurculus idem
Cruſtumijs, Syrijsq. piris, grauibusq. [p] uolemis.
Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris,
Quam Methymnaeo carpit de palmite [q] Lesbos.
Sunt Thaſiae uites, ſunt & [r] Mareotides albae:

a Arbor fruticoſa, alias Vnedo dicta. Plin. l.15.c.24.
b Pirus in ornū, quercus in ulnū inſeritur.
c Plin.l.7.c.14. Colu. l.6.c.9. Pallad. lib.3. cap.17.
d Libros intelligit, Graeci χιτῶνας uocant.
e non facilis ratio eſt.
f Virgiliana inoculatio quaerit ſinum in nodo gemmae, expulſi corticis, gemmamq. ex alia arbore includit. Plin.
g Concorporari. Plin.
h Inſitio per fiſſuram trunci.
i Seruius legit, Mirata eſtq. Proſopopoeia eſt.
K Partitio generis ī ſuas ſpecies.
l Adde quod de cypariſsis ſcribit Theophr. l.2. de plant.
m De his diuarū ſpeciebus Pallad. lib.3.c.18. Pli. lib.15. c.3. & 4.
n Oliuae ſic a longitudine nominatae.
o Hortos Alcinoi celebrat Homerus Odyſſ. l.7. Stat. 1. Siluar. Plinius lib.14. cap.4.
p Quae uolam implent: Catoni Sementina, & Muſtea, Plin.
q Leſbij uini meminit Clearchus, & Alexis.
r Athenaeus de Mareotico uino ſcribit lib.2. Strab. lib.13.

Pin-

Pinguibus [a] hae terris habiles, leuioribus illae:
Et passo [b] Psythia utilior, [c] tenuisq. Lageos,
Tentatura pedes olim, uinctura q. linguam;
Purpureae, preciaeque: & [d] quo te carmine dicam
Raetica? [e] nec cellis ideo contende [f] Falernis.
Sunt [g] etiam Ammineae uites, firmissima uina;
Tmolus [h] et assurgit quibus, et rex ipse [i] Phanaeus:
Argitisq. minor; cui non certauerit ulla
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te mensis, & dijs accepta secundis,
Transierim Rhodia, et tumidis Bumasthe [k] racemis.
Sed neq. quã multae species, [l] nec nomina quae sint,
Est numerus: [m] neq. enim numero cõprendere refert:
Quem qui scire uelit, Libyci [n] uelit aequoris idem
Discere quam [o] multae Zephyro turbentur arenae;
Aut, ubi nauigijs uiolentior [p] incidit Eurus,
Nosse, quot Ionij ueniant ad litora fluctus.
Nec [q] uero terrae [r] ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassisq. paludibus alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:
Litora myrtetis [s] laetissima: deniq. apertos
Bacchus amat colles: Aquilonem, & frigora [t] taxi.

a Thasiae.
b Passum quomodo fiat, uide apud Col. lib. 12. c. 39.
c Vtilior ad passum. i. ad uinum quod fit ex uua passa: Lageos autem a leporis colore.
d nec enim scit, utrum eam laudet, an uituperet. nã Cato eam laudat, Catullus uituperat. hoc tamen scribit Sueto. Augustũ impẽse delectatũ.

e Vina Raetica Falernis tantum posthabita a Virg. Plin. f Var. lib. 1. g Alciat. legit, Sunt etiam monti Libyae, etc. h Mons Lydiae, pro uino Lydio: Phanaeus mons, pro uino Chio: Argitis uua, ab Argis. i Portus Chiae insulae, a rege dictus. K uua in mammae bouis similitudinem: quã a Latinis Bumamiã dici, Pli. auctor est. l Theophr. 2. de plant. m Theocrit. in Charitib. imitatur. n Huius maris praecipue meminit, quod in hoc propter Syrtes maxima arenae sit copia. o Homer. in Il. 27. p Homerus Odyss. ε. Catul. Sine utrumque Iuppiter Simul secundus incidisset in pedẽ. q Var. lib. 1. c. 7. r Lucretij hemistichium lib. 2. s locum pro arboribus posuit. t nam in frigidis locis, utpote in finibus Borussiae prouenit, & si eam quoque in Germania prouenire Caesar l. VI. Bel. Gal. scribat.

a Apostrophe ad Maecenatem. b Stigmata habentib: populi Scythiae sunt, qui de more pingebantur, ut esset nobilitatis symbolum: quales erãt lunati calcei apud Roma. testibus Pli. Soli. Herodo. et Mela c Herodot. tamẽ in Aethyopia ebenum crescere, scribit. d Exsudat enim ex cortice arboris

Adspice [a] & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoasq. domos Arabum, pictosq. [b] Gelonos.
Diuisae arboribus patriae. Sola [c] India nigrum
Fert ebenum: solis est turea uirga Sabaeis.
Quid tibi odorato referam sudantia [d] ligno
Balsamaq. [e], & baccas semper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum [f] molli canentia lana?
Velleraq. ut folijs depectant tenuia [g] Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi [h] sinus orbis? ubi aera uincere [i] summum
Arboris haud ullae iactu potuere sagittae;
Et gens [k] illa quidem sumptis non tarda pharetris.
Media fert tristes [l] succos, tardumq. [m] saporem [n]
Felicis mali: quo non praesentius ullum,
Pocula siquando saeuae infecere nouercae,
Miscueruntq. herbas, & non [o] innoxia uerba,
Auxilium [p] uenit, ac membris agit [q] atra uenena.
Ipsa ingens arbos, faciemq. simillima lauro:
Et, si non alium late iactaret [r] odorem,
Laurus [s] erat, folia haud ullis labentia uentis:

Libani, ad quina cubita altae, ut apud nos Gummi e prunis, cerasis, malis Armeniacis. Theophr. & Plin. e Balsamũ uni Iudaeae concessum esse, auctor Plin. lib. 12. c. 25. Ioseph. lib. 10. c. 4. Hegesip. l. 1. c. 16 Iustin. l. 36. Dioscorid. l. 1. Theophrast. f Laniferas arbores intelligit, quae in Aethyopia nascũtur. g Seres, lanificio siluarũ nobiles perfusam aquã depectẽtes frõdiũ caniciẽ. Pli. h ultra Gãgen flu. ubi egregij erãt sagittarij. i Rationẽ reddit Plin. l. 7. c. 2. Solin. c. 6. Theophrast. l. 4. c. 5. K quamuis illa gens habeat strenuos sagittarios. l amaros: ut, Tristesq. lupini. commendatur tamen odore. m Amarum, & acerbum. T. n Huic malo sapor asperrimus. Pli. o nocẽtissima, quasi dicat, malefica uerba, & carmina magica, ut proxime dixit, Nõ tarda. i. maxime strenua. p Est. n. paene ueneficij cuiuslibet antidotum. q Exigit, expellit. r Imprimis gratum & fragrantem. s pro Esset, Enallage temporis.

Flos apprime tenax. animas, & olentia[a] *Medi*
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.[b]
Sed[c] *neque Medorum siluae, ditissima terra,*
Nec pulcher Ganges,[d] *atq. auro turbidus Hermus*
Laudibus Italiae certent, non Bactra,[e] *neq. Indi,*[f]
Totaq. turiferis Panchaia[g] *pinguis arenis.*[h]
Haec loca[i] *non*[k] *tauri spirantes naribus ignem*
Inuertere, satis immanis dentibus Hydri:
Nec galeis, densisq. uirum seges horruit hastis:
Sed grauidae[l] *fruges, & Bacchi Massicus humor*
Impleuere: tenent oleaeq., armentaq. laeta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi, Clitumne,[m] *greges, & maxima taurus*
Victima, saepe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic uer assiduum,[n] *atque alienis mensibus aestas,*
Bis[o] *grauidae pecudes, bis pomis utilis arbos.*

a *Incoquunt esculentis, commendandi halitus gratia. Plin.* b *Asthmaticis & orthopnoicis.* c *Digressio in Italiae encomium, de quo Varr. l. 1. c. 2. Polyb. l. 2. Halicar. Ant. l. 1. Plin. l. 37. c. ul.* d *Ganges Indiae fluuius; Hermes Lydiae: uterque hic pro prouincia positus.* e *Bactri, Scythiae populi, ultra Tanaim, teste Curtio: Ptolemaeus eos Sogdianis proximos facit.* f *Apud quos gryphes aurum effodiunt.* g *Arabiae pars est, Soli consecrata: nam flagrantissimo eius sideri subest, quo odoramenta progignuntur, testibus Theophrasto, & Ouid. 10. Metamor. Tura ferat floresq. alios Panchatica tellus. Lucre. lib. secundo: Araq. Panchaeos exhalat propter odores.* h *Arenis, ait, ut maximam turis copiam significaret.* i *Italiae scilicet.* K *A loco salubri & tuto, comparatione Colchidis, cuius hic est notatio, laudat. Vide Ouid. 7. Metamorph. Diodo. Sic. Orpheum, & Flac. in Argonaut. Mutuatus autem est e Lucretij lib. 4. hemistichium, ubi est: Et Diomedis equi spirantes naribus ignem.* l *Copiosae.* m *Apostrophe ad Clitumnum fontem, cuius aqua potata, candidos boues facit, de quibus triumphantes sacrificabant. Huius fontis descriptionem uide apud Plinium Iunio. lib. 8. epist. 25. Stat. 1. Siluar. Propert. Iuuenal. Sat. 12. Plin. Maio. 2. c. 106.* n *Verna aeris temperies etiam hieme.* o *In anno, ut in agro Consentino, e Varronis sententia.*

At rabidae tigres absunt, & saeua [a] leonum
Semina: nec miseros [b] fallunt aconita legentes:
Nec rapit immensos [c] orbes per humum, neque tāto
Squameus [d] in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias urbes, operumq. laborem,
Tot congesta manu praeruptis opida saxis,
Fluminaq. antiquos subterlabentia muros.
An mare, quod [e] supra, memorē, quodq. alluit [f] īfra?
An ne lacus tantos? te, [g] Lari [h] maxime, teque,
Fluctibus, & fremitu assurgens, Benace, [i] marino?
An memorem portus, [k] Lucrinoq. addita claustra,
Atque indignatum [l] magnis stridoribus aequor,
Iulia qua ponto longe sonat unda refuso,
Tyrrhenusq. fretis immittitur aestus auernis?
Haec eadem argenti riuos, aerisq. metalla
Ostendit uenis, atq. auro plurima [m] fluxit.
Haec genus acre uirum, Marsos, pubemq. Sabellam,
Assuetumq. malo [n] Ligurem, Volscosq. [o] uerutos
Extulit: haec Decios, [p] Marios, [q] magnosq. [r] Camillos,
Scipiadas [s] duros [t] bello, & te, [u] maxime Caesar,
Qui nunc extremis Asiae iam uictor in oris

a Maxime qui longiores & pilo simplici sunt: alteri enim sūt ignaui. Aristo. 9. de histor. animal. cui accedunt Pli. & Solin.

b non fallunt, non quia non noceant, sed quia sunt omnibus nota.

c non sunt longi serpētes, ut alibi Nicand. & Plin. eum secutus.

d Hypotyposis. e de Hadriatico dictum. f Tyrrhenum mare. g Lacus Larius, circa Comum. h Alij sic: Lari, Maxime; ut scilicet Verbanum, idiomate peregrino, Maximum uocet. i prope Veronam. K Augustus portum Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum & Aruernum lacum mari, effecit. Plin. l. 35. c. 15. Sueto. tamen & Plutar. uidentur sentire illa claustra a Iulio Caesare facta esse. l quod a solita excluderetur licentia. m Fluxit, ait, propter nimiam copiam, si credere fas est. V V. n labori. o utentes ueruto, telo breuiore & acuto. p qui pro salute reip. sese deuouerunt. q qui contra Scyllam bella gesserunt. r quorum unus Capitolij defensor erat. s Africanum utrumque. t Duros eos uocat, quasi firmos, patientes, & perseuerantes. u ἀποστροφὴ.

Imbellem [a] auertis Romanis arcibus Indum.
Salue, [b] magna parens frugum, [c] Saturnia tellus,
Magna uirum. tibi res antiquae laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes;
Ascraeumq. [d] cano Romana per opida carmen.
Nunc locus [e] aruorum ingenijs: quae robora cuique,
Quis color, & quae sit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terrae, collesq. maligni,
Tenuis [f] ubi argilla, & domosis calculis aruis,
Palladia gaudent silua uiuacis [g] oliuae.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis siluestribus agri.
At, quae pinguis humus, dulciq. uligine [h] laeta,
Quiq. frequens herbis, & fertilis ubere [i] campus;
Qualem saepe caua montis conualle solemus
Despicere [k]: huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicemq. trahunt limum: quique editus austro,
Et filicem [l] curuis [m] inuisam pascit aratris:
Hic tibi praeualidas olim, multoq. fluentes
Sufficiet [n] Baccho uites: hic fertilis uuae,
Hic laticis, [o] qualem pateris [p] libamus, & auro,

a sic cũ Romanis conferatur.

b Prosopopeia, qua Italiam salutat. si quis plura de Italiae laude cupiat, legat Varr. c. 11. Polyb. l. 2. Colu. l. 4. c. 8. Pli. l. 3. c. 20. & l. 37. c. ulti. neque enim hic Virgilio propositum fuit omnes Italiae laudes aggregare, sed dũtaxat encomiastae argumentorum semina suppeditare, ut essent laudandarum regionum tamquam exemplar. Nam membra hic per se nuda sunt, ac ornamentis non ita obruta.
c In qua Saturnus regnauit. d Hesiodi poetae, qui fuit ex Ascra ciuitate Boeotiae. Strab. lib. 9. e uide Varro. lib. 1. c. 9. & Colume. lib. 11. c. 11. f In qua nihil humoris est. g ut omnia, quae tarde crescunt: ideo supra dixit; Tardae crescentis oliuae. h uliginosa. i Natiua ubertate. K hoc est, ualde intueri. De, enim epitasin notat: Graeci καταφρονεῖν dicunt. l Plin. lib. 17. c. 4. m ob radices longas & obliquas. n id est, subministrabit. o id est, humoris uini. p id est, pateris aureis.

Inflauit cum [a] pinguis ebur Tyrrhenus [b] ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus [c] exta.
Sin armenta magis studium, uituloſq. tueri,
Aut [d] fetus ouium, aut [e] urentes culta capellas:
Saltus, & saturi petito longinqua [f] Tarenti,
Et qualem infelix [g] amisit Mantua campum,
Pascentem niueos herboso flumine cycnos.
Non liquidi [h] gregibus fontes, non gramina desunt;
Et, quantum longis [i] carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra [k] fere, & presso pinguis sub uomere terra,
Et cui putre solum, (nāque hoc imitamur arando)
Optima frumentis: (non ullo ex aequore [l] cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis)
Aut unde [m] iratus siluam deuexit arator,
Et nemora euertit multos ignaua per annos,
Antiquasq. [n] domos auium cum stirpibus imis
Eruit: illae altum nidis petiere relictis:
At rudis enituit impulso [o] uomere campus.
Nam ieiuna [p] quidem cliuosi [q] glarea ruris
Vix humiles apibus casias roremq. ministrat:
Et tophus scaber, & nigris exesa [r] chelydris

a uictimarū carnibus. b Tibicen scilicet: nam tuba apud Tyrrhenos inuenta est. c Superponimus arae probata & elixa. uerbū sacerdotale S. d Ald. Pius Manut. l. 4. suae gram. Lat. ita hūc uersum legit: Aut ouium fetus, aut urentes, & elidit in scandendo, s cum sua uocali; hoc modo: Aut ouium fetus, aut urentes c. capellas. e quidquid enim momorderint, urunt: nam arefit. Pli. l. 8. c. 47. & 50. l. 17. c. 24. f Col. l. 7. c. 4. g Nam Augustus uicta Cremona agros etiā Mantuanorum militibus distribuit, ut in Buc. Mantua uae miserae nimium uicina Cremonae. Sic Serui. Aliter alij, ex Appian. lib. v. h puri, sine pestilentia. i Homer. dixit ἤματα μακρὰ. K Nigra & putris terra frumentis optima. l Campi: Acyrologia est. m infecunditate diuturna. n Arbores in quibus olim aues nidificabant, estq. hypotyposis. Lucr. lib. 1. Frondiferasq. domos auium. o Immisso aratro. p sicca, & sterilis terra. q inaequalis. r Noxis & uenenatis serpentibus.

Creta[a] negant alios aeque serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, et curuas[b] praebere latebras.
Quae tenuem exhalat nebulã, fumosq.[c] uolucres;
Et bibit humorem, &, cũ uult, ex se ipsa remittit:
Quaeq. suo[d] uiridi semper se gramine uestit,
Nec scabie, & salsa laedit rubigine ferrum;
Illa tibi laetis[e] intexet uitibus ulmos;
Illa ferax oleae est; illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem uomeris unci.
Talem diues arat Capua,[f] & uicina[g] Veseuo
Ora[h] iugo, et uacuis[i] Clanius[k] nõ aequus[l] Acerris.
Nunc, quo quamq. modo possis cognoscere, dicam.
Rara sit, an supra morem si densa, requiras:
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
Densa magis Cereri, rarissima quaeque Lyaeo:
Ante locum capies[m] oculis; alteq. iubebis
In solido[n] puteum demitti; omnemq. repones
Rursus humũ, et pedibus summas aequabis[o] arenas.
Si deerunt: rarum pecorique, & uitibus almis
Aptius uber erit. sin in sua posse negabunt
Ire[p] loca, & scrobibus superabit terra repletis,
Spissus ager: glebas cunctantes,[q] crassaq. terga
Exspecta, & ualidis[r] terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quae perhibetur amara,
Frugibus infelix, (ea nec mansuescit[s] arando,

a *Nicander & Solin. qui de his rebus scripsere.*
b *Vrsin. legit Vacuas: ueteres scripti aliquot Varias.*
c *Quasi fumos, uidelicet ex humore.*
d *naturali, non coacto.*
e *Arbustiuae uitis periphrasis.*
f *Cãpaniae metropolis. Liuius ab V. C. l. 7.*
g *Straboni lib. 6. mons est Campaniae.*
h *Non desunt, qui hic a Virg. primum Nola scriptum esse credunt; sed postea, ob denegatam sibi a Nolanis aquam, eraso Nolae nomine, Ora, substituisse. Gell. l. 7. c. 20.* i *Desertis aut infrequẽtib.* K *mons Liguriae ob frequentem Clanij fluminis inundationẽ.* l *Acerrae ciuitas Cãpaniae.* m *Eliges.* n *Non concauo loco.* o *Calcando.* p *Redire in sua loca: hoc est, reponi totae unde sunt egestae.* q *graues.* r *Lucr. lib. 5. Et terram pressis proscindere aratris.* s *Deponit salsuginem & amarorem.*

Nec Baccho [a] genus, aut pomis ſua nomina ſeruat)
Tale dabit ſpecimen. tu ſpiſſo uimine [b] qualos,
Colaq. [c] praelorum fumoſis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulceſq. a fontibus undae
Ad plenum calcentur. aqua eluctabitur [d] omnis
Scilicet, & grandes ibunt per uimina guttae.
At ſapor indicium faciet manifeſtus, & [e] ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit [f] amaror.
Pinguis item quae ſit tellus, hoc denique pacto
Diſcimus: haud umquam manibus iactata [g] fatiſcit,
Sed picis in moram ad digitos lenteſcit [h] habendo.
Humida maiores herbas alit, ipſaq. [i] iuſto
Laetior. ah nimium ne [k] ſit mihi fertilis illa,
Neu ſe praeualidam primis oſtendat [l] ariſtis.
Quae grauis eſt, ipſo tacitam ſe pondere prodit,
Quaeq. leuis. promptũ eſt oculis praediſcere nigrã,
Et [m] quis cui color. at ſceleratum exquirere [n] frigus
Difficile eſt: piceae tantum, taxiq. nocentes
Interdum, aut hederae pandunt ueſtigia [o] nigrae.
His animaduerſis [p] terram multo ante memento
Excoquere, & magnos ſcrobibus concidere [q] montes;
Ante ſupinatas [r] Aquiloni oſtendere glebas,
Quam laetum infodias uitis genus. optima putri
Arua ſolo. id uenti curant, gelidaeq. pruinae,
Et labefacta [s] mouens robuſtus iugera [t] foſſor.

a propriam generoſitatem. b per quos uinum defluit. Colu. l.2.c.2. c uaſa uiminea quae ad praela, id eſt, torcularia eſſe ſolent. d Senſim, et cum mora egredietur, uelut luctando. e id eſt, linguam, & imum palatum, per ſynecdochen. f Lucretianum uerbũ: atq. hãc eſſe germanã lectionẽ ex auctoritate Higini, probat Gel. l.1.c.21. etſi in alijs lib. legatur, Amaro. g Illiſa humo non diſſipatur. h cohaeret: fit tenax. & adhaereſcit. i ultra modum laeta. K ne herbis luxuriet. l ſurgentibus herbis. m uarie hic uerſus legitur: alij. n. Et quiſquis color. alij uero, Et quis cuique color, remota, At, particula ſeq. n explorare, quae terra ſit frigida. o Indicia. p de paſtinatione nouelleti. q Montanum uinetum. r Inuerſas. ſ pro, mouens & labefaciens: t uinitor.

At, ſi

At, si [a] quos haud ulla uiros uigilantia fugit:
Ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur
Arboribus [b] seges, & quo mox digesta feratur;
Mutatam ignorent subito ne semina [c] matrem.
Quin etiam caeli [d] regionem in cortice signant;
Vt, quo quaeq. modo steterit, qua parte calores
Austrinos [e] tulerit, quae terra obuerterit [f] axi,
Restituant: adeo [g] in teneris consuescere multũ est.
Collibus, an plano, melius sit ponere uites,
Quaere prius. si pinguis agros [h] metabere campi;
Densa sere. in denso non segnior ubere Bacchus.
Sin tumulis accliue solum, collesq. supinos:
Indulge [i] ordinibus: nec secius omnis in [k] unguem
Arboribus [l] positis secto uia limite quadret.
Vt saepe ingenti bello cum longa cohortes
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto;
Directaeq. acies, ac late fluctuat [m] omnis
Aere [n] renidenti tellus, necdum horrida miscent
Proelia, sed dubius medijs Mars errat in armis:
Omnia sunt paribus numeris [o] dimensa uiarum:
Non animum modo uti pascat [p] prospectus inanem;
Sed quia non aliter uires dabit omnibus aequas
Terra, neq. in uacuum poterunt se extendere rami.
Forsitan, & scrobibus [q] quae sint fastigia, [r] quaeras.
Ausim uel tenui uitem committere sulco:

a De hoc praecepto, Cato c.46. Plin.l.17. c.10.
b seminarium.
c terram: ut, Antiquã exquirite matrẽ, id est, maternum sinum.
d Theoph. lib. 2. de plant.
e Meridianos.
f Septentrioni.
g Alij; a teneris. est autem haec sententia sumpta ex Theop.l.3. de plantis. quam Aristo.2.Ethi. uberius tractat.

h eliges: alij, metis & terminibus distingues. i fac ordines longissimos K perfecte. Horat. Ad unguem factus homo. translatio, a marmorarijs, qui iuncturas unguibus probant. l In quincuncem dispositis. Var.l.1.c.7. m Tumultu uario agitatur, ceu mare fluctibus. n Lucre. lib.2. Aere renidescit tellus, Homer.Iliad.τ. o Interuallis. p delectet, ut lib.VI. Atque animum pictura pascit inani. q Colu.lib.3.c.19. & l.3.c.20. r quae altitudo.

Altius,

Altius, ac penitus terrae, defigitur [a] arbos,
Aeſculus in primis: quae [b] quantũ uertice ad auras
Aetherias, tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hiemes illam, non [c] flabra, neque imbres
Conuellunt. immota manet, multosq. per annos
Multa uirum uoluens durando ſaecula uincit.
Tum fortes late ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet [d] umbram.
Ne ue [e] tibi ad ſolem uergant uineta cadentem:
Ne ue inter uites [f] corylum ſere: ne ue [g] flagella
Sũma pete, aut ſummas defringe ex arbore plãtas:
(Tantus [h] amor terrae) neu ferro [i] laede retuſo
Semina, ne ue oleae ſilueſtres inſere truncos.
Nam [k] ſaepe incautis paſtoribus excidit ignis:
Qui, furtim pingui primum ſub cortice tectus,
Robora comprendit; frondesq. elapſus in altas,
Ingentem caelo ſonitum dedit: inde ſecutus
Per ramos uictor, perq. alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit [l] atram
Ad caelum [m] picea craſſus caligine nubem;
Praeſertim ſi tempeſtas a uertice [n] ſiluis
Incubuit, glomeratq. ferens incendia uentus
Hoc [o] ubi: non a ſtirpe ualent, caeſaeq. reuerti
Poſſunt, atque ima ſimiles reuireſcere terra:
Infelix ſuperat folijs oleaſter amaris.

a Videtur innuere uitem non eſſe arborem. b Aeſculus quãtum corpore eminet, tantum radice deſcendit Plin. c uentorum flatus. d Vnde πλαταφύλλος dicta. e Var. li. 1. c. 25. Colũ. l. 4. c. 11. et 12. Plin. in l. 22. c. 2. f eius enim radices uitibus nocent. g Ne malleoli uel taleae e ſumma ſurculi parte ſumantur. Colum. h Ratio haec parentheſi incluſa, ſub indicat ſurculos circa terram reſcindendos eſſe: qui terrae aſſuetus eſt, et denique inſeri debet, flagella autem aerem ſequuntur. Vide Theophr. l. 4. c. 8. de cauſſ. plãt. i nam laeſae aut uulneratae moriuntur. aliud in aeſculo quae laeſa maxime fruticat. V V. K Home. Iliad. β. l agentis eſt hoc in loco; pro egerit, ruere facit, & proijcit. Galli quoq. ead. ſignificatione, Ruer. dicunt. m Velut picea. n Ab ipſis cacuminib. o ſubaudi, contigerit. p pro, ſupereſt oleaſter ſterilis.

Nec

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hiems: nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terrae.
Optima uinetis satio, cum uere [a] rubenti
Candida [b] uenit auis, longis inuisa colubris;
Prima uel autumni [c] sub frigora, cum rapidus sol
Non dũ hiemẽ cõtingit equis, iam praeterit aestas.
Ver [d] adeo frondi nemorum, uer utile siluis:
Vere tument [e] terrae, & genitalia [f] semina poscũt.
Tum pater omnipotens [g] fecundis imbribus [h] aether
Coniugis in gremium laetae descendit; & omnes
Magnus alit, magno commistus corpore, fetus.
Auia tum resonant, auibus uirgulta canoris,
Et uenerem certis [i] repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager: zephyriq. tepentibus auris
Laxant arua sinus. superat tener omnibus humor,
Inq. nouos soles [k] audent se gramina tuto
Credere; nec metuit surgentes pampinus austros,
Aut actum caelo magnis aquilonibus imbrem;
Sed trudit [l] gemmas, & frondes explicat omnes.
Non alios [m] prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem
Crediderim. uer illud erat: uer [n] magnus agebat
Orbis, & hibernis [o] parcebant flatibus euri,

a propter flores; purpureo & florenti.
b Ciconia, serpentibus pullos pascens, teste Iuuenal.
c Pallad. l. 4. 1. Colum. l. 4. 14.
d Descriptio ueris, sicut apud Ouid. 4. Fast.
e Dictum, tamquam de animali, quod in libidinem turget, ea accensum.
f Est. n. hoc tempus fecũdissimum & uiuacissimũ; propter caloris & humoris temperatam caliditatem. Theophr. l. 1. de causs. plant. c. 14. Var. l. 2. c. 28.
g Respexit ad Lucr. locũ l. 1.
h .i. aer. nã aether pluuias non habet. accipitur autem Iuppiter, et pro aethere & pro aere.
i Vere magis, quia uere redit calor ossib. ut lib. 3. Geor.
k Μετάληψις.
l effundit.
m Contra peripateticos mundum esse natum censet.
n Mundus immensus & infinitus eodem tempore natus dicitur, quod tamen non placet Arist. 8. physicor.
o asperis, & saeuis: uel, non erat ita frigidus eorum flatus.

Cum

Cum primum [a] lucem pecudes hausere, uirumq.
[b] Ferrea progenies [c] duris caput extulit aruis,
Immissaeq. ferae siluis, & sidera caelo.
Nec res hunc tenerae possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusq., caloremq.
Inter, & exciperet caeli indulgentia terras.
Quod superest, quaecũq. premes [d] uirgulta per agros,
Sparge [e] fimo pingui, & multa memor occule terra;
Aut lapidẽ bibulum, [f] aut squalentes infode cõchas.
Inter [g] enim labentur aquae, tenuisq. subibit
Halitus, atq. animos [h] tollent sata, iamq. reperti,
Qui saxo super, atq. ingentis pondere testae
Vrgerent hoc effusos [i] munimen ad imbres:
Hoc, ubi hiulca [k] siti findit canis aestifer arua,
Seminibus positis, superest deducere terram,
Saepius ad capita, [l] & duros [m] iactare bidentes.
Aut presso [n] exercere solum sub uomere, & ipsa
Flectere [o] luctantes inter uineta iuuencos.
Tum leues calamos, & rasae hastilia uirgae,
Fraxineasq. aptare sudes, furcasq. bicornes;
Viribus eniti quarum, & contemnere uentos
Assuescant, summasq. sequi tabulata [p] per ulmos.
Ac, dum prima nouis adolescit frondibus aetas,
Parcendum teneris, & dum se [q] laetus ad auras
Palmes agit laxis per [r] purum immissis habenis:
Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed uncis
Carpendae [s] manibus frondes, interq. legendae,

a Al. Primae.
b dura ad laborem sustinendum. alibi: Vnde homines nati, durum genus. alij, Terrea progenies; ut apud Lactant. C.
c Sic Hesio. l. 1. Dici & op. Νὺν γὰρ δὴ γένος ἔςὶ σιδήρεον.
d In scrobẽ defodies.
e Magonẽ Carthaginiẽsẽ ĩ hoc praecepto secutum esse Virg. auctor est Col. l. 5. c. 4.
f qui Arenarius uocatur.
g Tmesis.
h Recreabuntur.

i cõtra nimias pluuias. K ardẽte colore fissa. l uitiũ. m hoc ad glebas cõminuẽdas facit. n Periphrasis aratiõis. o moderate, ne tenera uirgulta cõcutiãt. p Tabulata ĩ arbusto sũt ueluti uitiũ domicilia, tubiculis ẽt distĩcta. q Dũ crescit. r aerẽ. s Hãc frõdiũ auulsionẽ scriptores Insolationẽ uocãt.

Inde,

Inde, ubi iam ualidis amplexae ſtirpibus [a] *ulmos*
Exierint; tunc ſtringe comas [b]*; tunc brachia tonde;*
Ante reformidant ferrum: tunc denique dura
Exerce imperia, & ramos compeſce [c] *fluentes.*
Texendae ſaepes [d] *etiam, & pecus omne tenendum,*
Praecipue dum frons tenera, imprudensq. [e] *laborum,*
Cui ſuper indignas [f] *hiemes, ſolemq. potentem,*
Silueſtres uri [g] *aſſidue, capreaeq.* [h] *ſequaces*
Illudunt: paſcuntur oues, auidaeq. iuuencae:
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens ſcopulis [i] *arentibus aeſtas,*
Quantum illi nocuere greges, duriq. [k] *uenenum*
Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.
Non aliam [l] *ob culpam Baccho caper omnibus aris*
Caeditur, & ueteres [m] *ineunt proſcenia* [n] *ludi;*
Praemiaq. ingentes pagos, & compita circum
Theſeidae [o] *poſuere, atque inter pocula laeti*
Mollibus [p] *in pratis unctos* [q] *ſaliere* [r] *per* [ſ] *utres.*

a *ſolidioribus palmitibus.* b *folia: ſic 12. Aenei. Poſuitq. comas & brachia ferro.* c *ſuperuacuos.* d *Pallad. lib. 1. c. 34. ubi docet quomodo unã ſaepem facere debeamus.* e *Graecor. more, dixit, ἀπείρητος πόνων.* f *ſaeuas: et, Potẽtẽ, grauem.* g *Vri, ſunt feri boues. Caeſar. de bel. Gal l. 6. Macro. Satur. l. 1. Pli. l. 11. c. 36. & l. 8. c. 15. Solinus.* h *Quantũ noceant uineis, Iſtricae alpes probe teſtantur.* i *etiam ſaxa caloribus penetrans.* K *uenenoſi morſus.* l Hanc ration. & *Ouid. reddit 1. Faſt.* m *primi. n. ludi theatrales ex Liberalib. nati ludis.* n *Locus ante ſcenã.* o *Quod ipſi Theſ. (1. Athenienſes) uocarunt, ἀσκολιάζειν. eſt. n. Aſcoliaſmus, genus ſaltationis in Bacchi orgijs fieri ſolitum: quod ex Athenaeo Coel. anotauit l. 5. c. 4.* p *In ludis Athenienſibus in medio Theatro conſtituebatur; non in pratis.* q *perunctos.* r *Diomedes.* ſ *Vno pede. n. inſiliebãt utres unctos & inflatos, in medio theatri poſitos, ut delabẽtes ſpectatorib. riſum excitarẽt. Quod originem habet ex fabulis. nã ferunt Liberũ patrẽ Icario uitẽ & uuã tradidiſſe, cum quod pius & iuſtus erat, tũ ut alios inſerendi rationẽ doceret: cũ uero hircus ĩ uineã inſiluiſſet, et tenerrima quaeque decerpſiſſet folia, iratus Icarius, uindictaeq. cupidus, ex pelle eius utrẽ cõfecit, & uento impletũ praeligauit, circa quẽ ĩmedio poſitũ uno pede Empuſarũ ĩſtar ſaltare ſocios iuſſit.*

Necnon Ausonij, Troia [a] gens missa, coloni
Versibus incomptis [b] ludunt, risuq. soluto;
Oraq. [c] corticibus sumunt horrenda cauatis;
Et te, Bacche, uocant per carmina laeta, tibiq.
Oscilla [d] ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc [e] omnis largo pubescit uinea fetu:
Complentur uallesq. cauae, saltusq. profundi,
Et quocumque deus circum caput egit honestum.
Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
Carminibus patrijs; lancesq., & liba feremus;
Et ductus cornu stabit [f] sacer hircus ad aram:
Pinguiaq. in uerubus torrebimus exta [g] colurnis,
Est etiam ille labor curandis uitibus [h] alter:
Cui nũquã [i] exhausti satis est. namque oẽ quotannis
Terq. quaterq. solum scindendum, glebaq. uersis
Aeternum frangenda bidentibus; omne leuandum
Fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in [k] se sua per uestigia uoluitur [l] annus.
Et iam olim, [m] seras posuit cum uinea frondes,
Frigidus [n] & siluis Aquilo decussit honorem;
Iam tum acer curas uenientem extendit in annum
Rusticus, & curuo Saturni [o] dente relictam
Persequitur uitem attondens, fingitq. [p] putando.

a Troia oriundi, ut ex historiis, & Aene. Virg. patet.

b Rhythmicis dithyrãbicis. V V.

c Personas capiunt ex arborum cauatis corticibus.

d Obscenae partis simulacra: uel, quaedam uelut suspendicula, quib. se in aere pẽdentes agitabant. De his uide Plutar. in Moral. Herodo. in Sacr. Bacchi.

e post haec sacra celebrata. f exsecrabilis. g non temere ait Colurnis. supra. n. dixit: Ne ue inter uites corylum sere. Alludit autẽ ad epulare sacrificium, quod passim in Homericis cernitur. h Colum. l. 4. c. 5. i pro, exhaustionis: ut lib. 11. Seruantissimus aequi, pro aequitatis. K unde a Graecis recte ἐνιαυτὸς dicitur. l unde uet. Annum a circuitu uidentur appellasse, ab Am, pro circum. Macrob. m sero cadentes. n carmen hoc integrum ex Varr. Attacino sumptum. o falcem intelligit, quae est in Saturni tutela. p id est, componit, putando ablaqueatam uineam.

Primus

Primus humum fodito; primus deuecta[a] cremato
Sarmenta, & uallos[b] primus sub tecta referto,
Postremus metito.[c] bis uitibus[d] ingruit umbra:
Bis segetem[e] densis obducunt sentibus herbae:
Durus uterque labor. laudato[f] ingentia rura,
Exiguum colito.[g] necnon etiam aspera[h] rusci
Vimina per siluam, & ripis fluuialis arundo
Caeditur, incultiq. exercet cura salicti.
Iam uinctae uites: iam falcem arbusta[i] reponunt:
Iam canit extremos effetus uinitor antes.[k]
Sollicitanda tamen tellus, puluisq.[l] mouendus,
Et iam maturis metuendus Iuppiter[m] uuis.
Contra,[n] non ulla est oleis cultura; neque illae
Procuruam exspectant falcem, rastrosq. tenaces;
Cum semel haeserunt aruis, aurasq.[o] tulerunt.
Ipsa[p] satis[q] tellus, cum dente recluditur unco,
Sufficit humorem, & grauidas cum uomere fruges.
Hoc[r] pinguem & placitam[s] paci nutritor[t] oliuam
Poma quoque, ut primum truncos sensere ualentes,
Et uires habuere suas, ad sidera raptim
Vi[u] propria nituntur, opisq. haud indiga nostrae.
Nec minus interea fetu nemus[x] omne grauescit,

a quidam legunt, Defecta.
b pedamēta Saturnina.
c uindemiato.
d Et iccirco bis pampinandum.
e Et ideo bis sarrïēdae & runcandae sunt uites. V V.
f Haec uerba diligēter expendit Colu. l. c. 3.
g Agri modus seruandus est: quod etiam praecepit Lucre. l. 2. estq. tā uerum, ut etiam hoc hemistichium in prouerb. abierit. uide Chil. Adagior.
h ruscum uirgultum est, unde uites alligantur. i Permittunt reponere. K Extremos ordines uinearum. l quod dicitur Pulueratio. m aer: cuius uarietas plerumque decipit laborem rusticorum. n Plin. l. 15. Var. lib. 3. c. 28. & Col. l. 3. c. 27. o Ventis ferēdis sunt assuefactae. p Aratum oliuetum & oleis prodest, & ex inde frumenta gignuntur. q frumētis. r Hoc, pro hac re, hac ratione. s acceptam, & gratam paci, utpote cuius sit insigne. quare etiam a caduceatoribus gestari solebat. t pro Nutrito: passiuum pro actiuo. u Lucre. l. 2. Ipsa suis pollens opibus; nil indiga nostri. x pomarium.

Sangui-

Sanguineisq. inculta rubent [a] auiaria [b] baccis.
Tondentur [c] cythisi: tedas silua alta ministrat;
Pascunturq. ignes nocturni, & lumina [d] fundunt:
Et [e] dubitant homines serere, atq. impendere curã?
Quid maiora sequar? salices, humilesq. [f] genistae,
Aut illae pecori frondem, aut pastoribus umbram
Sufficiunt, [g] saepemq. satis, & pabula melli,
Et iuuat undantem [h] buxo spectare [i] Cytorum,
Nariciaeq. [k] picis lucos [l]: iuuat arua uidere
Non rastris hominum, non ulli obnoxia curae.
Ipsae Caucaseo [m] steriles in uertice siluae,
Quas animosi Euri assidue franguntq., feruntq.,
Dant alios aliae fetus: dant utile lignum
Nauigijsq. pinos, [n] domibus cedrosq. [o], cupressosq.
Hinc [p] radios triuere rotis, hinc tympana [q] plaustris
Agricolae, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fecundae, frondibus ulmi:
At myrtus ualidis hastilibus: & bona bello
Cornus: [r] Ithyreos [s] taxi torquentur in arcus.
Nec tiliae leues, aut torno rasile [t] buxum,
Non formam accipiunt, ferroq. cauantur acuto.
Necnon & torrentem undam leuis innatat alnus
Missa Pado [u]: necnon & apes examina condunt

a Synecdoche; pro siluis & arboribus, ubi aues nidificant. b siluestribus pomis. c Graeci, ἀποείρονται. d Lucr. l. 4. e Abest hic uersus a uetere Virg. Carp. & qui repositus erat, deletus est. f Pli. l. 24. c. 19. g Gel. l. 7. c. 17. h quia buxus in Cytoro, Macedoniae mõte, aestus imitatur undarum. i Catul. Cytore buxifer, K Vui. credit scribendum esse, Naryciaeq., per ypsilon. l pro siluas. m In Caucasi, Scithiae mõtis uertice, sunt arbores odoratae, & steriles. n Ex pinis naues fieri solitas, ex Bucol. patet: Nec nautica pinus. o nam & templum Hierosolymitanũ ex cedro fuit exstructum. p De siluis. nam de cupresso neque rotae; neque radij fiunt. Triuere, autem, pro, composuere de torno. q Testa uehiculorum. S. r Mascula. femina. n. inutilis, auct. Theophr. & Plin. s Parthicos. t unde tibiae illae multiforatiles fiunt. u Qui a Graec. Eridanus dicitur. & fluuiorum rex, a Virgi. alibi.

Corti-

Corticibusq. cauis, uitiosaeq. ilicis [a] alueo.
Quid memorandum aeque Baccheia dona tulerunt?
Bacchus [b] & ad culpam [c] caußas dedit: ille furētes
Centauros [d] leto domuit, Rhoetumq., [e] Polumq.,
Et magno Hylaeum Lapithis [f] cratere minantem.
O fortunatos [g] nimium, sua si bona norint,
Agricolas, quibus ipsa, procul discordibus armis.
Fundit humo facilem uictum iustissima [h] tellus.
Si non [i] ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum [k] totis uomit aedibus [l] undam,
Nec uarios inhiant [m] pulchra testudine postes,
Illusasq. [n] auro uestes, Ephyreiaq. [o] aera;
Alba nec assyrio fucatur lana ueneno.
Nec casia [p] liquidi corrumpitur usus oliui:
At secura quies, & nescia [q] fallere uita,
Diues opum uariarum, at latis otia fundis,
Speluncae, uiuiq. [r] lacus, at frigida [s] Tempe,

a Alij, alueo.

b Vituperat uites, quod uuā suppeditēt, quae hoīes et inebriāt, & insanos reddant.

c Nā neq. ipsi Noeo bene successit uitium propagatio.

d qui sunt ebrietate in furorē compulsi.

e Rhoecumq. ex Callimachi commen. f Diodor. lib. 5. Ouid. 12. Metamorph. Horat. lib. 5. Ode 12. Homer. Odyss. φ. g Digressio ad laudes uitae rusticae. de quib. Cat. Var. & Col. in pr. de re rust. Plin. l. 18. aliquot capp. Cic. de senect. Home. l. 6. & 7. Odyss. h Iustißime reddens quod accepit, & quidem magno cum fenore. i Lucre. lib. 2. K Alludit ad Ro. consuetudinem; qui 1. & 2. hora salutabant: tertia in caußis & iudicijs uersabantur: quarta, & quincta in domesticis negotijs operam ponebant; ut ex Martiale patet. l Multitudinem tumultuosam. m Indica. n lauro quasi per lusum ab artifice inspersas. legunt quidam hic; Inclusasq. quod reijcit Ser. o Corinthia. p Frutex Aethiopiae est, iuxta cinnamomi sarculos crescens, quae cum oleo macerata fuerit, reddit unguentum uel oleū: unde Pers. Sat. 2. Nec sibi corrupto casiam dissoluit oliuo. Alludit autem ad ueterum Roman. consuetudinem, qui certis horis lauabantur & ungebantur, ac delibuti cenabant. q Aut quia innocentes sunt; aut quia immobilis est status uitae eorum. r naturales, non, ut in urbibus, labore quaesiti. s loca amoenißima in Thessalia inter Pelion, & Olympum montes.

Mugitusq. boum, molleſq.[a] ſub arbore ſomni,
Non abſunt: illis [b] ſaltus, ac luſtra ferarum,
Et patiens operum, paruoq. aſſueta iuuentus,
Sacra Deum, ſanctiq. patres: extrema per illos
Iuſtitia [c] excedens terris ueſtigia fecit.
Me uero primum dulces ante omnia Muſae,
Quarum [d] ſacra fero, ingenti perculſus amore,
Accipiant; caeliq. uias, & ſidera monſtrent,
Defectus Solis [e] uarios, Lunaeq. labores:
Vnde tremor [f] terris, qua ui maria alta tumeſcant
Obijcibus ruptis, rurſusq. in ſe ipſa reſidant:
Quid [g] tantum Oceano properent ſe tingere Soles
Hiberni, uel quae tardis mora noctibus obſtet.
Sin, has ne poſſim naturae accedere [h] partes,
Frigidus obſtiterit circum praecordia ſanguis:
Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes,
Flumina amem, ſiluasq. inglorius: o, ubi campi
Sperchiusq. [i], & uirginibus [k] bacchata Lacaenis
Taygeta: [l] o, qui me gelidis in uallibus [m] Aemi
Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbra.
Felix [n] qui potuit rerum cognoſcere cauſſas,
Atque metus omnes, & inexorabile [o] fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq. Acherontis [p] auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agreſtes,

a Incerti poetae hemiſtichiũ expreßit: μαλακοὶ δ' ὑπὸ δενδρεσιν ὕπνοι.

b Venationes ĩ ſaltibus.

c Aſtraea uirgo. Heſiod. Arat. in Phaeno. Ouid. et Higinus.

d Quarũ ſacerdos. quidã putant reſpici ad matronas, quae in uehiculis ſacra ferebãt.

e Interdũ enim duobus, interdum quattuor, interdum pluribus deficit diebus. f Terraemotus. Macrob. 1. de ſom. Scip. Plin. lib 2. c. 18. g Periphraſis hiemis. h Si phyſicam philoſophiam noſſe non licuerit: ut Empedocles, animum eſſe ſanguinem cordi ſuffuſum exiſtimabat, teſte Cice. i Theßaliae flumen. K A uirg. Spartanis frequentata Bacchi orgijs Taygeta. l Mõs Laconiae. m Thraciae mons: & Gelidas ualles, ait, propter Boream, qui Thraciam perſpirat. n Antipophora. o Home. Odyſ. ω. p Mundum uniuerſum ad interitum trahentis.

Tanaq.,

Panaq., Siluanumq. senem, Nymphasq. sorores.
Illum [a] non populi [b] fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia [c] fratres,
Aut [d] coniurato descendens [e] Dacus ab Istro:
Non res Romanae, perituraq. regna: neque ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa uolentia rura
Sponte tulere sua, carpsit; nec ferrea [f] iura,
Insanumq. [g] forum, aut populi tabularia [h] uidit.
Sollicitant [i] alij remis freta caeca, ruuntq.
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs urbem, miserosq. penates,
Vt gemma [k] bibat, & Sarrano [l] dormiat ostro.
Condit opes alius, defossoq. incubat auro.
Hic stupet attonitus Rostris: hunc plausus [m] hiantem
Per cuneos (geminatur enim) plebisq. patrumq.
Corripuit [n]; gaudent [o] perfusi sanguine fratrum,
Exsilioq. domos, & dulcia limina mutant,
Atque [p] alio patriam quaerunt sub Sole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit [q] aratro:
Hinc anni [r] labor: hinc patriam, paruosq. nepotes
Sustinet: [s] hinc armenta boum, meritosq. [t] iuuēcos.

a Exaggerat commoda uitae rusticanae ex incommodis uitae urbanae.

b Honores a populo dati.

c ut, Romulum, & Remum.

d hoc est, non reddit eũ sollicitũ coniuratio Barbarorũ.

e Daci, qui nunc VValachi dicuntur, cum socijs suis Istri accolis, coniurant de fide societatis non soluenda. f dura & ualde stricta. g ob lites. h ubi actus publici continentur. i Diuersorum enarrat diuersa studia; ut Horat. Ode 1. K gemmeo poculo. uel potius, gemmato. l L. Valer. de Morte: Incubet ut Tyrijs, atque ex solido bibat auro. m In theatro. n Ex Varij lib. de morte sumptum esse putat Macrob. Sat. lib. 6. c. 1. Sic Catul. Perfudere manus fraterno sanguine fratres. o Lucre. lib. 3. Crudeles gaudent in tristi funere fratres. p Pedo Albinouanus: Anne alio mundi positas sub cardine gentes, Atque alium libris intactum quaerimus orbem? q Virg. Carpensis, Molitas aratro. r annua capit alimenta. s Sustentat. t Laboris consortes.

Nec requies, quin aut pomis exuberet annus:
Aut fetu pecorum, aut Cerealis [a] *mergite culmi,*
Prouentuq. oneret sulcas, atq. horrea [b] *uincat.*
Venit hiems, teritur [c] *Sicyonia bacca* [d] *trapetis:*
Glande sues laeti redeunt: dant arbuta [e] *siluae:*
Et uarios ponit fetus autumnus: & alte
Mitis [f] *in apricis coquitur uindemia saxis.*
Interea [g] *pendent dulces circum oscula nati:*
Casta pudicitiam seruat domus: ubera uaccae
Lactea demittunt: pinguesq. in gramine [h] *laeto,*
Inter se aduersis luctantur cornibus haedi.
Ipse dies agitat festos, fususq. per herbam,
Ignis ubi in medio, & socij cratera [i] *coronant,*
Te libans Lenaee uocat; pecorisq. [k] *magistris*
Velocis iaculi [l] *certamina ponit in ulmo:*
Corporaq. agresti nudant praedura palaestra.
Hanc [m] *olim ueteres uitam coluere* [n] *Sabini,*
Hanc Remus, & frater; sic fortis Etruria [o] *creuit;*
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septem [p] *quae una sibi muro circumdedit arces.*

a spicarum manipulis. b Sic l. 1. Illius immensae ruperunt horrea messes. c Oliua: a Sicyone Laconiae ciuitate. d id est, molis oleareis: Var. et Cat. c. 22. e poma siluestria. f Mitescentes uel maturescentes uuae. g Lucr. l. 3. At non iam domus accipiet te laeta, neque uxor Optima, nec dulces occurrent oscula nati Praeripere, & tacita pectus dulcedine tangent. h Acyrologia. i In Aen. Vina coronant: sicut et apud Home. κοῦροι δὲ κρατῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Et Odys. β. ϛήσαντο κρατῆρας ἐπιϛεφέας οἴνοιο. K Opilionibus. l Qualia describit Aen. lib. 5. post pugnam Daretis, & Entelli. m Amplificat ab exemplis maiorum. n Quorum origo est Caspia, aut Saga, non Graeca, ut Beros. 5. Antiq. o constat enim Tuscos usque ad fretum Siculum omnia possedisse. Liui. ideo ab ijs Tuscum mare aut Tyrrhenum dicitur, quod est a latere Italiae meridionali, quae sub Euandro, Caco, Alcaeo, & Hercule ante Troiae excidium floruit; in hac autem, Roma caput est. p Colles, Capitolium, Auentinum, Coelium, Exquilias, Quirinalem, Palatinum. Varr. lib. 1. Ling. Lat.

Ante etiam sceptrum Dictaei[a] *regis, & ante*
Impia quam caesis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.
Nec dum etiam audierant inflari cassica, necdum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spatijs confecimus aequor;
Et iam[b] *tempus equum*[c] *fumantia*[d] *soluere colla.*

a *id est, antequam regnaret Iuppiter, qui fuit enutritus in Dictaeo Cretensi monte.*

b *Clausula allegorica: qualis est illa in Bucol. Claudite iam riuos, pueri, sat prata biberunt.* c *Eodem modo Callimach. in Pallad.* d *huic libro finem imponere, tamquam ingenio defatigato.*

GEORGICORVM
LIB. III

ARGVMENTVM

Hic liber, ſicut & qui proxime ſequitur, Paſtoralis, non Georgicus a quibuſdam uocatus fuit, ut annotat Ser. in f. commen. in lib. 2. Quin etiam non procul a principio comment. in lib. 1. Gergorg. tradit quoſdam aſſeruiſſe duos tantum eſſe Ceorgicorum libros; ſed ita, ut eorum ſententiam reijciat, Virgilius certe, poſtquam duobus ſuperioribus libris arationis, plantationisque rationem abſoluit, nunc paſtionis curam, quae in generali operis totius propoſitione tertia erat, hoc libro exſequitur. Duae autem ſunt argumenti huius partes: quarum prior armentorum, equorum praeſertim, & boum, curam continet: quales ſcilicet in utroque genere deligendae ſunt matres, quales potiſſimum parandi ſnnt admiſſarij, quibuſque indicijs equini pulli generoſitas poſsit deprehendi, quaeque omnibus ijs cura pro ratione aetatis debet adhiberi. Poſterior pars minoris pecoris paſcendi rationem complectitur, ouium praecipue, & caprarum: generaq. morborum explicat, quibus greges peculiariter infeſtantur, una cum eorum cauſsis, & remedijs. Inter cetera autem morborum genera & peſtilentiam enumerat: arreptaque inde occaſione, Lucretium imitatus, ad grauiſsimam quandam Illyrici, Venetiarum, uicinarumq. regionum peſtilentiam digreditur.

ALIVD. ARGVMENTVM
HERENNII. MODESTINI
IVRISCONSVLTI

Teq. Pales, & te paſtor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramine paſcua laeta,
Quis habitent armenta locis, ſtabulentur & agni,
Omnia diuino monſtrauit carmine uates.

Te




E. QVOQVE,[a] magna Pales, & te memorande canemus,
Pastor[b] ab Amphryso: uos[c] siluae, amnesq.[d] Lycaei,
Cetera,[e] quae[f] uacuas tenuissent[g] carmina mentes,
Omnia iam uulgata. quis aut Eurysthea[h] durum,
Aut illaudati[i] nescit Busiridis[k] aras?[l]
Cui non dictus Hylas[m] puer, & Latonia[n] Delos?
Hippodameq.[o] humeroq.[p] Pelops insignis eburno,
Acer equis? tentanda uia est, qua me quoq. possim
Tollere humo,[q] uictorq.[r] uirum uolitare per ora.
Primus[s] ego in patriam mecum (modo uita supersit)

a ut Cererem & Bacchum cecinimus; ita etiam te canemus, magna Pales, dea pabuli; in cuius honorem Romani instituerũt Palilia, ne pabuli angustia premerentur. de qua Oui. 2. Fast.

b Apollinis notatio est: qui Admeti regis Pheriorum armenta pauit, ut Thartaeus scribit. Hic autem a pastionis loco Amphrysius dicitur. nam Amphrysis est & in Phocide iuxta opidum Amphrysam: & in Thessalia Pelasgiote prope Magnessam urbem, fluuius est. c per Prosopopoeiam Pana notat, qui Siluarũ deus est. d Montis Arcadiae. e Antipophora. f quae delectare audiẽtes fabulae poterãt. g ueluti catenulis aureis Hercules Ogmius aĩos auditorũ detinuit. h .s. cõtra Herculẽ. nã illius iussu suos labores perfecit, ut meminit Hom. Ili. τ. & Diod. Sic. in 5. i Illaudabilis, & magnopere uituperãdi, κατ᾽ ἐξοχὴν. Gel. l. 2. c. 6. K Busiris Aegypti rex fuit, etsi Strab. l. 4. cõtra sentiat. l quibus hospites mactauit: sed, cũ idem in Hercule frustra tentasset, ab eo interfectus est, Diodo. in 1. & 5. Plut. in Paralellis. m qui a Nymphis raptus est, et Herculis Catamitus fingitur, de quo est Theocr. eidyllion. n in qua Latona enixa est Apollinẽ & Dianã. o Hippodame, fuit Oenomai, Pisarum, & Elidis regis, filia, cuius connubiũ Pelops, cursus certamine, adeptus est. Vide Apollon. Argonaut. & Eurip. Tauric. Pindarum, Xenophontem, & Senecam in Thyeste. p quem ei Iuppiter, pro concesso a Cerere naturali humero, reposuisse dicitur. Seneca in Thyeste. q Paroemia. r Qui aliquid perfecit & absoluit. Sic & paullo post: Ille uictor ego, etc. s Celeritatem affectat ex Caesaris gestis, quae descripturus est. Egregie autem decorum pastorale hic seruatur.

Aonio [a] *rediens deducam* [b] *uertice Musas:*
Primus Idumaeas [c] *referam tibi Mantua* [d] *palmas:*
Et uiridi in campo templum de marmore ponam
Propter [e] *aquam, tardis ingens ubi flexibus errat*
Mincius, [f] *& tenera praetexit arundine ripas.*
In medio [g] *mihi Caesar erit, templumq. tenebit.*
Illi [h] *uictor ego, & Tyrio conspectus in* [i] *ostro,*
Centum quadrijugos agitabo ad flumina [k] *currus.*
Cuncta mihi [l] *Alphaeũ linquens, lucosq. Molorchi,*
Cursibus, & crudo decernet Graecia [m] *caestu.*
Ipse caput tonsae [n] *folijs ornatus oliuae*
Dona feram. iam nunc sollemnes ducere pompas
Ad delubra iuuat, caesosq. uidere iuuencos:
Vel scena [o] *ut uersis discedat frontibus: utq.*

a *Aonio u. hoc est, Parnasso: at Ser. Heliconem intelligit.* b *In patriã meã Mantuam.* c *quantae sunt apud Idumen, ciuitatẽ Phoenicis.* d *Celebritatem et uictoriam.* e *prope, uel iuxta aquam: ut Ouid. Propter humum uolitat. Terẽ. Adelph. Hic propter hunc adsiste.* f *Vbi tarde fluit, & se in Padum exonerat.* g *hoc est, Caesari templum dicabo, et eius simulacrum in medio collocabo.* h *Al. Illic.* i *In habitu pontificis, exponit Seruius.* K *Exhibebo ludos Circenses; in quibus erant quattuor factiones aurigantium diuersis colorib. distinctae; ex quarum singulis uno die 25. mittebantur currus. Sueto. in Domit.* l *Tales ludos instituam, ut ad eosdem nulla sint Olympia, ab Hercule; Pindaro teste, instituta, & quincto quoque anno iuxta Alpheum Elidis flumen celebrari solita: Nulla quoque sint Nemaea certamina, quae in Arcadiae silua Nemaea (ubi Molorchus armenta pauit, ac eiusdem hospes Hercules, immensae magnitudinis leonem trucidauit) agi solebant. Nulla sint Pythia, nulla Isthmia, apud Graecos quondam celeberrima certamina. Vide Odas Pind. & Epigram. illud uetus, quod Archiae adscriptum est* m *Caestuum certamen Graecis in usu fuisse innuit Virg. hoc tamen nondum se comperisse, uir doctissimus V V. scribit: nisi πυγμῆς nomine illud caperet, quo Eryx lib. 5. Aeneid. contendisse narratur: aut eodem referre uellet Amycum decertantem, Theocr. eidyl. κζ. aut Orphei m in Argonaut. sed neque nobis uerisimile sit idem hoc ludi genus fuisse, cum eo, quo Dares & Entellus decertarunt.* n *minutis folijs compositae: nam apud Pindarum oleaginea corona uictori Olympiorum dicitur.* o *Significat scenam uersatiles habentem machinas, quae uersatae ostendebant quae extra urbem, aut in urbe erant.*

Purpu-

Purpurea intexti[a] *tollant aulaea*[b] *Britanni.*
In foribus[c] *pugnam ex auro, solidoq.*[d] *elephanto*
Gangaridum[e] *faciam, uictorisq. arma*[f] *Quirini:*
Atque hic undantem bello, magnumq. fluentem
Nilum, ac nauali[g] *surgentes aere columnas.*
Addam urbes Asiae domitas, pulsumq.[h] *Niphatē,*
Fidentemq. fuga[i] *Parthum, uersisq. sagittis,*
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophaea,
Bisq. triumphatas utroque[k] *ab litore gentes.*
Stabunt & Parij[l] *lapides, spirantia signa,*
Assaraci proles, demissaeq.[m] *ab Ioue gentis*

a *Amphibolō est, sintne in aulaeis Britāni intexti, quasi in eisdē depicti: an compti & ornati, ut essent metalepticōs famuli theatrales, Refert quidē VV. Caesari in more positum fuisse, Britannos uictos theatralibus officijs destinare, ex Strab. & Plutar. Sed inde nondum satis liquet, utra nobis sententia sit amplectenda.* b *Nā in scenicis ludis aulaeum tendi solet, ac ijsdem pactis denuo tolli, teste Cic. pro Coel.* c *Pollicetur se ad templi fores emblemata uictoriarum Caesaris adiecturum esse.* d *id est, Ebore, synecdochicōs.* e *pro, Gangaridarum, Indiae populorum, quos deuicit Augustus. unde illud supra: Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. M. Tur. tamen hic Virg. credit Augusto uictoriam & lauream Gangaridum optare; eidemq. hoc modo bene augurari, praesertim cum hos Indiae prope Gangem populos, cum Augusto umquam proelio decertasse, non legatur; quamuis eiusdem imperata facere non dedignabātur.* f *Quirinum uocat Augustum Caesarem, quod imperium, sicut Quirinus. i. Romulus adauxerit.* g *Nauali aere, id est, ex aereis rostris nauium captarū columnas conflabo; quales Romae etiamnum in D. Ioannis Lateranen. basilica sunt.* h *Niphatis flu. & Montis accolas, Armenos scilicet.* i *De Parthis, Iusti. lib. 12.* K *Siue, Orientem, & Occidentem; siue Meridiem, & Septemtrionem, intelligas, nihil peccaueris: Vtrobique enim populos plerosque subiugauit, auctorib. Floro, & Messalla Coruino.* l *Statuae κολαπτικαὶ, & marmoreae: Paros enim Aegaei maris insula ab optimo marmore commendatur.* m *Genealogia Caesaris Augusti. nam Iuppiter Dardanum ex Electra Atlantis filia suscepit: hic Erichthonium genuit, & Troum; ex quibus Erichthonium Ilū, Assaracum Tros: Capyn Assaracus: Capys Anchisem: Anchises Aeneam; hic Ascaniū Iulū, ex quo deinde gēs Iulia, cuius et Augustus erat: quod de īdustria descripsit Messalla Coruinus, et alioqui satis ēt ex lib. Aene. colligitur.*

Nomina, Troſq. parens, et Troiae Cynthius[a] auctor,
Inuidia infelix furias,[b] amnemq. ſeuerum
Cocyti metuet, tortos[c] Ixionis[d] angues,
Immanemq. rotam, & non exſuperabile[e] ſaxum.
Interea[f] Dryadum ſiluas, ſaltusq. ſequamur
Intactos, tua Maecenas haud mollia iuſſa.
Te ſine nil altum mens inchoat: en age ſegnes
Rumpe moras: uocat ingenti clamore[g] Cithaeron,
Taygetiq.[h] canes, domitrixq. Epidaurus[i] equorũ:
Et uox[k] aſſenſu nemorum ingeminata remugit.
Mox[l] tamen ardentes accingar dicere pugnas
Caeſaris, & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni[m] prima[n] quot abeſt ab origine Caeſar.
Seu quis Olympiacae[o] miratus praemia palmae
Paſcit equos: ſeu quis fortes ad aratra iuuencos:
Corpora praecipue matrum legat. optima[p] toruae
Forma bouis,[q] cui turpe[r] caput, cui plurima[ſ] ceruix,
Et[t] crurum tenus a mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:
Pes etiam: & camuris hirtae ſub cornibus aures.

a Apollo. n. cũ Neptu. Troiae muros aedificauit. teſt. Homer. Iliad. n. Huius autem non temere facit mentionem Virg. Nam Phryges & ipſi Troiani ab Italis oriundi erant. Conſtat enim Dardanum monitu deorum Italia excedere iuſſum ſe in Phrygiam contuliſſe, quam a ſuo nomine Dardaniam appellauit. b Tres: Megaeram, Thiſiphonen, & Alecto. c quibus religatus ad rotam eſt, ob amplexus Iunonis petitos d Quidam leg. Orbes. e Siſyphi ſaxum intelligit: de quo uide Ouid. 10. Met. l. 6. Aen. & Chiliad. f .i. hoc argumentum tractemus ab alijs Rom. intactũ, ut tuis iuſſis pareamus: eſtq. Actiologia per Apoſtroph. g ſunt ibi paſcua quam optima. h Laconici. i Strab. lib. 8. de equis Epidauricis. K Echo. l Pollicetur Aeneidem, cuius l. 6. genus. Auguſti, lib. 8. res geſtas perſtringit. m Tithonus frater Laomedontis. n id eſt, tua facta tot annis celebrabuntur, quot anni ſunt a te, uſque ad mundi principium. o De Olympico certamine late Pindar. p Plin. lib. 8. c. 45. Var. lib. 2. c. 5. Colum. l. 7. c. 1. q Sedecim bonae uaccae ſigna enumerat. V. V. r Vaſtum, ſeu ualde magnum ſ Longa. t Varronis locum lib. 2. hic expreſſit.

Nec

Nec mihi diſpliceat [a] maculis inſignis, & albo,
Aut iuga detrectans, interdumq. aſpera cornu,
Et faciem tauro propior, quaeq. ardua tota,
Et gradiens ima uerrit ueſtigia [b] cauda.
Aetas Lucinam, [c] iuſtosq. pati [d] Hymenaeos
Deſinit ante decem, poſt quattuor incipit [e] annos.
[f] Cetera nec feturae [g] habilis, nec fortis aratris.
Interea, [h] ſuperat gregibus dum laeta [i] iuuentus,
Solue mares: mitte in Venerem pecuaria primus:
Atque aliam ex alia generando ſuffice [k] prolem.
Optima [l] quaeque dies miſeris [m] mortalibus aeui
Prima [n] fugit: ſubeunt [o] morbi, triſtisq. ſenectus,
Et labor, & durae rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice: [p] ac, ne poſt amiſſa requiras,
Ante ueni, & ſobolem armento ſortire [q] quotannis,
Nec non & pecori eſt idem delectus equino.
Tu modo, quos [r] in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis,
Praecipuum iam inde a teneris impende laborem.
Continuo [ſ] pecoris generoſi [t] pullus in aruis

a Liptoses pro, maxime placeat.

b Cauda profuſa uſque ad calces. Var. lib.2.

c Partum.

d Coitum: per metonymiam.

e Var.l.2. de re Ruſt. Ariſt. de hiſt. Animal.

f aetas uel ante quartũ, uel poſt decimũ annum. g Innuit duplicem eſſe uaccarum uſum: aut enim feturae deſtinantur, aut arationi. h Hortatur, ut admiſſionis certum tempus obſeruetur; occaſio enim non ſine damno negligitur. i notum eſt.n. ex Ariſt. de hiſt. Animal. quam ſignatis brutis ſuum coeundi tempus breue ſit. K Subſtitue; ut ſupra frequenter. l Simile illud Hor. Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum: Multa recedentes adimunt. m ſic & Homer. δειλοῖσι βροτοῖσι. n Cito perit iuuentus: iccirco dum iuuenes ſunt in Venerem mittendi ſunt. o Sententia Heſiodi, quam hic expreſſit. p Menſe Iulio ex ſententia Colum. praeſertim exortu delphini ad 40 dies, admiſſio fieri debet q Subſtitue & ſumminiſtra. uerbum a iudiciis ductum. nam ſubſortiri iudices dicuntur, qui aliorum funguntur officio. r Periphraſis equi admiſſarij. Vide Plin. lib.8.c.47. ſ Var.l.2. t Xenoph. in Hippicis, ἵππον εὐκάρδιον, dixit.

Altius

Altius [a] ingreditur, & mollia [b] crura reponit, [c]
Primus & ire uiam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere [d] ponti:
Nec uanos horret strepitus; (illi ardua [e] ceruix,
Argutumq. [f] caput, breuis aluus, [g] obesaq. [h] terga,
Luxuriatq. [i] toris animosum pectus: honesti
Spadices, [k] glauciq. [l] color deterrimus albis,
Et giluo)tum. si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit [m] artus:
Collectumq. premens uoluit [n] sub naribus ignem.
Densa iuba, & dextro [o] iactata recumbit in armo.
At duplex [p] agitur per lumbos spina: cauatq.
Tellurem, & solido [q] grauiter sonat ungula cornu.
Talis Amyclaei domitus [r] Pollucis habenis
Cyllarus, &, quorum Graij meminere poetae,
Martis [s] equi biiuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum

a Nā hinc sublimis animus dignoscitur. b si apte flexibilia crura reponat; non autem permutatorie crebro crura iactet. c Iul. Pollux. l.1. d Leg. & Ponto. e sublimis ceruix, si hac erecta subinde incedi: quod excelsi animi certissimum est indicium. f exsili, breui, & quasi acuto capite, hoc est, ut clarius dicatur, ea capitis parte, quae inter oculos & frontem est, breuiori & ossulenta. g Pollux, γαςὴρ προσεςαλμένη. Var. uentre modico. h hoc est, armi alti: quo equiti sedere liceat. i hoc est, exuberat & abundat toris pectus: hoc enim indicat magnitudinem membrorum spiritualium, e quibus animi magnitudo prouenit. K Rutili, phoenicei, l Caerulei. Ser. Felinis oculis exponit. porro de equorum coloribus, uide Gell. lib.2.c.26. & Non. Marcell. m non meticulose; sed tamquam incursurus, & impetum facturus. n flatu animum praestantem indicat. o Subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem ceruicis. p Lata: ut, Duplici dentalia dorso. i. crasso dorso. q Duro. r equorum domitor fuit Castor. posuit igitur fratrem pro fratre, poetice. Homer. Iliad. 3. Strab.lib.6. Amyclaeus ait, quod uterq. ex Amyclis, Laconiae opido fuerit ortus. s Equorum Martis nomina, sunt apud Homer. lib.16. Iliad. Xanthus, Balius, Pegasus.

Pelion hinnitu [a] fugiens impleuit acuto.
Hunc quoq., ubi aut morbo grauis, aut iã segnior an- (nis
Deficit, abde domo: nec [b] turpi ignosce senectae.
Frigidus in Venerem senior, [c] frustraq. laborem
Ingratum trahit: &, si quando ad proelia [d] uentũ est,
Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis,
Incassum furit. ergo animos, aeuumq. [e] notabis
Praecipue: hinc alias artes, prolemq. parentum,
Et quis [f] cuique dolor uicto, quae gloria palmae.
Non ne uides, [g] cum praecipiti certamine campum
Corripuere, ruuntq. [h] effusi carcere currus:
Cum spes arrectae iuuenum: [i] exsultantiaq. [k] haurit
Corda pauor pulsans: illi instant [l] uerbere torto,
Et [m] proni dant lora: uolat ui feruidus [n] axis:
Iamq. humiles, iamq. elati sublime uidentur
Aera per uacuum [o] ferri, atq. assurgere in auras:
Nec mora, nec requies: [p] at fuluae nimbus arenae
Tollitur: humescunt [q] spumis, flatuq. sequentum:
Tantus [r] amor laudum, tantae est uictoria curae.
Primus Erichthonius [s] currus, [t] & quattuor ausus
Iungere equos, rapidisq. [u] rotis insistere uictor,

a Saturnus in equũ uersus. Vide Ser.
b Quidam leg. Et, pro Nec.
c Alij, Senio.
d Venerea scilicet; coitum. Alibi: Venerẽ, nocturnaque bella.
e Vt nimirum septennium aut octennium non excedat.
f Equi generosi indicia.
g Homerus in Il. 254.
h Obstaculo currentiũ in primo limine. i aurigarum, uel spectantium. K .i. ferit; q. d. exhaurit spiritus ut inter spem & metum solet accidere. l Flagella urgent, & laxiores habenas permittunt. m Partim ut lora sit liberiora; partim etiam ut secundo uento procurrant, quae hodie Parthis est consuetudo fugiendi. n Currus. o Macrob. legit Tenerum, asseritq. ad Lucretij imitationem dictum, cuius uersum adducit hunc ex l. 2. Aera per tenerum liquidis. p Hoc hemistichiũ habet Virg in 5. lib. Aen. in pugna Daretis & Entelli. Putaturq. mutuatus esse ex Lucr. lib. 6. q Homer. Il. ψ. r Epiphonema.
s Erichthonius, Vulcani, & Terrae filius, quod draconis pedes haberet, ad eos tegendos currum inuenit. Plin. lib. 7. Ouid. 2. Met.
t Vide Colum. lib. 13. c. 7. Antiq. u Rapidus, in Seruio legitur, sed opinor mendose.

Frena

Frena[a] Pelethronij[b] Lapithae, gyrosq. dedere
Impositi dorso; atque equitem[c] docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare[d] superbos.
Aequus uterque[e] labor: aeque iuuenemq. magistri
Exquirunt, calidumq. animis, & cursibus acrem:
Quamuis saepe[f] fuga uersos ille egerit hostes,
Et patriam Epirum referat, fortesq. Mycenas,
Neptuniq.[g] ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis, instant sub tempus,[h] & omnes[i]
Impendunt curas denso[k] distendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori duxere[l] maritum:
Florentesq.[m] secant herbas, fluuiosq.[n] ministrant,
Farraq., ne blando[o] nequeant superesse labori,
Inualidiq. patrum referant ieiunia nati:
Ipsa autem macie[p] tenuant armenta uolentes.[q]
Atque, ubi concubitus primos iam nota uoluptas
Sollicitat, frondesq. negant, & fontibus arcent:

a Interpres Pindari cō uenit cū his omnib. excepto eo, quod frenos Lapithis tribuit Virgil. quos ille Bellerophōti adscribit. Vide Isocr. in Panathenaico: Varro. in lib. Mirabil. Herodot. in Melpomene. Pli. lib. 7.c.56.

b Vocantur hi Lapithae, aut Theßali, Pelethronij, quod Pelethron montem Thessaliae accolant, auctore Stepha. Dicti sunt autem hi populi alio nomine, Hippocentauri, eo quod, domitis equis, quibus aßidue utebantur, semihomines, & semiequos repraesentabant. teste Diodo. in 5. & Palaephato, & Plin. lib. 7.c.56. c Equitem: pro, equum: Ennij imitatione, Gell. lib. 18.c.15. d Sybaritae primi docuerunt equos incedere ad cantum tibiae, iuxta Plin. & Paul. Oros. e hoc est, aequalis labor est, uehendi equitem, aut currum: & admissurae. f hoc est, talis equus in admissura primas habebit, etiam alioqui tam strenuus fuerit, ut saepe in fugam hostes compulerit: etiamsi Epiroticus fuerit, aut Argiuus. g ab equo Neptuni, percussione tridentis nato, Pegaso uidelicet: & alterius in Thracia percusso scopulo. h Admissurae. i Vide Colu. l.7.c.35. K Sagina. l Designauere. m Pubentes, in Seruio legitur: quod non displicet: nam nemini dubium est, equis ea prata magis conuenire, quae delicatis & mollibus herbis abundant, quam quae proceris. n Gell. l.1.c.22. o Coitum intelligit. p Ante admissuram mensem unum, ne uaccae cibo aut potione se impleant. q De industria, & dedita opera.

Saepe

Saepe etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant,
Cum grauiter [a] *tonsis gemit area frugibus, & cum*
Surgentem [b] *ad Zephyrum paleae iactantur inanes.*
Hoc faciunt, [c] *nimio ne luxu* [d] *obtusior usus*
Sit genitali [e] *aruo, & sulcos oblimet* [f] *inertes,*
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusq. recondat.
Rursus cura patrum cadere, [g] *& succedere matrum*
Incipit, exactis grauidae cum mensibus [h] *errant.*
Non illas [i] *grauibus quisquam iuga ducere plaustris,*
Non saltu [k] *superare uiam sit passus, & acri*
Carpere prata fuga, fluuiosq. [l] *innare rapaces.* [m]
Saltibus in uacuis [n] *pascant, & plena* [o] *secundum*
Flumina, muscus ubi, & uiridissima gramine ripa.
Speluncaeq. tegant, & saxea [p] *procubet umbra.*
Est lucos Silari [q] *circa, ilicibusq. urentem*
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen [r] *Asylo*
Romanum est, (oestron Graij [s] *uertere uocantes)*
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita siluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus aether
Concussus, siluaeq., & sicci ripa Tanagri, [t]

a *die medio; periphrasticῶς.*

b *Theoph. edyll.* 10.

c *Ratio physica; quã probat* Hippocrat. *l.5. Aphor.* 46. *Honesta autem, & perquã uerecũda metaphora utitur Virg.*

d *Obesitate corporis.*

e *Vuluae, naturalibus.*

f *Id est, ne claudat meatus: si quidem macrae facilius concipiunt, pinguiores facile sterilescunt: cuius duas affert rationes VV.* g *Recedere, & minui.* h *Duodecim uidelicet. Plin. de cura grauidarum, uide Var. lib.2.c.7 & Colu.lib.7.c.25. Vaccae* 10. *oues & caprae* 5. *sues* 4. *mensibus uterum ferunt.* i *Enumerat ea, quae abortum fetus efficere solent.* K *Quo fetus erumpit, & suo pondere elabitur.* l Aquarum *enim algor non parum grauidis nocet.* m *Lucre. lib.1. Denique per maria, ac montes, fluuiosq. rapaces.* n *uacuis, pro magnis: Plena, ne inclinetur ad potum.* o *Pro, iuxta uel prope: ut etiam Cic. fam. lib.* 4. p *hoc aestatis tempore; hieme uero in equilio continendae sunt, iuxta Columel.* q *Lucaniae flum. & Alburn. eiusdem mons. Lucil. Quattuor hinc ad Silari flumen, portũq. Alburnũ.* r *Tabanum, Var. uocat.* s *Aesch. Hicetic. Apol. Rhod. lib.* 3. *Aeschyl. in Prometh. Attius in tragoedia* Ius. t *fluuij Lucaniae.*

Hoc

Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras
Inachiae [a] Iuno peſtem meditata iuuencae.
Hunc quoque (nam medijs feruoribus acrior inſtat)
Arcebis [b] grauido pecori: armentaq. paſces,
Sole recens [c] orto, aut noctem ducentibus aſtris.
Poſt partum, cura [d] in uitulos traducitur omnis:
Continuoq. notas, & nomina gentis [e] inurunt,
Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo,
Aut aris [f] ſeruare ſacris, [g] aut ſcindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cetera paſcuntur uirides armenta per herbas.
Tu, quos ad ſtudium, atque uſum formabis agreſtẽ,
Iam uitulos hortare, [h] uiamq. inſiſte domandi,
Dum faciles [i] animi iuuenum, dum mobilis [k] aetas:
Ac primum laxos tenui de uimine [l] circlos
Ceruici ſubnecte: dehinc, ubi libera colla
Seruitio aſſuerint, ipſos e torquibus [m] aptos
Iunge pares, & coge gradum [n] conferre iuuencos:
Atque illis iam ſaepe rotae ducantur [o] inanes
Per terram, & ſummo ueſtigia puluere ſignent:
Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis
Inſtrepat, & iunctos temo trahat aereus orbes.

a Haec fuit Io, Inachi filia, ĩ uaccam ab Ioue transformata, Oui. lib.1. Met. b Quod ſi tamen acciderit, eum pungi ab huiuſmodi oeſtro, aut tabano, Columella iubet pharmaco occurrere, ne aborţiat. quod, quale ſit. apud eum uidendum. c ſtatim. d Supra: cura patrũ cadere, & ſuccedere matrũ, etc. Varr.lib.2.c.5.Colume.lib.6.c.34.& 25. e Satis conſtat cauterio notari ſolere equas & canes; hoc ipſum tamen de bobus non facile reperias. f Nam ad ſacrificia optimi deligendi ſunt uituli, hirci, ſues, & id genus alia, quae arae deſtinantur: ſed, an ex equis ſacrificarint Ethnici, perpendendum relinquo. g ſunt, qui legere malint, Sacros. h Qua ratione domandi ſint boues, uide apud Pall. lib.4.c.12. i Teneri, & ſequaces. K Quando adhuc trimi ſunt, aut quartum annum agunt: nam poſt quinctum annum franguntur magis, quam domantur. l Varr. lib. 1. m Aptatos. n Simul incedere. o ſine pondere: &, ut Varro ait, uacuo plauſtro ſubiungendi.

Interea

Interea pubi [a] indomitae non gramina tantum,
Nec uescas [b] salicum [c] frondes, uluamq. palustrem,
Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi fetae
More [d] patrum niuea implebũt mulctralia [e] uaccae,
Sed tota in dulces consument ubera natos.
Sin ad bella magis studium, turmasq. [f] feroces,
Aut Alphea [g] rotis praelabi flumina Pisae,
Et Iouis [h] in luco currus [i] agitare uolantes:
Primus equi labor est, animos, atque arma uidere
Bellantum, lituosq. [k] pati, tractuq. gementem
Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonantes:
Tu magis, atq. magis blandis gaudere magistri
Laudibus, [l] & plausae sonitum [m] ceruicis amare.
Atque haec iam primo depulsus ab ubere matris
Audiat, inq. uicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiamq. tremens, etiam [n] inscius [o] aeui.
At, tribus exactis, ubi quarta accesserit [p] aetas;
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq. sonare
Compositis: sinuetq. [q] alterna uolumina crurum;
Sitq. laboranti [r] similis: tum cursibus auras
Prouocet, ac per aperta uolans, ceu liber habenis,
Aequora, uix summa uestigia ponat arena:

a *iuuencis.* b *siccas, & teneras. unde & aranearũ telae uocãtur siccae.* c *Non salignas tantum, sed & populneas, ulmeasque, quibus primae dãtur, sicut secundae fraxineis: sed his ĩ autũno magis utẽdum, sicut in hieme farragine ipsa.* d *ut mos est maioribus uaccis.* e *Leg. & Mulgaria, quod ueteribus in usu fuisse Valgij testimonio probat Ser. In quodam uet. scripto est, Mulctraria.* f *Equestrem exercitum.* g *Scaturit Alpheus in Arcadia, & Elim circumfluit. Pisam autem addidit (quae & ipsa Olympia est, auctore Stepha. undeq. Ludi Olympici dicti sunt. quamquam Didymus hic per Pisam Elim intelligat) tamquam eam Alpheus praeterflueret. Distat autẽ ab Olympia 6. stadijs.* h *Olympici.* i *Curuli certamine decertare.* K *Lituorum & bucinarum sonũ. Var. l. 1. c. 7.* l *Atque etiã poppysmatibus, quae uocant.* m *manibus magistrorũ blande attrectantiũ.* n *Carisius leg. Etiã diuisis dictionibus, pro, Etiam nunc.* o *nondum ab annis sumpta fiducia.* p *In opt. scripto codice Pierij est, Acceperit aestas.* q *Mollis alterno crurũ explicata glomeratio.* r *Praeparetur ad futurum laborem. S.*

a Vid. Tur. Aduerſ. l. 5
b Homerica comparatio.
c Propter uicinitatem. eoq. etiã frigidior, teſte Ariſtotele.
d ſine pluuijs.
e Diſſipat.
f Al. Longeque.
g Impellũt ſe.
h Quia difflando purgat.
i Elis Arcadiae ciuitas, in qua curule certamen agitabatur, et eſt ſpecies pro genere.
K hoc eſt, uel erit equus curſor, uel uectarius.

Qualis [a] Hyperboreis [b] Aquilo cum denſus [c] ab oris
Incubuit, Scythiaeq. hiemes, atq. [d] arida [e] differt
Nubila: tum ſegetes altae, campiq. natantes
Lenibus horreſcunt flabris, ſummaeq. ſonorem
Dant ſiluae, longiq. [f] ſurgent [h] ad litora fluctus
Ille uolat, ſimul arua fuga, ſimul aequora [h] uerrens.
Hic uel ad Elei [i] metas, & maxima campi
Sudabit [k] ſpatia, & ſpumas [l] aget ore cruentas:
Belgica uel molli melius feret [m] eſſeda collo.
Tum demum craſſa magnum farragine corpus
Creſcere iam domitis ſinito. namq. ante domandum
Ingentes tollent animos, prenſiq. negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere [n] lupatis.
Sed non ulla magis uires induſtria firmat,
Quam Venerẽ, & caeci ſtimulos auertere [o] amoris,
Siue boum, ſiue eſt cui gratior uſus equorum.
Atque ideo tauros procul, atque in ſola relegant
Paſcua, poſt mõtem oppoſitũ, et trãs flumina [p] lata:
Aut intus clauſos ſatura ad praeſepia ſeruant.
Carpit enim uires paullatim, uritq. [q] uidendo
Femina: nec nemorũ patitur meminiſſe, nec herbae:
Dulcibus illa quidem illecebris & ſaepe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.
Paſcitur in magna ſilua formoſa iuuenca.
Illi alternantes [r] multa ui proelia miſcent

l Quod generoſitatis indicium eſt. m Caeſar de Bel. Gal. l. 4. n Frenis. o Itaque uel in longinqua paſcua marem placet ablegari; uel ad praeſepia contineri. Col. p ne ſit facilis natatus. Ser. nimis tenuiter: immo, ut omnes caeci amoris ſtimuli auertantur; & longitudine ſimul proſpectus, & uaporoſo ſiue aqueo halitu interiecto: quod declarat illud, Vritq. uidendo. q id eſt, dum uidetur: gerundiũ paſſiuae ſignificationis. ſicut in Bucol. Cantando rumpitur anguis. r pro, Alternatim.

Vul-

Vulneribus crebris: lauit ater corpora ſanguis:
Verſaq. in obnixos [a] urgentur cornua uaſto
Cũ gemitu: roboãt [b] ſiluaeq., & magnus [c] Olympus.
Nec mos, bellantes una ſtabulare: ſed alter
Victus abit, longeq. [d] ignotis exſulat oris,
Multa [e] gemens, [f] ignominiam, plagasq. ſuperbi
Victoris, tum quos amiſit inultus amores,
Et ſtabula adſpectans [g] regnis exceſſit [h] auitis.
Ergo omni cura uires exercet; & inter
Dura iacet pernix [i] inſtrato ſaxa cubili,
Frondibus hirſutis, & carice [k] paſtus acuta:
Et tentat ſeſe, atq. iraſci [l] in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco, [m] uentosq. laceſſit
Ictibus: & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Poſt, [n] ubi collectum robur, uiresq. receptae,
Signa mouet, praecepsq. [o] oblitum [p] fertur in hoſtem:
Fluctus ut [q] in medio coepit cum albeſcere ponto
Longius, ex altoq. ſinum trahit, utq. uolutus
Ad terras immane ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procumbit: at ima exaeſtuat [r] unda
Vorticibus, [s] nigramq. alte ſubiectat [t] arenam.
Omne [u] adeo genus in terris hominumq., ferarumq.,

a pro, Obluctantes. b remugiũt: ut alibi: Gemitu nemus omne remugit. c Homer. Iliad. α. d Pathos a cauſſa. Vide Macrob. Satur. lib. 4. c. 2. e pro, ualde: ut in epiſtola Caecinae, famil. l. VI. Multa deos ueneratus: & Cicero: Nõ multa peccas. & hic lib. IV. Multa reluctanti. f βαρυστενάχων. Homerus. g Retorquens oculos ad ſtabula. h Pabulis, in quibus regnabat dux gregis. i Perſeueran, a pernitendo. Quidam tamen leg. Pernox. K Herba paluſtri, & aculeata. Pompo. l Ead. fere lib. 12. Aeneid. m Quem ſibi fingit aduerſarium, meditaturus ultionem. n In Colotiano codice legitur, Aſt, ubi collectum robur, uiresq. refectae. o Temerarius: ratio. n. in animantibus deſideratur. p Securum ex uictoria praecedente. Virg. Carpenſis habet Oblicũ, more ueteri, q. d. Obliquum fertur in hoſtem. q Sic paullatim taurus mouetur ad proelia. Ex Home. Ilia. δ. r Ebullit ex fundo maris. ſ Aquis in ſe contortis. t Al. Subuectat. u otioſa dictio, ad ornatum interpoſita.

a *Variae, uersicolores.* b *In furias ignis. i. amoris.* c *In unoquoque genere eadem uis amoris, idem impetus.* d *Quam cũ turget libidine.* e *ui nimij amoris.* f *Nam lingendo format fetus suos, ex massa carnis, quae ex utero egeritur. Ouid. in Metam. Arist. de nat. ani. Plin. Oppian. l. 3. Cynegeticor.*

Et genus aequoreum, pecudes, pictaeq.[a] *uolucres*
In furias,[b] *ignemq. ruunt : amor*[c] *omnibus idem.*
Tempore non alio[d] *catulorum oblita*[e] *leaena*
Saeuior errauit campis : nec funera uulgo
Tam multa informes[f] *ursi, stragemq. dedere*
Per siluas, tum saeuus aper, tum pessima tigris.
Heu male tum Libyae[g] *solis*[h] *erratur in agris.*
Non ne uides, ut tota tremor pertentet[i] *equorum*
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Ac neq. eos iam frena uirum, nec ubera saeua,
Non scopuli, rupesq. cauae, atq. obiecta retardant
Flumina, correptos unda torquentia[k] *montes.*
Ipse ruit, dentesq. Sabellicus[l] *exacuit sus,*
Et[m] *pede prosubigit terram, fricat*[n] *arbore costas,*
Atq. hinc atq. illinc humeros ad uulnera durat.
Quid iuuenis,[o] *magnum cui uersat in ossibus ignem*
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat caeca[p] *serus freta: quem super ingens*
Porta[q] *tonat caeli, & scopulis illisa reclamant*
Aequora; nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere[r] *uirgo.*
Quid lynces[s] *Bacchi uariae, et genus acre luporum,*
Atq. canum? quid quae imbelles dant proelia cerui?

g *Africae: nã sunt & Armeniae, Indicae, Gangeticae, Caucaseae, Caspiae, et Parthicae tigres.* h *Desertis.* i *Maxme si naturalia eorũ scylla herba atterrantur & fricentur.* K *Saxa ingentia, hyperb.* l *Sabinus; est species pro genere. intelligit autem suem domesticum seu cicurem.* m *Al. Et pedib. subigit.* n *Indurãtes attritu arborũ costas, lutoq. se tergorãtes. Pl.* o *Leãder; qui, cũ ad amicã trãsnataret, in Hellespõto submersus est; uide Musaeũ. et Ouid. in ep. Heroid.* p *Lucr. lib. 1. Nõ tibi caeca Nox iter eripiet.* q *aer nubibus plenus, per quẽ iter in caelũ est. Homerũ imitatus. qui caeli portis horas praecesse finxit.* r *Hero.* s *Bacchio sacrae, & eius currum trahentes.*

Scilicet



Scilicet ante omnes furor est insignis [a] *equarum:*
Et mente [b] *Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci*
Potniades [c] *malis membra absumpsere quadrigae.*
Illas ducit amor trans Gargara, [d] *transq. sonantem*
Ascanium: superant montes, & flumina tranant,
Continuoq. auidis ubi subdita flamma [e] *medullis,*
Vere magis (quia uere redit calor ossibus) illae
Ore omnes uersae in Zephyrum [f] *stant rupibus altis,*
Exceptantq. [g] *leues auras: & saepe sine ullis*
Coniugijs uento [h] *grauidae (mirabile dictu)*
Saxa per, & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt, non Eure tuos, neque Solis ad ortus,
In Boream, Caurumq. [i] *aut unde nigerrimus* [k] *auster*
Nascitur, & pluuio contristat frigore caelum.
Hinc demum hippomanes, uero [l] *quod nomine dicũt*
Pastores, lentum [m] *distillat* [n] *ab inguine uirus:*
Hippomanes, [o] *quod saepe malae legere nouercae;*
Miscueruntq. [p] *herbas, & non innoxia uerba.*
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.
Hoc satis armentis [q] *superat* [r] *pars altera curae,*
Lanigeros agitare greges, hirtasq. [s] *capellas.*
Hic labor: [t] *hinc laudem fortes sperate coloni.*

a *De quarum furore, uide Col. l. 7. c. 25.*
b *Mentem earum incendit libidine uel, quasi ingenerauit illorum mentitantes libidinis stimulos. Totus hic locus ex Arist. de Hist. Animal. translatus est.*
c *Harum historiam, uel fabulam potius uide in Pierio.*
d *Gargara pro quibuslibet montibus posuit; ut Ascaniũ, pro quibuslibet fluminibus.*
e *Accensus libidinis ignis.*
f *Plin. l. 16. c. 26. Flante Fauonio concipiunt etiam equae in Hispania.*
g *ad sedandum calorem, patefaciunt ora.*
h *Vide Arist. Var. & Plin. l. 4. c. 21. & l. 8. c. 42.*
i *Hunc quidam ex cognatione litterarum Corum uocant.*
K *Quia pluuiosus & nebulosus est; unde etiam νοτὸς dictus.*
l *A re ipsa imposito.*
m *uiscidum.*
n *Liber Pierij habet Destillat.*
o *Hippom. quid sit, omnium optime scribit Arist. de animal. Nat. l. 6. c. 21.*
p *Idem carmen est supra lib. 2.*
q *Superest de gregib. ouium & caprarũ.*
r *Ellipsis praepositionis De.*
s *Hirtas oues, dixit Var. l. 2. de re rust.*
t *ad tuenda imbecilliora animalia.*

a Lucretiana phrasis ex lib. 1.
b ut supra. lib. 2. Me uero primũ dulces ante omnia musae, etc.
c Fons est prope Delphos, et Phithonem, Apollinis urbes, Musis sacer, a quo Castalides.
d Liber Pierij, Deuertitur.
e Rota: metaphora ab aurigis; quasi dicat; nullus id ante me uersibus cecinit.

Nec sum animi dubius,[a] uerbis ea uincere magnum
Quam sit, & angustis hunc addere rebus honorem:
Sed me [b] Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam [c] molli diuertitur [d] orbita [e] cliuo.
Nunc ueneranda Pales, magno nunc ore [f] sonandũ.
Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues,[g] dum mox frondosa reducitur aestas:
Et multa duram stipula, filicumq. maniplis.
Sternere subter humum; [h] glacies ne frigida laedat
Molle pecus, febremq. ferat, turpesq. podagras.
Post hinc digressus,[i] iubeo frondentia [k] capris
Arbuta sufficere, [l] & fluuios [m] praebere recentes,
Et stabula a uentis hiberno [n] opponere Soli
Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim
Iam cadit, extremoq. [o] irrorat Aquarius anno.
Haec quoque [p] non cura nobis leuiore tuenda:
Nec minor usus erit: quamuis Milesia [q] magno
Vellera [r] mutentur, Tyrios incocta [s] rubores.
Densior hinc soboles: hinc largi copia lactis.
Quam magis exhausto spumaueris ubere mulctras:

f Quia res est non parua, ut Bucol. Attentionem captat. g Vide Colu. l. 8. c. 2. 3. 4 5. h Libentius. n. ita pascuntur, inquit Var. i cum hoc feceris; ulterius pergens. K Var. l. 2. c. 2. l Suppeditare m Aquam recens haustã. n Contra plagam meridianam, per quam Sol currit per hiemem. o Ianuario mense, anni paenultimo. Vide VV. hic, qui elegãter de huius uersus sentẽtia disserit. p Caprilia non minus, quã ouilia. Ser. legit, Hae quoque n. c. n. l. tuendae, scilicet caprae. Alij, Haec tuendae, more antiq. quibus Haec, in plurali numero tã mascu. quã fem. generis erat. Probe autẽ hic uersus, permutationem emptionis & uenditionis speciẽ esse uetustissimã ostendit. Vide Instit. de empt. & uendi § . item pretium. Alciat. l. 2. praetermiss. Homer. Iliad. 7. q Mileti erant insignes tabernae tinctoriae. r tametsi ingenti pretio comparãtur lanae ouiũ, purpureo colore tinctae. s Valde cocta, ut sint dibapha.

Laeta

Laeta magis pressis manabunt ubera mammis.
Nec minus [a] interea barbas, incanaq. [b] menta
Cinyphij [c] tondent [d] hirci, setasq. comantes
Vsum in castrorum, & miseris uelamina nautis.
Pascuntur uero siluas, & summa [e] Lycaei,
Horrentesq. rubos, & amantes ardua dumos.
Atque ipsae memores redeunt in tecta, [f] suosq.
Ducunt, [g] & grauido superant uix ubere limen.
Ergo omni studio glaciem, uentosq. niuales,
Quo minor [h] est illis curae mortalis egestas,
Auertes: uictumq. feres, & uirgea [i] laetus
Pabula: nec tota claudes faenilia bruma.
At uero Zephyris [k] cum laeta uocantibus aestas;
In saltus utrumque gregem, atque in pascua mittes.
Luciferi [l] primo cum sidere [m] frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent,
Et ros [n] in tenera pecori gratissimus herba est.
Inde, [o] ubi quarta sitim caeli collegerit hora,
Et cantu querulae rumpunt [p] arbusta cicadae;
Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis [q] potare canalibus undam:

a Caprae, & hirci tõdentur, & uellũtur ad usum nauticum et bellica tormẽta. VV.
b pro, nimium cana.
c A Cyniphide Libyae flu.
d Priscia. ait esse Enallagen, pro tondentur, quod dicere nõ opus est. si cum quibusd. u. libris Hircis, legamus, dicamus Cyniphij. i. Libyci, pro, Numidae. c montis Arcadiae. & est species pro genere. f Caprilia. g Redeunt suos haedulos. h Henr. Steph. leg. Quo minus; exponitque hoc modo: Quanto minus sui curam gerere possunt, aut sibi prouidere de ijs quae mortalis egestas desiderat, eo studiosius illis necessaria suppeditabis. i Quernea, ilignea, & faenilia; adsitq. cordi bona copia. K subaudi, aduenerit. Quattuor aestatis tempore circa oues obseruanda, pro quattuor diuersis diei horis. Latius uide Palla. l. 11. c. 13. l matutini temporis, periphrasis. m Semper frigidiora sunt sub ortum Solis. cuius rationem reddit Aristote. in Problem. n Legitur hic quoque uersus, supra Ecloga 8. Cum ros in tenera p. g. herba est. imitatione Homeri, & Lucretij. o Meridiei incipientis periphrasis. p nimio clamore. q ex ilice factis.

Aestibus at medijs umbrosam exquirere uallem;
Sicubi [a] magna Iouis [b] antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos; aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra.
Tum tenues [c] dare rursus aquas, & pascere rursus
Solis [d] ad occasum; cum frigidus aera uesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida Luna:
Litoraq. Halcyonem resonant, & acãthida [e] dumi.
Quid tibi pastores Libyae? quid pascua uersu
Persequar? & raris habitata mapalia [f] tectis?
Saepe diem, noctemq, & totum ex ordine mensem
Pascitur, idq. pecus longa in deserta sine ullis
Hospitijs: tantum campi iacet: omnia secum
Armentarius [g] Afer [h] agit, tectumq., laremq.,
Armaq., Amyclaeũq. [i] canem, Cressamq. pharetrã.
Non secus ac patrijs [k] acer Romanus in armis
Iniusto [l] sub fasce uiam cum carpit, & [m] hosti
Ante exspectatum [n] positis stat in agmine castris.
At non, qua Scythiae gentes, Maeoticaq. unda,
Turbidus & torquens flauentes Ister [o] arenas,
Quaq. redit medium Rhodope [p] porrecta sub [q] axem,
Illic [r] clausa tenent stabulis armenta, neque ullae

a Pro, sicubi umbra sacra in nemore accubet, aut sub arboribus iaceat: ut supra: Saxea procubet umbra.
b Omnis.n. quercus Ioui consacrata.
c ὕδατα λέπτα, Athenaeo l 2. quae etiam alibi κρλωαῖα, appellantur.
d Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibẽdum appellunt, & rursus pascunt quoad contenebrauit Var. e Quã hic Graeca uoce ἀκάνθιδα uocat, Latini Carduelẽ dicunt. f Casas, seu tuguriola rustica, quae apud quosdã plaustris circũuehũtur, Tartari Hordas uocant. g abusiue. nã de gregibus loquitur. h Pastoris Libyci, et Romani militis cõparatio. i Laconicũ, s. K Auitis, Martijsq. q. d. a Marte progenitore acceptis. l Iniusto, i. magno, propter arma, uestes, & alimenta. Sic Veget. & Pedian. etsi aliter Nonius. m pro, cõtra hostẽ: uel, ut Ser. Stat, pro, abstat. n Ser. leg. una uoce, Ante exspectatum: cui bene conueniret, quod in Veget. & q u. lib. legitur, Hostem, pro eo, quod nostra editio habet, Hosti. o fluuius Scythiae, qui, & Danubius uocatur. p Thraciae mons. q Septemtrionem. r Quemadmodum haec Scythiae hypographe intelligenda sit, uide apud V V.

Aut

Aut herbae campo apparent, aut arbore frondes;
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu late, septemq. assurgit in ulnas.
Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.
Tum sol pallẽtes [a] haud umquam [b] discutit umbras:
Nec cum inuectus equis altum petit aethera, nec cũ
Praecipitem Oceani rubro [c] lauit aequore currum.
Concrescunt [d] subitae currenti in flumine crustae,
Vndaq. iam tergo ferratos sustinet orbes;
Puppibus illa prius patulis, nũc hospita [e] plaustris,
Aeraq. [f] dissiliunt uulgo, uestesq. rigescunt
Indutae, caeduntq. [g] securibus humida [h] uina:
Et totae solidam in glaciem uertere [i] lacunae,
Stiriaq. [k] impexis induruit horrida barbis.
Interea toto non secius [l] aere ningit.
Intereunt pecudes: stant circumfusa [m] pruinis
Corpora magna boum: confertoq. agmine cerui
Torpent mole [n] noua, et summis uix cornibus exstãt.
Hos non immissis canibus, non cassibus ullis,
Puniceae ue [o] agitant pauidos formidine pennae:
Sed frustra oppositum trudentes pectore [p] montem,
Comminus obtruncant ferro, grauiterq. [q] rudentes

a Imitatur Hom. ody. λ. b Sed nec ortu suo, nec occasu dissoluit nubes. S. c Rubet. n. fere occidẽs Sol: cuius rationẽ dat Aristote. in Meteorolo. d Congelascunt. e facilis. f Aerea uasa frigore cõfringuntur. At Ser. exponit, Crepant. Strab. g Ergo uina congelascunt; quod Macrob. numquam, aut perraro accidere ait. Contrarium tamen saepe obseruarunt Belgae, Germani, reliquiq. Septemtrioni uiciniores; cuius hanc esse caußam arbitror; quod, quibus illi utuntur, nimis diluta uina sunt: nostra meraciora. h Illud hic otiosum esse epitheton putat Quinctilia. lib 8. c. de trop. nihil minus: immo summam antitheseos gratiam huic loco conciliat: cui enim nõ nouum, securim humidis secandis adhiberi? Porro, an uinum et acetum cõgelascant, quod Aphrodisaeus negabat, Brod. l. 5. c. 31. i pro, Versae sunt. K gutta: unde fit stilla. l Nõ segnius quã ĩchoauerat. m abusiue, pro nubib. nã pruina est matutini temporis frigus. n nimia magnitudine. o Sic l. 12. Aen. Ceruũ, aut puniceae septũ formidine pẽnae. Atq. hunc locum adnotauit Coel. l. 9. c. 11. p Niualẽ. q Clamantes; nam Rudere est asinorum.

Caedunt,

Caedunt & magno laeti clamore reportant.
Ipsi in defossis [a] *specubus, secura sub alta*
Otia agunt terra; congestaq. robora, totasq.
Aduoluere focis ulmos, igniq. dedere.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula [b] *laeti*
Fermento, atque acidis imitantur uitea [c] *sorbis.*
Talis Hyperboreo septem subiecta trioni
Gens effrena [d] *uirum Riphae tunditur Euro,*
Et pecudum fuluis uelantur corpora [e] *setis.*
Si tibi [f] *lanicium* [g] *curae; primum aspera silua,*
Lappaeq. [h]*, tribuliq. absint, fuge pabula laeta;*
Continuoq. greges uillis lege mollibus [i] *albos.*
Illum autem, (quamuis aries sit candidus ipse)
Nigra [k] *subest udo tantum cui lingua palato,*
Reijce, ne maculis infuscet uellera pullis
Nascentum; plenoq. alium circumspice campo.
Munere sic niueo lanae (si credere dignum est)
Pan [l] *Deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit,*
In nemora alta uocans: nec tu aspernata uocātem.
At cui lactis amor; cythisum, [m] *lotosq.* [n] *frequentes*
Ipse manu, salsasq. ferat praesepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis, et magis ubera tēdūt,
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos [o] *prohibent a matribus haedos;*

a *Quales sunt Troglo ditae apud* Homer.

b *Pocula similia uini poculis faciunt.*

c Vinea, *quod non ce reuisia prae stamus.*

d *Saeua, rectorem recusans.*

e *hoc est, polliti sunt: Quod ipsum de getis & Ponticis Oui. scribit.*

f Idē *praecipit Colu. l.7.c.3.*

g *Non tam curam lanae, quam pecoris lanati significat.* h *a quibus lana decerpitur.* i *Quae omni colore imbui possunt, nigrae autem nullo.* K *Linguam arietis uelleri concolorem esse debere, ait Colume. lib. 7. c. 3.* l *Mutat fabulam. non enim Pan, sed Endymion amasse lunam dicitur, quod non temere sic confictum esse Aphrodisiens. asserit, cum Pan menses a Luna, Endymion eiusdem periodos collegerit.* m *Cythisi pastu lac augeri, etiam Plinius tradit lib. 13. c. 24.* n *satiuas.* o *Validiores.*

Primaq.

Primaq. ferratis [a] *praefigunt ora* [b] *capiſtris.*
Quod ſurgente die mulſere, horiſq. diurnis,
Nocte premunt: [c] *quod iam tenebris, et ſole cadēte,*
Sub lucem exportant calathis, (adit opida paſtor)
Aut parco ſale contingunt, [d] *hiemiq.* [e] *reponunt.*
Nec tibi cura [f] *canum fuerit poſtrema; ſed una*
Veloces Spartae Catulos, acremq. Moloſſum
Paſce ſero pingui. numquam cuſtodibus illis
Nocturnum ſtabulis furem, incurſusq. luporum,
Aut impacatos a tergo horrebis [g] *Hiberos.*
Saepe etiam curſu timidos agitabis [h] *onagros:*
Et canibus leporem, canibus uenabere damas.
Saepe uolutabris pulſos ſilueſtribus apros
Latratu turbabis agens, monteſq. per altos
Ingentem clamore premes [i] *ad retia ceruum.*
Diſce [k] *& odoratam ſtabulis accendere* [l] *cedrum,*
Galbaneoq. [m] *agitare graues nidore chelydros.*
Saepe ſub immotis praeſepibus aut mala [n] *tactu*
Vipera delituit, caelumq. [o] *exterrita fugit;*
Aut tecto [p] *aſſuetus coluber ſuccedere, & umbrae,*
Peſtis acerba [q] *boum, pecoriq. adſpergere uirus,*

a *duris.* b *Primam partem rictus, ne poſſint lac ſugere. Pli.* c *cogunt in caſeos.* d *Adſpergunt.* e *pro, In hiemem, octauo caſu.* f *canes & ad corporis cuſtodiam, et ad uenationem alendos. Colum. lib. 7. c. 12.* g *Omnes enim fere Hiſpani abactores ſunt, ut ait Seruius: aut praedatores, ut Plin. maxime tamen Cantabri & Coleri: quos Auguſtus Caeſar compeſcuit.* h *Quibus olim ueſcebantur Romani. nam pullos aſinarum epulari Maecenas inſtituit: earumque caro phthiſicis medetur, teſte Plinio.* i *Premere, uerbum uenatorium: ut agitare, & excitare. alibi; Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.* K *Nicand. in Theriac.* l *cuius odore, aut ſuffitu poſſint fugari ſerpentes.* m *Galbani odore ſerpentium peſtis fugatur. Columel. & Plin. lib. 12. c. 25. & lib. 24. cap. 5.* n *Nocens tactu. Lucre. lib. 2. Omnia poſtremo bona ſenſibus, & mala tactu.* o *Aerem.* p *propter uinum: ideo in apothecis frequentes ſunt.* q *Quare Colum. iubet muliebres capillos, aut ceruina cornua ſaepius urere: quod horum odor praedictam peſtem diſpellat.*

Fouit

Fouit [a] humum. cape ſaxa manu, cape robora paſtor;
Tollentemq. minas, & ſibila colla tumentem,
Deijce. [b] iamque fuga timidum caput [c] abdidit alte,
Cum medij nexus, extremaeq. agmina caudae
Soluuntur, tardosq. trahit ſinus [d] ultimus orbes.
Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus [e] anguis,
Squamea conuoluens ſublato [f] pectore terga,
Atque notis longam maculoſus grandibus aluum:
Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent udo terrae, ac pluuialibus auſtris,
Stagna colit, ripisq. habitans, hic piſcibus atram
Improbus [g] ingluuiẽ, ranisq. loquacibus [h] explet.
Poſtquã [i] exhauſta palus, terraeq. ardore dehiſcũt;
Exſilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens
Saeuit agris, aſperq. [k] siti, atque exterritus [l] aeſtu.
Ne mihi [m] tum molles ſub diuo carpere ſomnos,
Neue dorſo memoris libeat iacuiſſe per herbas,
Cum, poſitis nouus [n] exſuuijs, nitidusq. iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad ſolem; & linguis micat ore [o] triſulcis.
Morborum quoq. te [p] cauſſas, & ſigna docebo.
Turpis oues [q] tentat ſcabies, ubi frigidus imber

a Amplexa eſt terram, in qua poſſet latere. b Caede ſerpentem donec caudae uolubilitas conquieſcat. c Soli enim capiti timet; quo laeſo, reliqua membra, pereunt, quodcũque aũt reliquor. mẽbror. amputaris, ſe conglutinat. d Curuatura colubri. e Similis eſt anguis deſcriptio in Culice: hic tamẽ Cherſydrum uidetur intelligere. f Erecto; ad differentiam repentium toto corpore. g qui non facile ſatiatur. h Proprium ranae epitheton: quae nihil aliud quam coaxare didicerunt. Home. in Batrach. uocat βάτραχον πολύφημον καὶ πολύφωνον. i Ex Nicandro in Theriac. K Nam hoc genus, ſibi magis, quam ulla alia re accenditur. l Carpenſe exemplar habet, Exercitus. m Nicand. in Theriac. n Pellem enim in ſenectute deponũt ſerpentes, ac ſic denuo iuueneſcere dicuntur. Lucr. lib. IV. Cum lubrica ſerpens Exſuit in ſpinis ueſtem. o Trifariam fiſſis. Vnde Lucr. lib. 3. Quin etiam tibi ſi lingua uibrante minacem Serpentem &c. p Vide Col. lib. 7. c. 5. q ab effectu. nam corpora reddit turpia.

Altius ad uiuum [a] persedit, & horrida cano
Bruma gelu, uel cum tonsis illotus [b] adhaesit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora uepres.
Dulcibus [c] iccirco fluuijs pecus omne magistri
Perfundunt, udisq. aries in gurgite uillis
Mersatur, missusq. secundo defluit amni.
Aut tonsum tristi contingunt corpus [d] amurca,
Et spumas miscent argenti, uiuaq. [e] sulphura
Idaeasq. [f] pices, & pingues unguine [g] ceras,
Scyllamque, helleborosq. [h] graues, nigrũq. bitumem.
Non tamẽ ulla magis praesens [i] fortuna laborũ est,
Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os: alitur [k] uitium, uiuitq. [l] tegendo,
Dum medicas [m] adhibere manus ad uulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet omina poscens.
Quin etiam, ima dolor balantum lapsus [n] ad ossa
Cum furit, atque artus depascitur [o] arida febris,
Profuit incensos aestus [p] auertere, & inter
Ima ferire pedis [q] salientem sanguine uenam:
Bisaltae [r] quo more solent, acerq. [s] Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen, [t] atque in deserta Getarũ,
Et lac [u] concretum cum sanguine potat equino.
Quam procul [x] aut molli succedere saepius [y] umbrae

a Per medullas & ossa penetrat. b non ablutus. c falsa enim aqua magis pruriginem creat. d Perungũt oleo. e Versus dactylicus: alij tamẽ legũt, Ac sulphura uiua. f liquidas, quae ĩ Ida, Phrygiae mõte, nascũtur, in quo sunt pineta frequentia. g Pinguedine. uel oleo telino, uel anethino, uel chamaemelino, uel olio quopiã. h Veratrũ albũ & nigrum. i Efficax morbi remediũ. K Lucr. Vlcus.n.uiuescit & inueterascit alendo. l Dum tegitur. ut supra, Vritq. uidendo. m Frustra.n.(inquit Sallust.) si te ignauiae tradideris, uotis mu liebribus auxilia deorum implores. n Est.n.morbus uniuersalis. o Solẽt enim maiores febres corpora aegrotantium extenuare. p febrem. q In talo, aut inter duas ungulas. r Macedonici sunt, intra Strymonem & Edonicum sinum. Steph. s populi Scytharum sunt Geloni. t Thraciae montem. u Huc spectat illud Dionysij: ἄλλα γὰρ ἵππον αἵματι μίσγοντες λευκὸν γάλα δαῖτα τίθεναι. x De signis morbidae ouis futura febre agit. y ob torporem.

Videris, aut ſummas carpentem ignauius[a] herbas,
Extremamq.[b] ſequi, aut medio procumbere campo
Paſcentem, & ſerae[c] ſolam decedere nocti:
Continuo ferro[d] culpam compeſce prius, quam
Dira per incautum ſerpant contagia[e] uulgus:[f]
Non tam creber, agens hiemem ruit aequore turbo,
Quam multae pecudum peſtes: nec ſingula morbi
Corpora corripiunt, ſed tota aeſtiua[g] repente,
Spemque,[h] gregẽq. ſimul, cũctaq. ab origine gentem.
Tum ſciat, aerias[i] alpes, & Norica ſi quis
Caſtella in tumulis, & Iapidis[k] arua Timaui,
Nunc quoque poſt tanto[l] uideat, deſertaq. regna
Paſtorum, & longe ſaltus, lateq. uacantes.
Hinc quondam morbo[m] caeli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas,[n] totoq. autumni[o] incanduit aeſtu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:
Corrupitq. lacus, infecit pabula[p] tabo.
Nec uia[q] mortis erat ſimplex: ſed, ubi ignea[r] uenis
Omnibus acta ſitis miſeros adduxerat artus,
Rurſus abundabat fluidus[s] liquor, omniaq. in ſe
Oſſa minutatim[t] morbo collapſa trahebat.
Saepe in honore[u] deum medio ſtans hoſtia ad aram,
Lanea[x] dum niuea circumdatur infula[y] uitta,
Inter cunctantes[z] cecidit moribunda miniſtros:
Aut, ſi quam ferro mactauerat[aa] ante ſacerdos,

a *Alij, Segnius.* b *Ob laſſitudinem.* c *Alij, Sera nocte.* d *Venam ſeca. Col.* e *Gregem contagione inficiat.* f *Pleonaſmus.* g *loca poſuit pro animalibus.* h *Agnos ſimul cũ matribus.* i *Celſiſſimas.* K *Venetias: nam Iapidia pars eſt Venetiarũ, ab Iapido opido ſic dicta.* l *Poſt tot ſaecula.* m *Aere corrupto.* n *Peſtis.* o *Qui ſuapte natura eſt peſtifer.* p *Alimenta.* q *Nec ſimplici morte moriebantur. S. ex Sal. ut lib. 2. ſupra, Nec modus inſerere atque oculos imponere, ſimplex.* r *Pathos a mo[d]o, de quo Macro. lib. 4. c. 2.* ſ *humor ſordidus.* t *Senſim, & paullatim.* u *In ſacrificijs.* x *Alias, Linea.* y *Quae utrimq. ab hoſtia mactanda dependebat.* z *Qui ferire cunctabantur.* aa *praeueniens eius mortem.*

Inde[a] *neque impositis ardent altaria fibris,*
Nec[b] *responsa potest consultus reddere uates,*
Ac uix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaq. ieiuna[c] *sanie infuscantur arena.*
Hinc[d] *laetis dituli uulgo*[e] *moriuntur in herbis,*
Et dulces animas plena ad praesepia reddunt.
Hinc canibus blãdis[f] *rabies uenit, et quatit aegros*
Tussis[g] *anhela sues, ac faucibus angit*[h] *obesis.*
Labitur infelix studiorũ, atque immemor[i] *herbae*
Victor[k] *equus, fontesq. auertitur,*[l] *& pede terrã*
Crebra ferit: demissae[m] *aures: incertus*[n] *ibidem*
Sudor: & ille quidem morituris frigidus:[o] *aret*
Pellis,[p] *& ad tactum tractanti dura resistit.*
Haec ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu coepit crudescere[q] *morbus:*
Tum uero ardentes oculi, atq. attractus ab alto
Spiritus,[r] *interdum gemitu grauis: imaq. longo*
Ilia singultu[s] *tendunt: it naribus*[t] *ater*
Sanguis, & obsessas[u] *fauces premit aspera lingua.*
Profuit inserto latices[x] *infundere cornu*
Lenaeos: ea uisa salus morientibus una:
Mox erat hoc ipsum exitio, furijsq.[y] *refecti*
Ardebant; ipsiq. suos iam morte sub aegra

a *ex macta ta hostia q. dicat, Ex sacrificiorũ ustione nidor non sentiebatur.*
b *Extinspex ex fibris ueneno corruptis nihil praesagire potest.*
c *Pauca sanie.*
d *Ex peste.*
e *passim.*
f *uel blandis canibus nascitur pestilentia.*
g *Angina fauces illorũ inuadit.*
h *Alludit ad anginã; qua obstructis faucibus, extrinsecus densae apparent.*
i *Graminis scilicet. quidam tamen subtilius pro uictoria accipiunt.*
K *Pathos, a fortunae mutatione.*
l *Auersatur.*
m *Flaccae, et contractae.*
n *Frigidus sudor, teste Hippocrate, in morbis acutis, letalis est.*
o *uel cuius caussa non est ex aliquo exercitij genere; uel non decretorius.*
p *Lucr. lib. 6. Frigida pellis Duraq.*
q *Ingrauescere.*
r *Anhelitus grauis, & ingens.*
s *Ob uentriculi conuulsionem.*
t *Propter adustionem humorum.*
u *clausas. asperam uero linguam dicit ob siccitatem.*
x *Vinum. Colum. uocat Insundibulum.*
y *Vino refocillati in rabiem agebantur.*

(Dij meliora [a] pijs, erroremq. [b] hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub uomere taurus
Concidit, [c] & mistum spumis uomit ore cruorem,
Extremosq. ciet gemitus. it tristis arator,
Maerentem abiungens fraterna [d] morte iuuencum;
Atque opere in medio defixa reliquit aratra.
Nō [e] umbrae altorū nemorum, non gramina possunt
Grata mouere [f] animum, non qui per saxa uolutus
Purior electro [g] campum petit amnis. [h] & ima
Soluūtur [i] latera, atque oculos stupor urget inertes,
Ad terramq. fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor, aut benefacta iuuāt? quid uomere terras
Inuertisse graues? atqui non Massica [k] Bacchi
Munera, non illis epulae nocuere repostae.
Frondibus, & uictu pascuntur simplicis herbae.
Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita [l] cursu
Flumina, nec somnos abrumpit cura [m] salubres.
Tempore non alio [n] dicunt regionibus illis
Quaesitas ad sacra [o] boues Iunonis, & [p] uris
Imparibus ductos alta ad donaria [q] currus.
Ergo aegre rastris terram rimantur, [r] & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges, montesq. per altos
Contenta [s] ceruice trahunt stridentia plaustra.

a Lucil. l. 26. Satyr. Dij monuerīt meliora, atque amētiam auerruncassint meam. b Alij, Ardoremq. c Moribundi tauri hypothyposis, ut supra, equi fuit. d Consortis īteritu, tauri iugalis scilicet. e Imitatur Lucret. f In sui desiderium illicere. g Succini, quo abūdat Glessana īsula. Plin. Hodie magna copia est in litore Venetici sinus apud Cauros, et Samlandos. h Eod. modo ī Cerere Callimach. i Labascunt, intercidunt, oculi quoque stupent, et hebetes fiunt. K hoc est, nec crapula, nec gula morbum illum cōtraxerant. l Non stagnalia, sed profluentia. m qui concoctionem promouent. n quam quo pestis grassabatur. o Alludit ad fabu. de Bythome, & Cleobe, fratribus. uide Valer. lib. 5. c. 4. p bobus agrestibus: de quib. Caes. lib. VI. Bel. Gal. q Donatus accipit pro templis, sicut & puluinaria interdum accipit. r In rimas agunt. s Sic Byton, & Cleobis matrem ceruice traxerunt ad sacra Iunonis.

Non

Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnis [a] *obambulat.* [b] *acrior illũ*
Cura domat. timidi damae, ceruiq. fugaces,
Nunc interq. canes, & circum tecta uagantur.
Iam maris [c] *immensi prolẽ, et genus omne* [d] *natãtũ*
Litore in extremo, ceu naufraga [e] *corpora,* [f] *fluctus*
Proluit: insolitae fugiunt [g] *in flumina* [h] *Phocae.*
Interit & curuis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis adstantibus hydri.
Ipsis est aer auibus non aequus, [i] *& illae*
Praecipites alta uitam sub nube relinquunt.
Praeterea, nec iam mutari pabula [k] *refert:*
Quaesitaeq. nocent artes, cessere [l] *magistri,*
Phillyrides [m] *Chyron, Amythaoniusq.* [n] *Melãpus.*
Saeuit, & in lucem Stygijs [o] *emissa tenebris*
Pallida Tisiphone, morbos agit ante, metumq.
Inq. dies auidum surgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentesq. sonant [p] *ripae: collesq. supini.*
Iamq. cateruatim [q] *dat stragem, atq. aggerat ipsis*
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo,
Donec humo [r] *tegere, ac foueis abscondere discunt.*

a *Noctu; ut, Matutinus pro, Mane.* b *Insidiatur ab ambulando.* c *Pestis et pisces inuadit.* d *Pisces.* e *Naufragio eiecta.* f *Fluctuũ ea est natura, ut alius alium propellat, atq. secum ferat quidquid in hoc continetur, donec ad extremũ litus peruenerit.* g *quasi timentes marinam pestilentiam.* h *Vituli marini. de quibus idem lib. 4. Georg. Sternunt se somno diuerso in litore phocae.* i *Perniciosus, pestilens: ut supra, Non aequus Acerris; pro nocentissimus.* K *Prodest. enumerat tres medicinae species, quarum nulla, pestilentia correptis quippiam praesidij potuerit afferre.* l *Lucr. lib. VI. Mussabat tacito medicina timore.* m *Medicinae inuentor Saturni, et Phyllarae filius. hos autem duos per synecdochen, pro quibuslibet praestantissimis medicis, ponit.* n *Amythaonis filius, artis diuinandi peritissimus. qui & helleborum primus inuenisse dicitur. Plin. & Theophr. Homero, & Ouidio, testib.* o *Infernalibus.* p *Per Echo resonant.* q *Lucr. l. VI. Inde cateruatim morbo, mortiq. dabãtur. Et paullo post: Confertos ita aceruatim mors accumulat.* r *Inhumare: antiqui aũt corpora cremabãt.*

Nam neq. erat corijs [a] usus: nec uiscera [b] quisquã
Aut undis abolere [c] potest, aut uincere flamma.
Nec tondere quidem morbo, illuuieq. [d] peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verum [e] etiam, inuisos si quis tentaret amictus,
Ardentes papulae, [f] atq. immundus [g] olētia sudor
Membra sequebatur; nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus sacer ignis [h] edebat.

a quippe morbo putre factis.

b nec lauari, nec coqui poterant.

c Vis enim ueneni semper inhaeret.

d Sanie, quae lanam reddit intonsilem. e Alij, Quin etiam. f Carbunculi, pustulae; Graece, ἄνθρακες. g Lucret. lib. 6. Sudorisq. madens per collum splendidus humor. Et Nicand. in Alexiphar. simili modo. h Erysipelas proprie; sed hic potest & de peste accipi. Lucret. lib. 6. Corpus, ut est, per membra sacer cum diditur ignis.

GEORGICORVM
LIB. IV

ARGVMENTVM

Quarto hoc libro apum curam, mellificiiq. rationem, quae pars in generali operis totius propositione postrema erat, copiosissime exsequitur. cumq. argumentum hoc adeo angustum esset, ut intra paucos uersus posset consumi, uarijs id digressionibus dilatat, iucundisque translationibus amplificat, & exornat. nam & suam quandam apibus rempub. assignat, reges ipsis tribuens, castra, praetoria, urbes, populos, officia, studia, & mores: idque tanta commoditate, ut nusquam immemor suarum translationum a proposito excedat. Potest autem et hic liber in duas partes secari. in priori enim eius parte propugnandarum, conseruandarumq. apum curam exsequitur: in posteriori rationem, qua, cum funditus interierint, denuo possint reparari. Huius inuenti auctorem Aristaeum quendam pastorem facit: qui primus amissas apes, iugulatis aliquot boum iugis, creditur reparasse.

ALIVD. ARGVMENTVM
HERENNII. MODESTINI
IVRISCONSVLTI

Protinus aerij mellis redolentia regna,
Hyblaeas & apes, alueorum & cerea tecta,
Quiq. apibus flores, examina quaeq. legenda,
Indicat, humentesq. fauos, caelestia dona.



ROTINVS [a] aerij [b] mellis caelestia [c] dona
Exsequar: hanc etiam, Maecenas, adspice [d] partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & proelia dicam.
In tenui labor, [e] at tenuis non gloria; si quem
Numina [f] laeua sinunt, auditq. uocatus [g] Apollo.
Principio, sedes [h] apibus, statioq. petenda:
Quo neque sit uentis auditus, (nam pabula uenti
Ferre domũ prohibent) neq. [i] oues, haediq. [k] petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, [l] Meropesq, aliaeq. uolucres
Et manibus Progne [m] pectus signata [n] cruentis.
Omnia nam late uastant, ipsasq. uolantes
Ore ferunt, dulcem nidis [o] immitibus escam.
At liquidi fontes, [p] & stagna [q] uirentia musco

a Deinceps, exinde. propositio est, admistã habens dedicationem operis, per Apostrophen. b nam mel ex rore colligitur, qui ex aere aefluit: unde est, Caelestia dona Graecis δροσόμελι, & ἀερόμελι. Latinis, mel aerium, uel mel roridũ, & Manna, dictum. est enim quasi quidam caeli sudor; siue siderum saliua, aut potius se purgantis aeris succus. Plin. lib. 11. c. 19. c Attentionem captat; cum operis tractandi dignitatem ostendit: ut etiam ibi, Admiranda tibi &c. d Agriculturae scilicet, quae non minus grata esse debet, quã superiores. e Amplificatio per translationem. Gell. lib. quinto, cap. 12. Lactã. l. 2. c. 16. f Romani ea uocabãt, numina laeua, quae placãda erãt, ne obessent, cũ tamẽ nocẽdi potestatẽ haberẽt. g Inuocatus. h Col. l. 9. c. 5. i Lucre. l. 2. Cornigerae norunt matres, agniq. petulci Balatum pecudis. K lasciui exsultantes. l Apiarijs, uel aluearibus melle pinguibus. m hirundo. n Natũ ex fab. Oui. 6. Meta. Signa autẽ sunt ex caede Itys filij. o pullis crudelibus, qui apum morte nutriuntur. p Quibus mirifice delectantur apes. q Lucre. l. 5. Humida saxa super uiridi stillatia musco.

Adsint,

Adsint, & tenuis [a] fugiens per gramina riuus:
Palmaq. [b] uestibulum, aut ingens oleaster obūbret,
Vt, cum prima noui ducent examina reges
Vere suo, [c] ludetq. fauis emissa [d] iuuentus,
Vicina inuitet decedere [e] ripa calori,
Obuiaq. hospitijs teneat frondentibus arbos,
In medium, seu stabit iners, [f] seu profluat humor,
Transuersas salices, & grandia conijce saxa,
Pontibus ut crebris possint consistere, & alas
Pandere ad aestiuum Solem; si forte [g] morantes
Sparserit, aut praeceps [h] Neptuno [i] imerserit Eurus.
Haec circum casiae uirides, & olentia late
Serpylla, & grauiter [k] spirantis copia thymbrae
Floreat, irriguumq. bibant uiolaria [l] fontem.
Ipsa autem, [m] seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia uimine [n] texta,
Angustos habeant aditus. [o] nam frigore mella
Cogit hiems, eademq. calor liquefacta remittit.
Vtraq. [p] uis apibus pariter metuenda. neq. illae
Nequidquam in tectis certatim tenuia cera

a Nam ait, aquam, quae ipsae oblectantur, tribus digitis altiorem esse non debere: quare bene ait Virg. Tenuis riuus. Col. l.9 c.5. Alioquin e iimti mendum ne submergantur.
b Hunc locum expli. Col. l.9. c.5
c sibi grato, & aptissimo.
d Apes, per Metaphorā ut saepe.
e ut supra:

Decedere nocti. f siue stagnans, aut putealis sit aqua; siue praeterfluens.
g tarde remeantes ex pascuis. h Ventus praecipites dederit in aquam.
Eod. fere modo Colu. lib.9.c.4. i Neptunus hic pro aqua ponitur; quod re-
cte fieri, docet Orpheus ἐν τῷ μικρῷ κρατῆρι. K suauiter: alibi est, pro
Male. l Loca, in quibus magna uiolarum copia est. His addes thymum,
origanum, ederam, rorem marinum, quam Lybanotin uocant, melissophylon,
& alias aliquot herbas bene olentes. Aristot. & Var. m Alueos optimos
ex subere, uel ferrula fieri; deterrimos autem esse fictiles, auctor est Colu.
l.9.c.5. n Hos duos tantum faciendi aluei modos agnoscit Virg. Hodie ue-
ro fiunt ex diuersa materia, ut apud Germanos, ex truncis pineis excauatis,
fere fiunt, aut medijs arboribus siluestrib. quales pleraeq sunt in Sarmatia
Europaea, in qua, si uspiā alibi, maxima est mellis optimi uindemia. o Fora
mina tātilla, ut uix maius apis capacia sint. p tam caloris, quàm frigoris.

Spiramenta [a] linunt, [b] fucoq. & floribus oras
Explent, collectumq. hac ipſa ad munera [c] gluten,
Et uiſco, & Phrygiae ſeruant picae lentius Idae.
Saepe etiam, effoſſis (ſi uera [d] eſt fama) latebris,
Sub terra fodere [e] larem, penitusq. repertae
Pumicibusq. [f] cauis, exeſaeq. arboris [g] antro.
Tu tamen & leui rimoſa cubilia [h] limo [i]
Vnge, fouens circum, & raras ſuperinijce frondes.
Neu propius tectis taxum [k] ſine, ne ue rubentes
Vre foco [l] cancros, altae neu crede paludi;
Aut ubi odor coeni [m] grauis, aut ubi concaua pulſu
Saxa ſonant, [n] uociſq. offenſa reſultat [o] imago.
Quod ſupereſt, ubi pulſam hiemem [p] ſol aureus egit
Sub terras, [q] caelumq. aeſtiua luce recluſit,
Illae continuo ſaltus, ſiluaſq. [r] peragrant,
Purpureoſq. metunt [s] flores, & flumina [t] libant
Summa leues: hinc, neſcio [u] qua dulcedine laetae,
Progeniem, nidoſq. [x] fouent. hinc arte recentes

a quae ſupra uocauit Aditus.

b Germani in hoc apes iuuant: nam ipſimet arborem excauatam, (ex qua eos aluearia cõficere ſupra monuimus) extrinſecus ligno obturant, muſco illam & argilla circũquaque illinẽtes. paullo aliter Pallad. & Colu. lib. 10. de re ruſt. c Officia coanguſtandarum cauernarum. d Dubitare uidetur Virg. cum tamen non ſolum circa Thermodoonta apes ſint in terris degentes, ſed etiam in pleriſque Germaniae partib. & praecipue in Sarmatia Europaea. e Circa Thermodontem amnem apes, aut in cauis arboribus, aut ſubter terram mellificant, teſte Ariſto. lib. 5. de natu. animal. c. 22. cui & Pli. accedit. f Lapidibus cauernoſis. Alibi: Punice latebroſo. g Vetus codex Vrſini, habet, Aluo. h Alueos per metaphorã. i aut ſimo bubulo, teſte Col. K Venenatam arborem, a qua mel peſſimum gignitur. in Bucolicis: Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos. l Cẽſet enim Plin. eodem ipſas examinari. m Sterquilinij. n Reſonat Echo. o Echo ſcilicet. p Periphraſis primae aeſtatis, quando fabae florent, poſt exortum uergiliarum. q Ad Antipodas, & Antithonas noſtros. r Totus hic locus, quandã quaſi apum remp. continet. Vide Pli. l. 11. c. 17. ſ Secãt. t Sine quib. neq. faui, neq. pulli, neq. mella figurãtur. u Hac dubitatione, immẽſum quẽdã amorẽ apũ in fetus exprimere conatur. x Fauos.

Excudunt ceras, & mella [a] *tenacia fingunt:* [b]
Hinc, ubi iam emissum caueis [c] *ad sidera caeli*
Nare per aestatem [d] *liquidam suspexeris agmen,*
Obscuramq. trahi uento mirabere [e] *nubem,*
Contemplator: aquas dulces, & frondea semper
Tecta petunt. huc [f] *tu iussos adsperge* [g] *sapores,*
Trita [h] *meliphylla,* [i] *et Cerynthae* [k] *ignobile gramẽ:*
Tinnitusq. [l] *cie, & Martis* [m] *quate cymbala circũ.*
Ipsae consident medicatis [n] *sedibus: ipsae*
Intima more [o] *suo sese in cunabula condent.*
Sin autem ad pugnam exierint; (nã saepe [p] *duobus*
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq. animos uulgi, [q] *& trepidantia bello*
Corda licet longe praescíscere. namque morantes
Martius ille aeris rauci canor increpat; & [r] *uox*
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidae [s] *inter se coeunt, pennisq.* [t] *coruscãt:*
Spiculaq. [u] *exacuunt rostris, aptantq.* [x] *lacertos:*

a *quia, fauis inuersis, mel tamen inde nõ funditur.*
b *Alibi, Fingunt.*
c *Aluearibus.*
d *Ver serenum.*
e *Examen conglobatũ.*
f *Ad alueos.*
g *Examina siluestria, quõ capiẽda.*
h *Ferebantur olim herbae ad succum exprimẽdum, quẽ hic saporem per synecdochen uocat. nam tantum liquamenta adhibebant: hodie autem arte distillatoria per alembicum, ut uocant, inuenta; (cuius ministerio aqua melissophylli, & cerinthae in prõptu est) huiusmodi aquis locum, in quo examen consedit, antea conspergunt; uel, iuxta Varr. aqua mulsa.* i *per syncopen; quae Col. Melißophylla uocat.* K *id est, uile, ob copiã ubique n. nascitur.* l *In Germania peluim pulsant rustici, ea re, ut sic perterritae in alueas trahantur, aut potius delectationis caussa. Auctore Pli. Mirũ autẽ quã musicis oblectentur, & cithara ẽt iratae placẽtur. Quod etiã, tametsi satis multa experiẽtia cognitũ, Var. refert* m *deorum. i. Cybeles. Lucre. l. 2. Ouid. 4. Fast. & Eusebius.* n *Quas ita adsperseris.* o *naturali ratione, cuius caussa latet. quis enim nouit, cur aeris sono redeant in aluearia?* p *Nam eorum regnum consortis impatiens est.* q *Apicularum plebeiarum.* r *Bembus, ut buccina aliqua. Plin.* s *Hypotyposis apum in aciem prodeuntium. Trepidae i. festinantes; non pauore consternatae.* t *Apes pennis ita resplendent, sicut milites armis.* u *Aculeos, metaphora.* x *Tamquam ingentem impetum facturae sint.*

Et circa regem,[a] atq. ipsa ad praetoria[b] densae
Miscentur, magnisq. uocant[c] clamoribus hostem.
Ergo, ubi uer nactae sudum,[d] camposq. patentes,
Erumpunt portis: concurritur: aethere in alto
Fit sonitus: magnum mistae glomerantur[e] in orbē,
Praecipitesq. cadunt. non densior[f] aere grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi[g] per medias acies, insignibus alis,
Ingentes animos angusto[h] in pectore uersant.
Vsq. adeo obnixi[i] non cedere, dum grauis aut hos,
Aut hos uersa fuga uictor dare terga coegit.
Hi motus[k] animorum, atq. haec certamina tanta,
Pulueris exigui iactu[l] compressa quiescent.
Verum, ubi ductores acie reuocaueris[m] ambos,
Deterior qui uisus, eum, ne prodigus[n] obsit,
Dede neci:[o] melior, uacua sine regnet in aula.
Alter erit[p] maculis auro squalentibus ardens.
(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis, et ore,
Et rutilis clarus squamis:[q] ille horridus[r] alter

a Regem stipant frequentes, ut postea ait. b Imperatoris tabernaculum; more Romanorum. c Prouocant. d Aerem purum, & liquidum; non nubibus clausum. e ut cerni rex non possit. f Duplici similitudine casum apum proelio decertantium explicat. g Reges magnanimi in medio aciei perstant. h Auctor Priap. Ingenio pugnax; corpore paruus erat. Et in antiquo lapide Romae, epigramma lepidissimum incisum est, in quo huiusmodi uersus legitur: Corpore in exiguo res numerosa fui. i Obfirmati, obstinati animis. K Dimicatio pulueris iniectu discutitur. Sic & Varro sensit: melius tamen facias, si aquam mulsam inter eas infundas, teste Colu. lib. 9. c. 10. l Viso enim puluere, tempestatem futuram, plurimum eis nocentem, timent. m Narrat VV. Germanis saepe usu uenire, ut tres reges unico alueo contineantur; optimum uero, ab apibus nutriri, reliquos fame commori. n Mella consumes. o Idem Varro lib. 3. c. 16. p Virgilius hic Aristotelis imitator. Col. q id est, aureis maculis, metaphoricōs: squamae.n. ut in piscibus squalent, siue micant, ita etiam splendent in apibus. Plin. Aristot. de histo. animal. Col. de re rusti. lib. 9. r Pilosus.

Desidia,

Desidia, latamq.[a] *trahens inglorius aluum.*
Vt[b] *binae regum facies, ita corpora*[c] *gentis.*
Nãque aliae turpes horrent, ceu puluere ab alto
Cum uenit, & terram sicco spuit[d] *ore uiator*
Aridus. elucent[e] *aliae, & fulgore coruscant*
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Haec potior soboles: hinc caeli tempore certo
Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida,[f] *et durũ*[g] *Bacchi domitura*[h] *saporem.*
At, cum incerta[i] *uolant, caeloq. examina ludunt,*
Contemnuntq. fauos, & frigida tecta relinquunt:
Instabiles[k] *animos ludo prohibebis inani:*
Nec magnus prohibere labor. tu regibus alas
Eripe.[l] *non illis quisquam cunctantibus*[m] *altum*
Ire iter,[n] *aut castris audebit uellere*[o] *signa.*
Inuitent croceis halantes[p] *floribus horti;*
Et custos furum, atque auium, cum falce saligna
Hellespontiaci[q] *seruet tutela Priapi.*
Ipse thymum, pinosq. ferens de montibus altis,

a *Non rotundam, ut alter.*
b *Quae sit optima regis forma, uide Colu. lib.9.c.10. Plin. l.11. c.16.*
c *Nã, qualis rex, talis populus.*
d *Veget. lib.1.*
e *Pulchri coloris, & nitidi, leuesq. Colu. lib.9.c.6.*
f *Pura, defaecata.*

g *Mulsum intelligit.* h *ad mella procreanda. quia maiores ui-*
na asperrima mellis dulcedine temperabant. i *Signa abiturientium*
apum. Vide Aristot. lib. 9. c. 40. de histor. animalium.
k *Col. lib.9. c. 13. Plin. lib. 11. c. 17.* l *Sic & Plin. suadet.*
m *Sublime uolare.*
n *Manent enim apes residente rege, & loci amoenitate ducti. Ger-*
manis apum discessum praesentientibus, mos est, arundineas stellas com-
pingere, quibus inclusi reges, alueisque inserti facile continentur, ne
abeant. o *Metaphora a militibus; qui abituri castris uexilla euel-*
lebant. Euulsa enim signa, abeundum; fixa, permanendum esse, militi-
bus indicio erant. Quae inter signa militaria muta, sicut & symbo-
lum, & tessera, numerantur. p *Fragrantes.*
q *Lampsaci nati, quae ciuitas est in Hellesponto. de hoc uide Apollonij*
interpretem.

Tecta[a] ſerat late circum, cui talia curae:
Ipſe labore manum duro terat: ipſe feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
Atq. equidem, extremo ni iam ſub fine laborum,
Vela traham,[b] et terris feſtinem aduertere[c] prorã,
Forſitan, & pingues hortos quae cura colendi
Ornaret, canerem, biferiq.[d] roſaria[e] Paeſti,
Quoq. modo potis[f] gauderent intyba[g] riuis,
Et uirides apio[h] ripae, tortusq. per herbam
Creſceret in uentrem cucumis: nec ſera[i] comantem
Narciſſum, aut flexi[k] tacuiſſem uimen acanthi,
Pallantesq. ederas, & amantes litora myrtos.
Namq. ſub Oebaliae[l] memini me turribus altis,
Qua niger[m] humectat flauentia culta[n] Galeſus,
Corytium[o] uidiſſe ſenem: cui pauca[p] relicti
Iug ra ruris erant: nec fertilis[q] illa iuuencis,
Nec pecori opportuna[r] ſeges, nec cõmoda[s] Baccho.
Hic rarum tamen in dumis olus, albaq. circum
Lilia, uerbenasq. premens, ueſcumq.[t] papauer,

a Circum aluearia.

b Ut nautae ad portum tendentes.

c Synecdochicῶs; pro, Nauim.

d Ariſtophanes διφόρου, dixit.

e opidũ eſt Cãpaniae, in quo bis in anno roſa naſcitur.

f Indicat locis humidis intyba naſci felicius: amat enim in tybum humores & ſolutam terram.

g Cichoreae ſilueſtres.

h Videtur intelligere ἐλεοσέλινον, cuius apud Homer. & Nicandr. mentio fit; aut etiam apium hortenſe, quod uulgo improprie Petroſelinum dicitur.

i Pro, ſero; per ἀντιμερίδα. narciſſus enim poſtremus omnium floret.

K Flexibiles.

l Periphraſtice Tarentum ſignificat, ab Oebalijs, id eſt Lacedaemonijs, in Calabriae finib. conditum. Strab. l. 6.

m Al. Piger.

n Flu. Calabriae.

o Cilicem.

p deſerti, atq. contempti, a ſuis. ſic quidã exponũt. Mihi tamen uidetur potius illo uerbo Relicti, attingere diuiſionem agri Tarentini, factã a Pompeio ueteranis militibus, & paucis Cilicibus (quos Corycios hic, ab Coryco opido uocat) quibus remigum loco uſus erat; ex quorum numero, ſenem tunc agripetã uidiſſe ſeſe ait uerſu praecedente.

q Non erat rus paſcuum. de quo l. 3.

r Non erat rationabile. de quo in l. 1.

ſ Ne uineaticum rus erat, de quo l. 2. ſupra.

t Eſculentum, ſeu Cereale. Col.

Regum aequabat opes [a] animis; seraq. reuertens
Nocte domũ, dapibus mensas onerabat inemptis.
Primus uere rosam, atq. autũna carpere [b] poma.
Et, cum tristis hiems etiam nunc [c] frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum,
Ille [d] comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Aestatẽ increpitans seram, Zephyrosq. [e] morãtes,
Ergo apibus fetis idem, atque examine multo
Primus abundare, [f] & spumantia [g] cogere pressis
Mella fauis: illi tiliae, [h] atque uberrima [i] pinus:
Quotq. in flore nouo [k] pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem [l] autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in uersum distulit [m] ulmos,
Eduramq. [n] pirum, & spinos iam pruna ferentes,
Iamq ministrantem platanũ potantibus umbram.
Verum haec ipse equidem spatijs disclusus [o] iniquis
Praetereo, atq. alijs [p] post cõmemoranda relinquo.
Nunc [q] age, naturas apibus [r] quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum [s] sonitus, crepitantiaq. aera [t] secutae,
Dictaeo caeli regem pauere [u] sub antro.
Solae [x] communes natos, consortia tecta

a non potestate: sed quia regum more cibis non comparatis utebatur. b pro Carpebat, per Enallagen. c Al. Etiãnum. d Et sic etiã in gelidissima hieme sua uoluptate nõ caruit. e Qui uere sperant. f Enallage. g Redundãtia. h Hic a Vir. dissentit Colum. l.9.c.4. tiliã apibus imprimis esse noxia tradẽs. i Pinus, fauis faciendis; tilia, melli prodest; etsi reclamet Colum. K Vere. l Vide Arist. problem. sect. 20. m pro, Trãstulit in ordinem, aut quincuncem. n Nimis duram. S. Praegrandem. Robustam. VV. o Alij, Exclusus. p Hoc Col. praestitisse VV. auctor est. q Transitio est perelegans; qua etiam usus est Lucr. lib. 2. Nunc age; dicta meo dulce quaesita labore Percipe. r Mores, officia, atque adeo quandam apum remp. depingit. s Qui & Corybantes dicti sunt, populi Cretae. t Cymbala. u Atlantis filiae, ex Pleione nympha; quae Iouem in Dyctaeo specu educarunt. x Commendat apes a rerum omnium communione: quam etiam sua repub. desiderat Plato; quam etiam Socrates, praeceptor eius, mire solet probare.

Vrbis

Vrbis habent, magnisq. [a] agitant ſub legibus aeuũ:
Et patriam ſolae, & certos nouere penates:
Venturaeq. hiemis memores, [b] aeſtate laborem
Experiuntur, & in medium quaeſita reponunt.
Namq. aliae uictu [c] inuigilant, & foedere pacto
Exercentur agris. pars intra ſaepta domorum
Narciſſi lacrymã, [d] & lentum [e] de cortice glutẽ,
Prima fauis ponunt fundamina: [f] deinde tenaces
Suſpendunt ceras. aliae, ſpem gentis, [g] adultos,
Educunt [h] fetus: aliae puriſſima mella
Stipant, & liquido diſtendunt nectare [i] cellas.
Sunt, quibus ad portas cecidit cuſtodia [k] ſorti;
Inq. uicem ſpeculantur aquas, & nubila caeli;
Aut onera accipiunt [l] uenientũ; aut, agmine facto,
Ignauum [m] fucos pecus a praeſepibus arcent.
Feruet opus, [n] redolentq. thymo fragrantia mella.
Ac [o] ueluti uentis Cyclopes fulmina maſſis
Cum properant; [p] alij taurinis follibus auras
Accipiunt, redduntque; alij ſtridentia tingunt
Aera [q] lacu, [r] gemit impoſitis incudibus [s] Aetna;
Illi inter ſeſe magna ui brachia tollunt

a immutabilibus.
b Hinc earum prudentia perſpicitur; qualis & eſt in formicis; ad quarum exẽplum nõ Solomon inuitauit.
c Pro, Victui, archaiſmus.
d humorem alluſit ad fabulam: quia Narciſſus puer in florem eſt conuerſus.
e Tenax.
f Propolin uocant, duriore cera.
g apiculas ἐκ τῶν σχαδόνων iam ſolutas. pariunt.n. poſt brumale ſolſtitium, & poſt 40. dies, pulli rupto operculo, (quod σχάδονην Graeci uocant, cumque nutrices apiculae tamdiu fouerunt) exeuntes, nutriũtur cetragine. h enutriũt. Ter. And. Bene & pudice eius doctum atq. eductum ingenium. i Pro, Melle. K Ex ſorte militari more. porro totum hoc locum paucis uerbis immutatis repetit l. 1. Aen. l Depoſitoriae ſunt, nam depoſitum ſeruant. m per appoſitionem. Ariſtotelem eſt imitatus, qui fucum ἄκεντρον καὶ νωθρὸν, appellauit. n plura de his Plin. lib. 11. c. 10. o apum feſtinationem oſtendit comparatione Cyclopum. p Propere cudunt. q Pro quouis metallo. r In quo ſubinde candens ferrum immerſum ſtridet. ſ Alij, Antrum, leg.

In

In numerum,[a] uersantq. tenaci forcipe[b] ferrum:
Non aliter (si parua licet componere[c] magnis)
Cecropias[d] innatus apes[e] amor urget habendi,
Munere quamq. suo. grandaeuis opida curae;
Et munire[f] fauos, & Daedala[g] fingere tecta.
At fessae[h] multa referunt se nocte minores,
Crura[i] thymo plenae: pascuntur et arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamque, crocumq. rubentem,
Et pinguem tiliam,[k] & ferrugineos[l] hyacinthos.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
Mane ruunt portis: nusquam mora. rursus, easdem
Vesper ubi e pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit sonitus, mussantq.[m] oras, & limina circum.
Post,[n] ubi iam thalamis se composuere, siletur
In noctem, fessosq. sopor suus[o] occupat artus:
Nec uero a stabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt[p] caelo aduentantibus Euris:
Sed circum tutae sub moenibus urbis[q] aquantur,
Excursusq. breues tentant:[r] & saepe[s] lapillos,
Vt cymbae instabiles[t] fluctu iactante saburram,

a Ita ut ex alternis ictib. uelut concertus quidā musicus audiatur, ex quo Pythagoras symphoniā obseruasse dicitur.
b Quinque hos uersus repetit l.8. Aen.
c In Bucol. Ecl. I. sic paruis componere magna solebā.
d Athenienses; a Cecropo Atticae rege, ubi mella nascūtur optima.

e Optimas, quales erant Atticae: nā inter oīa mellis genera Atticū est laudatissimum. unde h. κατ' ἐξοχὴν, Cecropias potissimum noīat apes: ut alibi, Thymum Cecropium. f Contra fucos, calorē, et frigus. g quasi dicat, Artificiosa: sic, δεδάλεια ἔργα, dixit Euripides in Eurysthaeo, & Cratinus in Thraptis. h Iuniores adhibent uires sui corporis et ad opera exeunt. i Primis n. pedib. excipiunt mel, cum flores perreptauerint; excepta medijs figurant; figurata, postremis cōmittunt. K Quod & Plin. approbat, sicut experientia apud Lituanos testatur; frustra reclamāte Col. l nigri coloris. m Murmurant. n Transtulit locum Arist. l. 9. de hist. Animal. o ipsis aptus: ut illud supra: Vere suo. p Non se fidunt aeri uolaturae. q Aquā hauriunt e uicino: r Apum prudentia. s Ead. Plin. lib. 11. c. 10. t fluctuantes.

Tollunt.

Tollunt. his ſe ſe per inania nubila librant.
Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem,
Quod nec cōcubitu[a] indulgent, [b] nec corpora ſegnes
In Venerem ſoluunt, [c] aut fetus [d] nixibus [e] edunt.
Verum ipſae folijs natos, & ſuauibus herbis
Ore [f] legunt: ipſae regem, paruosq. [g] Quirites
Sufficiunt, aulasque, & cerea [h] regna [i] refigunt.
Saepe etiam duris errando in cotibus [k] alas
Attriuere, ultroq. animam ſub faſce [l] dedere:
Tantus[m] amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipſas quamuis anguſti[n] terminus aeui
Excipiat, (neq. enim plus ſeptima [o] ducitur aeſtas)
At genus immortale[p] manet: multosq. per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur [q] auorum.
Praeterea regem non ſic Aegyptus. & ingens
Lydia; nec populi Parthorū, aut Medus [r] Hydaſpes

a Pro, Concubitui; ut ſupra, Victu inuigilant. b Hinc eas Antiphilus ἐυαγέας dixit. c Energia eſt, in hoc uerbo, Soluunt; ex Veneris praeſertim immodicae natura; qua infirmiora reddi corpora, Pythagoras olim ſcribitur dixiſſe, & adhuc nonnulli ſuo magno malo quotidie docentur. Fruſtra autem quidā hic Euallagen cōſtituūt, & Soluūt, pro ſoluuntur, exponūt. d Non pariūt. e De apum generatione uarias diuerſiſſimasq. ſentētias eſſe cōperio: unde quid potiſſimū ſequendum ſit, non facile dixerim. Plin. aūt l. 2. c. 16. gallinarū more eas incubare credit herbas ſuaues & flores; per quā incubationem uermiculus paſcitur, teſte Ariſt. l. 5. c. 21. de Animalib. quamuis de hoc poſtremo ſubdubitet Plin. quē uermiculū, ubi 40. dies fouerunt tandem ſuo motu σχάδονας, i. operculum rumpunt. f Quo fingunt σχάδονας. g Subditos. h fauos. i pro, fingunt. Al. Refingūt. K Rupib. et ſaxis, quae peruolitant. l onere. m Epiphonema eſt, perelegans. n Alij, Anguſtus. o Teſte Ariſt. l. 5. c. 21. de nat. animal. Col. uero l. 9. c. 3. decennes aliquando inueniri ait. p ſemper enim alijs aliae ſuccedunt. q alludit ad cognationis illuſtria ſchemata, in quibus familiae adhuc ſubſident. r Turbatur nō parū VV. quod hic legatur Hydaſpē Mediae fluuiū eſſe, cū id ex nullo alio ſcriptore cōſtet. Quinimo, Strabo, Arrianus, Plutar. & oēs Graeci & Latini (quos ipſe quidē uiderit) Indiae fluuiū hūc faciunt. iccirco, ſicubi ueterum exēplarium fides, ſuae opinioni accedat, hoc modo legere ſe hic malle teſtatur: aut Medus; Hydaſpeſue Obſeruant. ut ſit uerſus hypermeter; & Hydaſpes ſynecdochicōs, pro Indiae populis.

Obseruant. rege incolumi, mens omnibus una est;
Amisso, rupere fidem, constructaq.[a] mella
Diripuere ipsae,[b] & crates soluere fauorum.
Ille operum custos: illum admirantur,[c] & omnes
Circumstant fremitu denso, stipantq. frequentes,
Et saepe attollunt humeris; & corpora bello
Obiectant, pulchramq. petunt per uulnera mortẽ.
His quidam signis, atque haec exempla secuti,
Esse apibus partem diuinae[d] mentis, & haustus
Aetherios[e] dixere: deum[f] namq. ire per omnes
Terrasque, tractusq. maris, caelumq. profundum:
Hinc pecudes, armẽta, uiros, genus omne ferarum,
Quemq. sibi tenues nascentem arcessere uitas,
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta[g] referri
Omnia: nec morti esse locum; sed[h] uiua uolare
Sideris in numerum, atq. alto succedere caelo.
Si quando sedem augustam;[i] seruataq. mella
Thesauris relines:[k] prius[l] haustu sparsus aquarũ
Ora foue, fumosq. manu praetende sequaces.
Bis grauidus cogunt fetus, duo[m] tempora messis,
Taygete[n] simul os terris ostendit honestum

a Constipata, sicut crates sunt cõpagines.

b ipsaemet, mellis colligendi tam studiosae.

c De obseruantia apũ erga regem suum, uide Plin. l. 11. c. 17.

d Haec latius exsequitur lib. 6. Aen.

e diuinos spiritus.

f Videtur sentire Deũ esse spiritum in elementis, & ubiq. esse; ut ẽt supra Iouis omnia plena; etsi plerique hoc hemistichium ex Arato depromptum sentiant. Esto sane; confirmat hic idem. g dissolui, & redire ad originem suam. h Ex Lucr. lib. 1. qui haec latius discutit ex opinione Epicureorum. i quasi maiestatis plenam. augustum enim proprie tectum est augurio consecratum. Alij, Angustam. K Contra supra: Tenuia cera Spiramenta linunt. Relines autem dixit pro, eximes fauos. quod quando fieri debeat, uide apud Colum. lib. 5. c. 16. l H. St. legit, Prius haustus sparsus aquarum Ore foue. ut sit Sparsus; pro, spargens, & Ore foue: scilicet istos haustus. m Mellis decerpendi, uere & autumno, duplex uindemia, quam alueorum castrationem uocat Colum. lib. 9. c. 15. n per synecdochen pro reliquis sex ponitur.

Pleias,

Pleias, & Oceani [a] *spretos pede reppulit amnes;*
Aut eadem [b] *sidus fugiens ubi piscis aquosi,*
Tristior hibernas caelo descendit in undas.
Illis ira modum supra [c] *est: laesaeq.* [d] *uenenum*
Morsibus inspirant, & spicula [e] *caeca* [f] *relinquunt*
Affixae uenis; animasq. [g] *in uulnere ponunt.*
Sin duram metuas hiemem, [h] *parcesq.* [i] *futuro,*
Contusosq. animos, & res miserabere fractas:
At suffire thymo, [k] *cerasq. recidere* [l] *inanes*
Quis dubitet? nam saepe fauos ignotus adedit
Stellio, [m] *lucifugis* [n] *congesta cubilia blattis:*
Immunisq. sedens [o] *aliena ad pabula fucus,*
Aut asper crabro imparibus [p] *se immiscuit armis:*
Aut dirum tineae genus, aut inuisa [q] *Mineruae*
In foribus laxos suspendit aranea casses.
Quo magis exhaustae fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,
Complebuntq. fores, [r] *& floribus horrea texent.*
Si uero (quoniam casus [s] *apibus quoque nostros*
Vita tulit) tristi languebant corpora morbo;
Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis:

a *Homer.* ὠκεανοῖο ῥοάων, *dixit. Mimnermus uero, apud Strab. l. 1. ait,* ὠκεανοῖο ῥόον.
b *Pleias, sed autumnalis.*
c *adeo ut ex ea moriantur, ut sequitur.*
d *Iccirco sequitur tumor & apostema, ut uocant.*
e *Aculeos.*
f *breuia, quae possũt latere.*
g *statim post uulnus moriuntur.*
h *Quia sub hanc nil mellis faciunt, sed tantum consumunt.* i *uidelicet. ne apes inedia, aut moriantur, aut certe diffugiant, quorum animi sunt perturbati propter alueos castratos, & mellariam rem collisam.* K *Quo suffitu apes recreantur.* l *Omnes uitiosi faui tollantur.* m *omnia fere exemplaria habent, Stellio &: ut sit Creticus, pre dactylo.* n *per noctem uagantibus. Plin. lib. 11. c. 28.* o *idest, uiuens aliena quadra, ut aiunt.* p *Nam apiculae imparem esse constat, utpote qui nouenis punctis hominem interficit.* q *quia puella Lydia, Mineruam lanificio prouocare ausa, in hoc animal ab ea conuersa est.* r *Quid. leg. Foros. i. cellulas.* s *Morbos, sicut & nobis hominibus: nã plerũq. apes sunt lyentericae, & fluxu uentriculi laborant. Arist. 8. de Animal.*

Conti-

Continuo est aegris alius [a] color: horrida [b] uultum
Doformat macies: [c] tum corpora luce [d] carentum
Exportant tectis, & tristia [e] funera ducunt:
Aut illae pedibus connexae ad limina pendent;
Aut intus clausis cunctantur in aedibus omnes,
Ignauaeq. fame, & contracto frigore pigrae.
Tum sonus auditur [f] grauior, tractimq. susurrunt:
Frigidus [g] ut quõdam siluis immurmurat [h] Auster:
Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis:
Aestuat ut clausis rapidis fornacibus ignis.
Hic iam galbaneos [i] suadebo [k] incendere odores,
Mellaq. arundineis [l] inferre canalibus, ultro
Hortantem & fessas ad pabula nota uocantem.
Proderit, & tonsum [m] gallae admiscere saporem,
Arentesq. [n] rosas, aut igni pinguia multo
Defruta; [o] uel Pythia [p] passos de uite racemos,

a *Prauus color.*

b *Indicia apum aegrotantium. Pli. lib. 11. c. 18.*

c *Corpus .n. extenuatur fluore.*

d *Mortuorum.*

e *Funerantium more ducunt exsequias. Plin.* f *Murmur, & frequens spiritus; qui tractim fit, ut in morituris gemitus.* g *Miretur non iniuria quispiam, quod Austrum Virg. frigidum esse dicat, cum tamen & physicorum sententia, & sensus uigore eundem calidum & humidum esse percipiamus: sed non est, quod quis ob id se torqueat. illum nodum unus Macrob. dissoluit, origine sua gelidum esse, scribens; sed, quod per zonae torridae plagam ad noscommeat, igne admistum calescere.*
h *Tres cõparationes singulis cõplexus est uersibus, quas Homerus binis.*
i *Suffitum galbani suadet apibus curandis adhibere; quod hodie inter genera gummi recensentur, & in Amano monte ex ferula nascitur; odore graui.* K *Remedia morborum in apibus; de quibus fusius uide Colu. lib. 9. c. 12.* l *Arundineisque infusi canalibus offeruntur cibi, maxime decocti mellis, & cum galla uel arida rosa detriti, galb. etiam &c. Col.*
m *Non tamen sufficit has gallas contundi simpliciter; sed percoquendae sunt cum musto ad tertias decocto, quod Columellae defrutum est.*
n *Siccas.* o *Defrutum est mustum ad dimidiam partem decoctum. Pli. lib. 24. c. 9.* p *Ex psythia uua. uide supra lib. 2.*

Cecropiũq.[a] thymnũ, et [b] graue olentia [c] centaurea.
Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello:[d]
Fecere agricolae, facilis [e] quaerentibus herba.
Namque [f] uno ingentem tollit de ceſpite [g] ſiluam.
Aureus ipſe: ſed in folijs, quae plurima circum
Funduntur, uiolae [h] ſublucet purpura nigrae.
Saepe deum nexis [i] ornatae torquibus arae:
Aſper in ore ſapor: tonſis [k] in uallibus, illum
Paſtores, & curua legunt [l] prope flumina [m] Mellae.
Huius odorato radices [n] incoque Baccho,
Pabulaq. in foribus plenis appone caniſtris.
Sed, ſi quem [o] proles ſubito defecerit omnis,

a *Aliud de coctũ eſt ex paſſo & thymo, qui in Hymello, Atticae mõte, abundat; unde Atticum, uel Cecropium (a Cecrope, Athenarũ rege, auctore Trogo) mel, quam maxime extollitur & laudatur.* b *Lucre. lib. IV. Abrotaniq. graues & triſtia centaurea.* c *Doctores medici, malunt hic intelligere, maiora centaurea, quam minora: cuius radix hodie Rhaponticon eſſe creditur; quod, an Dioſcoridis deſcriptioni cõueniat, ipſi uiderint.* d *Quidam hic Chamaemelum, quidam uero meliſſophyllum intelligunt: nobis Cor. Gemmae ſententia magis probatur; qui eam, quam* ἀςέρα *Graeci; Bubonium uero Latini, ab effectu ſuo ſingulari nominant, hic a Virgilio deſcribi exiſtimat: herbam caule ſurculoſiſſimo, cuius a radice multi, ſubaſperis uirentibuſq. folijs ueſtiti, digitali longitudine, ſurgunt ſurculi: flore copioſo, adſpectuq. perpulchro; in medio luteo, ceu chamaemeli; circum uero purpureis, ſtellae modo, folijs circumdato.* e *In Belgis, ad Diliae ripas, atque adeo toto fere Louanienſi agro plurima naſcitur.* f *Varie legitur hic uerſus in uet. lib. ſcriptis: in uno eſt, Imo; pro, Vno. In altero, Stipite; pro, Ceſpite: In quibusdam, Vertice* g *Varios caules ab una radice. Col.* h *in uiriditate foliorum.* i *Coronis ex ea factis: eſt. n. herba coronaria & aris digna.* K *Non ſiluoſis.* l *Vnus ſcriptus, Per flumina.* m *fluuius Galliae. unde Amellum, floris genus, quale paullo ſupra deſcripſit, nomen habere creditur, quia plurimus ibi naſcitur. Ser. Mela uero, Thraciae lib. 1. & lib. 2. Lucaniae fluuium facit. Quod poſtremum magis placet, quod ueriſimile admodum ſit, Virg (qui Neapoli haec opera ſcripſit) loca uicina et ſibi nata adduxiſſe; nõ longinqua illa Thraciae aut Galliae flumina.* n *Nam huius Amelli decoctũ ex radice & uino Ammineo morboſis apibus, ſingulare eſt remediũ. Col. l. 9. c. 12. Vide Pallad. & Plin.* o *Secunda pars h. libri, rationem continens, qua apes, ſi penitus interierint, poſſint reparari.*

Nec,

Nec, genus unde nouae stirpis reuocetur, habebit:
Tēpus, & Arcadij [a] memoranda inuenta [b] magistri
Pandere, quoq. modo, caesis iam saepe iuuencis,
Insincerus apes tulerit cruor. altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam, qua Pellaei gens [c] fortunata [d] Canopi
Accolit effuso [e] stagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis uehitur sua rura [f] phaselis;
Quaq. pharetratae uicinia Persidis [g] urget,
Et uiridem Aegyptum nigra [h] fecundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsque coloratis [i] amnis deuexus [k] ab Indis:

a Nam hic Aristaeus, ab Higino Thebanorū; a Iustino Arcadiae rex statuitur.
b Aristaeū intelligit.
c Propter fertilitatē, quam Nilus ijs praestat.
d Vrbis Aegypti, Alexandriae uicinae, quā Alexander magnus. condidit, qui Pellaeus fuit. Cāpum autē Pellaeum dixit propter Alexādriae uicinitatē. Dionysius autē Amyclaeum, Canopum uocat, a Canopo, Menelai gubernatore ibi sepulto. Vide Solin. Suidam, & Dionys. e Exundantem: nam ortu caniculae siue Syrij, 40. dieb. sese effundit, & agros eorum irrigans, fecundat eos: postea totidem diebus reuertitur ad suum alueum. Vnde a nonnullis Syris appellatus: quod per Syrij exortum inundaret prata, camposq. f breuibus nauigijs, quibus utūtur, cum stagnauerit Nilus. de his uide Oppiū, de Africo bello. g Existimat VV. hoc ciuiliter accipiendum esse: quod nusquam legatur, Persiam Nilo allui. Quinīmo, si geographis fides adhibenda, Arabia deserta, quam Petraeam uocant sacrae litterae, interposita est: atque ideo, neque Nilo, neque Aegypto uicina esse potest: si modo, proprie uicinitatis uocabulo utamur. non negauerim quin, si largius interpretere, possint esse uicini Aegyptys Persae: at non proximi. Cauendum tamen, ne deprauatus sit hic locus. h id est, limosa: μεταληπτικῶς. quod Diodor. Sicul. fusissime explicat. i id est, nigris. K In India, Nili fontem statuere uidetur: Iubas tamen rex, apud Aethiopas, qui sub Aegypto degunt iuxta montem Lunae, ponit. Quare non abs re facturi uidemur, si, & ex huius, Ptolemaei, aliorumq. aliquot geographorum sententia, hic per Indos accipiamus, illos Aethiopas: praesertim cum certo constet, a ueris & proprijs illis Indis, Nilum non scaturire. Et hodie prior Aethiopia, Indiae nomine censetur, sed meridionalis, non orientalis.

Omnis in hac certam regio [a] iacit arte salutem.
Exiguus primum, atque ipsos contractus [b] ad usus
Eligitur locus: hunc angustiq. imbrice tecti
Parietibusq. premunt artis, & quattuor addunt
Quattuor a uentis obliqua[c] luce fenestras.
Tum uitulus [d] bima [e] curuans iam cornua fronte
Quaeritur: huic geminae [f] nares, & spiritus oris
Multa[g] reluctanti obstruitur, [h] plagisq. perempto
Tunsa [i] per integram soluuntur [k] uiscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt, & ramea [l] costis
Subijciunt fragmenta, thymũ, casiasq. [m] recentes.
Hoc geritur, Zephyris [n] primũ ĩpellẽtibus [o] undas,
Ante [p] nouis rubeant quam prata coloribus, ante
Garrula quam tignis nidum suspendat: [q] hirundo.

a Aegyptia ca scilicet: quae tota fere ab arte reparandarum apum pendebat. Apiaria .n. una cũ apibus, propter magnã Nili inundatiõnẽ saepe obruuntur: sic ut nullae apes reliquae sint: quare fluuio ad alueum remeante, restituendis apibus operam nauare cogebantur: quod, putrefacto uituli sanguine, facere consueuerunt, ut sequitur. b Coartatus, nõ latus, aut transpirabilis: ut nimirum citius hic sanguis putrescat, ex quo apes generentur. c id consulto fit, ne locus perfletur. nam si, per fenestras ad 4 mundi cardines constructas, recta lux ingereretur, plane locus hic refrigeraretur, neque uaporosus & humidus permaneret: unde non tam cito putresceret sanguis. Quin, hoc amplius ex physicorum doctrina addo, etiam unicam, in meridionali pariete, fenestellam, suffecturam esse: propter Austrum, calidum & humidum uentum, putredinemq. quam maxime inducentem. d Qualis uitulus apibus reparandis apponatur. e hoc est, bimus uitulus, qui duos annos uiuendo compleuerit. f suffocationis notatio. g pro multum. sic lib. 3. Multa gemens ignominiam. ex more Atticorum, qui eod. sensu dicunt πολλὰ. h Carpense exemplar Opsuitur. & uict, quod suffocetur huiusmodi uitulus, non obtruncetur, uictimarum more, ex quibus sanguis efflueret. i Pertundi & dissolui debet, ut liuidus sanguis putrescat. K Liquescunt, & putrescunt. l Ramea frag. hoc est, herbae cito putrescibiles, & apibus gratae: quae circa praecordia uituli, ubi maior sanguinis est copia, inseri debent. m Alij, Virentes. n Veris noui periphrasis. o Quae ante in glaciem coiuerant spirãte Borea sub hiemem. p Epanadiplosis est. q Quae tamen unica, iuxta prouerbium uer facere non consueuit.

Interea

Interea teneris tepefactus in ossibus [a] humor
Aestuat; [b] & uisenda modis animalia [c] miris
Trunca pedum primo, mox & stridentia [d] pinnis,
Miscentur, [e] tenuemq. magis magis aera [f] carpunt,
Donec, ut aestiuis effusus nubibus imber,
Erupere, aut ut neruo pulsante sagittae,
Prima [g] leues ineunt si quando proelia Parthi.
Quis [h] deus hanc, musae, quis nobis extudit artem?
Vnde noua [i] ingressus [k] hominũ experientia coepit?
Pastor [l] Aristaeus, fugiens [m] Peneia Tempe,
Amissis (ut fama) apibus morboque, [n] fameque;
Tristis [o] ad extremi sacrum caput [p] adstitit amnis,
Multa querẽs, [q] atque hac affatus uoce parentem:
Mater Cyrene, mater, [r] quae gurgitis [s] huius
Ima tenes, quid me praeclara stirpe deorum

a Sanguis, qui ex tempore, loco, et fastigatione tepesit.

b Putresit: ut & in fimo, & febribus putridis.

c Vermiculi; qui tum Apes, iuxta etymõ uere dicuntur quasi sine pede: & hoc sibi uelle uidetur, Trunca pedum: ut alludat ad earum etymologiam. d Quid. Pinis; alij, Pennis, id est alis, per catachresin. e inter se conueniunt pinnarum leuitate. f Alij, Captant. est autem uolandi periphrasis. g Subiectione utitur & arrepta occasione, in fabulam Aristaei excurrit. h Parasceue ad sequentem fabulam, per interrogationem. i nullo enim docente, ars per usum reperta. K Exordia. quasi dicat. Quis primus hoc, experientia didicit? l Totus hic locus usque ad finem lib. laudes Cor. Galli habuit: quas postea, iussu Augusti, in Aristaei fabulam commutauit poeta noster. m Pen. i. Thessalica; a Peneo Thessaliae fluuio, iuxta quem armenta pauit Aristaeus: ubi quoque Tempe sunt, quae ob loci celebratam amoenitatem in prouerbium obierunt. n Duos amissarum apum caussas enarrat: morbum, & famen, qua tabescunt. o Ob acceptam cladem. p fontem, qui est iuxta Pindum montem. Imitatur autem Homer. apud quem eodem modo Achilles matrem conuenit. Il. α. q Querella Aristaei aduersus matrem, ualde pathetica, & uehemens.
r Per transductionem, repetit Mater, ut quae mater esse debeat, attamen non sit, nec praestet, uel monstret se esse matrem.
s Penei fluminis; per Acyrologiam.

(Si mō,[a] quē perhibes, pater est Thymbraeus[b] Apol
Inuisum[c] fatis[d] genuisti? aut quo tibi[e] nostri (lo)
Pulsus amor? quid me[f] caelum[g] sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum uitae mortalis honorem,
Quem mihi uix frugum, & pecudū custodia solers,
Omnia tentanti, extuderat, te matre[h] relinquo.
Quin age,[i] & ipsa manu felices[k] erue[l] siluas:
Fer stabulis inimicū ignem, atq.[m] interfice[n] messes:
Vre sata, & ualidam in uites molire bipennem:
Tanta meae si te ceperunt taedia laudis.
At[o] mater[p] sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit. eam[q] circum Milesia[r] uellera[s] nymphae
[t] Carpebant hyali[u] saturo fucata colore,
Drymoque,[x] Xanthoque, Ligeaq., Phyllodoceq.,

a Pathos: a paradoxo, de quo sic Germanicus Caesar ī Phaenom. Arati: Ab antiquis dicitur Aristaeus Apollinis filius: quē ipse dicitur ex Cyrene procreasse; quam in Orpheo monte compressit, qui Cyrenis est appellatus. Aristaeus uero dicitur omnibus artibus edoctus fuisse, quibus ceteros homines ad bonos fructus, utilitatemque perducebat. b A Thymbra, Phrygiae opido, uel a Thymbro fluuio Troadis. Steph. c Vtpote, qui minimi honoris in re rustica compos esse non possum. d Homer. in Iliad. 8. e Quo me amplesti solebas. f Quo modo caelestes honores sperem, qui terrestres tueri non possum? g Ob mellis inuentionem indigetando: ut Cereri, propter frugum, Bacchi, propter uini inuentionem contigit. h Quamuis tu sis mihi mater. i Acerba concessio; mouendisq. affectibus maxime accommodata. K fertiles. l Pro, Arbores, per Synecdochen. m Pro, Vasta frumenta, per catachtesin & acyrologian. n Id est, frumenta, per metonymiam. & hinc colligere est, Aristaeum, pastorem, uinitorem, & mellarium fuisse. Plura apud Pindarum in Pythijs. o Homer. in Il. 202. p Querellas filij sui Aristaei. q Exornatio a studijs nympharum cum matre conuersantium. r Iuxta decorum, Milesia uellera finguntur, quod tincta sint pleno colore hyali, seu quod sint hyalina. i. uitrea a perspicuitate fluminum. t Nereides, et Naiades. s Eadem uoce usus & Cic. in Oeconom. apud Non. Nullo modo, inquit, facilius arbitror posse neque herbas arescere & interfici. u Largo, copioso. Alij, uitreo & nymphis apto colore, uiridi. Quidam scriptus habet, Hilari. x Ex Homero Iliad. σ. & Theog. Hesiodi.

Caesa-

Caeſariem[a] effuſae nitidam per candida colla,
Neſeae,[b] Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeq., & flaua Lycorias; altera uirgo,
Altera tum primo Lucinae experta[c] labores:
Clioque, & Beroe ſoror,[d] Oceanitides ambae,
Ambae auro, pictis incinctae[e] pellibus[f] ambae,
Atque Ephyre,[g] atq. Opis, atq. Aſia Deiopea,
Et tandem poſitis uelox Arethuſa[h] ſagittis.
Inter quas curam[i] Clymene[k] narrabat inanem
Vulcani,[l] Martisq. dolos, & dulcia[m] furta;
Atq. chao[n] denſos diuum numerabat amores.
Carmine quo captae, dum fuſis mollia penſa
Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Ariſtaei, uitreisq.[o] ſedilibus omnes
Obſtupuere: ſed ante alias Arethuſa[p] ſorores
Proſpiciens, ſumma flauum caput extulit unda:
Et procul, o gemitu non fruſtra exterrita tanto
Cyrene ſoror, ipſe tibi, tua maxima[q] cura,
Triſtis Ariſtaeus Penei genitoris ad undam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.
Huic perculſa noua mentem formidine mater,
Duc age, duc[r] ad nos, fas illi limina diuum

a Comam, ſeu capillos.

b Hic uerſus in quibuſdam libris non legitur.

c Labores, ait, ut Graeci ὠδῖνας. Partum autem intelligit.

d Clius ſcilicet.

e Venantiū habitu. uenatrices. n. nymphae multae.

f Anadiploſis.

g Epanolepſis, & Polyſindeton.

h Nymphae nomen hic eſt, ſic dictae, a fonte Siculi, aut Elidis. Quae ſatis nota eſt fabula. i Nimirum de fabricando reti, quo Martem, in complexu uxoris ſuae deprehenſum, implicaturus erat. K Apud Heſiodum Oceani, & Tethyos filia. l Vide Ouid. l. 4. Metamor. m Adulteria ſcilicet, quae & Demodocus apud Homer. Odyſſ. θ. cecinit; & Ouid. l. 4. Metamorph. Homer. ea alicubi, λαθρά μιγεῖσα. n iam inde a mundi principio; (ut indicat Heſiod. in Theog.) amantes diuos narrauerat. o Quod aqua ſit pellucida, ut uitrum. ſupra paullo: Hyali .ſ. fucata colore. p quia fons Arethuſae dulcia fluenta inter medios habet fluctus: dulcedinemq. ſuam creditur inter ſalſos fluctus retinere. q Epexegeſis perlegans. r Anadiploſis.

a Homerus in Il. 264. b Ex Homer. Ili. σ. et ω. Quod uisum est in Israelitis, magno Dei beneficio, cũ ex Aegypto migrabant. c Recipitur Aristaeus ĩ aedes maternas. d qui sunt fontium & fluuiorum receptacula

Tangere, ait: simul [a] alta iubet discedere late
Flumina, qua iuuenis gressus inferret. at illum
Curuata in montis faciem [b] circumstetit unda,
Accepitq. [c] sinu uasto, misitq. sub amnem.
Iamq. domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisq. lacus [d] clausos, lucosq. [e] sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina [f] terra
Spectabat diuersa locis, [g] Phasimq. [h] Lycumque,
Et caput, unde altus primum se erumpit [i] Enipeus:
Vnde pater Tiberinus, & unde Aniena fluenta,
Saxosumq. sonans Hipanis, Misusq. Caicus,
Et gemina auratus [k] taurino cornua uultu

e Hinc uerisimile est, fingi siluas sub aquis, iuxta Nympharũ theatra, aut certe Nereides partim quoq. esse deos siluestres. nam & paullo post, Cyrene nocat suas sorores, Centum quae sil. c. q. flu. seruant. f Ex Aristot. physicis libris constat nonnullos fluuios esse, qui multa passuum millia subterraneis meatibus feruntur, antequam erumpant: inter quos sunt iȷ, qui hic enumerantur. g Asiae flu. Strab lib. 11. qui in Colchide scaturit, auctore Q. Curt. h Lycus in Phrygia maiori scaturit, aucto. eod. Curtio. i Enipeus, in Thessalia; Tiberis, & Anio, in Tuscia, seu Etruria: Hypanis in Ponto: Caycus, in Mysia: Eridanus, seu Padus, in Italia, ex gremio Vesuli montis in finibus Ligurum Gabienorum scaturit, & erumpit. K Auratus dicitur, non propter aliqua aurea ramenta, quae non habet; sed quod in caelum sit translatus multis stellis clarus: uel, quod propter fertilitatem ditissimus sit. Cornua autem ei tribuuntur gemina, in modum taurinorum curuati: propter ripas flexuosas, & cursum tortuosum & incuruum. Vnde etiam Hora. canit: Sic tauriformis uoluitur Aufidus. Euripid. quoq. in Ioue Cephisum fluuium ατυρόμορφον, appellauit. Idemq. in Oreste Oceanum dixit ταυρόκρανον: quem, ut opinor, secutus est Horat. Sophoclis autem interpres in Trachiniis, adducto Homeri testimonio, hãc caussam adfert: cur taurino uultu fluuiȷ fingantur: ait enim hoc modo; οἱ ποταμοὶ ταυρόκραμοι διετυποῦντο, ἢ ὅτι μυκηθμῷ εἰσὶ παραπλήσιοι περὶ τὰς ἐκβολάς: ὅμηρος, &c.

Erida-

Eridanus: quo non alius per pinguia culta
In mare [a] purpureum [b] uiolentior influit amnis.
Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene; manibus liquidos dant ordine fontes
Germanae, tonsisq. ferunt mantilia uillis.
Pars epulis [d] onerant mensas, & plena reponunt
Pocula: Panchaeis [e] adolescunt [f] ignibus arae.
Et mater, cape Maeonij [g] carchesia [h] Bacchi,
Oceano libemus, ait. simul ipsa precatur
Oceanumq. patrem [i] rerum, nymphasq. sorores,
Centum quae siluas, centum quae flumina seruant,
Ter [k] liquido ardentem [l] perfudit [m] nectare Vestā:
Ter flamma ad summum tecti subiecta [n] reluxit:
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa.
Est [o] in Carpathio Neptuni gurgite [p] uates

a *Hadriaticum, scilicet iuxta Rauēnam.*
b *nigrum, ex altitudine scilicet. Ad Homeri imitationem credo hic Purpureū dici, qui ἅλα πορφυρόεσσαν, ait.*
c *Ad sacrificandum.*
d *id est, Arabicis: per synecdochen. nam Panchaeia, pars est Arabiae felicis: atque adeo eiusdem celebris urbs. Lucre. lib. 2. Araq. Panchaeos exhalat propter odores. & lib. IV. Adolentq. altaria donis.* e *Incenduntur: κατ' εὐφημισμὸν: ut in Bucol. Ecloga IIX. Verbenasq. adole pingues, & mascula tura.* f *id est, Lydij. Sic dictum opinor Bacchum, quod praeter eius uitem, nullam ferat arborem Lydia: propter cōtinuum aestū.*
g *Populorum genera. species pro genere. Liuius Andronicus: Florem anclabant Liberi ex carchesiis. De his plura Athenaeus, & Macrob.*
h *Thaletis opinionem tangit, qui omnia ex aquis putauit generari: impulsus hac ratione: quod nihil sine humore fingi, uel nasci possit.* i *Ter, propter numerum Pythagoricum: qui Ethnicorum sacrificijs adhibebatur: Christiani quoque in caerimoniis Ternarium usurpant, alia tamen ratione.*
K *Ouid. Nil aliud Vestam, quā uiuam intellige flammam.* l *Vinum purissimum in ignem infudit.* m *Sursum iacta. erat enim hoc felicissimum augurium.* n *Ex fumo resiliente, ueluti omine quodam, acceptum Deo sacrificium notabant: quod & in sacrificantibus Caino & Abele fratribus, sacrae literae prodiderunt.* o *Prosopographia est Prothei: qui a loco, in quo uersabatur, interdum Carpathius appellatus est.* p *Pro, Mari, per synecdoch. aut potius acyrologiā. Est aūt Carpathus, insula Cretae proxima.*

Caerulaeus [a] Proteus : magnũ qui piſcibus aequor,
Et iuncto bipedum [b] curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiae [c] portus, patriamq. reuiſit
Pallenen. [d] hunc & nymphae uenerantur, & ipſe
Grãdaeuus [e] Nereus. nouit [f] nãque omnia [g] uates,
Quae ſint, quae fuerint, quae mox uẽtura trahãtur,
Quippe ita Neptuno uiſum eſt : immania cuius
Armenta, [h] & turpes [i] paſcit ſub gurgite phocas.
Hic [k] tibi, nate, prius uinclis capiendus, [l] ut omnem
Expediat morbi [m] cauſſam, euentusq. [n] ſecundet.
Nam ſine ui non ulla dabit praecepta : neq. illum
Orando flectes. [o] uim duram, & uincula capto
Tende : doli circum haec demum frangẽtur inanes.
Ipſa ego [p] te, medios cum ſol accenderit aeſtus,
Cũ ſitiunt [q] herbae, et pecori iam gratior umbra eſt,
In ſecreta ſenis ducam, quo feſſus ab undis
Se recipit ; facile ut ſomno aggrediare iacentem.
Verum ubi correptum manibus, uinclisq. tenebis :
Tum uariae [r] illudẽt [s] ſpecies, atque hora ferarum.
Fiet enim ſubito [t] ſus horridus, atraq. [u] tigris,
Squamoſusq. draco, & fulua [x] ceruice leaena :

a A corporis habitu : ut ſit, mari concolor. b Dij enim marini, prima parte equi ſunt ; poſtrema piſces. c Theſſaliam, quae ueteribus Macedonia erat. Plin. lib. 4. c. 8. Emathia dicta, ab Emathione rege, Memnonis fratre, Tithoni, & Aurorae filio, teſte Pl. c. 10. d. l. d Arcadiae urbem.

e Qui Nympharum pater dicitur. f Homer. in Iliad. 4. g Ex Homeri Il. α. ubi eandem uaticinandi peritiam Calchanti tribuit. h Armenta uocat maximos illos piſces, & illa monſtra marina, Cete, & balaenas. i Magnas : ut, Cui turpe caput, in Geor. K Proteus, qui Aegyptiacus dicitur. Nam apud Xenoph. quatuor numerantur. Vnde illud Homeri Odyſ. ρ. Ἀλλὰ τὰ μὲν τοῖς εἶπε γέρων ἅλιος νημερτής. l id eſt, conſtringendus eſt. Nam, niſi coactus, nihil docebit. m Quaeritur. n. ab oraculis cauſſa mali, & remedium. n In reſtituendis apibus. o Alij, Vinces. p Auxilium pollicetur. q Tempore meridiano. r Home. Odyſ. 4. πάντα δὲ γινόμενος. Et, prouerbium Latinum, Proteo mutabilior. Vide Chiliad. Adag. Diodor. Sic. lib. 2. & D. Auguſt. ſ Alij, Eludent. t Home. Odyſ. δ. u Pro ſaeua. S. Vide de his fabulis Oui. l. 1. Faſt. x Lucr. lib. v. Cum corpora fulua leonum.

Aut

Aut acrem flammae ſonitum dabit; atq. ita uinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapſus abibit.
Sed, quanto ille magis formas ſe uertet in omnes;
Tanto nate magis contende tenacia uincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret cum lumina ſomno.
Haec ait, et liquidũ [a] ambroſiae [b] diffudit [c] odorẽ; [d]
Quo totum nati corpus [e] perduxit. [f] at illi
Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura,
Atq. habilis mẽbris uenit uigor. eſt ſpecus [g] ingens
Exeſi latere in montis; quo plurima uento
Cogitur, inq. ſinus [h] ſcindit ſeſe unda reductos;
Deprenſis [i] olim ſtatio tutiſſima nautis.
Intus ſe uaſti Proteus tegit obice [k] ſaxi.
Hic iuuenem in latebris auerſum a lumine nympha
Collocat: ipſa procul nebulis obſcura [l] receſſit.
Iam [m] rapidus torrens [n] ſitientes Sirius [o] Indos

a Homerus Odyſ. δ. b Quaenã ſit haec herba, nondum ſatis liquet: ſunt qui cã eſſe putant, quae alio nomine Saluia ſilueſtris appellatur. Poetae certe Ambroſiã fere, pro deorum cibo uſurpant. c Alij; Depromit. d unxit .n. ut ad uidendũ numen fieret idoneus. e Hoc factũ eſt more hoſpitali. Antiquitus.n. ſolebant hoſpitũ corpora fragrantiſſimo oleo perfundere. cuius moris duas afferunt rationes, quarũ utraque in contextu latet: prima; propter odorem, qui plurimum ſenſus ipſos reficit; adeo, ut etiam nonnulli ſolo odore uiuere credantur: altera; ut uegetiora & habiliora redderentur corpora. Vnde apud uetères in tanto honore fuerunt aliptae. Non deſunt tamen, qui eo fieri ſolere hanc inunctionem putant, ut hoſpites uidendi numinis capaces eſſent. f Alij, Perfudit. g Topotheſia, ſpecus Prothei. h Cauitates, in quas aqua uento impellitur, & reducitur. Haec autem eſt ratio, cur dixerit montem eſſe exeſum. i Periclitantibus, aut tempeſtate occupatis. Nauticum uerbum eſt. K Alij, Obijce. ut ſupra; Obijcibus; pro, obicibus. l Alij, Reſiſtit; ſed hoc melius· nam ſic quoque dij apud Homer. euaneſcunt. m Meridiei periphraſis, ſiue notatio. n Exurens. Vehementer.n. Sirius ſiue canicula adurit uiuentia, Heſiodo, & Arato teſtibus. Per Indos autem, ſicut ante monui, aptius meridionales populos, Aethiopes nimirum ſub Aegypto habitantes, intelligere poſſumus, quam Orientales illos. o Stella in ore Canis

Arde-

Ardebat caelo; & medium ſol igneus orbem
Hauſerat:[a] arebāt [b] herbae, et[c] caua flumina ſiccis
Faucibus [d] ad limum radij tepefacta coquebant:
Cum Proteus conſueta petens e fluctibus [e] antra
Ibat. eum uaſti circum gens [f] humida ponti
Exſultans, rorem [g] late diſpergit amarum.
Sternunt ſe ſomno diuerſo in litore [h] Phocae.
Ipſe, uelut ſtabuli cuſtos in montibus olim,
Veſper ubi e paſtu uitulos ad tecta reducit,
Auditisq. lupos acuunt balatibus agni,
Conſedit [i] ſcopulo medius, numerumq. recenſet.
Cuius Ariſtaeo quoniam eſt oblata facultas;
Vix defeſſa [k] ſenem paſſus componere [l] membra,
Cum clamore ruit magno, manicisq. [m] iacentem
Occupat. ille ſuae contra non immemor artis,
Omnia transformat ſeſe in miracula [n] rerum,
Ignemq., horribilemq.[o] feram, fluuiūq.[p] liquentē.
Verum, ubi nulla fugam reperit fallacia, uictus
In ſeſe redit, atque hominis tandem ore locutus.
Nam quis [q] te, iuuenum confidentiſſime, noſtras

a Attigerat. b alta. Lucan. Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno. c Quia res per ſolis ardorem exſiccatus eſt. d Alueis, per Metaphoram. Solares .n. radij alta & caua flumina uſque ad limum exſiccant. e Carpathij maris; quod non ita longe ab Aegyptiaco abeſt. f Marina monſtra, & piſces. g Pro aqua marina, καταχρηστικῶς. h Solent enim phocae meridionari; ſicut & ipſe Proteus: ut & Homer. finxit, & experientia quotidiana apud Ventelandos teſtatur. i Vide Homer. Odyſ. δ. K Nimiam Ariſtaei auiditatem exprimere conatur, iam tenere cupientis. l Ad dormiendum ſcilicet. m Manuum uinculis. n Cenſet VV. nimis magnam hanc fuiſſe transformationem, qua Proteus uſus fingitur a Virgilio; quare potius arbitratur fuiſſe Laruas et terriculamenta quaedam. Mythologus autem haec omnia uel ad illius inconſtantiam, uel ad inſignem praeſtigiatorem referret.
o Antea dixit, Atram tigrem. Vnde Atra, Saeua, Horribilis idem erunt; ut & Terribilis. p Polyſyntheton.
q Pro, Quiſnam, uel, ut alij. Nam hic interrogatiuum eſt cum indignatione.

Iuſſit

Iussit adire domos? quid ue hinc petis, īquit? at ille,
Scis Proteu,[a] scis ipse: neq. est[b] te fallere[c] cuiquā:
Sed tu desine uelle.[d] Deum praecepta secuti
Venimus huc, lapsis quaesitum oracula rebus.
Tantum effatus. Ad haec uates ui denique multa
Ardentes oculos[e] intorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens[f] sic fatis ora resoluit.
Non te nullius[g] exercent numinis irae:
Magna lues[h] cōmissa: tibi has[i] miserabilis Orpheus
Haudquaquā ob meritum poenas, ni fata resistant,
Suscitat, & rapta grauiter pro coniuge[k] saeuit.
Illa quidem, dum te fugeret per flumina praeceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella,
Seruantem ripas, alta non uidit in herba.
At chorus aequalis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes: flerunt Rhodopeiae[l] arces,
Altaq. Pangaea,[m] & Rhesi[n] Mauortia[o] tellus,

a Homerus in Il. 9.

b Pro, Dicet.

c Carpens. legit Quidquam.

d Sub. aduentus mei caussam inquirere. per ellipsin, seu diacopen apud Rufinianum.

e Hypotyposis uatis furore correpti; qualis est etiam hypothesis Agamemnonis irati, apud Homerum Iliad. 2. f Prae iracundia, g non humilis, sed magni. S.

h Alij, Luis. Magnorum scelerum est ista persolutio. Inseritur autem hic ἐπίγημα perelegans.

i Incipit narrare de morte Eurydices, Orpheique mariti sui ad inferos descensu.

K Eurydice; cuius immodico tenebatur amore. Vide Orphei Argonautic. lib. secundo.

l Thraciae montes: est enim Rhodope, mons Thraciae. alludit autem ad ueterum morem, qui editioribus locis arces suas exstruere solebant. quare eas Graeci ἀκρωπόλεις uocant.

m Thraciae mons. n Prolepsis, ex persona poetae. nam postea Rhesus eam regionem tenuit: &, quo tempore Eurydice rapta est, Rhesus nondum in Thracia regnabat.

o Quod Mars Thracibus, apud quos Rhesus regnauit, semper fere adfuerit. Vnde bellaces fuisse notantur.

Atq. Getae,[a] atq. Hebrus,[b] atq. Actias [c] Orithyia.
Ipse caua solans aegrum [d] testudine [e] amorem,
Te dulcis [f] coniux, te solo [g] in litore secum,
Te[h] ueniente die, te decedente canebat:
Taenarias [i] etiam fauces,[k] alta ostia Ditis,[l]
Et caligantem nigra [m] formidine lucum
Ingressus, manesq. adijt, regemq. [n] tremendum,
Nesciaq. humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotae Erebi [o] de sedibus imis

a Herodotus Getas Thraciae attribuit; a quo Strabo non uidetur dissentire, Dionysius tamen eos in Scythia collocat; quod, si uerum est, non dubitauerim, quin illi sint, qui postea Massagetae dicti sunt; hodie Samagitae. b Qui Thraciae flu. est. Vnde sibi constat Virgilius, qui sentit Orpheum fuisse Thracium, seu Threicium, ut doctiores fatentur; non Camarinaeum. Plures autem Orphei apud Suidam numerantur. c Attica, seu Atheniensis. erat enim Erichtonij Athenarum regis, Pandionis successoris, filia; quam Boreas raptam, secum in Thraciam transtulit. Ouid lib. 6. Metam. d Maestum, uel deceptum. e Quale instrumentum fuerit Testudo, quale Cithara, non satis constare arbitror ex ueterum scriptis; quin saepe hanc pro illa, & uice uersa, acceptam legi. Hoc tamen ex Homero constat, Achillem se, cum in castris uersaretur, saepenumero cithara se oblectauisse. Orpheum autem hoc lusus genere excelluisse, Callistratus, Philostratus, & ipse deniq. Virg. in Bucolicis memoriae prodiderunt. f Apostrophe. g Deserto. h Pathos maxima ex repetitione harum pronominum. de quo Macrob. Satur. 4. l. c. ult. i Taenarus Laconiae promontorium, circa finem Maleae, ubi ad inferos descensus esse dicitur. K Specum illam peruiam, ducentem ad manes, iuxta Taenarum, opidum & portum Laconiae munitissimum; auct. Strabo. & Menand. l Plutonis; qui ab opulentia id sibi nominis acquisiuit: ut Mammona, apud Syros. Ratio fabulae, quam poetae referent, ex Claudian. de raptu Proserpinae petatur. m Quia ibi perpetuae tenebrae sunt. n Ditem, siue Plutonem. o Ex quo Pompeius parum considerate fluuium fecit, cum potius sit caligo & nox, quae apud inferos perpetua est. Apud Hesiod. ex chao, natus est; sicut & nox ipsa. nec me fugit, quid Var. de hac re sentiat; deum orci, seu inferorum, & noctis parentem Erebum esse scribens.

Vmbrae

Vmbrae ibant tenues,[a] *ſimulacraq.*[b] *luce carētū:*[c]
Quam multa in ſiluis auium ſe millia condunt,
Veſper ubi, aut hibernus agit de montibus imber:
Matres,[d] *atque uiri, defunctaq. corpora uita*
Magnanimum heroum, pueri, innuptaeq. puellae,
Impoſitiq. rogis[e] *iuuenes ante ora parentum.*
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti,[f] *tardaq. palus innabilis*[g] *unda*
Alligat, & nouies Styx[h] *interfuſa coercet.*
Quin ipſae ſtupuere domus, atque intima leti
Tartara, caeruleosq. impexae[i] *crinibus*[k] *angues*
Eumenides:[l] *tenuitq. inhians tria Cerberus ora,*
Atque Ixionei[m] *uento*[n] *rota conſtitit orbis.*
Iamq. pedem referens, caſus euaſerat omnes;
Redditaq. Eurydice ſuperas ueniebat ad auras,
Pone ſequens: (nāq. hāc dederat Proſerpina legē)

a *Nā ſunt mortuorum dumtaxat εἰκόνες ſeu imagines. Homer. plerumq. ψυχὰς, i. animas nominat. Odyſ.* 9.
b *Imitatus uidetur Lucret. l.* IV. *Atq. in ſomnis cum ſaepe figuras Contuimur miras, ſimulacraq. luce carentū.* Homer. εἴδολα καμόντων, *dixit.* c *Mortuorum; ut ſupra de apib. Tum corpora luce carentum Exportant tectis. Vid. l.* 6. d *Hic uerſus cum ſeq. repetitur l.* 6. *Aen. ubi eadem fere comparatione utitur. Porro, quod Matres, dicat; notandum &* Homerum *apud inferos ſexus diſcrimen agnouiſſe.*
e *More ueterum* Graecorum, *Perſarum, et Romanorum, qui cadauera, non inhumabant, ſed comburebant, cineresq. in urnis aſſeruabant.*
f *Inferorum lacus eſt, qui, Homero teſte, Odyſſ.* κ *ex Styge manat. Seneca in Herc. fur. Palus inertis foeda Cocyti* g *Alij, Inamabilis: ut* 4. *ſcripti mei libri.* h *De qua, Seneca in* Hercule *furente: & Statius: Eſt Pheneos nigro Styga credita mittere Diti.* i *Alij, Innexae, i. inuolutae, et implicitae. duos. l. Amplexae; unus, Complexae. Quidam in* Germania *excuſus, Implexae. in quo ad marginem adſcriptum erat: Implexae, participium ſine uerbi origine.* K *Sic Aeſchylus finxit, auctore Pauſan.* l *Filiae Proſerpinae, tres iuxta Heſiod. & Epimenid.* m *Ixion enim quod Iunonem ad adulterium ſollicitaſſet, a Ioue ad inferos detruſus, perpetua rotae (cui alligatus eſt) uertigine, torquetur. Fuſius haec ex Ouid.* 10. *Metam. &* 6. *Aen.* n *cūm uento intellige. Quidam tamen ex uet. l. leg. Cantu.*

Cum ſubita [a] incautum [b] dementia cepit amātem,
(Ignoſcenda quidem, ſcirent [c] ſi ignoſcere manes)
Reſtitit, Eurydicenq. [d] ſuam iam luce ſub ipſa,
Immemor heu, uictusq. [e] animi, reſpexit. ibi omnis
Effuſus [f] labor; atq. immitis rupta [g] tyranni
Foedera, terq. fragor ſtagnis auditus [h] Auernis.
Illa, quis [i] & me, inquit, miſerā, et te perdidit Orā
Quis tātus furor? en iterū crudelia retro (pheu?
Fata uocant: conditq. natantia [k] lumina ſomnus:
Iamq. uale: feror ingenti [l] circumdata nocte,
Inualidasq. [m] tibi tendens, heu non tua, palmas.
Dixit, & ex oculis ſubito, ceu [n] fumus in auras
Commiſtus tenues, fugit diuerſa: neque illum,
Prenſantem nequidquam umbras, & multa uolētē
Dicere, praeterea uidit, nec potior [o] Orci
Amplius [p] obiectam paſſus tranſire paludem.
Quidq. [q] faceret? quo ſe, rapta [t] bis coniuge, ferret?
Quo fletu manes, quae numina uoce moueret?
Illa quidem Stygia nabat [r] iam frigida [s] cymba.
Septem [t] illum totos perhibent ex ordine [u] menſes
Rupe ſub aeria, [x] deſerti ad Strymonis [y] undam,

a Alij, Subito. b Perlegās amantium epitheton. c Vt ſupra: Neſciaq. h. p. manſueſcere corda. d Strab. l. 5. conſule. e ut illud: O praeſtās animi. f Factus irritus & inanis. g A Dite lex data, rupta eſt. h Iuxta Auernū ſtagnum Campaniae, prope Cumas. de quo plura in VI. Aenei. Sunt qui hic malint leg. Stagnis auditus aornis: q.d. ſine auibus: quia nulla hunc Auernum lacum ſuperuolare auis poſſit propter dirum & taeterrimum odorem. i Anadiploſis egregia, & pathetica. K Hippocrates mortis praeſagium putat, ſi aegro, praeter uoluntatem, oculi lacrymentur. l id eſt, perpetua. m in umbrae tenuitatē redactas; & ideo inualidas. n Lucr. l. 3. Ceu fumus in altas aeris auras. o Charon ſcilicet, qui tranſuehit umbras, & ideo Attici in mortuorū ora binos obolos ingerebāt, unde illi naulum perſoluere poſſent. Vide Ariſtoph. in Ranis. p Hic obiter attingit Necromanticorum opinionem; quibus perſuaſum eſt eandem umbram bis non poſſe. q Pathos ex ad dubitatione. r Vehementer. ſ Quia mortua. t Luctus Orphei, ob amiſſam coniugem. u Sine intermiſſione. x Valde excelſa. y Thraciae flu.

Fleuiſſe,

Fleuisse, & gelidis haec euoluisse sub antris,
Mulcentem tigres,[a] et agentem carmine [b] quercus.
Qualis [c] populea maerens Philomela [d] sub umbra
Amissos queritur [e] fetus: quos durus arator
Obseruans nido implumes [f] detraxit, at illa
Flet noctem; ramoq. sedens miserabile carmen
Integrat; & maestis late loca questibus implet.
Nulla Venus, nulliq. animum flexere Hymenaei.
Solus Hyperboreas [g] glacies, Tanaimq. [h] niualẽ,
Aruaq. Rhiphaeis numquam uiduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicen, atque irrita Ditis
Dona quaerẽs. spretae [i] Ciconũ[k] quo munere [l] matres

a Per Tigres, & Quercus, quas Orpheum cantus dulcedine mouisse, poetae fabulantur; mythologi, fera duraq. agrestium hominum ingenia, eloquentiae ui, ad ciuitatem perducta esse, intelligunt. b Quibus duritas summa inest, ut tigribus maxima ferocitas. Sunt qui hic Fagos leg. quod in Zonae agro, quae Thraciae urbs est, in ordinem consitae erant multae fagi.

c Videtur accepisse ab Homer. Odys. τ. hanc comparationem.

d Pro, quauis aue. species pro genere. proprie tamen, lusciniam denotat. Vide Plin. l. 10. c. 20.

e Vide Ouid. 7. Metamorph. Queritur autem maxime, cum incubat ouis. tunc enim totam noctem canere dicitur.

f ἀπτέρους. Homer.

g Hyperborei olim fuerunt ubi hodie Moscouitae habitant. VV.

h Scythiae flu. Strab. lib. 5.

i Quidam leg. Spreto; ut sit: Quo nuptiarum numero spreto. Sunt autem Cicones, populi Thraciae, Hebri fluuij accolae.

K A Ciconum mulieribus Orpheum esse dilaceratum, plerique memoriae prodiderunt: etsi non desint, qui idipsum a Bacchadibus factitatum existimant. Verum hi non aduertunt, se in eadem cum prioribus naui esse, idemq. plane dicere. Nam hoc & Virgilius canit, & priores illi non negant. A mulieribus enim Bacchi sacrificia administrantibus, quae Bacchades nominabantur, dilaniatum esse, uno Pausania excepto, sentiunt. Caussas adferunt duas: unam, quod earum nuptias contempserat; alteram quod παιδεραστίαν instituerat, qua postea mulieres contemni coeperunt. Philostrat. Iunior. l Nuptijs eius: uel potius, quod mulierosus non erat. alias enim, praeter suam Eurydicen, omnes fastidiebant.

Inter sacra[a] deum, nocturnaq.[b] orgia Bacchi,
Discerptum[c] latos iuuenem sparsere per agros.
Tum quoq., marmorea[d] caput[e] a ceruice reuulsũ
Gurgite cum medio portans Oeagrius[f] Hebrus
Volueret, Eurydicen uox ipsa, & frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen, anima fugiente, uocabat,
Eurydicen toto referebant[g] flumine ripae.
Haec Proteus: & se iactu dedit aequor in altum;
Quaq. dedit, spumantem undam sub uertice torsit.
At non[h] Cyrene: nãque ultro affata[i] timentem.
Nate,[k] licet tristes animo deponere curas.
Haec[l] omnis morbi caussa: hinc miserabile nym- (phae,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus: tu munera supplex
Tẽde,[m] petẽs pacẽ, et faciles[n] uenerare[o] Napaeas.
Namque dabunt ueniam uotis, irasq. remittent.
Sed, modus orandi qui sit, prius ordine dicam.
Quattuor eximios praestanti corpore tauros,
Qui tibi nunc uiridis depascunt summa Lycaei,
Delige, & intacta[p] totidem ceruice iuuencas.
Quattuor his aras alta ad delubra dearum

a Pathos, a loco, de quo Macro. Sat. l. 4. c. 2. Aliter tamen de Orpheimorte sẽtit Pausa. affirmãs eum, Eurydices desiderio, apud Auernũ Thesprotium, dicm obijsse; suum tumulum in Olympo mõte habuiße. b Alij legunt, Nocturniq. c Crudelissimae mortis exemplum.' d Alba; instar albi marmoris, uel alabastri. e Quod postea dicitur oracula edidisse. f Oeagrius Hebrus, id est Thracius; ab Oeagro, Thraciae regio, Orphei, ut uulgo putatur, patre. g Cum Echo resonaret. h Subaudi, territa est: nec in altum itidem se dedit. i Timidum. K Alloquitur Cyrene, mater Aristaei, filium timidum. l Dicta a Proteo. est autem confirmatio, per ταπείνωσιν. nam, ait, hoc diuturnum non erit, quia caussa non est ita magna; & nymphae a te offensae faciles sunt placatu.
m Extende. n Exorabiles, ad ignoscendum paratas.
o Herbarum, & florum deas: uel, potius siluarum. νάπη enim, siluam significat. p Indomita; iugum non passa. uictimas enim illaesas & integras esse oportet: repudiantur, quibus cutem attriuit iugum.

Con-

Constitue; & sacrum iugulis demitte cruorem;
Corporaq.[a] ipsa boum frondoso desere luco.
Post, ubi nona[b] suos aurora ostenderit ortus,
Inferias[c] Orphei Lethaea papauera[d] mittes,
Et nigram[e] mactabis ouem, lucemq. reuises:
Placatam[f] Eurydicen uitula[g] uenerabere caesa.
Haud mora: continuo matris praecepta facessit:
Ad delubra uenit, monstratas excitat aras:
Quattuor[h] eximios[i] praestanti corpore tauros
Ducit, & intacta[k] totidem ceruice iuuencas.
Post, ubi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei[l] mittit, lucumq. reuisit.
Hic uero subitum, ac dictu irabile monstrum
Adspiciunt,[m] liquefacta boum per uiscera toto
Stridere[n] apes utero, & ruptis efferuere[o] costis,
Immensasq. trahi nubes,[p] iamq. arbore summa
Confluere, & lentis uuam[q] demittere ramis.

a Taurorũ & iuuencorum; Graeci antẽ reliquijs assis uescebantur.
b Nono post die.
c Infernalia sacrificia ad placandos manes. et Homericae quoque inferiae ex nigris pecudibus fere fiunt: ut etiam in VI. Aeneid.
d Quae obliuionẽ inducũt, quã inferis optime cõuenientia: ut nimirum irarum obliuiscantur.
d Hostijs furuis, id est, nigris inferi delectantur: ut patet ex l.6. Aenei.
f Tres scripti libri, Lucumq. g Hypallage, pro, Veneratam placabis.
h Repetitio est, ex Home. exemplo conficta.
i Pontificale uerbum est, Eximius: de quo Macrob. lib.3. c.6.
K Paullo supra idem hemistichium posuit.
l Lucr. l.3. Et nigras pecudes auas manibus diuis Inferias mittunt.
m Ab hoc euentu, reparandarum apum rationem, primum inuentam esse existimant: quare Var. apes βȣ̃γονες, Idem quoque Nicand. in Theriac. & ipsum mel, apud Graecos Medicos periphrastice dicitur, νᾶμα θυγατέρων ταυρῶν: id est, textura filiarum tauri. Nam antea ἐν putrescentibus bubalis corporibus, apes generari, cecinit Virgilius: Sicut ex equis, crabrones; ex mulis, fuci; ex asinis uespae: reliqua infecta alia, alio modo. n Enallage modi & temporis. o Enallage coniugationis.
p Examina nubibus similia. q In morem uuae conglobatas defluere; Homer. βοτρύδον, ait.

HAEC ſuper [a] aruorum cultu, pecorumq. canebã,
Et ſuper arboribus, Caeſar dum magnus ad altũ
Fulminat [b] Euphratem bello, uictorq. uolentes
Per populos dat iura, uiamq. [c] affectat Olympo.[d]
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, [e] ſtudijs florentem ignobilis [f] oti;
Carmina qui luſi paſtorum, audaxq. [g] iuuenta,
Tityre te patulae, cecini, ſub tegmine fagi.

a Operis peroratio, tria continens; auctorem, tempus, & locum, ubi ſcriptum eſt hoc opus.

b Id eſt, fortiter, & ſtrenue ad Euphratem pugnat: ut, Duo fulmina belli Scipiadae.

c Teren. in Heaut. Ad dominas qui affectant uias.

d Praeparat ſibi diuinos honores: ut l. 1. Georg. Quem mox quae ſint habitura deorum Concilia incertum eſt.

e Neapolis, Campaniae ciuitas celeberrima; antiquitus, a nomine Sirenis ibi ſepultae, dicta Parthenope: quae cum a Cumanis eſſet euerſa, ingruente acerbiſſima peſte, ita iubente Apollinis oraculo; ſplendidius, quã antea umquã, ab ijſdem eſt reſtaurata; bonaque ciuium parte eo translata, ad ueteris urbis (a Chalcidenſibus primo conditae) differentiam, Neapolis dicta. Plin. lib. 3. c. 5. & Suidas.

f Id eſt, in quibus otio adiuncta non eſt gloria.

g Scripſit enim Bucolica, ut ait Seruius, natus annis uigintiocto. Ex Probo.

AENEI-

AENEIDOS LIBER. I

ARGVMENTVM

Troia capta, Aeneas, Anchisae & Veneris filius, uir singulari pietate, pariq. fortitudine praeditus, dum erroris sui anno septimo per mare Tyrrhenum a Sicilia in Italiam nauigat, immissa ab Aeolo, rege uẽtorum, rogatu Iunonis, grauissima tempestate, ad Libycum litus appellitur, egressusq. in terram, septem ingenti magnitudine ceruos sagittis prosternit, singulosq. in singulas naues (tot enim ex dispersa classe collegerat) aequaliter distribuit: sociosq. deinde, longis iam erroribus fatigatos, spe futurae quietis ad tolerandum quod reliquum erat laboris, hortatur. Interea Venus Aeneae sui Troianorumq. caussam apud Iouem agit, omniumq. calamitatum illarum caussam Iunoni imputat. Iuppiter contra, reserata fatorum serie, spe felicis posteritatis, potentiaeq. Romanorum, filiae dolorem consolatur. Cuius oratione confirmata Venus, Aeneae suo, locorum ignaro, & explorandae regionis caussa huc illuc oberranti, sese obuiã praebet, nauesq. dispersas saluas esse nunciat: ostenditq. non procul illinc abesse Carthaginem, quam tunc in ijs locis condebat Dido. Aeneas itaq. matris beneficio caua nube cinctus, una cum Achate Carthaginem ingreditur: ubi & socios saluos reperit, & a Didone benigne excipitur. Venus tamen, quod neq. Iunonio hospitio, neque muliebri inconstantiae satis fideret, sopito in Idaliae lucis Ascanio, pro eo cupidinẽ substituit, qui inter amplexus & oscula latẽter reginae amorẽ inspirat Aeneae.

Ad Homericae Ὀδυσσείας inscriptionem, quam sex prioribus his libris praecipue imitatus est, respexisse uidetur: neq. enim quemquam adhuc, qui τὴν Αἰνηίδα apud Graecos scripserit, reperire se potuisse, testatur Ful. Vrsinus. Inscripsisse autem hanc suam Aeneidem codẽ modo, quo, apud Arist. ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς, suã Ἡρακληΐδα incertus quidã, sed nõ indoctus, poeta, dici põt. Ad quẽ modũ ẽt Diphilus, apud Pindari scholiasten ĩ Olympic. suã Θησηΐδα; de qua & alij meminerũt.

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

VIR[a] *magnus bello, nulli pietate secundus*
Aeneas, odijs Iunonis[b] *pressus iniquae;*
Italiam quaerens, Siculis errauit in undis:
Iactatus tandem Libyae peruenit ad oras.
Ignarusq. loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elysae.
Quin etiam nebula saeptus peruenit ad urbem,
Arreptosq.[c] *undis socios cum classe recepit.*
Hospitioq.[d] *usus Didus*[e] *per cuncta benignae,*
Excidium Troiae iussus narrare parabat.

ALIVD. INCERTI

Aeolus immittit uentos, Iunone precante,
Troianosq. uagos Libycas expellit[f] *ad oras.*
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido:
Cui Venus Ascanij sub imagine mittit Amorem.

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

Primus habet, Lybicam ueniunt ut Troes in urbẽ,

ALIVD

Aeneas primo Libyes appellitur oris.

ALIVD

Aeneas profugus intrat Carthaginis oras.

Quattuor primos uersus, in omnibus, quibus ego quidem usus sum, scriptis exẽpl. omnino a sequentib. separari, animaduerti: ea re, ut suspicor, quod a Tucca, & Varo sublati fuisse dicantur: quorum iudicio principium aptius Aeneis habitura esset, ab illo uersu ARMA. VIRVMQ. &c. Eos certe multi ex ueterib. minime agnouisse uidentur. neq. est fortasse, cur hos tamquam Aeneidos principium agnoscamus; cum potius sint quaedam uelut in ipsam praefatio. Quia tamen omnino cohaeret cum illo quincto, is qui inter hos est quartus & ultimus; hanc, quam uides, notam, antiquae separationis uelut testem, interijciendam duximus.

a *Hic primus uersus in quibusdã tã scriptis, quã typo excusis exẽplarib. non legitur.*

b *Quaedã exemplaria habẽt, Pressus Iunonis iniquae.*

c *Alij, Acceptosq. quidã ẽt Abreptosq. legere malunt.*

d *Hic etiã uersus in quibusdam scriptis, non reperitur.*

e *Quidam legunt hoc modo: Hospitioq. usus Didonis cuncta benignae.*

f *Quaedam exemplaria, In oras.*



LLE ego, [a] qui quondam [b] gracili modulatus auena
Carmen, &, egressus siluis, uicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono;
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis

Arma, [c] uirũq. cano, [d] Troiae [e] qui primus [f] ab [g] oris
Italiam, fato [h] profugus, [i] Lauinaq. [k] uenit [l]
Litora: multum [m] ille & terris iactatus, [n] et [o] alto,
Vi superum, seuae [p] memorem [q] Iunonis ob iram,

a Id est, quã iuuenis tenui stylo scripsi bucolica, & scriptis post bucolica georgicis, arua nouis agricolae quãtũuis auidre spondere coegi: nũc cano arma, &c. Perperã autem uerbum, Coegi solet hic exponi, adiecta post ipsum nota interpunctionis. b .i. tenui: ut in Bucol. c ὕστερον πρότερον. ad Homeri exemplum. primum enim de erroribus, deinde de bello in Italia gesto scribit.
d Propositionẽ totius operis nudã ponit; quã Homer. cum inuocatione miscet: μῆνιν ἄειδε θεά. Et, ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα. Porro hic docilẽ reddit auditorem Virg. e Troia, teste Liuio, nõ urbs, sed Asiae potius regio fuit, Hellesponto cõtermina; a Troe, Erichtonij & Astyoches, Simoentis filiae, nomen sortita: quae diuersis postea nominibus nominata fuit. eam enim, modo Ilium, modo Troiam, sine discrimine scriptores uocant. Huius originem late enarrat Lambert. Hortens. in hunc locũ & Robortellus. f id est, princeps. ut Macrob. l. v. c. 2. & Fulgent. g Martian. de Gram. Quinctil. l. ix. c. 16. Macrob. l. v. Pontan. in Attio. h Quod ineuitabile est. i Fati necessitatem fugae praetexit, ne tãto uiro uitio uertatur, tot ciuium myriadas in discrimen adduxiße; cum tamen paucis secum assumptis poßet euadere.
K Vide Quinct. l. xi. c. 3. qui hunc sermonem suspendi iubet, & interdũ deponendum. l Ellipsis est, pro in Italiam. Quinctil. & Prisc. l. i. m Multum, pro Valde. Prisc. l. i. & alibi Virg. Nec longum laetabere. & illud: Aeternumq. sedebit Donat. in Ter. Eunuch. Diomed. & Pontan. in Attio. Homer. Odyss. 4. ὃ γὰρ πολλὰ παθὼν, &c. n Videtur exprimere uelle uocẽ, qua Homer. in pr. Od. utitur, πολυπλαγχθέντα. o Mari. p iratae. Nonius. Vel etiam, magnae: ut alibi: Iunonis magnae primum prece numen adora. τὴν μεγάλην. Alibi: Adsit laetitiae Bacchus dator, & bona Iuno. τὴν χρηστήν. Alibi quoq. τὴν δύνατην nominat, Deamq. potentem.
q ut l. v. Iunonis grauis ira, & inexsaturabile pectus.

Multa[a] *quoq. & bello passus, dum conderet* [b] *urbẽ,*
Inferretq. deos Latio: genus unde [c] *Latinum,*
Albaniq.[d] *patres, atque altae* [e] *moenia Romae.*
Musa mihi caussas memora, quo numine laeso,
Quid ue dolens regina deum, tot uoluere [f] *casus*
Insignem pietate uirum, tot [g] *adire labores*
Impulerit. tantae ne animis caelestibus irae?
Vrbs antiqua fuit,[h] *(Tyrij* [i] *tenuere coloni,)*
Carthago, Italiam contra, [k] *Tiberinaq. longe*
Ostia, diues opum, studijsq. [l] *asperrima belli:*
Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam,
Posthabita, [m] *coluisse,*[n] *Samo. hic illius* [o] *arma,*

a *Attẽtum reddit audi torẽ amplificatione laborum Aeneae, terra mariq.*
b *Lauiniũ nimirũ: de Alba, quã Graeci quidam scriptores ab eo conditam affirmant, opportuniori loco in seq. differetur.* c *A quo Aenea. Pris. l 15.* d *Ser. notat Virgiliũ praeclare iungere haec: ut in l. V. Priscos docuit celebrare Latinos, Albani docuere suos, nunc maxima porro Accepit Roma. & l. VI. Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes Albanae coluere sacrum: nunc maxima rerũ Roma colit. Porro, de prodigioso scrophae albae occursu, uide Lamb. Hortẽs.* e *hoc uidetur ad tecta retulisse: nam, si quis tectorum Romanorum altitudinem considerabit, dignissimam profecto existimabit, fateaturq. nullius urbis magnitudinem in toto orbe ei potuisse comparari. Sed haec copiosius apud Aristidem in Encomio Romae.* f *Velut molem quandam.* g *Pontan. in Attio.* h *Cõdita est n. Carthago anno mũdi 416. ante exordiũ humanae salutis 1035. quo tẽpore Salamõ in Iudaea regnare coepit: Eupales in Assyria: Codrus Athenis: Archistratus Lacedaemone: Latinus Siluius in Latio. Quo ẽt tẽpore Cumaeis & Chalcidensibus, ductu Megasthenis & Hippoclis ex Euboea profectis, sunt conditae. & est alia Carthago, in Hispania, quam ad differentiã huius, nouã appellat.* i *Epexegesis est, et sub Quam. Ponta. in Attio.* K *E regione Italiae.* l *Studia hic Virg. accipit pro cupiditate, exercitatione, atq. animi propẽsione: ut 2. Aen. Scinditur incertũ studia in cõtraria uulgus.* m *nõ, contẽpta, sed in secũdis habita.* n *Samos insula iuxta Var. prius Parthenias dicta; ubi Iuno nupsisse creditur fratri suo Ioui: ibi erat simulacrũ nubẽtis Iunonis, sacraq. anniuersaria nuptiarũ ritu fiebãt. Don. in And. Ter. Porro in Samo, Iuno; in Papho, & Gnido, Venus; ĩ Delo, Apollo colebatur.* o *Existimat R. Virgilium hic ludere ad Graec. ἅρμα, quod est, currus; ita ut ludat in uocib. Graecis, et Latinis. Prisc. l. 2. et 8. et Dionis.*

Hic

Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tum tenditque, fouetque.
Progeniem [a] sed enim Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae [b] uerteret arces:
Hinc populum late [c] regem, belloq. superbum
Venturum excidio Libyae: sic [d] uoluere parcas.
Id metuens, [e] ueterisq. memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro caris [f] gesserat Argis:
Nec dum etiam caussae irarum, saeuiq. dolores
Exciderant animo: manet [g] alta mente [h] repostum
Iuditium Paridis, spretaeq. [i] iniuria formae,
Et genus [k] inuisum, & rapti Ganymedis [l] honores;
His accensa super, [m] iactatos aequore toto
Troas, relliquias Danaum, atq. immitis [n] Achilli,
Arcebat longe Latio: multosq. per annos
Errabant acti fatis maria [o] omnia circum:
Tantae [p] molis erat Romanam condere gentem.

a Prisc. l. 16.
b Pro Euerteret: ut eo legunt non nulli.
c Pro, late regnantem, & imperantem. Caris.
d una enim loquitur, al tera scribit, tertia fila deducit. P.
e Nam Iuno non bene audebat Carthaginē defendere, ubi arma eius & currus fuit; aut Romanis nocere, quia progeniem a sanguine Troiano duci audierat, quae olim Tyrias.i. Carthaginienses arces euerteret. Lactant lib. 2.
f Prisc. l. 2. de construct. g Nonius in uerbo, Manere, & Ponere.
h Laudat hic Seruij super hoc uerbo scholion, R. nec uideo cur cuiquam displicere possit. ait enim hoc modo: Cum omnes sermones aut integri sint, aut habeant πάθος: hi, qui πάθον habent, ita ut lecti sunt, debent reponi, ut facit Maro: Repostus, Porgite; quae de Ennio transtulit. Integris autem & ipsis utimur sine syncope. Horatius: Quando repostum Caecubum, &c. i scilicet, a Paride, quib. arbiter formae a tribus deabus cōstitutus, pomum aureū Veneri, Iunone, & Pallade spretis, adiudicauit.
K Homerus in Il. 263. l ob ministerium poculorum, ad quod receptus est, remota Hebe Iunonis filia. m Prisc. lib. 14. de praeposit. Super. Sic & Horat. Mitte ciuiles super urbe curas. Graecismus.
n Homioteleuton.
o Prisc. lib. 14.
p Epiphonema, de quo uide Coel. l. 23. c. 7. & Quinctil. l. 8.

VIX e conspectu[a] Siculae telluris in altum
Vela dabāt laeti,[b] & spumas[c] salis aere[d] ruebāt;
Cum Iuno, aeternum seruans sub pectore[e] uulnus,
Haec secum:[f] Me ne[g] incepto desistere uictam?
Nec posse[h] Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe[i] uetor[k] fatis. Pallas ne[l] exurere[m] classem
Arginum, atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias[n] Aiacis[o] Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem,
Disiecitq. rates, euertitq.[p] aequora uentis,
Illum exspirantem[q] transfixo pectore flammas
Turbinae corripuit, scopuloq. infixit acuto.
Ast ego, quae diuum incedo[r] regina, Iouisq.
Et soror, & coniux,[s] una cum gente[t] tot annos

a Macrob. l.v. Nō omnibus obseruatū, quod cum primo se promisisset productu rum Aeneā de litoribus Troiae, ubi ad ianuam narrandi uenit, classem Aeneae non de Troia, sed de Sicilia producit: a medio incipit, & ad initium reuertitur. Pontan. in Attio diligentissime obseruat hunc locum, ut & Priscian. l. IX. b Non, ueloces; ut Ser. sed alacres ad excitandam iracundiam Iunoni ex obiecto, ut alibi: Laetum Aeneam Siculo prospexit ab usque Pachino. c Spumans mare aeratis nauium rostris secabāt. d Nonius in uerbo, Ruere. e Seruius, de praeterito, dolorem; de praesenti, metum; de utroque uulnus, dici ait. f Sub. uolutabat animo; ut infra uersu 13. g principium abruptum orationis patheticae; teste Macrob. l. IV. qui asserit omnem patheticam orationem, aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigi. h Donat. legit, Non posse: sensu eodem, affectu uehementiore. Pris. l. 2. de construct. i Ironicῶs intelligendus hic locus. K Pontan. in Attio. l πάθος, ab exemplo. m de una loquitur Aiacis naue: sed, totum pro parte, ad inuidiam posuit. n Furiosos amores. o Duo fuerunt Aiaces furiosi; alter amore, alter uero ira. De quibus late Plutarch. in uita. Sertorij. Αἴαντος γέλως. prouerb. uetus.
p Mare prius tranquillum ita perturbauit, ut euersum uideretur.
q Prisc. lib. 1. de part. Or.
r Homer. in Il. 39.
s Quare Iuno dicatur, S. & coniux Iouis, uide Macrob. in som. Scip. lib. 1. c. 17.
t Priscianus lib. 2.

Bella gero. & quisquam numen Iunonis adoret
Praeterea? [a] aut supplex aris imponat honorem?
Talia flammato [b] secum dea corde uolutans,
Nimborum in patriã, loca feta [c] furẽtibus Austris,
Aeoliam uenit. hic uasto rex Aeolus [d] antro
Luctantes uentos, tempestatesq. sonoras
Imperio premit, [e] ac uinclis, & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremũt. celsa sedet [f] Aeolus [g] arce,
Sceptra tenens, mollitq. animos, [h] et temperat iras.
Ni faciat; maria, ac terras, caelumq. profundum
Quippe ferant rapidi secum, uerrantq. [i] per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens: molemq. [k] & montes insuper altos
Imposuit, regemq. dedit, qui foedere certo
Et premere, [l] & laxa sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est:
Aeole (namq. tibi diuum pater, atq. hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento) [m]
Gens inimica mihi Tyrrhenum [n] nauigat aequor,
Ilium [o] In Italiam portans, uictosq. [p] penates. [q]

a id est, postea: ut alibi quoque. b Pro, Inflammato, & ita accenso. c plena, grauida. d Aeolus, quare uentorũ rex fingatur, unde Coel. Antiq. lect. lib. 20. c. 18. Suidas hãc adfert rationẽ; quod Strongyle, una ex Vulcanis insulis, Aeoli domus sit: ex cuius fumo cognoscunt incolae triduo ante, qui uentus sit. e id est, regit; quod ad auctoritatẽ respicit; frenare uero carcere, ad ciuilem animaduersionem. f non, otiatur, sed curat. nam Sedere, ignauae cessationis est; ut, Sedeant, spectentq. Latini. g In solio suo. h Impetus uentorum. i Nonius in uerb. Verrere. K id est, molem montis: ut alibi Pateris libamus, & auro. l Bonis principis officiũ. m Al. Vetos. Donat. & eod. modo citat Helenius, supra illud: Quo nõ arbiter Hadriae maior, tollere, seu ponere uult freta. n Quinctil. l. IX. Τυρσηνός, filius Ἄτυος: a quo Tyrrheni. o Res Ilienses ut Ser. uel, ex Ilio uicto portans penates. p ergo contemnendos, q Macrob. Qui ueritatem inquisierunt, esse dictos putarunt, per quos penitus spiramus, per quos uitam habemus, per quos rationem animi possidemus.

Incute uim [a] uentis; submersasq. obrue puppes,
Aut age diuersas [b] & disiice corpora ponto.
Sunt [c] mihi bis septẽ praestanti corpore nymphae:
Quarum, quae forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, [d] propriamq. dicabo;
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus haec contra. Tuus, o regina, quid optes,
Explorare labor. mihi iussa capessere [e] fas est.
Tu mihi quodcumq. [f] hoc regni, [g] tu sceptra, Iouẽq.
Concilias: [h] tu das epulis [i] accumbere diuum:
Nimborumq. facis, [k] tempestatumq. potentem.
Haec ubi dicta, [l] cauum [m] conuersa cuspide [n] montẽ
Impulit in latus: [o] at uenti, uelut agmine facto,
Qua data porta, ruunt, [p] & terras turbine perflãt.
Incubuere mari, totumq. a sedibus imis

a Notat hunc locum Diomedes sic: Furens Iuno & irata; quod potissimũ graue putauit optabat; deinde quod grauius. Similis fere locus est apud Ter. in Andr. sc. 1. act. 2. ubi Charinus a Pamphilo petit, ut ne ducat eam, quam pater ei dare uolebat; deinde subdit: Saltem aliquot dies profer nuptias, ut proficiscar aliquo, ne uideam. Primo, inquit, Donat. quae maiora sunt, petit; postremo, quae ex his uidentur minima, idq. summa arte. b In diuersa loca. c Homerus in Il. 94. 156. d Quod careat diuortio. e Nefas esset non capessere. f cum contemptu. Don. in Hecry. Ter. g motus enim aeris, id est, Iunonis, uentos creat, quibus praeest Aeolus. h Impetras mihi regnum a Ioue conciliato. Donat. in Phorm. Priscian. l. 1. de construct. Nymphas Iunoni attribuunt, quod dea aeris credatur; aer autem fecundus ac uitalis: uitalitatem autem cõmode ueteres declararunt per nymphas. Interim reticendũ non opinor, inepte quosdã hic Virg. reprehendere, quod duas uxores Aeolo tribuat, teste R. i tu me deum facis; ut Ser. Dearum enim connubio, & deorũ conuiuio dij efficiuntur: ut in Bucol. Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. K Epexegesis. efficis quod imperium in uentos & tempestates obtineam. l Tempestatis subitae descriptio, ad exemplum eius, quàm describit Homerus in Od. 46. ceterum mira arte tempestatis naturae dactylorum spondeorumq. cõpositionẽ attẽperauit. m In quo antrum est. n Sceptro regali. o Quod uenti flant oblique. p Pro, Irruunt; nam horribili susurro effunduntur.

Vna Eurusq., Notusq.[a] *ruunt*[b] *creberq. procellis*
Africus; & uastos uoluunt ad litora fluctus.
Insequitur clamorq.[c] *uirum, stridorq.*[d] *rudentum.*
Eripiunt[e] *subito nubes caelumque, diemque*
Teucrorum ex oculis: ponto[f] *nox incubat*[g] *atra.*
Intonuere poli;[h] *et crebris micat*[i] *ignibus*[k] *aether;*
Praesentemq. uiris intentant omnia mortem.
Extemplo Aeneae soluuntur frigore membra:
Ingemit, &, duplices[l] *tendens ad sidera palmas,*
Talia uoce refert: O[m] *terque, quaterq. beati,*
Queis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere: o[n] *Danaum fortissime*[n] *gentis*
Tydide,[p] *me ne*[q] *Iliacis occumbere campis*
Non potuisse, tuaq. animã hanc[r] *effundere dextra?*[s]
Saeuus[t] *ubi Aeacidae*[u] *telo iacet Hector, ubi ingẽs*[x]

a Boreae, non meminit quod serenitatem inducat.
b Priscian. l. 1. de construct.
c Polysyndeton, rei accomodatissimum.
d Rudẽtes ea re sapientissimi quique funes nauiũ appellarũt, quod funes, eum uento uer-

berantur, rudere existimentur. Nonius. e Vt lib. 3. Inuoluntq. diem
nimbi. f Mari, per synecdochen. g Caliginosa. h Polos, pro
aere posuit; id quod perspicue ex seq. apparet. i Nonius in dict. Micare.
K Fulguribus. l Ambas. Vtrasque. alibi. m Homerus in Od. 46.
n Homer. in Iliad. 173. o Pathos ab exclamatione, per auersionem
cum amplificatione. Non enim Diomedes, sed Achilles, Graecorum for-
tissimus dicebatur: illiusq. amplificatio uirtutis, uehementer ad Aeneae
gloriam conducebat. p Pro Diomede: estq. enallage speciei, patroni-
micum pro primitiuo. q Aliorum calamitatem extenuans, suam ex-
aggerat. r Ad eundem modum ait Terent. Hanc ego uitam. Vbi Donat.
quasi d. quae nos perturbat.
s Homer. Iliad. ε. refert parum abfuisse, quin Aeneas Diomedis dex-
tra perierit: nam in singulari certamine, a Diomede ictu grandis saxi gra-
uiter uulneratus est, & iam humi fusus, periturus erat, nisi matris in-
teruentu, circumfusa nube, eius manibus subtractus, in pacatum euasisset.
t Homerus in Iliad. 129.
u Achillis, Aeaci filij.
x Corpore, & uirtute bellica. Homer.

Sarpedon;

Sarpedon; ubi tot Simois [a] correpta ſub undis
Scuta uirum, galeasque, & fortia corpora uoluit.
Talia [b] iactanti ſtridens Aquilone [c] procella
Velum auerſa [d] ferit, fluctusq. ad ſidera tollit.
Franguntur remi; tum prora auertit [e] & undis
Dat latus: ĩſequitur cumulo praeruptus aquae mõs.
Hi ſummo in fluctu pendent: [f] his unda [g] dehiſcens
Terram inter fluctus aperit: [h] furit aeſtus arenis.
Tres Notus [i] abreptas in ſaxa latentia [k] torquet:
Saxa uocant Itali [l] medijs quae in fluctibus aras: [m]
Dorſum [n] immane mari ſummo. tres Eurus ab [o] alto
In breuia, & Syrtes urget, (miſerabile uiſu)
Illiditq. uadis, atque aggere cingit arenae.
Vnam, quae Lycios, fidumq. uehebat [p] Orontem,
Ipſius ante oculos ingens a uertice pontus
In [q] puppim ferit: [r] excutitur, pronusq. magiſter
Voluitur in caput. aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agẽs circũ, et rapidus uorat [s] aequore uor- (tex.
Apparent [t] rari nantes in gurgite uaſto:
Arma uirũ, tabulaeq.: et Troia gaza [u] per undas:

a Simois, Phrygiae amnis, ex Ida monte ſcaturiens, praeter lapſus Troiã Xantho flu. miſcetur, & ad Sigaeum Helleſponto infunditur. b Vt, Voces iactabat inanes. c Nunc demum Aquilonis, ſeu Boreae meminit, quem antea ſolum ex cardinalibus uentis omiſerat. d Contrarius.n.eſt Aquilo in Italiã euntib. e Id eſt, auertendo ſe dat latus undis. Auertit, pro Auertitur. f A ſenſu cõmuni: nã ex interuallo ſpectantibus, in ſummis fluctibus pendere uidentur. g Se diducens, proprio motu. h Oſtendit. S. per hyperbolem. i Species, pro genere. K Ob tempeſtatem. l Quinct. l. 11x. & Diome. Synchyſis eſt, uel hyperbaton obſcurum. ſententia eſt: notus torquet tres naues in ſaxa latentia, quae ſaxa Itali uocant Aras. m Quod eo loco foedus ictum eſt inter Romanos, & Poenos, Arae dicuntur: eſt autem locus inter Africam, et Sardiniam. n Exſtans uelut dorſum. Nonius in c. de improprijs. o Mari ſcilicet: tamen nullum mare determinat; quod equidem eum dedita opera feciſſe credo. p Lyciae ductorem claſsis Orontẽ. l. 6. q Hom. in Od. 110. r Fluctus, percuſſo Orontis gubernatoris capite, in puppim ingruit. ſ Abſorbet. t Homer. Od. 110. u Gaza, Perſica uox, opes ſignificat.

Iam ualidam Ilionei nauem, iam fortis [a] Achatae,
Et qua uectus [b] Abas, et qua grandaeuus Alethes,
Vicit [c] hiems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem [d] rimisq. [e] fatiscunt.
Interea magno misceri murmure [f] pontum,
Emissamq. hiemem sensit Neptunus, & imis
Stagna [g] refusa uadis: grauiter cōmotus, & alto
Prospiciens, summa placidum caput extulit [h] unda.
Disiectam Aeneae toto [i] uidet aequore classem,
Fluctibus oppressos Troas, caeliq. [k] ruina.
Nec [l] latuere doli fratrem Iunonis, & irae.
Eurum ad se, Zephyrūq. uocat: dehinc talia fatur.
Tantane uos generis tenuit fiducia [m] uestri?
Iam caelum, terramq. meo sine [n] numine uenti
Miscere, & tantas audetis tollere [o] moles?
Quos ego: [p] sed motos praestat componere fluctus:
Post mihi [q] non simili poena commissa luetis.
Maturate [r] fugam, regiq. [s] haec dicite uestro:

a *Caris. mutata declinat. Achati, leg.* b *Vehebatur.* c *Vis uenti, aut tempestas. Sic paullopost: Emissamq. hiemem sensit Neptunus.* d *Aquam marinam.* e *Priscian. l. 8. de partibus.* f *Vt murmur exprimant maris, Graeci illud μυκητὴν ἀγάςονον, πολύφλοισβον. Taurumq. ideo Neptuno sacrificabant, ut maris truculentiam significarent. Pontan. quoque in Attio hunc locum sedulo notat.* g *Aquam refusam & turbatam in imis gurgitibus: Stagna enim pro fundo maris posuit; qui non nisi maxima tempestate turbatur.* h *Priscian. lib. 2. de constr.* i *Homer. in Il. 160.* K *Tempestate, quae é caelo irruerat.* l *Home. in Iliad. 12.* m *Donat. super his Ter. uerbis: O ingentem confidentiam.* n *Potestate a me non data.* o *Fluctuum scilicet.* p *Sermo imperfectus, iram indicans: quem interpretatur Macrob. l. VI. c. ult. estq. pathos per aposiopesim. Quinctil. l. IX.* q *Non itidem castigabimini uerbis, a me, ut nunc, irato: irati enim in puniendo modum seruant nullum. Quare, neque Architas uillicum, neque Plato seruum uolebat punire, quod erant irati, ut Valer. Max. refert.* r *Vide Macrob. Beroald. Franc. Florid. & Noniū: nā omnes hi locū hi declararunt. Gel. l. X. c. 11.* s *sic Liu. lib. 1. Ad haec Tullus; Nunciate, inquit, regi uestro: uel, qui uos rogere deberet: uel, qui sit rex uentorum, quibus nil sit inanius: ut sit χλευασμὸς.*

Non

Non [a] illi imperium pelagi, [b] saeuumq. [c] tridentē, [d]
Sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
Vestras, Eure, domos. illa [e] se iactet [f] in aula
Aeolus, & clauso uentorum carcere, regnet.
Sic ait, & dicto citius [g] tumida aequora placat,
Collectasq. fugat nubes, solemq. reducit.
Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat [h] ipse [i] tridenti,
Et uastas aperit Syrtes, & temperat aequor,
Atque [k] rotis summas leuibus perlabitur undas,
Ac, [l] ueluti magno [m] in populo cū saepe coorta est
Seditio, saeuitq. animis ignobile uulgus,
Iamq. faces, & saxa uolāt, furor arma ministrat:
Tum, pietate grauem, [n] ac meritis si forte uirū quē
Conspexere, silent, arrectisq. auribus adstant;
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Sic cunctus [o] pelagi cecidit fragor, aequora postquā
Prospiciens genitor, caeloq. inuectus [p] aperto
Flectit equos, curruq. [q] uolans dat lora secundo.

a Home. in Il. 163. b id est, regi uestro non est data potestas tā ta ī pelago, ut possit facere quidquid uelit. c Magnū. ut supra. uel re uera saeuum, ut magis eos perterrefaciat. d Tridētē, quam τριαίναν uocant Graeci, ob id Neptunus seruare fingitur, quod aquarū natura triplici uirtute fungatur: liquida, fecunda, & potabili: uel, ut Donat. placet, pro numero trium elementorum. Fulgent. Cornutus uero aliter sentit; aliter etiam Heraclid. quae breuitatis ergo non affero. Tu, si quae Eustathius lib. 12. Iliad. commentatur, leges, aliud te desideraturum esse, non arbitror.
e Donat. in Eunuch. Ter. auctor est, pronomina cum maximo pondere hic usurpari. f Per antithesim irridet Aeolum, dum eius domum, modo Aulam, modo carcerem per contemptum appellat. g Graeci aiunt, ἅμ᾽ ἔπος, ἅμ᾽ ἔργον. h Leues, & nauigabiles facit. S aut, Leuat naues. i Tricuspide telo. K Homer. in Il. 137. l Tempestati motum populi comparat. Victorin. in l. 1. Cic. de Inuent. m Hoc rectum, & sonorum: contra illos, qui epitheton ad seditionem referunt, ac genus mutant.
n Eloquentiae fructus. o Coaptatio comparationis. p Vectus per maria caelo sereno. q Pro, Equis.

Defessi

Defeſſi Aeneadae, quae proxima litora, curſu
Contendunt [a] *petere, & Libyae* [b] *uertuntur ad oras.*
Eſt [c] *in ſeceſſu longo locus: inſula portum*
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur, inq. ſinus ſcindit ſeſe unda [d] *reductos.*
Hinc atq. hinc uaſtae rupes, geminiq. [e] *minantur*
In caelum ſcopuli: quorum ſub uertice [f] *late*
Aequora tuta ſilent: tum ſiluis ſcena [g] *coruſcis*
Deſuper, horrentiq. [h] *atrũ* [i] *nemus imminet umbra,*
Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum:
Intus [k] *aquae dulces, uiuoq.* [l] *ſedilia ſaxo,*
Nympharum domus. hic feſſas non uincula naues
Vlla tenent, unco non alligat anchora [m] *morſu.*
Huc, ſeptem, Aeneas, collectis nauibus [n] *omni*
Ex numero, ſubit; ac magno telluris amore
Egreſſi [o] *optata potiuntur Troes arena;*
Et ſale [p] *tabentes artus in litore ponunt.*
Ac primum ſilicis ſcintillam [q] *excudit* [r] *Achates,*
Succepitq. [s] *ignem folijs, atq. arida circum*
Nutrimenta dedit, rapuitq. in fomite flammam.

a *Notat h. uerſ. Nonius in uerb. Cõtendere; & ait hic idẽ eſſe quod Feſtinare.* b *Africae.* c *Home. in Od. 113. Similẽ Ithacae portum deſcribit. eſt hic topothoſia. Nã hic portus ĩ Africa nõ eſt; ſed in Hiſpania apud Carthaginẽ nouam.* d *qui recolliguntur, et replicãtur.* e *Quinct. l. 8. ὑπερβολὶν eſſe putat: ſed tales ſunt certe portus Brũdiſini: quos Caeſar et Lucan cornua uocãt: atq. hinc eſt, quod Strab. l. VI. ſcribit lingua Meſſapiorũ Brũdiſiũ cerui caput appellari.* f *Radice, quae ad rectã lineã ſuſpiciũt uerticẽ; & quidem intra portum. Ser.* g *Vmbraculum ſimile ſcenis ueterum. Ser.* h *Horrorẽ incutiente.* i *Quod frõdib. ſit denſum.* K *Nonius in c. de in- proprijs.* l *Naturali: ut, Viuo praeteruehor hoſtia ſaxo.* m *ut, Dente tenaci. l. VI. Aen.* n *Ex 20. nauib. Bis denis Phrygiũ cõſcẽdi nauibus aequor.* o *Recte ſecundum Donat. Egreſſi dicuntur, qui iam nauigarunt: ut contra Ingredi dicuntur, qui nauigare incipiunt.* p *madefactos aſpergine maris.* q *Antonomaſia eſt, pro, Ignem. Graeci σπινθῆρας. In Georg. ſeruans proprietatem huius dictionis; ait: Scintillare oleum &c.* r *R. putat hic fieri alluſionem ad lapidem aut gemmã; cuius generis erat in Pyrrhi annulo, teſte Plin.* ſ *Pro, Suſcepit.*

Tum Cererem [a] *corruptam undis, Cerealiaq. arma*
Expediunt [b] *fessi rerum: frugesq. receptas*
Et torrere parant flammis, [c] *& frangere saxo.*
Aeneas [d] *scopulum* [e] *interea* [f] *conscendit; et omnẽ*
Prospectum late pelago [g] *petit, Anthea si* [h] *quem*
Iactatum uento uideat, Phrygiasq. biremes,
Aut Capyn [i] *aut celsis* [k] *in puppibus arma* [l] *Caici.*
Nauem in conspectu nullam, tres litore [m] *ceruos*
Prospicit [n] *errantes. hos tota armenta* [o] *sequuntur*

a Frumentum aqua madefactũ. Quinct. l. 8 de Metony. b Inopia fatigati. c ὕστερον πρότερον. d Princeps ipsemet uadit, sciens, quod dici uere solet, domini oculo equũ pinguescere. Quemadmodum & paullopost, explorat ea loca, quibus uento accesserat, ignarus homines ne, ferae ue ibi habitarent, quod inculta ea uidebat. e Vnde, uelut ex specula, longe prospicere poßit. f Aeneam, utpote ducem a uilioribus muniis segregat. estq. τὸ πρέπον. g Ostendit principem non tam sui, quam suorum curam agere. h Sic legere malo, quam Si qua, quod uetus παρέλκον esse animaduertam, quo Lucilius & Terent. reliquiq. poetae ueteres persaepe usi sunt. Ait. n. in And. Ter. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. & in Heaut. Dixi pleraq. omnia. Quod loquendi genus ex Prisciano confirmat M. Anton. Muretus, eminentissimi uir ingenii, acerrimiq. iudicii, in suis annotationibus in Ter. His accedit quod omnes, quos mihi adhuc inspicere licuit, scripti libri sic habeant. Vt tamen cuique libebit, legat: nos, sicubi poßumus, antiquitatem libenter tuemur.
i Ducem Troianum; unde postea Capuam dictam uolunt, & conditam. lib. x. Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi. Vide Suet. in Caes. Liu. lib. 22 Sil. l. XI. Hic etiam lib. 2. laudatur. K Nam pars ea nauis, est altior. l Quia nauigantium militum est mos, puppibus arma religare: ut alibi: Pacem orare manu, praefigere puppibus arma. l. x. Aenei. Graeci uocant, τὸ παράσημον τῆς νηός. Erant autem utplurimum animantium formae, unde naues dicebantur κριοί, τράγοι: Centaurus, Pistris, apud Virg. l. v. Vide Lazar. Bays. de re nauali. m Vide Corrad. hic, qui subtiliter hunc locum expendit. n Simile est illud Horat. Aut ualle reducta Mugientium prospectat errãtes greges. o Mire sibi placent hic quidã, quod dictum hoc Virgilii reprehendere possint, quasi superuacaneum; cũ, qui sequitur, A tergo, necessario sequatur. Quasi uero de industria Virg. id non fecerit τῷ πλεονασμῷ: ut l. IIX. Necnõ etiam geminus a tergo respicit angues. Cic. Tusc. 1. Adolescentes in cursu a tergo insequens necopinantes assecuta est senectus.

A tergo; & longum per ualles pascitur agmen.
Constitit hic, arcumq. manu, celeresq. sagittas
Corripuit, fidus quae tela gerebat [a] *Achates.*
Ductoresq. ipsos primum capita alta ferentes
Cornibus [b] *arboreis sternit: tum uulgus, & omnē*
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam:
Nec prius absistit, quam septem ingentia uictor
Corpora fundat humi, et numerū cū nauibus aequet.
Hinc portum petit, & socios partitur in omnes
Vina, [c] *bonus quae deinde cadis onerarat* [d] *Acestes*
Litore Trinacrio, [e] *dederatq. abeuntibus heros,*
Diuidit, & dictis maerentia pectora mulcet.
O socij, [f] *(neq. enim ignari sumus ante* [g] *malorum)*
O passi [h] *grauiora: dabit Deus his quoq. finem.*
Vos & Scyllaeam rabiem, penitusq. [i] *sonantes*
Accestis [k] *scopulos,* [l] *uos & Cyclopea saxa*
Experti; reuocate animos, maestumq. timorem
Mittite. [m] *forsan & haec olim meminisse iuuabit.*
Per uarios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiae.

a *Aeneae comitem fingit esse Achatē, quod numquam uacui solicitudine sint principes, quam Graeci ἄχον uocant.*

b *Habentes cornua ramosa, ut sunt arbores: Graeci ἐλάφειον uocant.*

c *Diomedes notat hic Synchysin.*

d *Siciliae rex.*

e *Siciliēsi quae trinacris dicitur, a Triangulari figura.*

f *Consolatur socios, atq. ad laboris patiētiam eos adhortatur. Ex Home. Odys.107.* g τῶν πρίν κακῶν. *Quinctil. l.IIX. Prisc. l.ij. de constr.*
h *Horat. in Od. O fortes, peioraq. passi Mecum saepe uiri, nunc uino pellite curas, Cras ingens iterabimus aequor. Et, Quo nos cumque feret melior fortuna parente Ibimus, o socij, comitesque. Nil desperandum Teucro duce & auspice Teucro.* i *Lib.3. Scyllam & Caer. can. resonantia saxa.* K *Syncopa est duriuscula, dedita opera sic attemperata, ut litterarū et syllabarum selectio scopulorum asperitatem melius exprimat.* l *Accesserunt enim ad scopulos, non peruenerunt, i. pericula non tulerunt, sed prope adierunt.*
m *Nonius in uerbo, Mittere.*

Durate, [a] & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.
Talia uoce refert, curiſq. ingentibus aeger
Spem uultu ſimulat, premit [b] altũ [c] corde dolorẽ.
Illi ſe praedae [d] accingunt, dapibusq. futuris:
Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant:
Pars in [e] fruſta ſecant, uerubusq. trementia [f] figũt.
Litore ahena [g] locant alij, flammasq. miniſtrant.
Tum uictu reuocant [h] uires; fuſiq. per herbam
Implentur ueteris Bacchi, [i] pinguisq ferinae. [k]
Poſtquã exẽpta [l] fames epulis, mẽſaeq. [m] remotae,
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt,
Spemq., metumq. [n] inter dubij, ſeu uiuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire [o] uocatos.

a Perſeuerate in his tolerandis; Suet. ĩ Caio: Sicut erant, lorica tos monuit, ut diſcumberent, illo nouiſſimo uerſu Virgilij, ut durarẽt, & ſecundis ſe ſeruarent rebus. Donat. in Adelph. Durare uerbũ rerferendis malis conuenit. Non. l. IIX. de partib. b Occultat.
c Quid. Alto. d Elegans hypotypoſis.
e Homer. in Iliad. 10. f Adhuc palpitantia.
g R. ait, ahena poſita fuiſſe ad lauandum, non autem ad elixandum; quod ueteres antea non conſueuerint elixare carnes, ſed torrere flammis; quamuis poſtea utrumq. eos feciſſe Ouidio teſte probetur, qui ait: Atq. ita ſemineces partim feruentibus artus Mollit aquis; partim ſubiecto torruit igni. h Lucr. Praeterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus Et uires recreet. i Metonymia. Macr. Sat. l. V. c. 2. Horat. Eſt, qui nec ueteris pocula Maſſici etc. K Carnis, qnam Graeci θήρην uocant.
l Homer. in Iliad. 10. 78. 273.
m Per menſas intelligit τὰ πέμματα: uel, ſimpliciter etiam dictum eſſe uideri poteſt.
n Donat. adnotat in Ter. duos futurarũ rerum eſſe carnifices, Spem, & Metum; Dolorem uero, & Gaudium praeſentium eſſe.
o Olim enim, quos quaerebant, ſaepius uocabant, antequam audirent. Vnde lib. VI. Magna manes ter uoce uocaui. & tamen de mortuo loquitur. Vide etiam in Adagiorum Chiliad. Hylam inclamare. & coniunge his Eclog. VI. Virgilij; omiſſo Seruij ſuper hoc loco, commento, atque etiam illorum, qui hic interitum corporis & animi ſignificari putant. Quas opiniones, locus Homeri Odyſ. 9. cum teſtimonio interpretis, & Ioannis Tzetzis in hiſtorijs, facile refellunt. C. & Tur.

Prae-

Praecipue pius Aeneas nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci, fortemq. Gyan, fortemq. Cloanthum.
Et iam finis erat; [a] cum Iuppiter aethere summo
Despiciens [b] mare ueliuolum, [c] terrasq. iacentes,
Litoraq. & latos populos, sic uertice caeli
Constitit, & Libyae defixit [d] lumina regnis.
Atque illum tales iactantem pectore [e] curas
Tristior, & lacrymis [f] oculos suffusa nitentes
Alloquitur Venus: O qui [g] res hominumq. deumq.
Aeternis regis imperijs, & fulmine [h] terres,

a *Alienū Δόγμα admiscet, ut commodius ad Caesarū, populiq. Roma. laudes posit exspatiari: et obiter Ioue habere curam humanarū rerum fingit.*

b *Deorsum adspiciens, ut recte Seru. & per consequentiam, Troianis fauens. nam, quos dij adspiciunt, aut respiciunt, ijs bene cupere se declarant. Vnde lib. 2. Aeneid. Anchises ait: Adspice nos. Et, Respexit nos deus, Plaut. Ter. & Cic. dixerunt.*

c *Macr. l. VI. c. V. Veliuola maria. Liu. Andron. Naues ueliuolas, dixit. Ennius quoque; Rapit ex alto ueliuolas naues. Hinc alibi Virgil. persistens in translatione ait; Velorum pandimus alas. Et alibi: Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Vnde adagium illud: Oportet uolare sine linteo. Lucr. quoque lepido epitheto, Nauigerum mare, dixit: Quae mare nauigerum, quae terras frugiferentes.*

d *Seru. hic ait seruatam a Virg. οἰκονομίαν.*

e *secundum Stoicos, qui deos dicunt curare mortalia.*

f *Quasi contrarium sit ei, quod Graeci dicunt φιλομειδὴς ἀφροδίτη: praeterq. morem fleat Venus. nam & Horat. cam ridentem facit.*

g *Propositio per interrogationem elata; quae pathos habet ex repetitione. Eodem fere modo Minerua alloquitur Iouem l. 1. Odyss.*

h *Elegans est hic Seruij obseruatio; aliud esse fulmen praesagum, aliud terrificum, aliud uero puniendi gratia mitti. Praesagum est illud: De caelo tactas memini praed. quercus. in Bucol. Ecloga 1. Terrificum, cum ait alibi: Fulminis afflauit uentis. Et hic: Fulmine terres. Puniendi autem gratia factum fulmen intelligit, cum ait lib. IV. Dido: Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. Porro hunc locum Macr. a Naeuio sumptum putat.*

Quid meus Aeneas in te[a] committere tantum,
Quid Troes potuere? quibus tot funera passis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certe hinc[b] Romanos olim, uoluentibus[c] annis,
Hinc fore ductores, reuocato a sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quae te genitor sententia uertit?[d]
Hoc equidem occasum[e] Troiae, tristesq. ruinas
Solabar,[f] fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem[g] fortuna uiros tot casibus actos
Insequitur: quem das[h] finem, rex magne, laborum?
Antenor potuit,[i] mediis elapsus Achiuis,
Illyricos[k] penetrare sinus,[l] atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare[m] Timaui:
Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare:[n] praeruptū, et pelago premit arua sonāti.
Hic tamen ille urbem Pataui,[o] sedesq. locauit

a Qui es ἀβλαβής.

b Ex Aenea & Troianis. Prisc. lib. IIX. de partibus.

c Participio pro nomine. Volubilis.n. significat annos, qui uoluuntur, non uoluūt: unde illud: Atque ī se sua per uestigia uoluitur annus. Credo autem Virgilium hic esse imitatum Homer. cum ait: περιπλομένων ἐνιαυτῶν. d Tacite Iouem inconstantiae arguit.
e Excidium. f Argumentatur a fatis. g Itidem aduersa. h Dare uis.
i Macrob. sic exponit: Pathos ab exemplo, q.d. si regnat proditor, cur pius eiicitur? Porro de Antenore est legere apud Hom. Horat. & Liuium. Seruius eum Liuii testimonio probat fuisse Troiae proditorem; simul cum Aenea. Quod etiam ex hoc ipso Virg. potest conuinci: ibi: Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis. Horat. autem excusat eum, cū ait: Ardentem sine fraude Troiam. Vide plura apud Victorin. K Ἰλλυρικοὺς κόλπους. Steph. dicta Illyria, ἀπὸ τοῦ Ἰλλυρίου τοῦ κάδμου παῖδος.
l Plin. l. 7. & 12. m Seruius annotat hanc circumlocutionē poetis impense placere: ut, Ara Buthroti, Vrbs Pataui, Fons Timaui. Porro de Timano flu. quod breuiter omnia, propter diuersissimas scriptorum sententias, complecti non possim, consulat, qui uolet, Hortensii, Corradi, & R. super hoc loco notationes; & praecipue Io. Candidi Vtinensis commentarios rerum Foroiuliensium. n Quia tum mare dicitur proprie. S. ex Var.
o Condidit enim Antenor Pataunium, ut ex historiis patet.

Teucrorum; & genti [a] nomen dedit, armaq. fixit
Troia; nunc placida compostus pace quiescit.
Nos,[b] tua progenies, caeli quibus annuis [c] arcem,
Nauibus (infandum [d]) amissis unius ob iram
Prodimur,[e] atque Italis longe disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
Olli subridens [f] hominum sator, [g] atque deorum,
Vultu, quo caelum, tempestatesq. serenat,
Oscula [h] libauit [i] natae, dehinc talia fatur.
Parce metu, Cytherea.[k] manent immota [l] tuorum
Fata tibi: cernes urbem [m] & promissa Lauini
Moenia, sublimemq.[n] feres ad sidera [o] caeli
Magnanimũ Aenean: neq. me sententia uertit.
Hic tibi (fabor enim: quãdo haec te cura remordet:

a Quòd ne uictori quidẽ Aeneae concedetur. Romani .n. non Troiani dicti sũt eius posteri a Romuli nomine, ut sequitur paullo ĩfra: Romanosq. suo de nomine dicet.
b Applicatio exempli, habens Pathos praeter spem. c Macro.libr.4.c.6. Locus insignis est ad mouendũ Pathos. d Pedian. pro interiectione positum dixit: ut alibi, Miserum: Idem sentit Priscian.l.15. apud Cic. sic ponitur, Malum: apud Plaut. persaepe. e Nonius in dict. Prodere. f Subsidentem quoque Dianae Iouem inducit Callimach. g Homer. in Il. 59. h Donat. ait, Oscula, officiorum esse; Basia, pudicorum effectuum; Suauia libidinis. Sed, an omnino uera sit haec distinctio, non ausim asserere. i Leuiter tetigit. osculum autem religionis, ut ait Seruius, suauium uoluptatis est. K Cytherea quare dicatur Venus, uariae sunt scriptorum sententiae. Suidas a Cythera insula dici, quod in ea occultatum habuerit amorem, turpemq. suam coniunctionem celauerit. Cui opinioni & Tibullus accedere uidetur. l.1. Celari uult sua furta Venus. l Iuppiter Veneri respondens, inconstantiae obiectionem diluit. est autem continua quaedam narrationis series, qua summam Romanae historiae ab Aenea usque ad Augustum complectitur. m Vrbem, id est, Lau. moenia, per exegesin; uel, Troiam, & Lauin. Alij, Romam, & Lauinium. n Donat. in Andr. ad illud Ter. act. v. sc. 2. Sublimem hunc intro rape. S. exp. in sublime: quemadmodum Cic. ibi: Aer extenuatus in sublime fertur. o Alludit ad uaticinium Ennij: Vnus erit quem tu tollas in caerula caeli. Quod Virg. ad Aenean retulit; Ouid. ad Romulum.

Longius & uoluens fatorum arcana [a] mouebo)
Bellum ingens [b] geret Italia, populoſq. feroces
Contundet, moreſq. uiris, [c] & moenia ponet:
Tertia dum Latio regnantem uiderit aeſtas,
Ternaq. [d] tranſierint Rutulis hiberna ſubactis.
At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta magnos uoluendis menſibus [e] orbes
Imperio explebit; [f] regnumq. a ſede Lauini
Transferet, & longam multa ui muniet Albam.
Hic [g] iam tercentum totos regnabitur annos
Gentes ſub Hectorea: [h] donec regina [i] ſacerdos
Marte grauis [k] geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupae fuluo nutricis [l] tegmine laetus
Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Moenia, Romanoſq. ſuo de nomine dicet.

a *Nonius in dict. Arcanum.*
b *In quo uictus Latinus, Lauiniam Aeneae deſpondet; nec multo poſt Turno inferente bellũ Latinus occubuit Aenea regnante.*
c ὕϛερον πρότερον. *ante enim urbs, poſt iura cõduntur. ſic illud, Arma, uirumq. cano.* d *Tres armi.* e *id eſt, annos. Macrob. Phoenices, annum ſignificantes, draconem fingebant in orbem redactum, caudamq. ore tenentem. Arcades annum tribus menſibus; Acarnanes, ſex; Graeci reliqui 354. diebus metiebantur. Solis annus eſt, quem peragit ab uno ſinu ad idem rediens; unde Annus uertens uocatur: & habetur magnus, cum Lunae annus breuis putetur.*
f *Aeneae mortem caute tacet: nam Venus ei immortalitatem flagitarat dari. innuit tamen ſatis illius mortem Iuppiter, cum ei ſucceſſurum ait Aſcanium.*
g *Albae ſcilicet: ubi ſecundum Iuſt. caput regni 300. annis fuit.*
h *Troiana. dicendum fuit, Aeneia: ſed poetarum eſt mos, nomina ex uicino uſurpare.*
i *Ilia, Numitoris filia. Vide Liu. l. 1. & Dionyſ.*
K *Alij Martis, alij Veneris, alij Neptuni filij dicuntur. Vide Gell.*
l *Nota morem tegendi ſe pellibus. unde λεοντῆ Herculis, caprina Iouis. Liu. lib. 1. Pudenda pellibus cincti Lupercalia agebant. Romulus a Lupa, Cyrus a cane, Iuppiter a capra fuerunt enutriti. Lupus autem in Martis tutela, unde alibi a Virg. Martialis dicitur.*

His

His ego nec [a] metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi: quin aspera [b] Iuno,
Quae mare nunc, terrasq. metu, caelumq. fatigat,
Consilia in [c] melius referet, mecumq. fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq. togatam. [d]
Sic placitum. [e] ueniet lustris [f] labentibus aetas,
Cũ domus Assaraci [g] Phthiam, [h] clarasq. Mycenas
Seruitio premet, ac uictis dominabitur Argis.
Nascetur pulchra Troianus origine Caesar,
Imperium Oceano, [i] famam qui terminet astris,
Iulius, a magno demissum nomen Iulo. [k]
Hunc tu olim caelo, spolijs Orientis onustum,
Accipies [l] secura: uocabitur [m] hic quoque [n] uotis,

a Nec certum imperij terminum, nec certum annorũ spatiũ statuo.
b Saeua, dixit in pr. l.
c quia bello Punico secundo, ut ait Ennius, Iuno placata coepit fauere Romanis.
d Quinctil. l. XI. ait Romanorum togam fuisse usque ad talos longam. quod considerandum diligentius.
e Refert diuinam maiestatem.
f Lustrum Liuio, tempus 4. annor. sic ut quincto demum anno, Lustrum condatur. Vnde abusus obtinuit, ut pro quinquennio a grammaticis acciperetur. Graecis idem est, ὀλυμπιάς: quod illi, nũc pro penteride, nunc pro quattuor tantum annis, ponunt. Non idem tamen est, inquit Liu. l. I. Lustrum, quod Olympias, quae annorũ tantum quattuor fuit. Vide latius Varr. l. V. de ling. Lat.
g Romana gens: fuit autem Assaracus Trois filius, frater Ganymedis & Ili, ex quo Ass. Capys, qui Anchisen Aeneae patrem genuit. praecipue autem Mummium intelligit, qui & Corinthũ deleuit, & bonam Graeciae partẽ Romanorum ditioni subiecit.
h De Phthia & Mycene, uide Steph.
i Redditio est. Refertur autem, quod Atia mater Augusti dicere solet, se eum ex Apolline concepisse mistam serpenti: somniasseq. uiscera sua in caelum tolli, & per omnem terram extendi.
K Iulius Caesar re uera se ab Iulo ortum credidit, ideoq. Veneris numen impensius quoque coluisse dicitur.
l Alij ex uet. lib. Adspicies:
m id est, hic quoque deus erit. ut in Bucol. Damnabis tu quoque uotis. In Georg. Et uotis iam nunc adsuesce uocari.
n quia post mortem C. Caesar meruit aram, fastigium, flaminem. ut Cic. in Philip. Suetou. Plutarchus, alijq.

Aspera tum positis mitescent [a] *saecula bellis:*
Cana [b] *Fides, et Vesta,* [c] *Remo cũ fratre* [d] *Quirinus*
Iura dabunt: dirae ferro, & compagibus artis
Claudentur [e] *belli portae; Furor impius* [f] *intus*
Saeua sedens super arma, et centum uinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Haec ait: & Maia genitum [g] *demisit ab alto,*
Vt terrae, [h] *utq. nouae pateant Carthaginis arces*
Hospitio Teucris; ne fati [i] *nescia Dido*
Finibus arceret. uolat ille per aera magnum
Remigio [k] *alarum, ac Libyae citus adstitit oris:*
Et iam iussa facit: ponuntq. ferocia Poeni
Corda, uolente deo: in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentemq. benignam.
At pius Aeneas per noctem [l] *plurima uoluens,*
Vt primum lux [m] *alma data est, exire, locosq.*
Explorare nouos, quas uento accesserit oras,
Qui [n] *teneant (nã inculta uidet) hõies ne, ferae ne,*
Quaerere constituit, sociysq. exacta [o] *referre.*
Classem [p] *in cõuexo* [q] *nemorum, sub rupe* [r] *cauata,*

a *Per Augustum.* b *Hunc locum non uidetur satis intellexisse Ser ut haec cum illius notationib. conferenti, patebit. Sueto. in August. Fidei sollemne instituit, et ad id sacrum flamines bigis uehi, manuq. constricta ad digitos rem diuinã facere soliti. Horat. quoque: Et albo rara Fides colitur panno uelata. Cic. l. 3. Offi. O fides alma etc. quã in Capitolio uicinã Iouis Opt. Max. maiores nostri esse (ut in Catonis est oratione) uoluerunt.* c *Quae legẽ de pudicitia tulit et sũptuariã.* d *Concordiam significat.* e *Vide Liu. l. 1. ad quod allusisse uidetur Hora. Et uacuũ bellis Ianũ Quirini clausit.* f *Vide Macrob.* g *Mercurium.* h *In alijs s. Vt terrae atq. nouae etc.* i *Voluntas Iouis.* K *In Georg. conuersa translatione usus est, l. 4. Nare per aestatẽ liquid. suspexeris agmẽ. quã quidẽ translationẽ non inepte Ser. reciprocã uocat.* l *Imitatur Hom. Ili. β.* οὐ χρὴ παννύχιον *etc. uide Macr. l. 5.* m ἱερὸν ἦμαρ. *Hom.* n *Hom. Od. 124.* o *Exquisita. An pro Exacte sumi poßit, quaerit H. Steph.* p *Classem, scilicet septẽ suas naues, quae reliquae erãt: Huc septẽ Aeneas etc.* q *In loco conuexo, quasi ex nemore facto. nam siluis scena coruscis desuper imminebat, ut supra.* r *Vna ex his, quae hinc atq. illinc minabantur, ut supra.*

Arbo-

Arboribus [a] *clausã circũ, atq. horrẽtibus* [b] *umbris*
Occulit: ipse uno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans [c] *hastilia ferro.*
Cui mater media sese tulit obuia [d] *silua,*
Virginis os, habitumq. gerens, [e] *& uirginis arma*
Spartanae; uel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, [f] *uolucremq. fuga praeuertitur Hebrũ.*
Nãq. humeris de more habilem [g] *suspẽderat arcũ*
Venatrix, dederatq. comas diffundere uentis,
Nuda genu, [h] *nodoq. sinus* [i] *collecta fluentes:*
Ac prior: Heus, inquit, iuuenes [k] *mõstrate* [l] *mearũ*
Vidistis si quam hic errantẽ [m] *forte sororum,*
Succinctã pharetra, et maculosae [n] *tegmine lyncis,*
Aut spumantis [o] *apri cursum clamore* [p] *prementẽ.*
Sic Venus: at Veneris contra sic filius orsus:
Nulla tuarum [q] *audita mihi, neque uisa sororum.*

a *Lib. 3. Aenei. Arborib. clausi circum atq. horrentibus umbris.*

b *Pro umbris arborum: ut illud: Molẽque & mõtes.*

c Πάλλων δύο δοῦρε. Hom. *l.* 12. *Odys. Porro repetitur hic idem uers. lib.* 12.

d *Homer quoque Mineruam Vlyßi persaepe occurrentem inducit.*

e *Non arbitror carere ratione, quod Veneri Spartanae uirginis habitum tribuerit. Nam Lycurgum, tam uirgines, quam iuuenes, palaestrae operam dare iussisse, Plutarch. in Lycurgo auctor est.*

f *Quae patrem a Getis abductum, cursu eus assecuta, redemit.* g *Aptũ sexui.* h *Synecdoche.* i *Vestis suae scilicet.* K *Iuuenes uocat; uel, quia re uera iuuenes erant; nam l. 4. Aeneas Apollini, qui iuuenis erat, comparatur: uel, quia uult significare praeditos esse uirtute, quae numquã senescit: uel, quia Augusto abblanditur, qui iuuenis & ipse dicebatur, apud Hora. lib. 1. Ode 2. & in Virg. Bucol. Ecloga 1. Hic illum uidi iuuenem Meliboee, quotannis, Bis senos, etc. qui genus ab Aenea per adoptiuum patrem C. Iul. Caes. ducebat.*

l Ennius, *referente Cic. l. 1. Offic. Qui erranti comiter monstrat uiam.*

m *Vagantem & feras inuestigantẽ.*

n *Id est, uariae, ut l. 3 Georg.*

o *Irati. Horat. Dentem fulmineum exserit.*

p Homer. *Il.* 52.

q *Ex Homeri Odyss. l. VI. sumptum esse h. locum, Macr. l. 5. c. 4 auctor est.*

O quam te memorem, uirgo? nāq. haud[a] tibi uultus
Mortalis, nec ~~non~~ uox hominem sonat: o dea, [b] certe;
An Phoebi soror, an Nympharum sanguinis una,
Sis felix, nostrumq. leues quaecumq. laborem;
Et, quo sub caelo [c] tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas. ignari hominumque, [d] locorumq.
Erramus, uento, huc, uastis & fluctibus acti.
Multa tibi [e] ante aras nostra cadet hostia dextra.
Tū Venus: Haud equidē tali [f] me dignor [g] honore.
Virginibus Tyrijs mos est [h] gestare pharetram,
Purpureoq. [i] alte[k] suras [l] uincire cothurno.

a Homerus in Il. 269.

b O uirgo es certe dea: sed quae dea? an Phoebi etc. Captat autem beneuolentiam a uirginis persona, ut ulterius quaerere possit. c qua sub caeli parte.

d Versus hypermeter.

e A gratiarum actione: ut Eclog. I. in Bucol. Illius aram Saepe tener nostr. ab ouil. imbuet agnus.

f Diuino, & dijs deabusq. solis debito

g sub. ut supplex aris meis imponam honorem illum, nimirum ut mactatis hostijs sacrifices: nam ture tantum & floribus Veneri sacrificari solitum, Seruius cum Horatij interpretibus sentire uidetur; quod & ex seq. patere uidetur: Centumq. Sabaeo Ture calent arae, sertisq. recentibus halant. Tacitus tamen lib. XIIX. morem fuisse docet, ut illi quoque hostiae mactarentur, in sua Papho; sed sanguinem arae offundere fuisse uetitum.

h Vt ego gesto.

i Liu. Andron. ad Dianam: Et iam purpureo suras include cothurno. Purpureo autem, id est, rubro, puniceo, quo colore Diana uidetur fuisse delectata: ut in Bucol. Puniceo stabis suras euincta cothurno: Vel etiam, ut indicaret, se ferarum sanguine delectari: Vel potius, ut eo colore feras, praesertim seruos, terreret, qui pennas etiam puniceas timent, ut l. XII. Ceruum Puniceae saeptum formidine pennae.

K Vsque ad genua: ut supra, Nuda genu.

l Suras; per synecdochem ponit, pro cruribus & suris & quidquid sub genu est: nisi forte ita loquitur, ut fibulas & uincula ad suras conuersas intelligat, praesertim si infra genu ligentur.

Punica

Punica regna uides, Tyrios, & Agenoris[a] urbem;
Sed fines Libyci, [b] genus intractabile [c] bello.
Imperium Dido [d] Tyria regit urbe profecta,
Germanum [e] fugiens: longa [f] est iniuria, longae
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.
Huic [g] coniux Sichaeus [h] erat, ditissimus [i] agri
Phoenicum, & magno miserae dilectus amore:
Cui pater [k] intactam [l] dederat, primisq. iugarat
Ominibus: [m] sed regna Tyri [n] germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter [o] medius uenit furor, ille Sichaeum
Impius [p] ante aras, [q] atque auri caecus amore,
Clam ferro incautum superat, [r] securus [r] amorum
Germanae: factumq. [s] diu celauit, & [t] aegram

a quam fecerunt Agenoridae. Agenor autē rex Phoeniciae fuit, proauus Didonis, ut patebit infra: Per tot ducta uiros &c.
b πτολιπορθις est, ne putaret Aeneas sese in Phoenicia esse; cum audierit illam dicentem, Punica regna. c Nam ut supra dixit, Diues opum, studijsq. asperrima belli Carthago est. d Elisa, ut a Virgilio saepe, a Iustino lib. 18. dicitur: quem lege, si uniuersam historiam cupis. e Pygmalionem. f Cuius narratio longe est repetenda. g Didoni. h Qui Didonis quoque auunculus erat, & Herculis sacerdos, ut Iustinus ostendit. i huic, inquit Iustin. magnae, sed dissimulatae opes erant, aurumq. metu regis, non tectis, sed terrae crediderat: quam rem etsi homines ignorabant, fama tamen loquebatur. K Belus.
l Virginem in matrimonium.
m Quia auspices nuptijs interponebantur. Val. Max. lib. 2. quo respexisse uidetur poeta.
n populus .n. Pygmalioni admodum puero regnum tradiderat.
o Anastrophe.
p Quod iudicium patris, qui filiam Sichaeum collocarat, contemnebat: sororem negligeret: uirum sororis interficeret, & tantum scelus ante aras committeret.
q Herculis, cuius erat sacerdos.
r id est, non curans amores sororis.
s Caedem Sichaei.
t Animo scilicet .i. tristem.

Multa [a] malus simulās, [b] uana [c] spe [d] lusit [e] amātē.
Ipsa sed in somnis inhumati [f] uenit imago [g]
Coniugis, ora modis attollens pallida miris:
Crudeles [h] aras, traiectaq. pectora ferro
Nudauit, caecumq. [i] domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriaq. [k] excedere suadet:
Auxiliumq. uiae ueteres tellure [l] recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri.
His commota fugam Dido, sociosq. parabat:
Conueniunt, quibus aut odium [m] crudele tyranni,

a Expressit dictionem, πανοῦργος.

b quae tamen erant falsa: nam simulamus falsa sola, non etiam uera.

c Reditus scilicet: nā persuaserat Didoni maritum superesse, sed foris esse.

d Ludificatus est. Pris. l. 6. e Malus & astutus facile decipit amantem, & ob id credulum: unde Phyllis apud Oui. ait: Sum decepta tuis & amās & femina uerbis. Item: Fallere credentem non est operosa puellam Gloria. hic Dido erat puella & amans, sic ut facile decipi potuerit a fratre astuto & uersipelle. Contra lib. IV. Aen. iam grandior, Regina, & hoc, aliaq. multa mala experta, non facile decipi potuit. ubi ait: Quis fallere possit amantem? Nam Aeneas tum non potuit fallere Didonem, satis iam suis malis edoctam, reginam, grandem, astutam, & amantem Aeneae; quod caussa fuit, ut omnia Aeneae negotia obseruaret, & diligentissime specularetur, adeo ut nil fuerit, quod non illa, multo ante quam factum fuerit, euenturum praeuideret. f Nota morem ueterum: ut, Aut tu mihi terram Inijce. Solebant enim ueteres, cum manes alicuius uindicare uellēt, eū insepultū relinquere. nam tunc C. annos cogebantur errare, ut VI. l. describitur. Quod etiam Cic. 2. Philip. testatur, ubi confutat Antony accusationem, qua ipse Cic. Lentuli corpus inhumari noluiße accusatur.

g Vt Arcadis illius imago socio uenit. Cic. 1. de diuin. & Valer. Max. Rodolph. Agricola in Topic. h Piae sunt arae: sed respexit ad crudele factū Pygmalionis. i Quod ab affine, & cognato fuißet interfectus: et Caecum, occultum uocat.

K Quid. leg. Patriamq.

l Cui Thesauros crediderat Sichaeus.

m Crudelis tyranni. non enim crudele, sed iustum est odium in tyrannos. fiunt autem tyranni suis odiosi, dum metui, quam diligi, malunt. Iuxta illud Aristot. in Rheth. οὐδεὶς γὰρ φιλεῖ, ὃν φοβεῖται.

Aut

Aut metus [a] acer erat; naues, quae forte [b] paratae,
Corripiunt, onerantq. auro. portantur auari
Pygmalionis opes [c] pelago: dux femina facti.
Deuenere locos, ubi nunc ingentia [d] cernes
Moenia, surgentemq. [e] nouae Carthaginis arcem:
Mercatiq. solum, facti de nomine [f] Byrsan,
Taurino quantum possent circumdare [g] tergo.
Sed, uos qui tandem? quibus aut [h] uenistis ab oris?
Quo ue tenetis iter? quaerenti talibus [i] ille
Suspirans, [k] imoq. trahens a pectore uocem:
O dea, si prima [l] repetens ab origine pergam;
Et uacet [m] annales [n] nostrorum audire [o] laborum:
Ante diem [p] clauso componet [q] Vesper Olympo.

a *Cic. Opinio impendentis mali.*

b *Ad subleuandam annonam frumentariam. ut Ser. uel potius ut Iustino placet, Paratae ut Dido posset ad Pygmalionẽ migrare, ut inter eos conuenerat. migrare autem sine nauibus commode non poterat, quod & magnam supellectilem haberet; & in ea urbe esset, cuius muros, turresq. praealtum mare ambiret, ut clare Cur. Tyrum describens ostẽdit. Velim autem, si plura cupis, legas* Hortensii *in hũc locum commẽtaria, uel ipsum Iustinum adeas.* c *Quas ille quidem suas putabat, sed frustra: Dido enim abstulit.* d *Vigintitria passuum millia in circuitu habentia, teste Liuio lib.* L. *& Appiano in Lybico.* e *Nondum perfectam.* f *Appianus in Libyco, auctor est, eum locum, qui, bouis cute in minutissimas partes dissecta, descriptus est, post aedificatam in eo arcem, appellatam esse Byrsam, quod et noster Virg. significare uult hoc loco. Sed addit Appianus, corium apud eos tum Byrsum esse dictum. Quid, si inde ortum dicamus uocabulũ, Bursa, quo nos pro crumena uti cõsueuimus?* g *Quod in tenuissimas partes secari iussit, atq. ita maius loci spatiũ quam petierat, occupat.* h *Al. Aduenistis.* i *Aeneas scilicet: de industria autem uidetur tacuisse Virg. uerbum, Respondit, aut Dixit, ut melius exprimeret Pathos in uersu sequenti.* K *Homer. in Il. 9.* l *A raptu Helenae.* m *Otiũ tibi sit.* n *Enumerationem, qualis esse solet in annalibus, quos Pontifex Max. conficiebat, auctore Cic. 2. de Orat. Quare nunc Aeneas ut Pontifex Max. ait Annales, non Historiam, quod Macrob. notauit.* o *Alij, Parentum.* p *Homer. Od. 98. uide Macro. l. v. c. 4. Sat.* q *In ueteribus lib. legitur, Componat; quod certe plus uidetur habere uetustatis.*

Nos Troia antiqua [a] (si uestras forte per aures
Troiae nomen ijt) diuersa per aequora uectos
Forte sua [b] Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas; raptos qui ex hoste penates
Classe ueho mecum, fama super aethera notus:
Italiã quaero patriam, [c] & genus ab Ioue summo.
Bis denis Phrygium conscendi [d] nauibus aequor,
Matre dea [e] monstrante uiam, data fata [f] secutus:
Vix septem conuulsae undis, Euroq. [g] supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro,
Europa, atq. Asia pulsus. [h] Nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est:
Quisquis es, haud, credo inuisus [i] caelestibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adueneris urbem,
Perge modo; atq. hinc te reginae ad limina perfer.
Namque tibi reduces [k] socios, classemq. [l] relatam
Nuncio, et in tutum [m] uersis Aquilonibus [n] actã:
Ni frustra augurium uani docuere parentes.
Adspice bis senos laetantes agmine [o] cygnos,

a Nobilis: uel, in qua plus 2800. annis regnatum sit; uel etiam Antiqua, respectu Carthaginis: quãuis non amplius C. annis ante cõdita fuisse uideatur ex his quae scribit Eusebius. b Casu suo S. ut & Li. lib. 1. Forte quadã inuenit &c.

c Corinthum, Tusciae ciuitatem. Vnde fuit Dardanus, qui ex Ioue natus est. ideo intulit poeta, Genus ab Ioue summo. Sic Seruius. Fabric. hic duplicem appositionem constituit. Patriam ab Ioue, propter oraculum: Genus ab Ioue, propter Darda. ut lib. 3. Aeneid. Da moenia fessis, & genus. d Quod mare ipsum sit altius terra. e Venere, uel potius, sua stella, quam semper uidit per diem. f Proditionis suspicioni occurrit, dum fugam fatis adscribit. g Eurus inter Orientis stationem, & Septemtrionem uersatur: cuius apte hic meminit, quod secundum habuerit eum in Africam proficiscens. h Et sic in Africam compulsus, quae tertia orbis pars est. i λύπιστε est. K Saluos; & qui pericula iam euaserint. ut paullo infra: Vt reduces illi ludunt stridentibus alis. l Duodecim nauium. m Actam in tut. aquis conuersis. n Nam stridens Aquilone procella, uelum aduersa percusserat, ut supra. o Cygnos nauibus, aquilam tempestati comparat.

Aetheria quos lapsa plaga Iouis [a] ales [b] aperto
Turbabat caelo: nunc terras ordine longo
Aut capere, [c] aut captas iam despectare uidentur.
Vt reduces illi ludunt [d] stridentibus alis, [e]
Et coetu cinxere polum, cantusq. [f] dedere:
Haud [g] aliter puppesq. tuae, pubesq. [h] tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia uelo.
Perge modo, & , qua te ducit [i] uia, dirige gressũ.
Dixit: [k] & auertens [l] rosea ceruice refulsit:
Ambrosiaeq. [m] comae diuinum uertice odorem
Spirauere: pedes uestis [n] defluxit ad imos:
Et uera incessu [o] patuit dea. [p] ille, ubi matrem
Agnouit, tali fugientem est uoce secutus.
[q] Quid natum [r] toties [s] crudelis [t] tu quoq. [u] falsis

a *Aquilae notatio est, quae a Cic. lib. I. de legib. Nũcia fulua Iouis; de diu. lib. I. Iouis pinnata Satelles; a Iuuenale, Iouis famula; ab alijs, Iouis ministra appellatur. Cur autem Ioui praecipue attribuatur Aelianus, Hyginus, Fulgentius; Homeri, & Arati interpretes ostendunt.*
b *Sereno: nam uitium est, si tonet tantum; uitium & calamitas, si tonet, grandinet & fulminet simul. teste Donat. in Ter. Hinc Ioue fulminante & tonante, cum populo agi nefas erat, auctore Cic. in Vat. & Philip. V.*
c *Designare, eligere.* d *ut uictores. & ita ludunt, ut cum primum terram tetigerint tripudium sollistimum facturi uideantur.* e *Ex alitis. n. uolatu capiebantur auguria, teste Cic. VI. fam.* f *Ex cantu enim sinistro oscinis augurium fiebat, teste Cic. VI. fam. qui & lib. 2. de nat. deor. ob id eas aues scribit Oscines uocari.* g *Applicatio augurij.* h *Ludit ex agnominatione. Quinctil. l. 9. c. 3.* i *Ducit autem, non ad undas, ut Turno accidit lib. 9. quod signum erat, nihil esse profuturum augurium, sed ad urbem nouam.* K *Homer. in Il. 36.* l *Sub. se, & discedens.*
m *Homerus in Il. 154. hoc est, ambrosia illitae, uel immortales.*
n *Quae prius nodo sinus collecta fluentes.* o *Supra: Ast ego, quae diuum incedo regina. & l. 5. Gressus eunti.* p *Malo hic non fieri synaloepham: nã exinde carmini non parum accedere maiestatis uidetur; praesertim cũ ob distinctionem sequentẽ, non sentiatur hiatus; & mirifice assurgit uersus ex pedis quincti elisione.* q *Hom. in Il. 46.* r *Emphasim habet.* s *Tam saepe.* t *Ex consuetudine magis, quam ex animo, loquitur hoc modo.* u *ut Iuno, & si qui praeterea mihi aduersantur.*

a Figuris, formis.

b δεξιοῦσθαι. Hom.

c Altercãtur hic grãmatici, an inferior superiorẽ semper dicatur incusare. Certe hoc uerbum ita hic usurpari uideo. quid illi dicant, non magnopere quaerendum existimo.

Ludis imaginibus? [a] cur dextrae iungere [b] dextrã
Non datur, ac ueras audire, & reddere uoces?
Talibus [c] incusat, gressumq. ad moenia tendit.
At Venus [d] obscuro gradientes [e] aere saepsit,
Et [f] multo nebulae circum dea fundit [g] amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Moliri ue [h] moram, aut ueniendi [i] poscere caussas.
Ipsa Paphum [k] sublimis [l] abit; sedesq. reuisit
Laeta [m] suas, ubi templum [n] illi, cẽtumq. [o] Sabaeo
Ture [p] calent arae, sertisq. recentibus halant.
Corripuere uiam interea, qua semita monstrat:
Iamq. adscendebant collem, qui plurimus [q] urbi
Imminet, aduersasq. [r] adspectat desuper [s] arces.
Miratur [t] molem Aeneas, magalia [u] quondam:
Miratur portas, strepitumq., & [x] strata [y] uiarum.
Instant ardentes [z] Tyrij: pars ducere muros,
Moliriq. [aa] arcem, & manibus [bb] subuoluere saxa:

d Homer. Od 56. ubi fingitur Vlysses simili nebula a Minerua saepiri. e Aenean & Achaten, comitem. f Apol. Argonant. 53. Homer. in Il. 35. 269. g Tmesis. h id est, facere. Nonius. i Alij, Veniendo exposcere. quod Fabric. reijcit. K Cypri urbem. l Diuino incessu. m Quod incolumem uidit filium. n Vide Tacit. lib. 18. o id est, multae, ut lib. 4. Aen. Centum ara ponit definitum pro indefinito numero. p Supra, in Geor. Molles sua tura Sabaei. q Longus 3000. passus. Cor. ex Poly. & Appiano. r In media urbe positas, sed Byrsan praecipue, ut describ. Strab. l. 17. s Superne; cum immineat. t Home. in Od. 56. u Antistoechon est, pro Magaria. Sallust. Aedificia Numidarum agrestium oblonga, quasi carinae, Mapalia uocant. x Vias lapidibus stratas. y Eodem modo l. 2 Aen. Opaca locorum, pro locis opacis. z festinantes. aa Molib. iactis extollere. bb Magnam habet energiam haec particula; significans summum studium in laborando a Tyrijs adhibitum esse, adeo ut manibus suis, nedum machinis, subuoluerent saxa.

Pars

Pars optare [a] locum tecto, & concludere [b] sulco.
Iura, [c] magistratusq. legunt, sanctumq. [d] senatũ.
Hic portus [e] alij effodiunt: hic alta theatris
Fundamenta [f] locant alij, [g] immanesq. columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
Qualis [h] apes [i] aestate noua [k] per florea rura
Exercet sub sole labor: cum gentis [l] adultos
Educunt fetus: aut cum liquentia [m] mella
Stipant, & dulci [n] distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt uenientũ: aut, agmine facto,
Ignauum fucos pecus [o] a praesepibus arcent:
Feruet opus, redolentq. thymo fragrantia mella.
O fortunati, [p] quorum iam moenia [q] surgunt,
Aeneas ait, & fastigia suspicit [r] urbis.
Infert se saeptus nebula (mirabile dictu)

a Al. Aptare.

b Fossa. S. Alludit ad morem antiquorum, qui futurae urbis spatiũ aratro designabant.

c Ius, an hic pro legibus, & constitutionib. an uero pro loco, ubi ius dicitur, accipiẽdum sit, dubitatur: nos pro loco accipi, ex seq. declarabimus. nam cum postea dicatur, Iura dabat (Dido) legesq. uiris &c. non uidetur opus fuisse iudices creare, aut leges, sed locum potius eos eligere uoluisse. in quo ius diceretur. Et sane Paull. I. C. tit. 1. l. 1. Pandectar Ius, uocat etiam locum, in quo ius redditur. Idem quoque Donat. apud Terent. annotat, & res ipsa docet; cum saepe legamus, quempiam in ius uocari, in ius ambulare. Populi tamen Ius quoddam constituere possunt, & si reges habeant. d Augustus instituit, ut illi deo sacrificaretur, cuius in templo Senatus haberetur. Suet. Macr. uid. l. 3. c. 3. e Recte Carthagini portus tribuit, quae plurimum semper classe ualuit. Cotones autem dicuntur portus in mari interiores, arte fabricati. Fest. Pomp. f Atque hinc futura magnitudo cognoscitur, ut Ser. ait. g Hunc & sequentem hiatum, Decora alta, paullulum considera, quam aptus sit rei. h Homer. in Il. 15. i Vide Plin. l. 11. c. 5. K Namque ubi pulsam hiemem primum Sol aureus egit Sub terras &c. ut l. 4. Georg. l Totus fere hic locus ex 4 Geor. est. m Sine sordibus. Liquida. 4. Georg. Pura. S. n Liquido, & puro. o Pecus. n. dicimus, quidquid humana lingua, & effigie caret. p Epiphonema. q Ex aliena felicitate suam metitur calamitatem. r Hinc colligitur Aenean descendisse ex colle.

Per medios,[a] miſcetq. uiris, neque cernitur ulli.
Lucus[b] in urbe fuit media, laetiſſimus[c] umbra:
Quo primum iactati undis, & turbine[d] Poeni
Effodere loco ſignum, quod regia Iuno
Monſtrarat, caput acris[e] equi: ſic nam[f] fore bello
Egregiam,[g] & facilem[h] uictu per ſaecula gentem.
Hic[i] templum Iunoni[k] ingens Sidonia[l] Dido
Condebat, donis opulentum, & numine[m] diuae:
Aerea[n] cui gradibus ſurgebant limina,[o] nexaeq.
Aere trabes: foribus cardo ſtridebat[p] ahenis.
Hoc primum[q] in luco noua res oblata timorem
Leniit: hic primum Aeneas ſperare ſalutem
Auſus,[r] & afflictis melius confidere rebus.
Namque, ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo
Reginam opperiens; dum, quae fortuna[s] ſit urbi,

a διὰ σφέας, Homer. lib. VII. Odyſ. b Vbicũq. Lucum Virgilius ponit ſequitur cõſecratio. c Amoeniſſimus. Laetas ſegetes. 1. Georg. d Venti, ſcilicet. e Equi conſpectum belli omen habere, etiam l.3. oſtẽdit; ubi Anchiſes cum in Italia tum primum conſpecta, equos paſcentes uidiſſet, exclamat, Bellum, o terra hoſpita, portas: Bello armantur equi. Hic autem alludere eum exiſtimo ad priſcum Carthaginis nomen; quam aliquando Caccaben appellatam fuiſſe conſtat, quod, lingua Punica, caput equi, ſonat. uide Coel. l.18. c.38. Iuſt. l.18. ſimile quidẽ narrat de capite bubulo. f Alij leg. Signũ. g ut ſupra: Studijsq. aſperrima belli. h Fertilẽ. i Apud lucum, in media urbe. K Vbi eius arma et currus fuiſſe dicebatur. ſupra. l A Sidone, Tyri contermina urbe, quae prima metalla fodiſſe dicitur. m Numinis ſimulacro. n Ad urbis Romae ſui tẽporis praeclara aedificia interdum alludit; ut hoc loco, ad Pantheum, in quo in hunc uſq. diẽ Aeneae trabes et ualuae conſpiciuntur. Ad Iani Gemini ſacellum aeneum; unde l.7. Sunt geminae belli portae, ſic nomine dicunt, Centum aerij claudunt uectes, aeternaq. ferri Robora, etc. Ad Apollinis Palatini templum marmoreum, cuius lib. VI. meminit: Tum Phoebo & Triuiae ſolido de marmore templa Inſtituam. Ad Auguſti palatium & porticum ἑκατόνςυλον; de quib. l. VII. Tectũ auguſtũ, ingens, centum ſubl. colũnis. o Verſus hypermeter. p Ouid. l. XI. Metamor. Ianua ne uerſo ſtridorẽ cardine reddat. q Secuta enim alia quoque ſunt, quae formidinem detraxere. r Recte Auſus, ĩquit S. quia inter cetera ſalus ſatis audacter ſperatur. ſ Felicitas.

Artifi-

Artificumq. manus inter ſe, operumq.[a] labores
Miratur; uidet Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaq. iam fama totum uulgata[b] per orbem,
Atridas,[c] Priamũq.[d], et ſaeuũ ambobus[e] Achillẽ;
Cõſtitit; et lacrymãs, Quis iã locus, inquit, Achate,
Quae regio in terris noſtri non plena laboris?
En Priamus.[f] ſunt hic[g] etiã ſua praemia[h] laudi:
Sunt lacrymae[i] rerũ; & mẽtẽ[k] mortalia[l] tãgũt.
Solue metus: feret haec aliquã tibi fama ſalutẽ.
Sic ait, atque animum pictura paſcit inani,
Multa gemens,[m] largoq. humectat flumine[n] uultũ.
Namq. uidebat, uti bellantes Pergama circum
Hac fugerent Graij, premeret[o] Troiana[p] iuuẽtus,
Hac Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.
Nec[q] procul hinc Rhoeſi[r] niueis[s] tentoria uelis
Agnoſcit lacrymans: primo quae[t] prodita[u] ſomno
Tydides[x] multa[y] uaſtabat caede cruentus:

a πάθος a labore, & artificio: ubi credo Virgilium reſpexiſſe ad picturae antiquitatem, quod Plin. l.36. demonſtrat. Notat h. uerſ. Priſc. l. 7. de partib. et l.2. de cõſtr. b Quia Europa ĩtulit; Aſia paſſa eſt; Africa pinxit. Ser. c Atrei filios; Agamẽnonẽ & Menelaũ; ut uulgo perſuaſũ eſt: Ser. tamẽ ait Pliſthenis fuiſſe filios, ſed cũ Pliſthenes iuuenis mortuus eſſet, ab Atreo sũt educati, ac ab eodẽ Atridae poſtea nominati, teſtib. Homeri in 2. Il. interprete, Porphyrio, & Corr. ĩ Cic. Brutum. Atridẽ, hic legere ſe ſolitum ſcribit Seneca ep. 105. Quod ſane contextui aptius uidetur; nã quo modo, ſi tres cõſtituas, poſtea Saeuum ambob. Achillem ſubdit. nec Achilles Menelao ſaeuus fuit, uerum Agamemnoni, quem 1. Il. uoluit occidere. d Troianorum rege. e Agamemnoni, & Priamo. f Hic pictus. g Apud fines Libycos. h Virtuti, uel factis laudabilib. i Quae rerum cauſſa ſparguntur. K Carthaginiẽſium. l Aduerſa, quae mortalib. accidũt. m Hom. ĩ Il. 92. n Lacrymarũ, ſ. o Hoc eſt, ut Caeſar loquitur, ĩpreſſionẽ faceret, et cũ ĩpetu ĩcurreret. Nonius in uerb. Premere. p Hectorẽ ſignificat; quẽ Hom. ſolũ oẽs Graecos fugaſſe, ut Troianos omnes Achillẽ, fingit. q Hom. in Il. 112. r Thracũ regis; de quo lege Euſtathiũ. ſ Albis. t A Dolone. Hom. lib. 6. Iliad. teſte. u Primo ſom. pro, Prima nocte dici, cõſtat ex Homero Il. x. ubi haec eadẽ narratur hiſtoria. x Duo tãtũ nominãtur; Diomedes et Achilles: ut excuſetur Aeneas, ſi eſt a fortib. uictus. y Nã praeter Rhoesũ, eorũ regẽ, 12. uiros interemit.

Ardentesq. [a] auertit equos [b] in castra [c] prius, quã
Pabula gustassent Troiae, Xanthumq. [d] bibissent.
Parte alia [e] fugiens [f] amissis Troilus [g] armis,
Infelix puer, [h] atq. impar [i] congressus Achilli,
Fertur equis, curruq. haeret resupinus [k] inani,
Lora tenẽs tamẽ: huic ceruixq., comaeq. [l] trahũtur
Per terram, & uersa [m] puluis [n] inscribitur [o] hasta.
Interea [p] ad templum [q] nõ aequae [r] Palladis ibant

a Candidos & ueloces; Ser. Home. λευκότεροι χίονος, θείειν δ᾽ ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. b Sic Hom. Oui. et alij: Euripides tamen in Rhoeso maluit equas appellare. c Graecorum. d Scamandrum hunc uocat Home. l. 21. Iliad. d Picturae. f προσφεύγων, inquit Tzetzes, Lycophronis interpres.

g Priami, & Hecubae filius, teste Higyno, Pausan. & alijs.

h Pathos ab aetate. Macrob. l. 4 c. 2.

i Refert tamen Dares Phrygius, Troilum ita uulnerasse Achillem, ut aliquot dies pugna abstinere cogeretur.

K Cui iam deerat rector.

l Vel, quia pilosus erat Troilus; ut Tzetzes scribit: uel, quia Phryges comam nutriebant; ut l. 4. Aen. Crinamq. madentem. & l. 12.

m Retro conuersa cuspide hastae. Cor. at S. a Verror deriuat.

n Exaratur, scalpitur, sulcatur. aut, quo modo Ser. Foedatur. Vnde Plaut. Corpus tuum uirgis ulmeis inscribam. Quin adde illud Catulli: Ne laneum latusculum, manusq. mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.

o Troili, non hostis; quamuis illi, cum feriunt, interdum aliquod fragmentum in uulnere relinquant. Nec est, quod te moueat, Amissis armis, eum fugisse; possunt enim quae tegant uel defendunt arma relinqui, & amitti, hasta autem retineri, qua hostes offenduntur. Troilus igitur cadens uertit suam hastam: quod, cum uires deficerent, eam contra hostes tenere non poterat; quia tamen eam, ut lora tenebat, cuspis retro conuersa est. nec dubitandum uidetur, quin poeta hic respexerit ad prouerb. Stylum uertere: cum & ϛῦλος, perticam significet, & quasi hastam: & postea dicat, Puluis inscribitur.

p Dum extra muros pugnabatur.

q Homerus in Iliad. 69.

r Troianis iniquae: ut apparet ex Homero Iliad. ϛ 1.

Crinibus

Crinibus [a] Iliades [b] passis, [c] peplumq. [d] ferebant [e]
Suppliciter tristes, & tunsae [f] pectora palmis.
Diua solo fixos [g] oculos auersa [h] tenebat.
Ter [i] circum Iliacos raptauerat [k] Hectora muros,
Exanimumq. auro corpus uendebat [l] Achilles.
Tum uero [m] ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt spolia, [n] ut currus, [o] utq. ipsum corpus [p] amici,
Tendẽtemq. [q] manus Priamum cõspexit [r] inermis.
Se quoq. principibus permistum agnouit [s] Achiuis,
Eoasq. [t] acies, & nigri Memnonis [u] arma.

a Nam feminae in luctu & miserijs comas spargere solent. Passis id est, sparsis. b Heroinae Troianae, ut Hecuba regina Polyxena, Cassandra, & reliquae nobilissimae Troianae feminae. Homerus etiam lib. VI. Iliad. uocat eas Ἰλιάδας, & hoc amplius addit, Hecubã, Hectoris, non Heleni, ut quidam putarunt, hortatu, cũ reliquis feminis ad Palladis templum iuisse. c Nonius in uerb. Passum. d De peplo, uide plura in Cyri, in prin. & apud Coel. 8. c. 18. Statius Pap. Peplum etiam dono, cuius mirabile textum Nulla manus sterilis, nec dissociata marito Versarat, calathis castae uelamina diuae Haud spernenda ferunt. Suidas etiam sic: Πέπλος γυναικεῖον ἱμάτιον καὶ ποικίλον, οἷον περίπελος τὶς ὤν. Vide Eustathium. e Quod Theane, Antenoris uxor, Mineruae, cuius erat sacerdos, obtulit, ut Homer. ostendit. f ut scilicet deam mouerent. g Homerus in Il. 69. h Auersata est Pallas donum pepli, nec Troianorũ preces exaudire uoluit. i Homerus in Il. 263. 271. K Idem scribit Philostratus: quamuis Homer. & Dictys Cretens. ab eo loco, ubi interfectus fuit, ad Graecorum naues tractum fuisse testentur: quae certe res prope muros facta est. l Priamo patri. m Aeneas ante lacrymatus est, sed, cum uideret depicta haec tam crudelia, ingentem dedit ex imo corde gemitum. n Quae ablata Hectori, Graeci, iussu Achillis, circumdederunt, ut ea Troiani uidere possent. teste Dicte Cretens. lib. 3. o Hectoris scilicet, non autem Achillis, quibus tractus est circum muros, ut putauit Ser. p Hectoris, qui amicus, & affinis eius erat, per Creusam, suam uxorem. q Homer. in Il. 271. r Conspexit etiã supra, sed alio modo, ac hic in alia parte. s Praesens tẽpus, quod in alijs lib. est, Agnoscit, picturae conuenientius esse uidetur. t Ab India profectas. Dictys Cretens. l. 4. Q. Calab. l. 2. u Aurorae filij: quae ab Aethiopibus prima surgit. ideo niger Memnõ, ut ĩ Aethiopia natus, appellatur. uide Q. Calabrũ et Iustin.

a *Amazonum regina, post Orithyã regno potita, teste Iustin. lib. 2. Martis filia quae cum Troianis auxilium ferret, postea ab Achille interfecta est, testib. Dicty Cret. Diodor. Sic. Q. Calab. Tzetze, aliq. paene omnes, praeter Dar. Phryg. cui a Pyrrho interemptã esse placuit.*

Ducit Amazonidum [a] *lunatis agmina peltis* [b]
Penthesilea [c] *furens;* [d] *medijsq. in millibus ardet*
Aurea subnectens exsertae [e] *cingula* [f] *mammae*
Bellatrix; audetq. uiris concurrere [g] *uirgo.*
Haec dum Dardanio Aeneae miranda uidentur;
Dum stupet, obtutuq. haeret defixus in uno;
Regina ad templum forma pulcherrima [h] *Dido*
Incessit, [i] *magna iuuenum stipante caterua:*
Qualis [k] *in Eurotae* [l] *ripis, aut per iuga* [m] *Cynthi*
Exercet Diana choros, quam mille [n] *secutae*
Hinc atq. hinc glomerãtur Oreades: [o] *illa pharetrã*
Fert humero, gradiensq. deas supereminet omnes:
Latonae tacitum pertentant [p] *gaudia pectus:*
Talis erat Dido, talem se laeta ferebat
Per medios, instans [q] *operi, regnisq. futuris:*
Tum foribus diuae media testudine [r] *templi,*
Saepta armis, [s] *solioq. alte subnixa, resedit.*
Iura dabat, [t] *legesq. uiris,* [u] *operumq. laborem*
Partibus aequabat iustis, aut sorte [x] *trahebat:*

b *Scutis breuibus, mediam lunam referentib.* c *Vide Herodot. l. 4. Diodor. Sic. l. 3. & 4. Cur. l. 6. Iustin. l. 2. quamquam Strabo & Palaephatus aliter sentiant.* d *Bellandi cupiditate, & rabie quadam, quae & sororem Hippolyten interfecerat. Q. Calab & Dictys.* e *Nudatae, teste Propertio l. 3. & quasi interpretatur Amazonum nomen, quod careat altera mamma, quae μάζος appellatur.* f *Balthei periphrasis est.* g *et quidem pulcherrima, ut Q. Calab. satis testatur.* h *Qualis & ab Ausonio describ.* i *ut supra: Ast ego, quae diuum incedo regina &c.* K *Home. in Od. 51. eodem fere modo Home. Nausicaeae formam Dianae comparat. Vide Gel. l. 9. c. 9. Macr. Diome. & Apollonium.* l *Laconiae flum.* m *Mõtis Deli insulae.* n *Numerus finitus pro infinito.* o *Montium nymphae.* p *Vehementer tẽtãt. S.* q *Vrgens operarios.* r *Camera incurua, ad imaginem caeli referenda, quod conuexum est. uide Nonium in Dict. Testudo.* s *Armatis custodib.* t *Regina, dabat iura: non dicebat, ut iudex.* u *Emphasis.* x *Respexit ad morem sortiendi Romanor. quo & Carthaginienses usi sunt.*

Cum

Cum subito Aeneas concursu accedere magno
Anthea, Sergestumq.[a] *uidet, fortemq. Cloanthũ,*
Teucrorumq. alios,[b] *ater quos aequore turbo*
Dispulerat,[c] *penitusq. alias abduxerat oras.*
Obstupuit[d] *simul ipse, simul perculsus Achates:*
Laetitiaq.,[e] *metuq. auidi*[f] *coniungere dextras*
Ardebant:[g] *sed res animos*[h] *incognita*[i] *turbat.*[k]
Dissimulant;[l] *& nube caua speculantur*[m] *amicti,*
Quae fortuna[n] *uiris; classem quo litore linquant;*
Quid ueniant. cunctis nam[o] *lecti nauibus ibant*
Orantes ueniam,[p] *& templum clamore petebant.*
Postquam introgressi, & coram data copia fandi;
Maximus Ilioneus[q] *placido sic pectore coepit:*
O[r] *regina, nouam*[s] *cui condere Iuppiter urbem,*
Iustitiaq. dedit gentes frenare[t] *superbas,*

a *Ne quis putet Sergestũ & Serestũ, unum et eundẽ fuisse uirũ, l. 12. eodẽ carmine hos duos recẽset: Mnesthea, Sergestumq. uocat, fortẽq. Serestum.* b *Alios Teucros.* c *disiecerat, segregauerat.* d *In re noua duos fere hos affectus coniungit. sunt autem omnia generis deliberatiui.* e *laetitia, ob socios liberatos; metu, ob concursum Poenorum.* f ἑλληνισμὸς. g *Ardenter & maxime cupiebant.* h *Aeneae, & Achatis.* i *Caussa sociorum aduentus.* K *Impedit, ita ut quamuis cupiant, non audeant, tamen coniungere dextras.* l *ne scilicet faciant, ante quam rem ueram se uidere cognoscant.* m *Vt sup.* Et *m. nebulae circum d. fudit amictu.* n *An bona, an mala.* o *Aetiologia, quare specularentur, quid uenirent, quoniam uidebant eos ex singulis nauibus tamquam legatos uenire.* p *Pacem. Estq. hoc pontificale uerbũ, ut alibi: Tu modo posce deos ueniã.* q *non est hic Ilioneus, Phorbantis filius: nam ille unicus cũ esset filius, a Penelea interfectus fuit. Homer. l. 14. Iliad. Fuit & alius, quem senẽ Diomedes interfecit Q. Calaber l. 13. Gloriatur etiam* Paris *ad* Helenã *scribẽs apud Ouid. nescio quẽ Ilionea a se uictum singulari certamine. Quare suspicor hunc quẽ poeta hic eloquentem facit, Phorbantis propinquum fuisse, eloquentiãq. ab illo didicisse, quem Mercurius dilexit, ut ex* Homero *l. 14. Iliados elici potest.* r *blanditur: ut a laude beneuolentiã captet.* s *id est magnam: ut in* Bucol. *Pollio, & ipse facit noua carmina.* t *Videtur alludere ad illud, quod dicitur Infreni Numidae, lib. 4. Aen. quae magna reginae laus est, ut quae possit etiam frenare, & subiugere populos, qui sunt infreni id est, liberi, & nullam patientes seruitutem.*

Troes te miſeri,[a] uentis maria omnia uecti,
Oramus, prohibe [b] infandos a nauibus ignes:
Parce pio generi,[c] et propius[d] res adſpice [e] noſtras.
Non [f] nos aut ferro Libycos populare [g] penates
Venimus, aut raptas ad litora uertere [h] praedas:
Non ea uis [i] animo, nec tanta ſuperbia uictis.
Eſt locus: [k] (Heſperiam [l] Graij cognomine dicũt)
Terra antiqua,[m] potens armis, atq. ubere [n] glebae:
Oenotrij [o] coluere uiri: nunc [p] fama, minores
Italiam dixiſſe ducis [q] de nomine gentem.
Huc curſus [r] fuit.
Cum ſubito [s] aſſurgens fluctu nimboſus [t] Orion

a Atq. ita digni quorum miſerearis. b A re beneuolentiã colligit, cũ iuſtã eſſe ait. c Troianis. d uicinius & amicius: nam qui uicini ſunt, magis fauere & prodeſſe poſſunt. Vnde, dij propitij, quos, praeſentes, in Bucol. uocat Virg. Nec tam praeſentes alibi cognoſcere diuos. e tamquam dea, reſpice, et defende nos. f Antipophora confutat, quae a Didone obyci poterant. g Populari, per enallagen: & uenimus populare, Helleniſmus. pro ad populandum. h ut piratae ſolent, quos ſemper recentes Conuectare iuuat praedas & uiuere rapto. l. 7. i δυνάμις, poteſtas, ſed cum uiolentia mixta. l Hi 4. uerſus repetuntur l. 3. Aen. K Ab Heſpero, Atlantis fratre. m nam a Saturno & Iano fuit habitata. n fertilis eſt: uide Diodor. Dionyſ. Plin. & Virg. in Georg. o Omnes illi quib. Oenotrus rex imperauit, ſiue Lycaonis ille filius fuit, ut Dionyſius exiſtimat, nec diſſentit Steph. ſiue alius. de quo nihil adhuc ſtatui, quod multi multa diuerſiſſimaq. ſcribãt, quae cuilibet uidere licet. Exiſtimarim aũt hic potius legi debere Oenotri, quod Graece hoc uocabulũ per ω in ſecunda ſyllaba ſcribatur, quae corripiẽda erit, ſi uulgatã lectionẽ retineamus: aut certe cõtrahendae erunt litterae, ſi metiri uerſum uoles. p poſt Herculis aetatẽ, ut ex Dionyſ. patet. q Itali Siculi, ut Ser. uel Oenotrij, ut ex ſcriptis Antiochi refert Dionyſius. r ſub. nobis Troianis. eſt aũt imperfectus uerſus; quod dedita opera factũ a Virg. nõ dubito; nimirũ, ut abrupto uerſu curſum abruptũ aptius ſignificet. ſ ex improuiſo oriens. nã ſua magnitudine pluribus diebus oritur: ac ob id apud peritos rei nauticae, incerta eſt eius tempeſtas. Ser. Hoc modo aũt bene excuſat Ilioneus ſuos naucleros, qui eã tẽpeſtatẽ praeuidere non potuerint. Exoritur aũt XV. Kal. Iul. auctore Ou. 6. Faſt. uel, ut Pl. 6. Kal. Iul. uide Higynũ, Tzetzen, Seru. & poſt hos Lamb. Hortenſ. t Et ſic tẽpeſtatẽ ferẽs.

In

In uada[a] caeca tulit; penitusq. procacibus[b] Austris,
Perq. undas superante[c] salo, perq. inuia saxa
Dispulit. huc pauci[d] uestris adnauimus oris. (rē
Quod genus hoc[e] hoīum? quae ue hūc tā barbara mo
Permittit patria? hospitio[f] prohibemur arenae.
Bella cient; primaq.[g] uetant consistere terra.
Si genus humanum, & mortalia[h] temnitis arma;
At sperate[i] deos memores fandi atque nefandi.
Rex[k] erat Aeneas nobis: quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem si fata uirum seruant; si uescitur[l] aura
Aetheria, nec adhuc crudelibus occubat umbris:
Non[m] metus:[n] officio, nec te certasse priorem
Paeniteat; sunt & Siculis[o] regionibus urbes,

a Iuxta illud: Illiditq. uadis.
b Obstinate urgentibus; & subinde suū in nos flatum repetentib.
c Alij, Spumante.
d Sic supra Aeneas: Forte sua Lybicis tempestas appulit oris.

e Per admirationem patheticam, quam interrogatio uehementer auget, Didonem hortatur ab honesto, ut ne hospitium sibi denegetur. f Cum tamen litora iure gentium communia sint. l. 3. ff. de acquir. ter. dom. Iustinian. l. 2. Instit. tit. 1. in pr. g Litore. Ser. h Pro, Contēnitis. i Timete d. mem. bene & male factorū. In qua significatione poetae utuntur saepissime uerbo, Spero, rarissime autem Oratores; Cic. certe semel pro Sex. Rosc. usurpat hoc modo, quā tamē orationē iuuenis scripsit. Plato autem de legib. l. 9. ἔλπιστον, pro Timendum, semel dixit. Atq. sic Ser. exponendum putauit: sed, quid, si, suam illi uerbo significationē relinquentes, sic uersum distinguamus, ut ad uicinius referatur, hoc modo: At, sperate deos memores fandi, atque nefandi. Quemadmodum & Plaut. loquitur: Spero, inquit, deos. K Ad id unde digressus erat, redit Ilioneus. Abruperat enim sermonem iniuria & indignitate Tyriorum uictus, cum querebatur coram regina, de ipsorum barbarie l Tautologia. m Non est tibi metuendum, ne te paen. off. &c. n Varie legitur hic uersus: quidā enim, Non metus officio: nec te, &c. Alij, Non metus, officio ne te, &c. scripti omnes, quibus usus sum, nostram lectionem confirmant; excepto uno, qui habet, Non metus officio. o Praeoccupatio; ad id, quod dici potuisset; Si autem perijt Aeneas, quis gratiā referet? propterea subdit, in Sicilia Troianos esse, qui gratiam referre possint.

Armaque

Armaq.,[a] *Troianoq. a sanguine clarus*[b] *Acestes.*
Quassatam[c] *uentis liceat subducere*[d] *classem,*
Et siluis aptare[e] *trabes, & *[f] *stringere*[g] *remos:*
Si datur Italiam socijs, & rege recepto,
Tendere; ut Italiam laeti, Latiumq. petamus:
Sin absumpta salus, & te[h] *pater optime Teucrum*
Pontus habet Libyae, nec spes[i] *iam restat Iuli;*
At freta Sicaniae saltem, sedesq.[k] *paratas,*
Vnde[l] *huc aduecti, regemq. petamus Acesten.*
Talibus Ilioneus: cuncti simul ore[m] *fremebant*
Dardanidae.[n]
Tum breuiter Dido, uultum[o] *demissa,*[p] *profatur:*
Soluite corde metum, Teucri: secludite curas.
Res dura,[q] *& regni nouitas*[r] *me talia cogunt*
Moliri, & late fines custode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Troiae[s] *nesciat urbē?*
Virtutesq.,[t] *uirosq. aut tanti*[u] *incendia belli?*

a *Homines apti ad arma.* b *rex Siciliae, Troia Criniso conceptum flumine mater, Quē genuit ut l. V.* c *Vt supra patuit: & l. V. Quassatasq. rates.* d *in terram trahere. Deducere aute, est, in mare mittere. ut, Deducunt naues socij.* e *legere trabes, & nauibus aptare.* f *Ligna incidere, ex quibus remi fiant.* g *l. IV. Aen. Frondentesq. ferunt remos & robora siluis Infabricata fugae studio.* h *Aenea.* i *De puero loquitur, in quibus spes, non uirtus laudatur.* K *Ab Aceste.* l *Ex qua Sicania, huc in Libyam uecti sumus.* m *consentiebant. S. addit Corr. Aßentientes quidem, sed tamen ostendentes se aegre ferre iniurias sibi illatas.* n *Rursum abrumpit sermonem, ut uel dolorem, uel iram Troianor. exprimat.* o *poetica figura: ut illud, Oculos suffusa nitentes.*

p *Vt pudica & uerecunda: contra, lib. 4. Huc illuc oculos uoluit; ut impudica, & Aeneae capta amore.*

q *Excusatio a necessario.*

r *Quae plerumq. multas habet difficultates.*

s *Vt supra: urbem Pataui, &c.*

t *Endiadis est, Virtutes uirorum: ut sup. Molem, & montes.*

u *Tam diuturni: quod ab Homero, Q. Calab. Tryphiodoro, Darete Phrygio, & Dycte Cretensi, ut alios omittam, descriptum est.*

Non

Non obtusa [a] adeo gestamus pectora Poeni:
Nec tã aduersus equos Tyria Sol [b] iungit ab urbe:
Seu uos Hesperiam [c] magnam, Saturniaq. [d] arua,
Siue Erycis [e] fines, regemq. optatis Acesten;
Auxilio tutos dimittam, opibusq. [f] iuuabo.
Vultis & his mecum [g] pariter [h] considere [i] regnis?
Vrbem [k] quã statuo, [l] uestra [m] est: subducite [n] naues:

a Crassa ingenia.
b Quia putantur obtusiores, qui regiones a caelo remotiores, & frigidiores incolunt. Corr.

c Italiam, quae Magna Hesperia dicitur, ad differentiam Hispaniae. d Latiũ. Respondet Dido ad illud, quod supra Ilioneus dixit, Italiã laeti, Latiũq. petamus. e Freta Sicaniae: Eryx uero mons est in Sicilia, sic ab Eryce, Veneris & Butae filio, quẽ Hercules interfecit, dictus: ut Hyginus et Ser. ostendunt. Vide Diodor. Sicul. Hodie, Mons S. Iuliani appellatur ab incolis. f Benignitate sua spem Troianor. superat; nam cum illi hospitiũ tantum petiissent, & materiam sarciendae classis; illa & auxilium pollicetur, opesq. suas, atque adeo ipsam urbem offert. g Vna mecum, aeque atque ego confido: caue, putes Troianos in regni societatem a Didone uocatos, quod tamẽ Donato placuisse legimus: namque neque hoc uerisimile est, neque fieri solet, cum regnũ duos non capiat, nedũ multos, secundum illud: Omnisq. potestas Impatiẽs cõsortis erit. Quãquã id l. 4. Aen. in Aenea fecisse legatur, ibi: Aeneã regni demens in parte locaui. Verũ hoc aliã habet cõsiderationem. Locauit, ut maritũ suum in regni parte: nunc uero non est tam demens, ut multos & ignotos in regni portionẽ uocaret. h Sic & Cic. Ver. 7. Siculi mecum pariter moleste ferunt. i Quasi dicat, omnes uos ad habitandũ sedes capere. Sunt, qui hic legant Consistere: sed non habet eam elegantiã, quã Cõsidere. K Antiptosim hic constituũt grãmatici, quod Vrbẽ, pro Vrbs ponatur, Graecorum imitatione. Sunt tamen, qui hunc accusatiuũ ad praecedentis uersus uerbum referunt; ut sit sensus: Vultis urbem quã statuo? uestra est: Quod Seruio placuit, & Donato in Phor. Ter. act. 5. sc. 7. ad illud, Quid uis tibi? Argentum quod habes. Vide Non. Marc. de numeris & casib. et Prisc l. 1. de cõstruct. l Aedifico, uel exstruo. m Vsuquidẽ & habitatione; at non proprietate, aut dominio, ut loquũtur I. C. hoc est, in ea uobis habitare concedo, uerũ non regnare. n hoc est, naues in terram trahite, uel ut eas reficiatis, ut antea petiistis; uel, ut hic maneatis, si uultis. Ambigue loquitur, ad utrumque respiciens: quod ẽt sequenti uersu confirmat; promittens, se Troianos eodem loco, quo Tyrios, habituram. lib. x. sic hunc uersum mutat: Tros, Rutulusue fuat, nullo discrimine habebo.

Tros, Tyriusq. mihi nullo [a] discrimine [b] agetur.
Atque utinam [c] rex ipse Noto [d] compulsus eodem
Afforet Aeneas. equidem per litora [e] certos
Dimittam, & Libyae lustrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus siluis, aut urbibus [f] errat.
His animum arrecti [g] dictis, & fortis Achates,
Et pater Aeneas, iam dudum [h] erumpere [i] nubem
Ardebant. prior [k] Aenean compellat Achates:
Nate Dea, [l] quae nunc animo sententia surgit?
Omnia tuta uides, [m] classem, sociosq. receptos.
Vnus [n] abest; medio in fluctu quem uidimus ipsi
Submersum: dictis respondent cetera matris.
Vix ea fatus [o] erat, cum circumfusa repente
Scindit se nubes, [p] & in aethera purgat apertum.
Restitit Aeneas, claraq. [q] in luce refulsit,

a Vel hinc satis liquet, Didonis non eum fuisse animum, ut Troianos in regni societatem uocaret: ait enim pari & aequo iure utrosque se recturam, Tyrios uidelicet et Troes. b regetur. rara locutio c Perelegãs & Cic. familiaris locutio. d Eodem uento appulsus, quo nos estis aduecti. e qui hoc unum agant, ut Aeneam inueniant. Cic. fam. ep. Quoties mihi certorum hominum potestas erit. f Vicinis, non autem Didonis, ut putauit Donat. cum ea nullas ibi habuerit urbes; quod & l. 4. Aen. Iarbat ei improperat: Femina, quae, nostris errans in finibus, urbem Exiguam pretio posuit.
g Translatio ab equis ad homines: ut supra, Arrectisq. aurib. adstant.
h Cum socios uidissent, & Didonem loquentem audissent.
i Alij, Abrumpere. q. d. rupta nube exire cupiebant.
K Prior hic loquitur Achates, quod est deliberatio: supra uero, ubi nulla est deliberatio, prior loquitur Aeneas, Multa gemens, largoq. humectat flumine uultum. Sed, quamuis prior loquatur Achates, non dat tamen consilium; sed quaerit, quae sit Aeneae sententia: nec uero dubitat, ne sibi respondeat Aeneas, quod Metellus de tunica interiore respondit. erat enim tam familiaris; ut & talia quaerere posset. l Homerus in Il. 226. quod indicat Macrob. l. V. c. 4 m nedum audis.
n Orontes nimirum.
o Achates scilicet.
p Cum prius nube tectus fuissent Aeneas, & Achates.
q Homerus in Od. 53.

Os,

Os,[a] humerosq. deo similis. namque ipsa[b] decoram
Caesariem nato genitrix, lumenq. iuuentae
Purpureum,[c] & laetos [d] oculis afflarat[e] honores:
Quale manus [f] addunt ebori decus, aut ubi flauo
Argentum, [g] Parius [h] ue lapis circumdatur auro.
Tum sic reginam[i] alloquitur,[k] cunctisq. repente
Improuisus,[l] ait:[m] Coram, quē [n] quaeritis,[o] adsum,
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
O sola [p] infandos Troiae miserata labores,

a Synedoche; q. d. Oris uenustate & humerorum latitudine. ut lib. 2. Aen. Nonius in dict. Ora.

b Emphasim habet: quod et pulchra est Venus, & pulchritudinem dare potest. c Pulchrum: ut, Horatius: Purpureis ales coloribus. Opinor hic tamen Virg. rufum uelle dicere Aenean, qualis a Darete Phrygio describitur: quamuis, Purpureus, plus significet. uolebat autem, quod erat, augeri.
d Donat. in Eunuch. Ter. Sueton. Oculos habuit claros & nitidos, quibus etiam uolebat existimari inesse quiddam diuini uigoris. e sic ornarat eius oculorū uenustatem, ut honor quidā additus uideretur; & ipsi oculi honore digni uiderētur; sic & honos frondis, & pomi dicitur. Philostrat. autem in Heroic. Aenean sic in ea re commendat, ut ostendat eum talem adspectū habuisse, ut eo milites, qui locum desererent, retineret. f Artificum.
g Prisc. 2. de constr. h Vide Plin. Dicitur & Lydius, aut Lygdius.
i Orditur ex abrupto prae nimio gaudio: quod exordij genus maxime cōuenit ijs, qui aliquo animi affectu impediantur. K Aeneas nimirum. l Homerus in Od. 210. m loquitur Aeneas, & indicat se audiuisse omnia, quae dicta sint: sic etiam Vlysses patrem lib. 24. Odyss. alloquitur. n Vos Troiani scilicet, cum doletis, me non adesse, & tu regina, cum optas, ut adsim.
o Euocatio est, grammaticis nota. Vide Prisc. lib. IV. de part. & lib. I. de constr.
p Atqui Venus Troiae labores est miserata, ut constat: Apollo quoque, de quo l. 6. Phoebe graues Troiae semper miserate labores: Anius etiam, qui, Ouidio teste, Troianos temploq. domoq. recepit: Helenus quoque, ut lib. 3. Aen. apparet: Acestes ut supra meminit Virg. quare uidetur inconuenienter soli Didoni hoc tribuisse Virg. Nihil minus: immo aptissime, solum nominat, quod illi quidem, quos retuli, aut dij fuerint, aut amici propinqui ue Troianorum: Dido autem inter illos nominari non debuerit sola fuit inter extraneos aut mortales, quae Troiae laborum miserta est.

Quae

a Supra dixit: Troas: relliquias Danaũ atq. immitis Achilli: quod hic reticuit, ne ipse Achille inferior, aut minus fortis fuisse, si se cum reliquis ab eo superatum quasi fateretur.

Quae nos, relliquias Danaum,[a] terraeq.[b] marisq.
Omnibus exhaustos iam casibus[c] omnium[d] egenos,
Vrbe,[e] domo socias.[f] grates[g] persoluere dignas
Nõ opis[h] est nostrae, Dido, nec quidquid ubiq.[i] est
Gentis Dardaniae, magnũ[k] quae sparsa[l] per orbẽ.
Dij[m] tibi (si qua pios[n] respectant numina, si quid
Vsquam iustitiae est, & mens sibi conscia recti)
Praemia digna ferant. quae[o] te tam laeta[p] tulerũt
Saecula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta[q] dum fluuij currẽt, dum mõtibus[r] umbrae
Lustrabunt conuexa; polus[s] dum sidera[t] pascet;

b supra, Multum ille & terris iactatus & alto. c Supra: Tot casibus actos. d nota hunc hiatum, qui dedita opera sic a Virg. cõpositus est; ut magis Didonem moueat. e Asyndeton. f & publico, & priuato dignaris hospitio. g Artificiose acceptũ beneficiũ exaggerat uiresq. suas extenuat. h nõ est nostrae facultatis, uel, nõ possumus, ut uelimus. i Nec omnes Troiani, simul coniuncti, poßunt referre dignas his tuis beneficijs gratias. K Quasi dicat, omnes Troiani uniti, quamuis multi sint, non poßunt tibi persoluere dignas grates: Multos esse dum ait, ut Didonẽ magis inflammaret ad bene merendum de Troianis, fieri posse innuens, ut aliquando gratiae dignae referantur. l Praesertim post Troiae excidiũ. uide Ser. & l. 3. Aen. m εὐχὴ, siue δέησις, qua, id quod a se etiamnum praestari non põt, deos precatur, ut faciant. n Vide Cor. hic; qui triplicẽ dat interpretationẽ. o Postquã gratias egit, ut breuissime potuit; reliquũ erat ut regina tanta aliqua saltem ratione, laudaretur: sed cum properaret, ut qui repente uenerat; & cuperet socios osculari; neque multa ei occurrerent, quae de Didone posset commemorare, omnia paene, quae possent dici, quampaucissimis uerbis est complexus, in quibus non ea re quaerit ut sciat, sed tantum exclamat & admiratur insignes reginae uirtutes. p nascentiũ meritis. q In mare, idest in locũ aquarũ, teste Arist. lib. 2. Meteor. r Dum in montib. umb. latera inclinata circumibunt. s Pro Polus, Brod. legit Palus: de omni humore, aut de mari: ut Homer. λίμνη. Atq. hic Aeneas prius naturae ordinẽ uerti posse aßerit, quam tanti sibi beneficij memoriam excidere. t Respicit ad Stoicor. & quorundam ueterum opinionem, quam tamen lib. 2. Meteor. damnat Arist. & Lucian. suo more deridet.

Semper

Semper [a] honos, nomenq. tuum, laudesq. manebũt:
Quae me [b] cũque uocãt [c] terrae. Sic [d] fatus, [e] amicũ
Ilionea [f] petit [g] dextra, laeuaq. Serestum:
Post alios, fortemq. Gyan, fortemq. Cloanthum.
Obstupuit [h] primo [i] adspectu Sidonia Dido,
Casu deinde uiri tanto; & sic ore [k] locuta est:
Quis te, nate dea, [l] per tanta pericula casus
Insequitur? quae uis immanibus [m] applicat oris?
Tune [n] ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
Alma Venus Phrygij [o] genuit Simoëtis [p] ad undã?

a *Versum hunc integrum, etiam in Buco. habet, ubi Menalcas, apros, pisces, cicadas, apes nominauit in sua cõparatione: Aeneas uero hic alia sublimiora. Quod ea re factum arbitramur a poeta, ut naturam imitari se significet; natura autem fit, ut ea nobis in mentem ueniant facilius, in quibus uersamur. Vnde, cum res exigit, ab ijs comparationes, translationes, uocabula, & id genus alia, ducere solemus. Menalcas igitur, gregem pascens, in montibus apros, in fluuijs pisces, ruri apes uidebat, & cicadas audiebat; quare ab ijsdem, tamquam obuijs, comparationem duxit: Aeneas autem, qui in mari diu fuerat iactatus ab undis, Palinurum & alios nautas, de polo audierat disserentes; unde similia nominauit.*

b *Tmesis.* c *Alij leg. Vocent; quod nõ displicet.* d *Decorum seruat.*
e *Semper antea, sed tum maxime fuit expertus, cum suam caussam tam amice & ex animo apud reginam agentem audiuit.* f *Hunc petit praecipue, quod legationis princeps esset.* g *Quamuis rex erat, tamen socios dextra primus apprehendit: ut se socium potius, quam regem, ostendat. Quae certe summa in rege laus est, teste Onosandro.*
h *Homer. in Il. 273.* i *Pro, Primum: ne quis dicat, Primo adspectu: nam continuatur cum illo Deinde, quod sequitur.* K *Pleonasmus. S. uel, cum prius animo locuta esset, nunc ore haec protulerit.*
l *Dido ab Aenea laudata, uicem rependit.*
m *non tam propter mare, ut Ser. ait, importuosum, quam propter gentes inmanes, quae ibi sunt. Afri enim mobiles, uiolenti, callidi, bilingues, saeui, infidi, & perfidi a scriptoribus appellantur. Nec multo aliter ab Anna, Didus sorore, lib. 4. Aen. describuntur; & supra, Venus, Genus intractabile bello uocauit.* n *admirantis, non interrogantis, Seruius ait esse.* o *ut differat ab illo Simoente, qui in Sicilia est. Strab. lib. 13.*
p *Scamandri fluuij.*

a Praeoccupatio, quo modo ſciat genus Aeneae.

b Nobilem uirum Troianum, ex Telamone, & Heſyone Laomedontis filia natũ, teſtib. Sophocle in Aiace, & Higyno c.99. Pacuuius, et C lib.1.& 2.de Oratore. Euripid.in Helena, Lactant.l.1.c.21. Iſocr. Plut Tzetze in Lycophron. & alijs.

Atque [a] equidẽ Teucrũ [b] memini Sidona [c] uenire,
Finibus [d] expulſum [e] patrijs, noua [f] regna [g] petẽtẽ
Auxilio Beli. genitor tum Belus [h] opimam [i]
Vaſtabat [k] Cyprum, [l] & uictor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo caſus [m] mihi cognitus urbis
Troianae, nomenq. tuum, regesq. Pelaſgi.
Ipſe [n] hoſtis [o] Teucros inſigni laude ferebat;
Seq. ortum [p] antiqua Teucrorum a ſtirpe [q] uolebat.
Quare agite o tectis iuuenes [r] ſuccedite noſtris.

c Phoenices urbs eſt celeberrima, Tyro uetuſtate certans, Euſtathio teſte, a Sida Beli regis filia cogn nata. d Salamine urbe & inſula, contra Eleuſim poſita, auctore Pa nia. e A patre Telamone irato, quod ſine Aiace fratre, contra ſuun datum, domum reduſſet, teſte Ser. & auctore Cic.l.2 de Orator. ut omi quae hic Dictys Cretenſ. Sophoclesq. in Aiace, Euripides in Helena plerique referunt.

f uel modo Beli regis auxilio parta: uel, numquam prius ab ipſo ſupra, Locos nouos, dixit.

g Petentem ait, quod certa erant. & oraculo promiſſa: Qua opinor, de incertis dixiſſet.

h Belum minorem intelligit, qui Metres uocabatur, ut Ser.ait. a trem, Phoenices regem, & uirum militaris ſcientiae peritiſſi nt tamen qui dicant, patrem Didonis Carchedonem fuiſſe appall

i quam μακάριον Graeci appellabant. Plin.l.5.c.31.

K quam ſubactam conceſſit Belo.

l in qua Teucer Salaminam poſtea condidit, a nomine atriae appellatam. m Ruina, ſed tamen caſus ſignificant.

n Teucer. o Amplificatio laudis Troianorum ab hoſti Meritam enim laudem hoſti eripere potius ſolemus; quam fal gere.

p Matre Heſione, Laomedontis filia.

q Quamuis eſſet hoſtis, & hoſtes hoſtium genus cont re ſolent.

r Iuuenes uocat, comiter, & benigne; non quod re uer erant: nã legati, Alethes, & Ilioneus, grandaeui erant.

Me

Me quoque[a] *per multos ſimilis*[b] *fortuna labores*
Iactatam, hac[c] *demum uoluit conſiſtere terra.*
Non,[d] *ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.*
Sic memorat:[e] *ſimul Aenean*[f] *in regia ducit*
Tecta: ſimul diuum templis indicit[g] *honorem.*
Nec minus interea ſocijs ad litora mittit
Viginti[h] *tauros, magnorum*[i] *horrentia*[k] *centum*
Terga ſuum, pingues centum cum matribus[l] *agnos,*
Munera, laetitiamq. dei.[m]
At domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur: medijsq.[n] *parant conuiuia tectis.*

a *Mali ſimilitudo etiam amicitiam ſubinde conciliat.*

b *Paene ſimilis: cum & ipſa domo ſim profecta, et per mare, terrã quaerens, errauerim.*

c *Africa, in qua urbem condo.* d *ideo, Non diſco, quia non ſum ignara. bis enim intelligendum, Non, ut ait Seruius.*
e *Dido nimirum.* f *& reliquos, ſed ſufficiebat nominare principem.*
g *id eſt, ferias; ut eſſet publica gratulatio, & deorum fauor accederet. Corr. uide Macr. Val. Flac. lib. 3.*
h *Singulis nauibus ſingulos. audierat enim illa uiginti numero naues fuiſſe, quamuis Orontis nauis ſubmerſa erat. maluit enim aliquid ſupereſſe, quam deeſſe; praeſertim cum ſaepe ſuccidaneis uictimis opus eſſet. auctore Geli. lib. 4. c. 6. Miſit hos Dido, ut ſingulae naues eos Neptuno mactarent, cui hoc uictimae genus deſtinatum erat, ut infra l. 3. legitur.*
i *Si terga porcorum iampridem interfectorum ſignificari putes, horrentia ſale, interpretare; ſin, uiuorum ſuum, horrentia ſetis expone, atque ita, magna, per emphaſim & metonymiam.*
K *Hecatomben intelligit, quam qui nauigarant, uel nauigaturi erant, faciebant.*
l *Oues centum, & agnos totidem.*
m *Gel. lib. 9. c. 14, legit hic, Die; ut ſit antiquus genitiuus a Dies. quaſi uero reliqua miſſa ſint ad uſum noctis, ſed nihil eſt Vide Corr. quem ſequi malo, & cum Rufiniano Dei legere. Vt autem legatur iam Dei, nondum expeditum eſt, quem intelligat Virgilius. Seruius Bacchum intelligit: quod rurſum non conuenit, ut dilucide idem Corr. demonſtrat, ac Neptunum intelligendum, non alium, declarat.*
n *In interiori parte domus.*

Arte laboratae uestes, [a] ostroq. [b] superbo: [c]
Ingens argentum [d] mensis, [e] caelataq. [f] in auro [g]
Fortia facta patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta uiros, [h] antiquae ab origine gentis.
Aeneas (neque enim [i] patrius consistere [k] mentem
Passus amor) rapidũ ad naues praemittit Achatẽ,
Ascanio ferat [l] haec, ipsumq. ad moenia [m] ducat:
Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.
Munera [n] praeterea, Iliacis erepta [o] ruinis,
Ferre iubet, palam [p] signis, [q] auroq. rigentem,

a Vestes stragulae Ciceroni dicũtur, quae infra, Aulaea dicuntur, in quib. se regina cõposuit.

b Liquore muricis, cõchilij, uel purpurae, quo tingitur purpura; quique a poetis pro purpura ponitur: quae cum apud Tyrios inuenta sit, auctore Polluce, recte facit Virg. quod eam hic saepe nominet.

c quod alios colores uincat: uel, nobilis, quod Nobilis, purpura uocetur.

d Plin. Vasa coquinaria ex argento fieri questus est, Caluus Orator: nostraque aetate soleas ex argento iumentis indui uidimus.

e Ingens argentum mensis proponitur; caue putes, mensas fuisse argenteas, ut Ser. placuisse uideo. neque enim id contextui conuenit.

f Antiquitas poculorum significatur. Charon Lampsacenus apud Athenaeum ait, apud Lacedaemonios ostendi poculum, quod Iuppiter in Amphitruonem uersus dedit Alcmenae.

g Vasis aureis.

h A Belo, primo Assyriorum rege, ad Belum, Didonis patrem, qui & ipse Assyrius fuit, & Methres dictus fuit.

i Pathos, ab affectu paterno.

K Esse mente quieta.

l Nunciet, quae sint acta.

m ut nihil desit, quin laetum sit conuiuium. Aeneas enim uix esse hilaris potuisset, nisi filius adfuisset. ut declaratur uersu sequenti: Omnis &c.

n Quae Didoni donet, ut eam quoque re aliqua laetiorem faciat.

o Commendat ea tamquam pretiosa.

p Vestem muliebrem: nam & hodie pulchris uestibus mulieres in primis capiuntur. Itaque prudenter fecit Aeneas, talia donando, qualia grata fore certo sciret.

q Signis ex auro intertexto factis. C. per Endyaden.

Et

Et [a] *circumtextum croceo uelamen* [b] *acantho,*
Ornatus [c] *Argiuae* [d] *Helenae: quos illa* [e] *Mycenis,*
Pergama [f] *cũ peteret,* [g] *incõcessosq.* [h] *Hymenaeos,*
Extulerat, matris Ledae [i] *mirabile donum:*
Praeterea sceptrũ, [k] *Ilione* [l] *quod gesserat* [m] *olim,*
Maxima [n] *natarum Priami; colloq. monile*
Baccatum, [o] *et duplicem* [p] *gẽmis, auroq.* [q] *coronam*
Haec celerans, [r] *iter ad naues tendebat* [s] *Achates.*

a *Duas diuersas uestes donare decreuit, Pallam scilicet, et Cycladẽ, quarum unam aestati, altera hiemi conueniens erat, ut Corr. coniÿcere uidetur.* b *Cycladem circumtextam signis, acanthum herbam, seu uirgultum referentibus. Corr.* c *Commendat munus, quod non possit non eße pulchrum, cum mulier tam pulchra, & tam nobilis illud gestarit. Sed uide, ne male auguretur Didoni, cui adulterae uestes donet.* d *Graecae, nam Spartana erat.*
e *Lacedaemone, unde raptam esse constat Helenam. Vrbem, pro urbe posuit, licentia poetica usus.* f *Troiam, cuius muros Pergama uocant.*
g *Cum Paride: quamuis alÿ aliter, ut Euripides in Helena, scribant.*
h *Non enim matrimonium, sed adulterium fuit cum Paride.*
i *Quod multi Helenae, Ledae Iuppiter dono dederat. Ser.*
K *Sceptrum, & coronam, Ilionae reginae. & lib. 7. Regi Latino, Priami sceptrum, & tiaram mittit; sed non monile; quod illud munus sit, quo mulieres, ut eriphylae, facilius quam uiri capiantur. & sane ueteres non ita frequenter monilib. usi reperiuntur: praeter Gallos, qui uel in bellis ÿs utebantur, cuius rei indicio est Torquatus, ut Plin. ait.*
l *De qua Pacuuius fabulam scripsit, sed Higynum lege cap. 109.*
m *uel, nupta Polymnestro, Thracum Regi; uel, antequam nuberet. Ferebant enim ea & inferiores personae, teste* Homero. n *id est, maior natu, ut Ser. ait, primogenita: quod, quamuis apud alios nondum obseruauerim, uerba tamen indicare uidentur: ut lib. 7. Natorum Tyrrhi fuerat, qui maximus Almon Sternitur &c.* o *margaritis ornatum: Baccas autem, maiores uniones, quod baccarum similitudinem referant, uocat. Grapald. lib. 2. c. 5.* p *habentem duplices, uel duos quasi ordines gemmarum & auri: uel, habentem gemmas & aurum, atque ita duplicem coronam, quod res simul duos haberet.* q *Diadema, tiaram, fasciam, qua reges etiam nunc uti solent.* r *Celeriter exsequens. rara locutio.*
s *Phrasis non ita frequens; quod, Pergebat, opinor, Cicero dixißet.*

At [a] Cytherea [b] nouas [c] artes, [d] noua [e] pectore uersat
Consilia, ut faciem mutatus, & ora Cupido
Pro dulci [f] Ascanio ueniat, donisq. [g] furentem
Incendat reginam, atque ossibus [h] implicet [i] ignem.
Quippe [k] domū timet ābiguā, [l] Tyriosq. [m] bilingues
Vrit [n] atrox Iuno: & sub noctem cura [o] recursat.

a Pulcherrima est haec οἰκονομία poetae: Dido Aenean in palatiū duxerat, & socijs eius munera miserat: Aeneas, Achaten ad naues, pro muneribus, & dulci Ascanio: Venus etiam interea loci, ut mater, Aeneae filij negotium curat: & Cupido paullo post matris Veneris mandata exsequitur, ita quod quisque suo munere probe fungitur.

b Venus, ut supra declaraui, ex Suida.

c quibus antea numquam usa fuerat.

d τέχναι hic intelliguntur; dolos, exponere licet, sed tamen quibus filio prodesse uelit.

e Epexegesis esse potest: quamquam Virg. respicere uidetur ad id, quod in Symposio Plato scribit: amorem ex Penia, & Poro, consilij filio natum fuisse, & quidem in Veneris natalibus.

f Sub Ascanij imagine.

g pro, incensam furere faciat. poetica figura. h Ex medullis Didoni.

i Amorem: ut lib. 4. infra, Caeco carpitur igne. Ignis uocabulo utitur potius, quam amoris, ne cogatur dicere, Amor amorem implicet, uel Cupido amorem inspiret; quae non tam elegans est locutio.

K Aetiologia est, quare Venus cupiat Aeneae amore capi Didonem; ut nimirum ei non noceat. nam, si capiatur, induci non posse ut noceat. Est autē triplex timendi caussa; Tyrij perfidi, domus ambigua, & atrox Iuno.

l De qua iure dubites, Graecis ne, an Troianis faueat; praecipue cum pater Belus, Teucrum uerit, uel, quia Varium, & mutabile semper Femina: ut lib. 4. Quam suspicionem egregie Veneri exprobrat Iuno, dicto lib. 4. Nec me adeo fallit, ueritam te moenia nostra Suspectas habuisse domos Carthaginis altae.

m Perfidos: sed, quid si dicamus hic alludi, ad duplicem linguam, qua Poeni utuntur, Tyriam, & Libycam: unde duplicem linguam habere uideantur, cum modo hoc, modo illud dicant, atque ita fallaces sint. Lege Chiliad. Adagior. Punica fides.

n Sollicitam facit, ne in ea urbe in qua ipsa colitur, Aeneae noceatur.

o Quae propter Iunonis odia nata erat, recursat quotidie sub noctem. Cor.

Ergo [a] his aligerum [b] dictis affatur [c] Amorem.
Nate, [d] meae uires, mea magna potentia solus,
Nate, patris [e] summi qui tela [f] Typhoea temnis,
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
Litora iactetur q. [g] odijs Iunonis iniquae,
Nota [h] tibi, & nostro doluisti saepe dolore.
Hunc Phoenissa tenet [i] Dido, blandisq. moratur
Vocibus: & uereor, quo se Iunonia [k] uertant
Hospitia. haud tanto cessabit [l] cardine rerum.
Quocirca capere ante [m] dolis, et cingere [n] flamma
Reginam meditor; [o] ne quo se numine [p] mutet,
Sed magno Aeneae mecum [q] teneatur amore.
Quo [r] facere id possis, nostram nunc accipe mentē.
Regius accitu [s] cari genitoris ad urbem

a Cum ita timeret ab ea, et uellet prouidere Aeneae.

b Diomedes, de epithetis, & Lilius de dijs gentiū, his adde Propert.

c Cupidinem; filium Veneris autē esse hūc, omnes sciunt, Plato testatur, & hoc loco refert Ser. Caussam autem, cur id poetae fingant, haec redditur: quod sine amore Venerea uoluptas commode exerceri non possit: quod etiā innuit Venus, in uersu seq. Nate, meae uires, mea magna potentia solus.

d Homerus in Il. 154.

e Iouis fulmina.

f Pro τυφώεα, abiecta uocabuli subiunctiua, Dorum more.

g Satis erat, Iactetur. nam, Que, abundat; quod notauit Seruius.

h Pro, Notum, Graec. more. ut in Eunucho Teren. Mira uero: Pro Mirum. teste Donato in eund.

i Hospitio accepit.

K In quibus Iuno colitur.

l In opportunitate tanta, non cessabit, quin aliquid tentet.

m Antequam Iuno aliquid contra Aenean moliatur.

n Igne; amorem intelligit.

o Consilium suum exponit.

p Pro, ad nutum alicuius numinis sententiam mutet Dido.

q Vt ego teneor. Cic. lib. 3. ad Attic. Animum maerori mecum simul dedisti. r Alij Qua, aduerbium.

s Accersitu; utroque Cic. utitur.

a A Sidonijs, seu Tyrijs conditã.

b Ascanius regis Aeneae filius.

c Quod ei regnum Italiae, Romanaq. tellus deberetur.

d Pallam, cycladem, sceptrum, monile, & coronam.

Sidoniam [a] puer [b] ire parat, mea [c] maxima cura,
Dona [d] ferens, pelago, [e] & flãmis restantia Troiae.
Hunc [f] ego sopitum somno super alta [g] Cythera,
Aut super Idalium [h] sacrata sede [i] recondam;
Ne qua [k] scire dolos, medius [l] ue occurrere possit.
Tu faciem illius noctem [m] non amplius unam
Falle dolo, [n] & notos [o] pueri puer indue uultus:
Vt, cum te gremio accipiet [p] laetissima Dido,
Regales inter mensas, laticemque [q] Lyaeum;
Cum dabit [r] amplexus, atque oscula dulcia figet;
Occultum [s] inspires ignem, fallasque [t] ueneno.
Paret Amor dictis carae genitricis, & [u] alas
Exurit, [x] & gressu gaudens [y] incedit [z] Iuli.
At Venus Ascanio placidam [aa] per mẽbra quietẽ

e Hysteron proteron; supra: Iliacis erepta ruinis. f Ascanium scilicet.
g Sic etiam l. x. ait: Est Paphos, Idaliumque tibi, sunt alta Cythera.
h Locum, unde Venus Idalia: paullopost: Lucos Idaliae, dicit.
i Vbi mihi sacrificatur.
K Ne aliqua ratione puer Ascanius praesentire dolos, aut cognoscere p.
l Importunus, ac peragendo negotio molestus.
m Breue tempus petit, ut facilius suae petitionis compos fiat.
n Fallendo assume, & falso repraesenta.
o Ipsis Troianis: ne, si ignotae uultus indueris, facile dolus detegatur.
p Fouebit: & dabit oscula cum amplexibus.
q ubi amor facile solet conciliari.
r Hoc notat Diomed.
s Occultus ignis, definitio amoris est.
t Amoris scilicet, quasi ueneno.
u Vnde supra, Aliger, dictus est.
x Deposuit; quas gerere solet.
y Laetus, & hilaris: infra, Duce laetus Achate.
z Incedit cum Achate eodem modo, quo Ascanius, seu Iulus incessisset, si adfuisset.
aa Alij, Placitam.

Irrigat,

Irrigat, [a] & fotum [b] gremio dea tulit in altos
Idaliae lucos: ubi mollis [c] amaracus [d] illum [e]
Floribus, & dulci adſpirans complectitur [f] umbra.
Iamq. ibat [g] dicto [h] parens, & dona Cupido
Regia portabat [i] Tyrijs, duce laetus Achate.
Cum uenit, [k] auleis iam ſe regina ſuperbis
Aurea [l] compoſuit ſponda, mediamq. [m] locauit.
Iam pater [n] Aeneas, & iam Troiana iuuentus,
Conueniunt, [o] ſtratoq. ſuper [p] diſcumbitur [q] oſtro.
Dãt famuli [r] manibus lymphas, [s] Cereréq. [t] caniſtris
Expediunt; tonſisq. ferunt mantilia uillis.
Quinquaginta intus famulae. quibus ordine longo

a *In portícu Sicyonia, teste Pauſania.*
b *Pontanus in his et ſequentibus tribus uerſibus, mirã quandã iucunditatem & admirationem agnouit.*
c *Eſt enim mollis herba, quae in Cypro naſcitur laudatiſsima, auctore Plin. 21. c. 22. & ob id fortaſſe Venus eam nominat: cum de Idalijs lucis, quae ſunt in Cypro, loquatur. Amaraci uero pueri fabulam refert Ser. ut hic puer puerum cõplecti uideatur.* d *Lampſucus uocatur, & barbaris Maiorana, ex qua amaracinum unguentum.* e *Aſcanium.*
f *In qua profundius, & artius dormitur: atque hinc eſt, quod Ouid. domum ſomni ſcribat eſſe, quam numquam Sol adeat.*
g *Carthaginem uerſus.* h *Veneris matris.*
i *Portanda curabat.* K *Aſcanius.*
l *Auratis ueſtibus ornata: uel, Aurea ſponda, per Synaereſin. quod magis placet.* m *In lecto, qui medius erat, locauit ſe.*
n *Pater uocatur, iam mortuo Anchiſe; idque honoris cauſſa quod Aſcanij pater eſſet, atque adeo omnium Teucrorum pater optimus, ut ſupra, Ilioneus, orator locutus eſt.* o *In conclaue, ſeu triclinium.* p *Vetus diſcumbendi mos.* q *Lectis oſtro, ſeu purpura ſtratis: ut Cic. in Philip. Lectum conchiliato periſtromate ſtratum dixit.*
r *Homer. in Il. 95.*
ſ *Aquam, ad lauandas manus* χέρνιβα *ait Hom. 1. Odyſſ. Hodie quoque multis in locis primum diſcumbunt; deinde manus lauant; poſtremo menſas ſternendas curant.*
t *Homer. in Il. 95.* σῖτον δὲ δμωαὶ παρενήνεον ἐκ κανέοισιν. *Panem intelligit, ut ſupra: Cererem corruptam, dixit.*

Cura

Cura penū[a] struere,[b] & flammis adolere[c] penates.
Centum aliae, totidemq. pares[d] aetate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula[e] ponant.
Nec non & Tyrij per limina laeta[f] frequentes
Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aeneae, mirantur Iulum,[g]
Flagrantesq.[h] dei uultus, simulataq.[i] uerba,
Pallamque, & pictum croceo uelamen acantho.
Praecipue infelix pesti[k] deuota[l] futurae
Expleri mentem nequit, ardescitq.[m] tuendo
Phoenissa, & puero pariter, donisq. mouetur.
Ille,[n] ubi complexu Aeneae,[o] colloq. pependit,
Et magnum falsi[p] impleuit[q] genitoris amorem,
Reginam petit.[r] haec oculis, haec pectore toto
Haeret,[s] & interdum gremio fouet[t] inscia Dido,
Insideat[u] quantus miserae deus. at memor ille

a Vide Gell. l. 4. c. 1.

b unde Structores dicūtur, qui fercula componunt.

c Colere, honorare. S. N. Augere & laetos facere Pōp. Suffire. Corr.

d Admiratio magna est, quod C. ministri pares aetate essent: maior, si famulas etiam complectitur, ut apparet; ita ut significet, C. famulos & C. famulas, aetate pares fuisse.

e παρατιθεῖσι, ut Hom. loquitur, qui morem fuisse, quem significat Ser. ostendit, ut apponerent pocula, quae ministri postea replerent. Quod etiam in quibusdam Germaniae partib. obseruatur.

f Quae laetitiam praeseferre uiderentur.

g Quem Iulum esse putabant, cum tamen esset Cupido.

h id est, uultus sic flagrantes, ut dei esse uiderentur: quamquam re uera deus erat, ita ut ex eius persona uere possit Virg. dicere, Vultus dei.

i quia uidebantur ab Ascanio dici, cum tamen Cupido loqueretur.

K Pernicioso, & exitiali amore.

l Penitus amori addicta.

m Incenditur amore; concipit flammas amoris.

n Puer.

o Aeneae, dicit, non Patris: quod nota.

p Quem falso suum esse dicebat.

q Cic. ait hoc modo: Expleuit desiderij exspectationem.

r Aptissimo uerbo usus est, cum Cupido reginam petierit. i. accesserit, & insidijs aggressus sit; ut Cupido capturus; ut puer, osculaturus.

s puerum contemplans, & Aeneam.

t Acceptum, ut supra Venus loquitur, Fotus gremio.

u Al. Insidat. in hoc porro uersu magnum pondus inesse putat Pontan. ut & Ser. agnouit: quare perpende.

Matris [a] Acidaliae, [b] paullatim abolere [c] Sichaeũ
Incipit, & uiuo [d] tentat praeuertere [e] amore
Iam pridem resides [f] animos, desuetaq. corda.
Postquam prima quies epulis, mensaeq. remotae:
Crateras magnos [g] statuunt, [h] & uina [i] coronant.
Fit [k] strepitus tectis, uocemq. per ampla uolutant
Atria: dependent lychni [l] laquearibus [m] aureis
Incensi, & noctem flammis funalia uincunt.
Hic [n] regina grauem gemmis, auroq. poposcit,
Impleuitq. mero pateram: quã Belus, [o] & omnes
A Belo soliti. [p] tum facta [q] silentia [r] tectis.
Iuppiter (hospitibus [s] nam te dare iura loquuntur)
Hunc [t] laetum [u] Tyrijsq. diem, [x] Troiaq. profectis

a *praeceptorũ, quae mater dederat.* b *Vel, quod ἀκήδας, i. curas habeat: uel potius ab Acidalio fonte, qui est in Orchemeno Boeotiae ciuitate, in quo se ablue re putabantur Gratiae S.* c *Amorem in Sichaeum; ut postea Aeneae amorem supponat.* d *Viui hominis, & pulchri; aut uehementi. S.* e *Praeoccupare, Iunonẽ praeueniendo.* f *Inertes ad amandum.* g *Maiora pocula, qualibus Graeci utebantur, auctore Cic. Ver. 3. Discumbitur, fit sermo inter eos, ut Graeco more biberetur: hospes hortatur: poscunt maiorib. poculis. Hor. sat. 8. l. 2. Calices poscunt maiores. Vide Aphrodis. probl. 80.* h *De maiorib. poculis: supra, Et pocula ponunt, de minoribus loqui uidetur. Corr.* i *uina pro poculis posuit. Coronant, autem, id est, implent usque ad marginem. Vt Homer. κρατῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Iliad. α.* K *nã conuiuium, in quo Graeco more bibitur, celebratur omnium sermone & laetitia. Cic. 3. Ver.* l *Vitandae humilitatis aucupio, Lychnos, pro Lucernis ait: ut Cic. pro Coelio: Aliud fori lumen est, aliud Lychnorum. Fortunatian. l. 3.* m *Plin. l. 33. c. 3. Laquearia, quae nunc in priuatis domibus auro teguntur, post Carthaginem euersam primo inaurata sunt.* n *Hoc loco, uel tunc.* o *Appellatiuum est Belus, quod regem Phoenices, Didonis patrem, notat; qui alias Metres, Ser. teste, alias Baal dicebatur.* p *sub. implere cũ uellet.* q *Quod oẽs linguis fauebant, ut in sacris mos est.* r *In quibus antea fiebat strepitus maximus, ut supra.* s *Alludit ad Iouis cognomen, Xenius: quod Hospitalis, sonat.* t *Praesentem, sed tamen reuersurum.* u *Prosperam, & felicem.* x *Diem nominat tametsi nox esset, quod noctis uocabulum in sacrificijs infaustum dici soleat: uel, intellige diem ciuilem, qui & noctem quisque suam complectitur.*

Esse uelis, nostrosq. huius meminisse [a] minores. [b]
Adsis laetitiae Bacchus dator, & bona Iuno:
Et uos o coetum Tyrij celebrate [c] fauentes.
Dixit, & in mensa laticum [d] libauit [e] honorem:
Primaq. libato [f] summo [g] tenus attigit [h] ore.
Tum Bitiae [i] dedit increpitãs. [k] ille impiger hausit
Spumantem [l] paterã, & pleno [m] se proluit [n] auro. [o]
Post alij proceres [p] cithara crinitus [q] Iopas
Personat [r] aurata, docuit quae maximus Atlas.
Hic [s] canit errantem [t] Lunam, Solisq. [u] labores;

a ut postea meminisse uidentur, cum foedus ictũ est a Carthaginensib. cũ Romã. Liu. lib. 7.
b Posteros.
c sub linguis & animis.
d Vinũ intelligit.

e Ex pontificũ traditionib. non nisi in ara libare fas erat: quod Dido non obseruat, ut quae regina sit, nulliusq. legibus adstricta. Macrob. l. 3. Satur. c. 7. f Cum libaßet, quod relictum erat, ore leuiter tetigit. Corr. g reginae uerecundiam ostendit. h χήλεος ἄκρον. i Veneris sacerdoti, ut quibusdam placet, qui putant eum cum Didone ex Cypro uenisse. Ego, Seruio libẽtius assentior, qui Punicũ hoc eße nomen credit, quo aliquẽ senatus principem notat Dido. Moueor primo, Iustini auctoritate, qui eum sacerdotem, qui ex Cypro uenit, non Veneris sed Iouis fuisse sacrificum scribit. Deinde Liuij scriptis, qui Bitiam Punicae classis praefectũ fuisse memoriae prodidit. Appianus certe in Libyco scribit, nescio quem Bitiã, equi tunc praefectum, nauibus commeatum Carthaginem inferre conatum. Quare, non uideo, quid me remorari possis, quin Seruij sententiam amplectar; qui senatorẽ intelligit aliquem, cui Dido pateram tradiderit; ut, quod ipsa fecerat, ille faceret, & quasi approbaret. Quod (si allegoricω̃s exponere placet) senatus Carthaginiensis postea approbauit, cum foedus cum Romanis pepigerunt. Verum, opinor, ut auide foedus acceperunt, sic facile postea fregerũt. de quo Polyb. l. 3. Liu. l. 7. Quod hic per uinũ tum auide acceptum, & postea sparsum, significari uidetur. K Cum clamore monens, ut acciperet, ut fieri consueuit inter pocula. l & ita plenam, cum Dido uix eam attigisset. m Plena patera, quae grauis erat auro & gẽmis. n se uino conspersit. o Alij, Ore. p Hinc opinor facile conuinci, Bitiã inter proceres fuisse. q Apol. Arg. 12. r Musica utebantur olim Graeci & Romani in conuiuijs. Porro inducit Iopam sonantem cithara, & canentẽ, quod unus e Didonis procis esse diceretur. S. s Iopas, Afrorum rex. S. t Defectus. u Quinctil. l. 1. c. 16. & Coel. l. 7. c. 1.

Vnde

Vnde[a] hoīm genus et pecudes; unde īber, et ignes;[b]
Arcturū,[c] pluuiasq.[d] Hyadas,[e] geminosq. Triones;
Quid tātum[f] Oceano[g] properent ſe tingere Soles[h]
Hiberni, uel quae tardis mora noctibus obſtet.
Ingeminant[i] plauſum Tyrij, Troesq. ſequuntur:
Nec non & uario[k] noctem[l] ſermone trahebat
Infelix Dido, longumq.[m] bibebat[n] amorem, (ta:
Multa ſuper Priamo rogitās, ſuper[o] Hectore[p] mul
Nunc, quibus Aurorae ueniſſet filius[q] armis;
Nūc, quales[r] Diomedis[s] equi; nūc, quātus[t] Achilles.

a originem ducentium, ſi fabulae reſpiciātur, a Prometheo, aut a, Deucalione & Pyrrha, ut ſupra.
b Fulgura et fulmina.
c Booten, & Arctophylaca, ut interpres Arati & Higynus appellant. Quando oriatur, uide apud Plin. l.2.c.47. d Adiectiuū eſt, ut cenſet H. Steph. e Pli. Higyn. interpres Arati, & Homeri, Gell. & alij conſulantur, neque enim omnia hic minutiſſime perſequi decreui, ſed praecipua dumtaxat quam breuiſſime poſſum declarare. f id eſt, cur hieme breuiores, aeſtate uero longiores dies ſint. g In quem mergi uidentur ſidera. h Quamuis unicus ſit ſol, quod tamen quotidie oriatur, tamquam plures ſint, ſoles dixit.
i ſic Homer. Odyſſ. 1. μνηςῆρες ὁμάδησαν ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα.
K Paraſceue ſequentis libri. l Quam flaminis funalia uincebant; ut ſupra paullo. m magnum, & donec ipſa uiueret duraturum. nec placet Non. Marcel. ſequi; qui Longum, ſaeuum & pernicioſum interpretatur. neque enim tunc erat ſaeuus, quamuis poſtea fuerit pernicioſus. n Intelligendum, ut opponantur: nam Dido amorem, reliqui uinum bibebāt: dedita opera uerbum, Bibere, uſurpauit: cum de computatione & conuiuio ageretur, ut res congrueret. o Priſcian. l. 14. de partib. & l. 1. de conſtr. & Donat. in ſuis Grammat. inſtit. Virg. lib. x. Multa ſuper Lauſo rogitat.
p Epanadiploſis eſt, Rufiniano teſte.
q Memnonem intelligit, quem Tithonus, Laomedontis frater, ex Aurora ſuſcepit.
r Ardentes, ut ſupra poeta eos deſcripſit: quamuis non dubitem, quin ad Diomedes regis Thraciae equos reſpiciat Virg. ut & Ser. placuiſſe uideo, & Diodor. Sicul. l. 5. Higynusq. & alij confirmant.
ſ Quos Diomedes auertit, ut ſupra: uel equi qui Diomedis, Thracie regis fuiſſent, uel ab illis genus ducerent, quos Rheſus ad Troiam duxit, ut ſupra.
t Quam ſtrenuus, & bellicoſus.

Immo

a *ut Alcinous apud Homer. l. 8. Odyss. Vlyssem rogans, ut res suas narret : ἀλλ' ἄγε μοι τὸ δὲ εἰπὲ, &c.*

Immo age, [a] & prima [b] dic hospes origine nobis.
Insidias, inquit, Danaum, [c] casusque tuorum,
Erroresque [d] tuos. nam [e] te iam septima [f] portat
Omnibus errantem terris, [g] & fluctibus [h] aestas.

b *A raptu Helenae, quod Dido, opinor, desiderabat : Sed, ut Ser. adnotat, tempus excusabat. Malim tamen, A prima origine insidiarum exponere; ut & contextus ordo postulat, & postea refert Aeneas.* c *Μερισμὸς est, Insidias Danaum, casus tuorum. perpende altius.* d *Libri tertij propositio est.* e *Aetiologia est; cur errores suos narrare debeat.* Homer. *autem multus est in hac re, ut in fine lib. 8. Odyss. uidere est.* f *Hoc uero Dido uel ex Aenea, uel ex aliquo sociorum cognouerat: quamuis hoc non scribat Virg. Ex Teucro scire non potuit, tametsi id putet Ser. quod illum post excidium Romanum cum Aenea numquam conuersatum fuisse, nedum errores eius pro certo scire potuisse, constet.* g *Supra: Multum ille & terris iactatus, et alto.* h *Septimus annus, per Synecdochen. intelligo autẽ, Aeneam in Africam in principio anni, & quidem aestate peruenisse, sed in fine eiusdem anni in Siciliam rediisse. Et fortassis etiam aestate, ita tamẽ, ut intelligam, annum uersum fuisse : ut lib. 5. Iris loquitur : Septima post Troiae excidium iam uertitur aestas. Dido uero de ueniente ait, Aestas te septima portat. Ateius Philologus librum, hac de re edidit, et sic inscripsit : An Didun amauerit Aeneas.*

AENEI-

AENEIDOS
LIBER. II
ARGVMENTVM

Didus uoluntati morem gerens Aeneas excidij Troiani seriem narrat. ea est huiusmodi. Graeci decimo belli Troiani anno, attritis iam uiribus, uirtutiq. diffidentes, ad dolũ cõfugiunt: nocteq. ea, quae urbis incendium antecessit, fugam simulãtes, circa Tenedum latitãt, relicto in agro Troiano equo ligneo tãtae magnitudinis, ut portis urbis recipi nõ posset. eius utero lectissimũ quẽque procerũ includũt. Troiani partim fraude Sinonis impulsi, partim Laocoontis supplicio territi, diruta muri parte, equũ in arce statuũt. Nocte intẽpesta Graeci a Tenedo profecti, ꝑ eã muri ruinã, qua equus erat introductus, urbẽ inuadunt. Sinon reseratos equi utero armatos emittit. oĩa ferro flãmisque foedãtur. Aeneas igitur ab Hectore in somnis admonetur, ut sibi fuga cõsulat, deosq. patrios incẽdio eripiat. Ille tamẽ honestã mortẽ turpi fugae praeferẽs, frustra in arma ruit. satis feliciter primus ĩpetus succedit Troianis, donec Choroeni cõsiliũ secuti, sumptis Graecor. armis suorũ telis obruuntur. Interea Priami regia oppugnatur, Priamusq. ipse a Pyrrho, Achillis filio, ĩterficitur. Aeneas itaq. frustra tẽtatis oĩbus, cũ iã nihil spei reliquũ esset, sacra Anchisae patri cõmittit; eoq. in humeros suos sublato, assũptisq. Ascanio filio, Creusaq. uxore, fugã arripit. Graeci a tergo insequuntur. in eo tumultu Creusã uxorẽ amittit: cuius quaerẽdae caussa per totã urbẽ oberrãti, obuia fit uxoris umbra, uirũq. mortis suae certiorem facit. ipse ad socios reuertitur. quo iam magnus uirorũ mulierũq. numerus cõfluxerat, eius auspiciũ, quocũq. terrarũ abducere uellet, sequi paratus. Macr. Satur. lib. v. cap. 2. secũdũ hunc Aeneidos librũ, paene ad uerbũ de Pisandro trãslatũ esse, auctor est. Athenaeus autẽ l. v. Metrodori Chij librũ, qui Τρωικὰ, inscriptus erat, citat. Aelianus etiã l. iv. περὶ ποικίλης ἱστορίας, Syagrũ quẽdã, τὰ τρωικὰ, primũ cecinisse tradit. Idẽ quoq. Athenaeus l. iix. Hegesianactis Alexandrini τρωικῶν; & l. xiv. Acati Argiui Ἰλιοπερσίδος meminit. Eos igitur aliqua in parte Virgil. imitatus esse, non immerito credi potest.

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

CONTICVERE oẽs. tũc sic fortissimus heros
Fata recensebat Troiae, casusq. suorum;
Fallaces Graios, simulataq. dona Mineruae,
Lacontis poenam, & laxantem claustra Sinonem.
Somnũ, quo monitus [a] acceperat Hectoris, atrum.
Iam flammas caeli; Troum, patriaeq. ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper,
Impositumq. [b] patrem collo, dextraq. prehensum
Ascanium; frustra [c] a tergo comitante Creusa.
Ereptam [d] hanc fato, socios in monte repertos. [e]

ALIVD. INCERTI

Cogitur Aeneas bellorum exponere casus;
Graiorumq. dolos, & equum, fraudemq. Sinonis:
Excisamq. urbem, Priamiq. miserrima fata:
Vtq. patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit, caramq. amiserit ipse Creusam.

ALIVD. MONOSTICON OVIDII. NASONIS

Edocet excidium Troiae, clademq. [f] secundus [g]

ALIVD

Conuiuis series narratur Troica belli.

ALIVD

[h] Funera Dardaniae narrat, fletusq. secundus.

Troiae excidium narraturus, perquam artificiose & summa cum grauitate, in ipso statim narrationis limine, exordium suum ad loci, temporis, & personarum rationem accommodat. Auditores, dociles reddit, & attentos: beneuolentiam uero peculiariter ab ipsa regina captat; obiter, a difficili & importuno, affectus admiscens.

a q. l. Exceperat.
b q. l. Impositum collo q. p.
c Sic habent omnes, adhuc typis excusi: scriptum uero ueterẽ, quin A, praepositionem omittat, adhuc nullum uidere cõtigit.
d A. l. scripti quattuor, Erepta fato, sociosque in m. r.
e q. l. Receptos.
f Sic habent libri scripti. Quidam tamen legunt, Cladesque.
g q. l. Secundo.
h Multi Ouidio adscribunt, & superiori decasticho praeponũt.



ONTICVERE *omnes,*[a] *intentiq. ora tenebant :*
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab[b] *alto :*
Infandum,[c] *regina, iubes*[d] *renouare dolorem :*
Troianas ut opes, &[e] *lamentabile regnum*
Eruerint Danai; quaeq. ipse miserrima[f] *uidi;*
Et quorum pars[g] *magna fui, quis,*[h] *talia fando,*

a *Hypallage est, Pro, Intenta ora habebant, id est, in loquentem defixa. Vel, Intenti ad eius uerba, ne hiscebant quidem. Homer. Od.* III. *& Apollon. Argonautic.* 13. *& Homer. Od.* 72.

b *Quis hic a Virgilio Torus altus uocetur, non ita expeditum est. Donat. ex altitudine, unde & uideri melius & audiri potuisset Aeneas, eum metitur. Nos, Altum hic, non pro excelso, sed pro summo toro, accipimus. Summum autem, pro eo qui ante medium est, cui respondet Imus, id est, quartus, exponimus. Nam, ut sponda, in lecto media honoratissima est; (quod ex eo loco libri* I. *cognoscitur, ubi sic de Didone canit poeta : Cum uenit, Aulaeis iam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediamque locauit,) sic, quae supra eam est, ei, quae infra, honore praestat. Itaq. Aeneã recte Dido in ea locauit. Quod ipsum latius, ut & alia de lectorũ numero, & dispositione, in Horatij Satyris a nobis explicabitur.*

c Exordium, *& captatio beneuolentiae a commiseratione.* Homer. *Odys.* η, & ι. *qui, auctor est, Vlyssen, ad carmen musicum Demodoci de equo Durateo, cum omnium Phaeacum admiratione ubertim lacrymas effudisse.*

d *Etsi enim malum bene positum non sit mouendum, iuxta prouerb. cum anteactorum praesertim recentium, memoria & recordatione, plerumque dolor recrudescat (quamquam in quibusdam aliquando iucunda sit praeteritorum malorum recordatio) tamen, quod tantae reginae hospes sit, illius imperio hac in parte parere, quo ei gratum faceret, maluit. &, ut obsequium suum commendatius faceret, a sua persona affectus mouet.*

e *Quia magnum* πάθος *est, a loco, & fortuna.*

f *Vt narraturo & fides, & auctoritas concilietur, promittit se non audita, sed comperta & uisa commemoraturum. Propius enim creditur uisa referentibus, quam ijs, qui narrant audita. Quocirca recte Plaut. Pluris esse testem oculatum unum, quam auritos decem.*

g *Amplificatio a se ipso.* h *Hom. in Il.* 142.

a *ut l. XI. Aeneid. Vel Priamo miſeranda manus. Enumerat infeliciſſimos Troianorum hoſtes aliquot; Achillen, Pyrrhum, Vlyſſen.*

Myrmidonũ,[a] Dolopũ ue,[b] aut [c] duri [d] miles [e] Vlyſſi,
Temperet [f] a lacrumis? & iam nox humida [g] caelo
Praecipitat, [h] ſuadétq. [i] cadentia [k] ſidera ſomnos.
Sed, ſi tantus [l] amor caſus cognoſcere noſtros,
Et breuiter [m] Troiae ſupremum audire laborem:

Fuerunt autem Myrmidones, Theſſali ab Aeginetis profecti, qui cum Peleo, ea loca tenuerunt; ad Troiam, Achillis ſocij, quorum quinquaginta naues plenas duxit. Eoſdem, qui fuerint, haud obſcure indicat Homerus in catalogo ducum. Quem citat Plin. l. 4. c. 7. Cur autem Myrmidones, formicae dicti ſint, uide apud Ouid. lib. 7. Metamorph. b *Aetolorum populi ſunt; ut Athamanes, Perrhoebi, Tymphaeq., Ephyri, Acnienſes, Megares, Atraces: ſed Dolopes in Theſſalia, proxime Pindum habitant; unde Achelous amnis ad Echinadas praecipitat curſum. Dolopiae autem celebratiſſima ciuitas Climene fuit. hanc Peleus aliquandiu obtinuit, & poſtea Phoenici conceſſit: tradiditq. Achillen armis ſimul & litteris erudiendum, teſte Homer. qui etiam ſcribit ad Troiam Atolorum ducem, Thoantem; Dolopum uero Pyrrhum fuiſſe.* c *non laborioſi, ſed crudelis.* d *Per Synecdochen, pro, Milites. unus pro multis.* e *Vetuſtiſſimorum Latinorum morem ſequitur, qui nomina ea, quae apud Graecos in ευς proferuntur, & generandi caſu pleonoſyllaba ſunt; ſecundo ordini tribuentes, per ει efferebant. ſecundo caſu: ut ἀχιλλεύς, Achilli, aut Achillει. pro, Achilleos, aut Achillis. quod mille fere locis inuenies in Virgilio. apud Horat. lib. I. Od. XV. Matroniſq. Phrygum claſſis Achillei. ut iambum poſtremo hoc loco faciat, pro Achillis, poſuit. Et, Od. VI. eiuſdem libri: Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei. Quam ſcripturam & Acron agnoſcit, & Cariſius admonuit.* f *Amplificatio a maiori: Hoſtis non temperat a lacrumis, quanto minus ciuis.* g *Ab importuno. Nox humida, ex Diogeniano inter prouerbiales Chiliad recenſetur. De malis ingruentibus dictum: ut, de laetiori fortuna, Lux oboriri dicitur. Graeci, νὺξ ὑγρα, ἢ νὺξ δασεῖα, id eſt, Nox humida, aut ſpiſſa.*

h *Genus pro genere: pro, Praecipitatur.*

i *Aduentante aurora.*

K *pro, Occidentia; uel cadere apparentia cum occidunt: ſimplex pro compoſito.* l *Caſtigatio eſt.* m *Attentio, a narrationis compendio. Priuato dolore poſtpoſito, ſe breuiter rem narraturum promittit.*

Quamquam

Quãquã animus meminiſſe horret, luctuq.[a] *refugit,*
Incipiam: Fracti[b] *bello, fatiſq. repulſi*
Ductores[c] *Danaum, tot iam*[d] *labentibus*[e] *annis,*
Inſtar[f] *montis equum,*[g] *diuina Palladis*[h] *arte,*

a Enallage temporis.
b Narratio, qua breuiter heroica grauitate orditur a fine belli decennalis, quo tempore Graecorum exercitus, longa obſidione & bellando fractus, de fuga conſultare coepit. Narrationis exordium artificioſiſſime, & pereleganter a duabus potiſſimum fugae cauſſis ducens, utramque deinde Laconica plane breuitate recenſet, nimirum diuturni belli taedium, & ineuitabile Troianorum fatum.
c Graecorum principes. Danaum, ſyncope eſt. A Danao Aegypti fratre, nomen habent Graeci, de quibus uide Tzetzen, uariae hiſtoriae Chiliade VII. Ego haec, ſimiliaq. praetermitto, tamquam breuis commentationis nimis magnum ſuperpondium. *d Annos X. menſes IIX. dies XII. ut tradit Dares, ad Troiam pugnatum fuit.* *e Lucr. l. 1. Tot iam uoluentibus annos Ductores Danaum delecti prima uirorum.*
f Ad menſuram, & aequiparationem, non ad ſimilitudinem, refertur.
g Hunc equum Pauſan. interpretatur machinam fuiſſe, ſubruendis muris accommodatam. Vide Coel. lib. 21. c. 24. Homer. Odyſ. ϑ. Huius porro equi fabricatorem Epeum, Panopei filium, fuiſſe aiunt, ex Palladis conſilio; quae Troianis irata, cum ſpem omnem Graeci potiundae urbis Troianae abieciſſent, hoc inuentum Epeo ſuggeſſit, eoq. exercitus primores incluſit, ſ. Menelaũ, Vlyſſen, Diomedẽ, Therſandrũ, Sthelenũ, Acamantẽ, Thoantẽ, Machaonem, Byrrhũ, cũ huiuſmodi inſcriptione, equo inciſa: Danai Mineruae Iliadi dono. Quidam, non equum fuiſſe, ſed montem, equina forma, haud procul ab urbe, contendunt; pone quem exercitus in inſidijs diſpoſitus, Troiam de improuiſo adortus, oppreſſit. Celebratur hic equus Dureus, ſeu Durateus a ſcriptorib. ſed nominatim ab Hom. Odyſ. IIX. et Lucr. I. de nat. rer. Nec cum durateus Troianis Pergama partu Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum. Adiectiuum Graecum eſt. Illi enim, quae nos ligna, appellant δούρατα. Inde Dureus, ſeu Durateus, id eſt, ligneus. & Durea, uel Durica nox, apud Flac. lib. 2. Argon. pro ea nocte, qua dureus equus, a Troianis exceptus, & in urbem tractus eſt: Manet, inquit, immotis nox durica fatis: ut Politian. legit: uel, ut alij, Nox durea luſtris. Plura, ſi cupis, uide Hortenſ. Nil addam amplius, ſi hoc prius annotaro, Plin. l. 7. c. 56. ſentire, equum hunc, arietem bellicum fuiſſe, quo muri conquaſſati fuerint. *h Ingenioſe: ac ſi diceret, Conſilio deae, Troianis iratae.*

*Aedificant, sectaq. intexunt abiete [a] costas : [b]
Votum [c] pro reditu simulant : ea fama uagatur.
Huc delecta uirum sortiti corpora furtim
Includunt caeco [d] lateri; penitusq. cauernas
Ingentes, uterumq. [e] armato milite complent.
Est in [f] conspectu [g] Tenedos, [h] notissima fama
Insula, diues opum, Priami dum regna [i] manebāt,
Nunc tantum sinus, & statio [k] male fida [l] carinis.
Huc [m] se prouecti deserto [n] in litore condunt.*

a *Proceleusmaticus : a materia, quasi costas abiegnas, a similitudine uiuianimātis. Palaephatus existimat mirae magnitudinis molem fuisse, quae deiectis portis cum esset in urbem introducta a Troianis; idq. consilio Sinonis, Graeci, qui in ualle, quae inde nomen habet, in insidijs latebant, repente Troiam, somno et uino sepultam inuaserunt.*

b *Interiora statumina, quibus laterum compages nitebatur. T.*

c *Equum scilicet, pro felici nauigatione in Graeciam.*

d *Metalepsis : pro, Tenebroso, & proinde uasto, & ingenti.*

e *Epexegesis : interpretatur uerbis clarioribus praecedentia.*

f *Tenedi topographia huc adhibita est, ut monstretur locus, in quo abditus latuit Graecorum exercitus, cum Troiam insidijs adorirentur.*

g *E regione, ex opposito, contra Troiam.*

h *Graecus nominatiuus est. Est autem Tenedus initio Leucopris dicta, insula contra Troiam; dicta a Tenno, Cygni filio, quasi* τέννου ἔδος, *id est Tenni solum. Sunt, qui autumant, a Tenne quodam infami incestus crimine cum nouerca perpetrati, appellatam. Durat adhuc nostra hac tempestate nomen suum Tenedo. Aliquando tamen Stena dicta fuit, quod in angustiis Hellesponti partibus iaceat,* διότι τοῖς στενοῖς μέρεσι τοῦ ἑλλεσπόντου κεῖται.

i *Nam durante bello, a cultoribus deserta est; qui tamen eo cessante redierunt.*

K *Vbi ad tempus naues stant. portus autem est, ubi hiemant.*

l *Epitheton ab euentu, propter fundum uadosum, aut piraticam.*

m *In hanc insulam per speciem fugae, Graeci abripientes se, clam proueluntur.*

n *Tenedi scilicet, quae, cultoribus uidua, Achilli in praedam concessa erat.*

Nos

Nos abiisse rati, & uento petiisse [a] Mycenas.
Ergo omnis longo [b] soluit [c] se Teucria luctu:
Panduntur portae. iuuat ire, & [d] Dorica [e] castra,
Desertosq. uidere locos, litusq. relictum.
Hic [f] Dolopũ manus, hic saeuus [g] tendebat Achilles:
Classibus [h] hic locus: hic acies certare solebant.
Pars [i] stupet innuptae [k] donũ exitiale [l] Mineruae,
Et molem mirantur equi: [m] primusq. [n] Tymoetes

a Graeciam intelligit per synecdochen. b Decennali: estq. ecphonesis in publicã eamq. effusam laetitiam quidẽ, sed admodum breuem. c Excusso luctu dant se laetitiae Teucri. d Idest, Graecorum. Doris autem media est, inter Thessaliam, Aeoliam, & Helladen, quasi totius Graeciae umbilicus, ad Parnassum montem, ut Strabo scribit. Vide Staphyl. de Thessalia. Dores autem a Doro, eorum rege, dicti. e Cacophaton est; quod posterioris dictionis syllaba eadem sit, cum illa, in quam prior desinit: quale etiam est illud apud Homer. Il. β. τιτανοῖο λευκὰ κάρηνα. Quae plurima sunt apud Virg. Fama malum. Date tela &c. f Verba sunt uisentium castra relicta ab hostibus. g Hic Graecorum fortissimus Achilles, castrametatus fuerat; quem Thetidis & Pelei filium fuiße, auctor Variae historiae scribit. h Manipulis. Isidor. sic, & Ser. de equitibus.

i Homer. Od. 70. K Propter perpetuam uirginitatem, qua perinde ut Diana mortalibus fuit commendata, ea re, ut suspicor, quod omnis praeda, & uenatio sterilis sit.

l Exitium urbi allaturum. dono autem dederant Graeci hunc equum ligneum Mineruae, quod ex inscriptione patet, quae sic habebat: Achiui Iliadi Mineruae sacrum: uel, ut alii, Dono. ut & supra monui.

m Vt & Euphorion testatur. n Meminit huius Il. 3. Hom. ac inter senes cum Priamo in Scaeis portis sedentes, ac pugnam spectantes, numerat. Fuit huic uxor, Cilla nomine, soror Hecubae; atq. hanc ipsam tradunt ex Priamo, clamdestino coitu filium suscepisse, cui Menippo nomen inditum sit. Forte accidit, ut Priamus, de regni statu in Zelia oraculum consulens, responsum acciperet, ut parentem, id est, matrẽ & filiũ interimeret. Quare, cũ casu quodã eueniret, ut simul pareret Hecuba & Cilla; haec Menippũ, illa uero Alexandrum; pepercit Hecubae, & Alexandro Priamus, Cillam uero cum filio interfecit. Haec ex Lycophronis Scholiaste: quod iccirco adnotaui, ut uersus ille, Sine dolo, melius intelligatur; nam ille ex praedicta pendet historia.

Duci intra muros hortatur, & arce locari;
Siue [a] dolo, seu iam Troiae sic fata ferebant.
Aut Capys, [b] & quorum melior sententia mēti,
Aut pelago Danaum insidias, suspectaq. [c] dona
Praecipitare iubent, subiectisq. [d] urere flammis,
Aut terebrare cauas uteri, & tentare latebras.
Scindimur [e] incertum [f] studia in contraria uulgus.
Primus ibi ante omnes, [g] magna comitāte caterua,
Laocoon [h] ardens [i] summa decurrit ab [k] arce:

a quo sunt omnes decepti. Caussam hortationis in ambiguo ponens, uerisimiliter rē enarrat. Nam, cum a Priamo Tymoetae uxor per tyrannidis speciē, nulla dicta caussa, una cum fetu esset occisa; non dubium, quin cū Antenore et Aenea consilia sua ad uindicandum se, suorumq. necem contulerit. Docte itaq. hortationis partes Tymoetae tribuuntur, ut doli conscio; ad stirpē Priami delendā. b Capys, unus Troianorū principū fuit; cui hoc nominis inditū, ab auo Aeneae paterno. Ab hoc, Capuā Italiae ciuitatē dictā esse legitur. Decorē aūt huic Aeneae sanius cōsilium tribuit: uel, ut eam gloriā ad suā gentē transferret; uel, ut a se & sua familia oēm doli suspicionē auerteret. c Hostium dona, sinistri hominis esse, mutua Hectoris, & Aiacis dona ostēderunt; quorū utriq. hostilia dona exitiū attulerunt. quare Inauspicata recte dicuntur. Notum est illud Sophoclis ex Aiace: ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. nec dubito, quin eo respexerit. d Pro, Subiectis ue. e Concludit narrationem ecphonesi, quam ex uariantibus uulgi sententijs colligit. f Instabile, & quod facile sententiā mutat, uel minimis rationib. adductis. g Perissologia est. Satis.n.erat dixisse, Primus; nisi malis, Ante omnes dictū esse, pro eo, quod est, Corā omnib. h Acoetis filius, Anchisae frater, uates et sacerdos Apollinis: qui tamē, uetāte Deo, uxorē duxit, aliquotq. ex ea liberos suscepit. Verū nō ita diu post, hanc iniuriā Apollo egregie uindicauit. Cū.n.forte ductus ad sacrificādū ī litore Neptuno, exijsset cū duob. filiolis, Apollo, oblata hac occasione, e Tenedo in sacrificātē duos dracones īmisit, qui utroq. eius filio primū necato, inde Laocoontē ipsum, cū suis ēt auxiliari uellet, accerrime inuadentes, e uestigio interemerūt. Quod factū, Troiani postea ī tātā religionē uerterūt, ut ob id illud ei merito accidisse certo sibi persuaderēt, quod hasta equū Palladi sacrū uiolasset. Laocoōtē aūt, quippe ceteris plus sapiētē, fingit Virg. hic dissuadentē, ne suspectū hostiū donū in urbē ītroducatur; ut nimirū ipsius urbis excidiū fatale fuisse ostēdat, tametsi tot annis tam alacriter Graecorum impetum sustinuerint. i Animo concitatus uehemens, seu ira percitus; quod fatalem machinā in urbem portare uellent. K Pulchre expressit Graecam uocem, ἀκρόπολιν.

Et

Et [a] procul, o miseri, [b] quae tanta insania, [c] ciues?
Creditis, auectos hostes? aut ulla putatis
Dona [d] carere dolis Danaum? sic [e] notus [f] Vlysses?
Aut [g] hoc inclusi ligno [h] occultantur Achiui:
Aut haec in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, uenturaq. [i] desuper urbi:
Aut aliquis latet error: equo [k] ne credite, Teucri.
Quidquid id est, [l] timeo Danaos, et [m] dona [n] ferētes.
Sic fatus, ualidis [o] ingentem uiribus hastam
In latus, inq. feri [p] curuam compagibus aluum

a Aposiopesis: ex interuallo, adhuc in ipso cursu exclamat. Porro sic cōpositae hae dictiones, concitati animi uehementem impetum arguunt.

b Exordium abruptum, ab exclamatione indignanti conueniens. Dehorta-
tur Troianos, ne machinam illam in urbem trahant: a suspicione doli; quā
ab exemptis fraudem antecedentibus, a praesentissimo excidij periculo, ab ho
stium genere, a quibus machina fabricata, & in fraudem relicta esset, con-
firmat. c Insanorum.n.est contra se sentire. d Rursum respexit ad pa-
roemiam superiorem, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. e Est ne tam male uobis no-
tus Vlysses? f Qui mendici habitu in urbem ingressus, ad explorandum
eius situm, & statum, tum etiam ad surripiendum Palladium, Helenae iu-
dicio proditus, in praesentissimum periculum inciderat, nisi Hecubae benefi-
cio seruatus, in pacatum euasisset, quod ipsum ei obijcit Hecuba apud Euri-
pidem g Solent docere grammatici, plures disiunctiuas simul ueras esse
non posse; quod certe, si usquā alibi, hoc certe loco falsissimum esse compro-
batur. h Tapinosis: pro, in hoc equo fatali, qui non aliter urbis situm
explorabit ad eius euersionem, atque Vlysses cum mendici habitu, Helenae
iudicio, intra mura deprehenderetur.

i Oppressura urbem; utpote eius moenibus altior.

K Propositio, quam ab exemplo Vlyssis confirmat.

l Epiphonema.

m Id est, tum quoque cum dona ferunt.

n Ecphonesis, loco complexionis posita.

o Amplificatio per digressionem: Ingentem hastam, ualidis uiribus
Admirabilis poetae copia hic notanda, in eadem re alijs atque alijs uer-
bis explicanda.

p Quadrupedis: ab eo quod toto corpore feratur. Fortassis ferae: consi-
stit tamen lectio Non desunt interim, qui, Ferit, legunt.

Contorsit. stetit illa tremens: uteroq. recusso
Insonuere cauae, gemitumq. dedere cauernae:
Et, si [a] fata [b] deum, si mens non laeua [c] fuisset,
Impulerat, [d] ferro Argolicas foedare latebras,
Troiaq. [e] nunc stares, Priamiq. arx alta [f] maneres.
Ecce [g] manus iuuenẽ [h] interea post terga [i] reuinctũ
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidae: [k] qui se ignotum uenientibus ultro,
Hoc ipsum [l] ut strueret, [n] Troiãq. [n] aperiret Achiuis,
Obtulerat, fidens [o] animi, atq. in utrũq. [p] paratus,
Seu uersare [q] dolos, [r] seu certae [s] occũbere morti.
Vndique uisendi studio Troiana iuuentus
Circumfusa ruit, certatq. illudere capto.

a Si dij & deorum mẽs non fuissent Troianis contrarij.

b Trãsfert culpam in fatalem necessitatem, quod bene monenti nõ sit obtemperatum.

c Mens laeua, a doctis prouerbij loco usurpatur, in eos potissimum, qui pessima pro optimis & sectantur, & deligunt; optima rursum, ut pessima repudiantes. Porro, ad hanc paroemiam respexit Homer. Il. VI. ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπῄνεσαν κατιὰ μητιόωντι, &c.

d Enallage modi, pro, Impulisset.

e Per auersionem claudit hunc locum affectibus a loco, & persona.

f Sic S. ad uitandum homoeoteleuton.

g Transitio ad occasionem erroris & doli prodendae urbi. Habet autem haec particula, Ecce, attentionis uim; qua fere utitur poeta, quoties singulare quiddam est subiecturus.

h Quae hic de Sinone dicuntur, omnia ex Pisandro translata sunt, teste Macr. lib. 5. c. 2. i Enallage numeri. K Patronymicum pro primitiuo; ab euentu, quo in pastores Ilienses incidit.

l Has ipsas insidias.

m Sumpta est metaphora a caementarijs, & fabris.

n Interpretatio est. Deposcunt me ad poenam. o θαρραλέος.

p Phrasis haec in prouerbium abijt; quo fere notamus hominem ad utrãque fortunam instructum, ludicris pariter ac serijs accommodatum; in summa, ut semel dicam, qui foro uti nouit.

q Exercere. r Sunt, qui leg. Dolo, ut sub. Troianos.

s Alias, Certe.

Accipe

Accipe nunc [a] *Danaũ insidias,* [b] *et crimine ab* [c] *uno*
Disce [d] *omnes.*
Namque, ut conspectu in medio turbatus [e] *inermis*
Constitit, atq. oculis [f] *Phrygia agmina circũspexit;*
Heu [g] *quae* [h] *nũc tellus, ĩquit, quae me aequora poßũt*
Accipere? aut quid iam misero mihi deniq. restat?
Cui [i] *neq. apud Danaos usquam locus; et super* [k] *ipsi*
Dardanidae infensi [l] *poenas cũ sanguine* [m] *poscunt.*
Quo gemitu conuersi [n] *animi, compressus et omnis*
Impetus: hortamur fari: [o] *quo sanguine cretus,*
Quidue ferat, memoret, quae sit fiducia capto.
Ille haec, [p] *deposita tandem formidine, fatur:*
Cũcta equidẽ tibi, rex, [q] *fuerint* [r] *quaecũq.,* [s] *fatebor,*

a *Attẽtionis deintegratio, ab uniuersae gentis ingenio ex uno Sinone desũpta, ad cõsutae fraudis exordiũ.* b *Alij leg. Danaũ insidias, et crimen. ab uno Disce oẽs; quod & Donato placuit, in Phor. Ter. ad haec uerba: Vnũ cognoris, ẽs noueris.* c *Refertur hic uersus inter schemata prouerbialia: quo monemur, ex unius euentus experimento, reliquorum similium cõiecturã facere. Suidas tamẽ diuersum eius usum indicat: in eos dici, qui perperam ex uno quopiam aestimant omnia.* d *Quasi dicat, arg. a minori sumpto: Si tãtũ dolis efficere potuit unus Sinõ, quid multos uel plurimos Graecos facere existimabis?* e *Quasi turbatus: ut, Exultat Amazon, quasi Amazon.* f *Pleonasmus. Venuste autẽ hypotyposim ficte turbati hominis spondaico uersu exprimit.* g *Orditur fundamenta doli sui, a ficta querella, ut affectus Troianis, odiũ uero Graecis concitet.* h *Pathos a cõmunib. elementis.* i *Beneuolentia a misericordia auditorum, apud quos caussam dicit, et aduersariorũ odio, quibus auditorum, et iudicũ aĩos sibi cõciliat.* k *Alij, Insuper. Cõuenit Et, cũ praecedẽti Neque.* l *Tormẽta et mortẽ.* m *Deposcunt me ad poenã.* n *Respicit ad illud supra: Certãtq. illudere capto. nota aũt gemitu hoĩs Troianos fuisse cõmotos.* o *Paucis uerbis uberrima ad dolum contexendum materia Sinoni praebetur, Cuias sit, quo genere natus, &c. quae omnia miro artificio Sinon narrando amplificat.* p *Homer. in Il 4.* q *Beneuolentiam captat a persona Priami, ut cum silentio a circumfusa multitudine audiatur.*
r *Quicũq. me sequatur euẽtus. Ita S. legẽs, Fouerit quodcũq. Cui assentitur Fabric. Est aũt haec Sinonis responsio, ad persuadendũ uerisimilia oĩa, mirabili artificio cõtexta.* s *Insinuatione dubiae fidei suspicionẽ remouet.*

Vera

Vera, inquit, neq. [a] *me Argolica de gente negabo:*
Hoc primum: nec, si miserum [b] *fortuna* [c] *Sinonem*
Finxit, uanum[d] *etiam, mēdacēq.* [e] *improba finget.*
Fando [f] *aliquid* [g] *si forte tuas peruenit ad aures*

a *Confitetur uerum; quo, non solum misericordiam concitat, uerum etiam fidem ob rei ueritatem sibi conciliat: quo sequentia eandem mereantur.*

b *id est, si fortuna fecerit Sinonem miserum, at non perinde finget mendacem. Quomodo apud Ter. Phorm. act. v. sc. VII. Heus, quanta quanta haec mea pauperias est, tamen Adhuc curaui unum hoc quidem, ut mi esset fides.*

c *Pathos a proprio nomine:* ἐμφατικώτερον *enim tertia persona, hac figura usurpatur, quam prima. Fuit hic Sinon, Vlyßis, ex auunculo, nepos; filius Aesimi, qui cum Anticlea sorore, ex Autolyco, prognatus est. Hic porro Sinon, ubi contumeliose se ipse uerberasset, prope aureum equum consedit. Graeci interim, teste Tryphiodoro, igne in tentoria iniecto, desertisque, ut credebatur, tam diuiurni belli relliquiis, in Tenedum retro mouerunt, ac in ijs insulis prope Troiam, quae Calydnae dicebantur, se absconderunt: e quibus duo dracones, Parces & Charyboea mare tranantes, Laocoontem ad litus Neptuno sacrificaturum interemerunt. Cuius rei nouitas, cum uidendi caussa maximam Troianorum partem ex urbe pepulisset, accedente simul laetissimo nuncio de Graecorum fuga, castrisque relictis, repentino gaudio nimis elati, plerique ad uisenda Graecorum tentoria, camposque, ubi proelia habita fuissent, profecti, reliqui in urbe manentes, gaudio, uinoque ita indulserunt, ut Sinoni prodendi occasionem dederint. Ille, occasionem haud negligendam ratus, media fere nocte, lunaque recens orta, urbem crapula somnoque sepultam (ut ex composito cum illo pactum fuerat) face procul Graecis, quam e castris uidere poterant, ostensa, ut ait Lesches, Graecis prodidit. Reliqua uide apud Tzetzen in Lycophronis Cassandr.*

d *Deprecatur id maxime, cuius opinio in auditorum animis in primis sedere posset, ut maiori cum fide mendacia consuat.*

e *Epexegesi ostendit, quid Vanum appellet.*

f *Dum sermo habetur; a ueris quidem incipit: at mendacium ilico adfingit: quia bella uetabat.*

g *Alij, Aliquod.*

Belidae[a] *nomen Palamedis,*[b] *& inclyta*[c] *fama*
Gloria: quem falsa[d] *sub proditione Pelasgi*
Insontem, infando iudicio, quia bella uetabat,

a *A Belo orti. Belus enim Danai pater fuit, et Aegypti, ut supra monui; unde Danai quinquaginta filiae, Belides dictae sunt. Ex quarum una Ammymone & Neptuno, Nauplius (ut alij, Nauplus) Palamedis pater, prognatus fuit; qui ex Clymena, Agamemnonis sorore, Palamedem suscepit, qui, ut prudentissimus erat, elegantissimarum rerum inuentor fuisse perhibetur. Vide Higynum, & Tzetzen, de uaria historia; itemque Apollon.*

b *Palamedis historiam interserit, quo reliquum narrationis uerisimilius reddat, ne ue omnia conficta conuincantur. Quod certe et ad praesens consilium uehementer conducit. Nomen enim illius caedis ad Troianos quidem permanarat, caussa uero latuerat, aut certe uariarat. quam ob rem haud difficile Sinoni fuit, nouum commentum rei adfingere, idque hostibus ita persuadere. quippe, qui ex ijsdem castris iam proficisceretur; unde haud dubiam fidem merebatur. Veritas autem historiae de Palamede haec est: Cum uniuersa Graecia ad bellum Troianum conuocaretur, Vlysses uero λαμπρὸς, ut ait Lycophron, furorem finxit. Quem, ut uerum coargueret, diuersi generis animalibus litus arare coepit. Verum hic Palamedes fraudem intelligens, ut fucum illum aperte detegeret, aranti filium Telemachum opposuit, quem uidens Vlysses, ne laederet, aratrum uertit, unde facile simulatam esse dementiam, deprehensum. Forte cum iam ad Troiam bellaretur, ac Vlysses frumentatum missus, nihil adferret, Palamedes eodem profectus, maximam frumenti copiam in castra aduexit. Vlysses igitur pudibundus, animaduertens Palamedem omnibus suis consilijs infestum, ut illum ulcisceretur, magnam auri uim, cum litteris adulterinis, clam in absentis tentorio abstendi curauit: Hinc eum palam proditionis accusare adortus, prolata pecunia, nullo negotio apud exercitum fraudis ignarum, conuincit. Qua calumnia uictus Palamedes, ab uniuersa multitudine lapidibus obruitur. Quod & Dictys confirmat, re aliquantulum immutata, scribens eum per Vlyssis, & Menelai litteras suppositicias perijsse. At Dares eum a Paride, telo colla traiecto, interemptũ.*

c *Excellens ac illustris; quasi, in fulgore & claritate posita. Componitur enim ab ἐν καὶ κλύτος, quod clarum significat & gloriosum. Liu. lib. VI. Belli Punici: Inclytum diuitijs templum.*

d *Sub falso crimine proditionis.*

Demisere

Demiſere neci, nunc [a] caſſum lumine [b] lugent.
Illi me comitem, et conſanguinitate [c] propinquũ,
Pauper [d] in arma, pater primis huc miſit ab annis.
Dum ſtabat regno incolumis, regnumque, [e] uigebat
Conſilijs: & nos [f] aliquod nomenque, decusq.
Geſſimus. [g] inuidia [h] poſtquam pellacis Vlyſſi
(Haud ignota [i] loquor) ſuperis [k] conceſſit ab oris:
Afflictus [l] uitam in tenebris, luctuq. trahebam,
Et caſum inſontis mecum [m] indignabar [n] amici:
Nec [o] tacui demens: & me, fors ſi qua tuliſſet,
Si patrios unquam remeaſſem uictor ad Argos,
Promiſi ultorem, & uerbis [p] odia aſpera moui.
Hinc [q] mihi prima mali labes; hinc ſemper Vlyſſes
Criminibus terrere nouis: hinc ſpargere uoces
In uulgum [r] ambiguas, [s] et quaerere [t] cõſcius arma.

a priuatum id eſt mortuum.
b Quod mortuum lugerent, falſo narrat Sinõ; quod uero lapidibus obruiſſent, ueriſſime.
c Hoc rurſus falſum; neque.n. Palamedi, ſed Vlyſſi coniũctus erat, ut ſupra monui.

d id eſt, imbellis. contra, Acremq. in proelia Turnum. An potius, paupertas militiae cauſsa fuit, ut Achaemenides de ſe fatetur, l. 3. e Nam, regno Agamemnoni abrogato, Palamedes aliquandiu ſuffectus fuerat.
f Pathos a fortuna. uide Macrob. lib. 4. g Homerus in Il. 32. h Affectus mouet, a cauſſa, quod nullo ſuo merito Palamedes neci deditus fuerit; ſed mera inuidia Vlyſſis: quod ſatis notum erat Troianis: quare etiam ſignificanter addit, Haud ignota loquor. Et creduntur iſta uelut in numerum, ut nulla ſit ratio, cur uana eſſe credantur. i Liptote. K interemptus eſt. l Falſum illud quoque. ſed additur ad concitandos affectus, a miſera inſecutae uitae ſuae ratione. m tacitus. n Palamedis.
o poſt, impatientia doloris, non tacui: falſum, ſed tamen cauſſae ſuae opportunum.
p Emphaſis, concitaui mihi Vlyſſis odium, acerrimi hoſtis ueſtri.
q Homerus in Il. 124. Epiphonema, ex ueriſimili per omnia narratione collectum, quo ſecutae uindictae minas inducit.
r Maſculino genere effert Vulgus; quod ſibi magis placere affirmat Ser. quam neutro declinari.
ſ Periculoſas, & capitales.
t id eſt, quaere dolos, qui ipſi eſſent arma ad reſiſtendum mihi.

Nec

Nec requieuit enim, donec[a] *Calchante*[b] *ministro.*
Sed quid ego[c] *haec autem nequidquam ingrata reuoluo?*
Quid ue moror? si omnes[d] *uno ordine habetis Achiuos:*
Idq. audire sat est: iamdudum sumite[e] *poenas.*
Hoc[f] *Ithacus*[g] *uelit, & magno mercentur Atridae.*
Tum uero[h] *ardemus*[i] *scitari, & quaerere caussas,*
Ignari scelerum tantorum, artisq. Pelasgae.

a *subaudi; me destinatae arae. Vel, tale quippiam. Aposiopesis, de qua Macrob. l.4.c.6. Artificiose autem narrationis filum obrumpit, ut attentos noua ab integro historia, in praesentissimum errorem tamquam in nassam pertrahat; & in primis cognoscendi catastrophen coeptae fabulae desiderio accensos, ulterius ad percunctandum urgeat. Voce autem, Donec attentionem concitat Sinon. Ceterum noua haec, sed plane fabulosa narratio, hoc spectat, ut ad confirmandum errorem, exemplo probet, quod narrare coeperat; nimirum non ante quieuisse Vlyssem, quam ab eo in capitis periculum adductus esset.* b *Fuit hic Thestoris Mycenaei filius, uates, & augur clarissimus, qui cum Graecorum ducibus ad Troiam uenerat. Huic oraculum redditum aiunt, tum demum eum fatis concessurum, ubi in uatem se praestantiorem incidisset: quod & factum est, cum Mopso rogante de scrophae cuiusdam iam grauidae partu, & succularum numero, non haberet quod responderet. Hunc ipsum Calchatem, ex passerum numero, Troiani belli annos, praedixisse Homer. Il. 2. auctor est.* c *Miro artificio rursum rei exspectatae narrationem abrumpit; idq. ficta salutis desperatione, quo audiendi auidos, magis ad reliquum fucum cognoscendum accendat.* d *Si om. Graec. eodem loco & numero ducitis, ac pro hostib. habetis. T.* e *Ficte hortatur hostes, ad poenas de se sumendas. nam, cum sciret Vlyssis & Atridarum nomen Troianis uehementer inuisum esse, quodam modo certus fuit, nulla eos in re illis gratificaturos: sed ne in sceleratissimum quemquam, in illorum gratiam, animaduersuros, nedum in insontem. Et proinde addit, idipsum illos petere, ac magno aere redempturos, si necesse sit.*

f *Homer. in Il. 7.*

g *Antonomasia: ut & in Atridae. Ponitur autem pro Vlysse, qui Ithacae regnabat.*

h *Graphice humani ingenii naturam depingit. Quae negantur, scire auet, ut etiam saepenumero sibi exitii sui hoc errore sit auctor.*

i *Vox haec metaphorica mirificam habet emphasim; nam admirabile studium in sciscitando ostendit.*

Prosequitur pauitans,[a] & ficto pectore fatur:
Saepe [b] fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri, & longo fessi discedere bello:
Fecissentq. utinam. saepe illos aspera ponti
Interclusit hiems, & terruit [c] Auster [d] euntes.
Praecipue,[e] cũ iam hic trabibus cõtextus [f] aceruis
Staret equus, tot sonuerunt aethere [g] nimbi.
Suspensi [h] Eurypilum [i] scitatum oracula Phoebi
Mittimus: isq. adytis [k] haec tristia [l] dicta reportat.
Sanguine placastis uentos, & [m] uirgine caesa,
Cum primum Iliacas [n] Danai uenistis ad oras:
Sanguine quaerendi reditus, [o] animaq. [p] litandum
Argolica. uulgi quae uox ut uenit ad aures;
Obstupuere animi, gelidusq. [q] per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent,[r] quem poscat Apollo.
Hic Ithacus uatem magno Calchanta tumultu
Protrahit [s] in medios: quae sint [t] ea numina diuũ,
Flagitat. & mihi iam multi crudele[u] canebant

a Vt doli suspicio excludatur, ac ut exterioribus signis animũ perturbatum ostendat. b Hom. in Il. 152. narratio altius ab integro repetita, quam finiri paullo supra coepta fuerat. Ordítur autem a fugae consilio nõ semel capto, & caussis morae, ob quas hucusq. illam distulerint: quas ait fuisse tempestatẽ, uentũ aduersum, & ostenta deorum. c Species pro genere: quãquã is uentus plane nauigaturis aduersus erat. d Ire parãtes, seu iter ingredictes. e A recenti caussa f Quaerit apud Macr. Auienus Sat. lib. 6. c. ult. casu ne, an ratione adductus Virg. aceruis trabibus hunc equum fuisse cõtextũ dixerit. g Pro, aere, poetica licentia. h Metaphora a corpore animum; pro, Dubij. i Vatem, & augurem celebrem. K Sacris templi penetralibus, quae praeter uatem ingredi nulli fas erat. l Horrenda, & immania oracula, Delphis ab Apolline reddita. m Iphigenia, Agamemnonis filia; quam tamen Diana, eius miserta, supposita cerua, a morte liberauit. n In Aulidem.
o Graeci hominis immolatione.
p Sacrificio facto numen placandum, quod proprie litare est: teste Macr.
q Periphrasis timoris: ab accidentibus. r Mortem.
s Inuitum, atque adeo resistentem Calchantem.
t Quis debeat immolari, et numina pro oraculis posuit. u Praedicebant.

Artificis

Artificis scelus, & taciti uentura uidebant.
Bis quinos silet ille dies, tectusq. recusat
Prodere uoce sua quemquam, aut opponere [a] morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Composito [b] rumpit[c] uocem, & me destinat[d] arae.
Assensere omnes: &, quae sibi quisque timebat,
Vnius miseri [e] exitium conuersa tulere.
Iamq. dies infanda aderat. mihi sacra [f] parari,[g]
Et salsae [h] fruges, & circum tempora uittae.[i]
Eripui (fateor) leto me, & uincula rupi;
Limosoq. lacu per noctem obscurus [k] in ulua
Delitui, dum uela darent, si forte dedissent.
Nec mihi iam patriã antiquam [l] spes una[m] uidẽdi,
Nec dulces natos, exoptatumq. parentem:
Quos illi fors ad poenas ob nostra reposcent
Effugia, & culpam hanc miserorũ [n] morte piabũt.

a Destinare ad caedẽ. b Ex compacto, & Vlissis impulsu non oraculi iussu. c pro, Erumpit in uocẽ. & dictũ est per contrarium. rumpitur enim silentium, non uox, ut: Quid me alta silentia cogis rumpere? Vocem autem rumpere, est tacere. Graeci, ρηγνυτιφωνῶ. d id est uictimae; cuius capite secundus uentus in patriam soluturis redimeretur. e Pathos a sua persona. f Far tostum sale conspersum, quo hostia adspergebatur, Periphrasis est molae, quae ex ordeo sale admisto conficiebatur. Haec uiuis capitib. hostiarum animalium, antequam mactarentur, inspergebatur, infundebaturq. atque hinc est Immolare, quo pro sacrificare utimur: Graeci οὐλὰν καὶ οὐλοχύταν appellant; ἀπὸ τοῦ οὔλης. i. ordeo. g Sub. coeperunt. h Mola salsa, qua frons uictimae & foci, necnon cultri adspergebantur. S. i Ornamenta capitis, quibus uictimae caedendae obnubebãtur; a Graec. ταινίας, dictas opinor, cuius appellatio complectitur ζώνας, στεφάνους, δέσμους, διαδήματα quare explicãter ẽt addit, Circũ tempora. K per obscurã noctẽ, porro existimãt poetã ad Marij casũ hic respexisse; ut postea ad Põpeij, cum de Priamo canit: Iacet ingens litore truncus. l Caram. S. sed H. mauult Argos antiquam patriam uocare. nam & hanc Sophocl. a uetustate commendat. Alij, Antiq. pristinam exponunt, quod non displicet. Vnde in And. Ter. Antiquum obtines. Et, in Adelph, Eandem antiquam rationẽ obtine. m misericordiã captat ab exsilij calamitate. n Pathos ab innocentia miserorum filiorum, qui nihil commeruerunt.

Quod

Quod te, [a] per superos, & conscia numina [b] ueri,
Per, si qua est, quae restat adhuc mortalibus usquã
Intemerata fides, oro, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.
His lacrumis uitã damus, & miserescimus [c] ultro.
Ipse uiro primus manicas, [d] atq. arta [e] leuari
Vincla iubet Priamus, dictisq. ita fatur amicis:
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios:
Noster eris, [f] mihiq [g] haec edissere uera roganti.
Quo molẽ hãc imanis equis statuere? quis [h] auctor?
Quid ue petũt? quae relligio? aut quae machina bel(li?
Dixerat. Ille dolis instructus, et arte [i] Pelasga,
Sustulit exsutas uinclis ad sidera palmas.
Vos [k] aeterni ignes, & non uiolabile [l] uestrum
Testor numen, ait: uos arae, ensesq. nefandi,
Quos fugi, uittaeq. deum, [m] quas hostia [n] gessi:
Fas mihi Graiorum sacrata [o] resoluere iura:

a *Peroratio, affectuũ plena.* b *Amphibolum hoc est: non ut coarguat se per omnia uera narrasse, atq. ideo huc deos testes inuocare, id quod Priamus, et circumfusa multitudo existimabat; sed obtestatur regem per deos, quos nihil latet, conscios omnis ueritatis, qui bonos respiciunt, & curant, malos uicissim puniunt. Copia est, Per superos, Per numina. Anaphora, Per, ac Miserere.* c *non sponte, (iam enim rogati erant) sed insuper.* d *Vinculi genus, quo manus uinciuntur.* e *Culpam omnem in Priami temeritatem reijcit.* f *Verba sunt imp. transfugam in fidem suam recipientis, teste Liu.* g *Homerus in Il.* 110. h *Epeus, ut antea monui, ex consilio Palladis, eum fabricauit.* i *Fraude plane Graeca.* K *Insinuatio, per obtestationem: fidem enim aucupatur iuramento.* l *sunt, qui ex ueteris cuiusdam libri auctoritate hic leg. Non uiolabile Vestae Testor numen. Sed minus recte, ut Fabric. testatur. nam per Ignes possunt etiam Vestales intelligi: & Graecorum arae, ad quae mactandus erat. iccirco certum nomen non exprimendũ. Quod Ser. de siderib. adfert, ab hoc loco alienissimum esse, idem Fabr. auctor est. Porro, hoc Sinonis factum conuenire uidetur cum Risacis facto, qui simili iuramento, Darium, in Sacas expeditionem facientem, decepit, ut est apud Polyaenum lib.* 7 m *Alij, Deum iung. cum Hostia.* n *Cum essem uictima, arae destinata.* o *Quia sacramenti militaris religione uidebatur esse obstrictus.*

Fas

Fas odisse uiros, atq. omnia ferre [a] sub auras
Si qua [b] tegunt: [c] teneor patriae, [d] nec legibus ullis.
Tu modo promissis maneas, seruataq. serues,
Troia, fidem; si uera feram, si magna [e] rependam.
Omnis spes Danaum, & coepti fiducia belli
Palladis auxilijs semper stetit; impius [f] ex quo
Tydides, sed enim scelerumq. inuentor [g] Vlysses,
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium, caesis summae custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibusq. cruentis
Virgineas [h] ausi diuae contingere uittas.
Ex illo [i] fluere, [k] ac retro sublapsa referri
Spes Danaum, fractae uires, auersa deae [l] mens.
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia [m] monstris.
Vix positum [n] castris simulacrum: arsere coruscae
Luminibus flammae [o] arrectis: salsusq. [p] per artus
Sudor iit: terq. ipsa solo [q] (mirabile dictu)
Emicuit, parmamq. ferens, hastamq. trementem.
Extemplo tentanda fuga canit aequora Calchas,
Nec posse Argolicis [r] excindi Pergama telis,

a Propalare, ac detegere sine respectu. b Ob ea, quae latens in equo. c Teguntur, per Heterosin generis. d Caussa ab honesto: patrijs legibus absolutus sum. quod in hostium ditione belli iure perueni: non sponte quidem, sed inuitus patriae detegam. Graeca figura. pro: nec teneor patriae, nec legibus ullis. Sic locutus Sophocles in Aiace. e Beneficij compensationem; &, ut Hortens. loquitur, hostimentum. f Rursum ueram historiam admiscet, de Palladio sublato, ut falsam narrationem uerisimiliorem reddat. g Propter Palamedem ipsius astuto consilio interfectum. h Vittae enim aliae erant uirgineae, aliae maritales. i A consequentibus sacrilegium ducum continuat narrationē. K Dilabi; metaphora a re corporea ad incorpoream. l Palladis. m Minerua, seu Pallas; quod in Tritone Libyae amne sit nata. n Simulatq. positum fuit. o γλήνας ἄνω στρέψασα Lycophr. p Perpetuum est sudoris epitheton, rei naturam indicans. est. n. omnis sudor salsus: ob id, quod dulcissima alimentorum parte ad corpus nutriēdum sumpta, aquae portiones reliquae (urina, & sudor) terreis admixtae, salsedinem faciunt. q Soli appellatione id continetur, quod aliquid dorso suo sustinet. r Graecis.

Omina[a] ni repetant Argis, numenq.[b] reducant,
Quod pelago, & curuis ſecum aduexere carinis.
Et nunc, quod patrias uento petiere Mycenas,
Arma, deosq. parant comites, pelagoq. remenſo
Improuiſi[c] aderunt. ita digerit[d] omina Calchas.
Hanc[e] pro Palladio moniti, pro numine laeſo
Effigiem ſtatuere, nefas[f] quae triſte piaret.
Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem
Roboribus textis, caeloq. educere iuſſit,
Ne recipi portis, aut duci in moenia poſſit,
Neu populum antiqua[g] ſub relligione tueri.
Nam,[h] ſi ueſtra manus uiolaſſet[i] dona Mineruae;
Tum magnũ exitiũ (quod dij[k] prius omen in[l] ipſum
Cõuertãt) Priami imperio, Phrygibusq. futurum.
Sin[m] manibus ueſtris ueſtram adſcẽdiſſet in urbem;
Vltro Aſiã[n] magno Pelopeia[o] ad moenia[p] bello
Venturam, & noſtros ea fata manere[q] nepotes.
Talibus[r] inſidijs,[s] periuriq. arte Sinonis

a *Auſpicia. ut & duces Romanorũ, ſi quãdo infeliciter pugnaſſent, ab exercitu auſpiciorũ repetendorum cauſſa Romam redibant. T. Alij, Omnia, ſed non ſatis conuenit.*
b *Pro, reconcilient.*
c *Quod ita factum eſt.*
d *Interpretatur numinis commotionem. Ita Ser. qui uidetur leg. Omina.* e *Molem equi lignei.*
f *Sacrilegium Vlyſſis, ac Diomed.* g *Sub fauore priſtino.*
h *Antitheſi perſuadet machinam introducendam muris deiectis.*
i *Relligionem incutit Troianis; ut ab equo uiolando manus contineant.*
K *Ficta imprecatio, ne iam hoſtium factus, ſuis fauere uideatur.*
l *Calchantem huius conſilij auctorem.*
m *Altera pars antitheſeos.*
n *Quatenus pro Aſiaticis ſumitur, metonymia eſt; quatenus pro Phrygia, ſynecdoche.* o *Graecorum, per antonomaſiam: Pelops enim Tantali filius, Peloponneſo nomen fecit.*
p *Alludit ad Romanorum imperium, qui & ipſi a Troianis oriundi.*
q *Poſteros.* r *Ecphoneſis in ſummam narrationis huius Sinonis: cuius artes & dolum collationibus a maiori amplificat, ut affectus moueat ab indignitate.* ſ *Armis inſuperabiles, eloquentia uincuntur: quia nihil eſt pernicioſius, ſi in Sinonem aliquem inciderit.*

Credita

Creditares, captiq. dolis, [a] lacrymiſq. [b] coactis,
Quos neque Tydides, [c] nec Lariſſaeus [d] Achilles,
Non anni domuere decem, [e] non millae [f] carinae.
Hic [g] aliud maius miſeris, multoq. tremendum
Obijcitur magis, atq. improuida pectora turbat.
Laocoon [h] ductus Neptuno ſorte ſacerdos
Sollemnes taurum [i] ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla [k] per alta
(Horreſco referens) immenſis orbibus [l] angues
Incumbunt pelago, pariterq. ad litora tendunt:
Pectora quorum [m] inter fluctus arrecta, iubaeq.
Sanguineae exſuperant undas; pars cetera pontum
Pone legit, [n] ſinuatq. immenſa uolumine terga.
Fit ſonitus ſpumante ſalo: iamq. [o] arua tenebant;

a Sic Ter. Eun. act. 1. ſce. 1. Haec uerba, me hercule, una falſa lacrumula, Quam, oculos terendo miſere, uix ui expreſſerit, Reſtinguet.

b Arte expreſſis, non ſponte fluētib. Sic S. Do. et Pōp. et 3. ſcripti, et uet. Carp. exēplar: duo alij tamē Coacti. Sed utrū legatur, non refert. & ſi Pier. ex uet. l. Coacti, legere malit. c Diomedes, Tydei filius; per antonomaſiā. d Epitheticῶς. nā Lariſſa, Theßaliae opidum eſt, nō longe a mari, aliquando, Iolcos, appellata: atque hinc haud procul eſt Phthia, Achillis patria, & totius Theſſalici regni caput: unde, propter loci uicinitatem, pro Achillis patria uſurpata fuit. Sunt & Lariſſaei, Aſiae Scythicae populi, & in Arabia, ſed uide Plin. & Heſychium, Homer. Pauſan. & Homeri enarratorem, lib. 4. Argon. e Decennale bellum, quo a Graeci preſſi fuerant. f Numerus certus, pro incerto. nota autem perpulchram illam gradationem, qua utitur. g Noua narratio, & confirmatio erroris, ueriſimiliſque rei a ſecuto ſtatim prodigio, ex antecedentibus cauſſis apte accommodato: atque id eſt, quod credulitatem Troianorum purgare poterat. h Neptuni ſacerdos, & filius Antenoris, ut Graeci ſcriptores memoriae prodiderunt. i Taurā Neptuno immolari ſolere, oſtendit Macr. l. 3. Sat. c. 6. K Per mare tranquillum. l Angues aquarū ſunt; ſerpentes, terrarum; dracones, templorum. m Hypotypoſis natantium ſerpentum. n Non. ex hoc loco conatur conuincere, Legere, eſſe, Nauigare, Praeſtringere. o Haec latius exſequitur Q. Calab. paralipomenῶn Hom. l. 1β. Nonnulla etiā ex ijs tangit Coel. ant. lect. l. 8. c. 13. ubi & ſerpētib. ſua aßignat nomina; unā Porcen, alterā Chariboeā nominans.

Ardentesq. oculos ſuffecti ſanguine, & igni,
Sibila lambebant linguis uibrantibus [a] ora.
Diffugimus uiſu exſangues: illi agmine [b] certo
Laocoonta petunt: & primum parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus uterque
Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.
Poſt ipſum [c] auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, ſpiriſq. [d] ligant ingentibus. & iam
Bis [e] medium amplexi, bis collo ſquamea circum
Terga dati, ſuperant [f] capite, & ceruicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodo,
Perfuſus ſanie uittas, atroq. ueneno;
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit:
Quales [g] mugitus, [h] fugit cum ſaucius aras
Taurus, & incertam [i] excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu [k] delubra [l] ad ſumma dracones
Effugiunt, ſaeuaeq. petunt Tritonidis arcem:

a Mobilib. nullum. n. animal tam celeriter linguã mouet: ut triplicem habere uideatur, cum una ſit. b Tractu: ut alibi, Et leni fluit agmine Tibris. c Laocoontem ſcilicet. Sũt qui tradant, non Laocoontẽ, ſed filium dumtaxat eius, a ſerpẽtibus ueneno afflato interemptum: neque uero, ſed in Apollinis Thymbraei templo; atque id praeſentiſsimum capiendae urbis omen fuiſſe. Sed neque e Tenedo quidem, uerum proximis Colydnis inſulis delapſos angues adnauiſſe: quas hac ipſa de cauſſa Lycophr. πόρκεως νῆσος, appellat. d Spira eſt columnae baſis, et etiam funis nauticus in orbem conuolutus. Transfertur longius per Metaphoram ad quamcumque rem plures circulos efficientem. e Anaphora. f Supereminent. g Similes mugitibus tauri, qui fugit, &c. h Pathos, a parabola. ex Hom. Il. τ. Accõmodat autẽ hanc cõparationẽ ſacerdotis perſonae, cum ait, Cum ſaucius aras &c. i Dubie illiſam: quia certã tauro mortẽ nõ attulerit. K Labi, ſerpentum propriũ eſſe, Ser. auctor eſt. l Var. l. 7. rer. diuin. Macrobio teſte, ſcribit, delubrũ quoſdã exiſtimare, ĩ quo praeter aedẽ ſit area, aſſumpta deũ cauſſa. Alios, in quo dei ſimulacrũ ſit dedicatũ: ut locũ, in quo candelã figimus, cãdelabrũ appellamus; ita eũ, in quo diuum ſtatuerent delubrũ, nominatum. Feſtus autem, antiquitus fuſtem dictum delibratum, hoc eſt, decorticatum, exiſtimat, quẽ priſci mortales, uerae religionis rudes, pro deo uenerabãtur.

Sub pedibusq. deae,[a] clypeiq.[b] ſub orbe teguntur.
Tum uero[c] tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat[d] pauor, & ſcelus expendiſſe[e] merentem
Laocoonta ferunt; ſacrum[f] qui cuſpide[g] robur
Laeſerit, &[h] tergo ſceleratam[i] intorſerit haſtã.
Ducendum ad ſedes[k] ſimulacrum,[l] orãdaq. diuae
Numina, conclamant.[m]
Diuidimus[n] muros,[o] & moenia[p] pandimus urbis.
Accingunt omnes operi, pedibusq. rotarum
Subijciunt lapſus,[q] & ſtupea[r] uincula collo
Intendunt.[s] ſcandit fatalis machina[t] muros,

a Palladis, ſeu Mineruae, quã ſuperiori uerſu, Tritonida, uocat; et ſupra, Tritonia. b Huius clypei caelaturã mirum quã elegãter expreſſerit l.8. Aegidaq. horrificã, turbatae Palladis arma, Certatim ſquamis ſerpentũ auroq. polibãt. Cõnexosq. angues ipſamq. in pectore diuae Gorgona deſecto uertentẽ lumina collo. Politian. ſcribit, Romae ſe uidiſse cõſimile Palladis ſimulacrum, geſtãs Aegida, ſquamoſa draconũ corio cõtectã, ſic ut extremũ ipſius ambitũ dracunculi, ad limbi aut fimbriae uicẽ circũcluderent. c Ab euẽtu, cõiectura. d Pro, Inſinuatur. e Dolẽtẽ. f Ab antecedẽte cauſſa. g ut ſupra: Attollere molẽ Roboribus textis, per Antonomaſiã. h Epexegeſis, ceterũ, ſacrũ grãmatici uocare uidentur, auctore Trebatio apud Macr. quidquid deorũ habetur. Cuius finitionis memor Virg. ubicũq. Sacrũ nominat, fere deorum mentionẽ adiũgit. i Per hypallagen, pro, ſceleratus intorſit. K Ad tẽplũ Mineruae. l Hom. in Il. 9. m Cõcordes, atq. uno ore clamãt: non, ſententijs uariantes, ut ſupra. Eſt & alia huius uerbi metaphorica, & plane prouerbialis ſignificatio: Cõclamatũ eſt; cũ extremã deſperationẽ indicare uolumus, aut certe nihil amplius ſpei ſupereſſe. Sumptũ a priſca funerãdi cõſuetudine, qua, mortuo rogo impoſito, ter Vale, conclamare ſolebãt, ipſumq. adeo iã uita defunctũ proprio noĩe inuocare. Quod ſi ne tũ quidẽ uitalis ſpiritus ullũ ſignũ edidiſſet, Cõclamatũ eſſe dicebatur. n Splẽdida hypotypoſi ardẽs Troianorũ ſtudiũ, et nimis luxurioſam laetitiã in ſubducenda in urbẽ machina deſcribit. o Superpoſitos Scaeae portae. S. p Luculẽtis uerbis priorẽ orationẽ explicat; uidelicet quonã pacto diuiſerint muros: patefecerunt moenia. q id eſt, rotas, quibus deuolueretur. r Funes canabinos: uerũ a Stuppa, elegãter, Stupea uincula, dixit. ſ Cõtinui 4. ſpõdei de ĩduſtria cõgeſti. t Periphraſtica equi, peruenuſtaq. deſcriptio: unde apparet poſtea ſuperſtitionem omnem de equo manaſſe; quod fatalem interitum Troianis attulerit.

Feta [a] armis. circum pueri, innuptaeq. puellae
Sacra [b] canunt, funemq. manu contingere gaudēt.
Illa subit, [c] mediaeq. minans [d] illabitur urbi.
O patria, [e] o diuū domus [f] Ilium, & inclyta [g] bello
Moenia Dardanidū; quater [h] ipso in limine portae
Substitit, atq. utero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores, caeciq. furore;
Et [i] monstrum [k] infelix sacrata sistimus arce.
Tunc [l] etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora [m], dei [n] iussu, non umquam credita Teucris.
Nos delubra deum miseri, quibus ultimus [o] esset

a Metaphora ab animali, ad nō animal; quasi dicat, Impleta armatis uiris. supra: Loca feta furentibus Austris. Respicit autē hic ad illud quod initio cecinit, Vterumque armatum milite complent. b Hymnos.

c Tres continui dactyli, descensus celeritati apprime conuenientes.

d quasi exitium, & pestem urbi extremam mutans, & caput motans quassans ue, pollicendo. Minari enim, eminere, aut exstare est: nec errant, qui huius uocis hanc esse natiuam significationem autumant. inde enim adhuc Minas, murorum eminentias, quas alio nomine Caesar Pinnas uocat, dicimus.

e Abrupto narrationis filo, exclamatione pathetica orationem exornat; a loco, cum patriam appellat: amplificat etiam a relligione, cum diuum domum uocet; nimirum, cuius arx, atque adeo ipsa moenia, a diuis condita fuerint.

f Hemistychium Ennianum.

g Quia Troiani totam Mysiam superĕrant.

h Nota obiter locum diuinitati & uoluntatis, quae hominum mentes occaecat.

i Spondei 4. rei difficultatem, tarditatemq. peruenuste indicantes.

K Recte Monstrum, ob prodigiosae magnitudinis molem: uel, quod ligneus equus armatos uiros utero gestaret. quos, ad unui animantis similitudinem; seu maturum fetum suum; mox esset in lucem editurus.

l Vt antea saepe. m Apollinis, qui fidem sustulit uera dicenti, coitus promissi spe frustratus.

n Hen. Steph. sic exponit, Iussu Dei aperit ora. Ego cum fabulam perpendo, non uideo, cur sic exponere maluerit.

o Quod nescientes ornabamus ramis del. d. laetitiam agitantes.

Ille

Ille dies, festa uelamus fronde per urbem.
Vertitur [a] interea caelum; & ruit [b] Oceano nox,
Inuoluens [c] umbra magna terramq., polumque,
Myrmidonumq. [d] dolos; fusi per moenia Teucri
Conticuere: sopor fessos complectitur artus.
Et iam [e] Argiua phalanx [f] instructis nauibus [g] ibat
A Tenedo, tacitae per amica [h] silentia Lunae,

a Ex Ennio.

b Noctis aduenientis descriptio perelegans.

c Homer. in Iliad. 90. d Graecorum, per synecdochen. e Graecorum uigilantiam & curam in capienda urbe, Troianis profundum dormientibus, nota.

f Macedonica uox, peditum stabile agmen.

g Veniebat nauigio ad opprimendam Troiam somno uinoq. sepultam.

h Vt omittam, quae hoc loco nugatur Ser. doctrinam Politiani Miscell. c. 100. grauissimis doctissimisque auctoribus confirmatum, hic, cum Hortens. sequi malo, qui hic per Lunae silentia, silentem lunam intelligit: hoc est minime tum quidem lucentem, ut latere magis possent insidiae, eleganti translatione, ab auribus ad oculos. Nam, ut silentio nil auditur; ita in tenebris nihil cernitur. Confirmat hoc Plin. lib. XVI. cum, diem coitus lunae; ab alus silentijs lunae diem, ab alijs Interlunium appellari, testatur. Et, lib. XIIX. Hoc silente luna seri iubent. Et Cato de re rust. Nunc stercus euehi silenti luna: nunc item silente luna, ficos, oleas, mala, piros inseri, Postremo etiam, prata primo uere stercorari eadem luna silente iubet. Et, ut exempla non suppetant, consimilia; quis (obsecro) non uidet hoc tempus, quo non lucebat luna, a Graecis, ut insidijs opportunissimum, obseruandum fuisse? Quod tamen non sic accipiendum est, quasi per lunae coitum, tota illa nox fuisset illunis, ac tenebrosa: id quod ex sequentibus refelli posset, ubi ait: Oblati per lunam, Hypanisque, Dimasque. Atque hoc ipsum cum Leschis uerbis consentit: ἦ νίκα νὺξ μὲν ἔην μέση, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη: Nondum enim luna lucebat, cum illi a Tenedo sub uesperam nauigabant; sed statim urbe capta lucere coepit. Ergo, neque sera luna fuit, neque pernox, neque interlunium; sed tempus, quod sub exortum non lucebat. Iam uero Silen luna, prima uocatur, 4. 7. 11. 15. 19. 23. 27. & interlunium, ut quibusdam placet. Ad eundem modum Catull. Tacitam noctem uocat illunem: Aut quam sidera multa, cum tacet nox Furtiuos hominum uidant amores.

Litora nota [a] petens: flammas [b] cum regia puppis
Extulerat; fatisq. deum [c] defensus [d] iniquis,
Inclusos utero Danaos, & pinea furtim
Laxat claustra Sinon. [e] illos patefactus ad auras
Reddit equus, laetiq. [f] cauo se robore [g] promunt
Tisandrus, [h] Sthenelusq. [i] duces, et dirus Vlysses,
Demissum lapsi per funē, Athamasq. [k], Thoasq. [l],

a In quib. X. annos stationem, & castra habuerant.

b More militiae: ut, Dat clarum e puppi signum, l. 3. Aen. Per flammas autem intelligit faces; signum sotularum e Tenedo nauium, & aduenientium sociarum copiarum. Huiusmodi facem Graeci φρύκτον appellant. Sed hic tradunt Graeci scriptores ipsum Sinonem funalibus ardentibus e muris, aduentantibus copijs, ut ei imperatum fuerat, signum dedisse.

c Deorum, per syncopem.

d Infestis urbi Troianae, benignis Troianorum rebus.

e Scriptores Graeci plerique hoc Antenori attribuunt, quem, spe regni deinceps potiundi, huc perpulsum credunt. Idem memoriae prodidit Lycophron; cuius Graecos uersus hic adscriberem, nisi scirem plerosque hoc odisse: quocirca eorundem sententiam paucis complecti, satius iudicaui; hanc nimirum: Cum Antenor, patriae suae depopulator, accensa face in signum Graecis, Dureum equum aperuerit, terribiles insidias parturientem, aut Graecos inclusos potius, &c. Quo loco Antenorem, Chelydrum uocat, ut γηραιὸν τὸ καὶ τὸ ποιοῦντα, id est, senem hoc & illud patrantem. Est autem chelydrus, concha, seu potius testudo marina, crassa pelle: cui, propter senium, opinor, comparatur Antenor a Lycophrone.

f Recenset eorum nomina, qui equo durateo inclusi fuerunt; sed non omnia. Tu uide Q. Calab. lib. 12.

g Equo ligneo, seu roboreo. Metonymia.

h Alij, Thersandrus: fuit Polynicis filius.

i Capanei, & Euadnes filius; quem Homer. in Catal. una cum Diomede & Euryalo, multarum ciuitatum ducem facit. Meminit & Homer. alterius cuiusdam Stheneli, ex Perse, & Andromeda orti.

K Huius non meminit Homer. usquam quod sciam. Fuit autem Aeoli illius Graeci, qui Thebis regnauit, filius.

l Aetolorum dux.

Pelidesq.

Pelidesq.[a] Neoptolemus,[b] primusq.[c] Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.[d]
Inuadunt[e] urbem,[f] somno, uinoq.[g] sepultam.
Caeduntur[h] uigiles; portisq. patentibus omnes
Accipiunt socios,[i] atq. agmina conscia[k] iungunt.
Tēpus erat,[l] quo prima[m] quies mortalibus aegris
Incipit, & dono diuum gratissima[n] serpit.

a Non, Pelei filius, sed nepos ex Achille patre.

b Pyrrhus ex Iphigenia, ut quidam opinantur, Achillis filius: uel, ut alij, ex Deidamia Lycomedis filia. Certi nil habemus: ita uariant hic scriptores. Hoc tamen ex Lycophron. asserere non uereor, eum, Scyrium draconem, appellatum; quod per inhumanam crudelitatem sanguine nimium gauderet; & in Scyro insula educatus esset.

c Machaonem, Aesculapij filium & Podalyrium, illustres medicos, olim e Creta accitos Homerus in Catalago adnotat. Quamuis autem Virg. Machaonem inter duces equo inclusos enumerat; Graeci tamen, Quinctum quendam secuti, eum ab Eurypilo Telephi filio in bello interfectum adstruunt. Hunc Orpheus post Eurypili mortem, rediniuum, & Philoctetem medicantem rursum introducit.

d Panopei filius, Aeaci pronepos; cuius antea memini in prin. huius lib. ad uerba: Instar montis equum, &c.

e Addidit & illud, ex penitissimis Graecorum commentarijs erutum, Lāb. Hort. in hoc equo conclusos fuisse ter mille; uel, ut alij, quinquaginta armatos: & si, Obscuri poematis illustrator, XXIII. tantum in eo latitasse, existimet.

f Emphaticus uersus.

g Sepultam ait; per metaphoram. Nam a poetis Somnus fingitur esse Mortis germanus.

h Opportuni ad caedem, utpote crapula & somno grauati.

i Reliquas Graecorum copias e Tenedo profectus in urbem accipiunt.

K Quae uentura esse certo sciebant. supra: Et quaerere conscius arma.

l Describit primam noctis partem, quam Concubium appellant. Quinctil. lib. IIX. cap. ult.

m Primam facem intelligit. ita enim noctis ea pars appellatur, quae crepusculum suscipit.

n Gignit enim profundum, membris omnibus diurno labore defessis, dulcissimumq. somnum.

In somnis

In ſomnis ecce [a] ante oculos maeſtiſſimus Hector
Viſus adeſſe mihi, largoſq. effundere fletus,
Raptatus bigis, [b] ut quondam, aterq. cruento
Puluere, perq. pedes [c] traiectus lora tumentes.
(Hei mihi, [d] qualis erat; quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exſuuias [e] indutus Achillis;
Vel Danaum Phrygios iaculatus [f] puppibus ignes)

a Proſopographia Hectoris, ſe per ſomnum Aeneae offerentis: quae eo ſpectat, ut oſtēdat, ēt mortuo patriā, nō minus quā uiuo curae fuiſſe tū, cū oēs Troiani ſecuti ἀναβάδην, partae pacis falſa perſuaſione, in extremo diſcrimine, in utrāuis aurē dormirent. b Locus recenſetur Il. 22. Clauſis Troianis intra muros, ſolus Hector aliquandiu Achillis impetum ſuſtinuit. inde in fugam compulſus, Mineruae ſuaſu repreſſit gradum, ac Achilli rurſum occurrit: qua pugna ab Achille occiſus eſt. ibi perterrebratis pedibus, loro currui uictoris alligatus, per medium aequor ad nauium uſq. ſtationem ab Achille raptatus fuit. Cuius corpus, quidam a Priamo redemptum ferunt: Alij uero ſcribunt in Graeciam portatum, & oſſa eius in Ophryno poſtea fuiſſe condita. ſed poſtea, peſte per Graeciam graſſante, oraculo Graecos admonitos, ut Hectoris oſſa effoderent, in eamq. Graeciae ciuitatem transferrent, quae ad Troiam non militaſſet: ac diligenti facta inquiſitione, inuenti ſunt ſoli illi, qui Thebas Boeotiae incolerent ad Troiam in armis non fuiſſe. Itaque, illuc translatis Hectoris relliquijs, ac circa fontem Oedipum humatis, morbus deinde ſaeuire deſiit. c Synecdoche; habens pedes loris tranſiectos. d Amplificatio per comparationem priſtinae fortunae, patheticae exclamationi intexta. e Exſuuiae, ab exſuendo, ſunt ſpolia hoſtibus detracta: quae, ſi dux duci detrahat, Opima dicuntur, quod fecit Hector, cum Patroclum armis Achillis indutum occidit, ſpoliauitq. teſte Homero Il. l. XVII. Cic pro L. Man. Cum eum uobis maiores ueſtri, exſuuijs nauticis, & claſſium ſpolijs ornatum, reliquiſſent. Eodem porro nomine & animalium ceterorum tegmina dicuntur, ut l. 2. Geor. Cum poſitis nouis exſuuijs. f Cū uidelicet Merionē fuſum ſpoliare adortus eſſet, et a Mneſtheo, graui accepto uulnere, prohiberetur. Quo tamē nō adeo fuit retardatus, ut ad naues inde Graecos praeterea fugarit: ijsq. ignē illaturus erat, niſi Aiax Telamonius, ferociter caedibus graſſantis impetū retudiſſet. Iolē quoq. Hector Graecis primū appellētibus circa litus obuiā factus, nauē Proteſilai igne corrupit: ac teſte Hom. l. XVI. Il. poſt horribilē ſtragē inter hoſtes editam, incēdiū in claſſes ītulit, ipſoſq. ſocios ad corrūpēdā ſtationē hortatus fuit.

Squalentem

Squalentē [a] barbam, & concretos ſanguine crines,
Vulneraq. illa gerens, quae circū plurima [b] muros
Accepit patrios: ultro [c] flens ipſe uidebar
Compellare uirum, & maeſtas [d] expromere uoces.
O lux Dardaniae, [e] ſpes o fidiſſima Teucrum,
Quae tātae tenuere morae? quibus Hector ab oris,
Exſpectate, [f] uenis? ut te poſt multa tuorum
Funera, poſt uarios hominumq., urbisq. labores
Defeſſi adſpicimus? quae cauſſa indigna ſerenos
Foedauit uultus? aut cur haec uulnera cerno?
Ille nihil: [g] nec me quaerentem uana [h] moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge, nate dea, teq. his, ait, eripe flammis.
Hoſtis [i] habet muros: [k] ruit alto a culmine Troia.
Sat patriae, [l] Priamoq. datū. ſi Pergama [m] dextra
Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.
Sacra, [n] ſuosq. tibi commendat Troia penates. [o]
Hos cape fatorum comites: his moenia [p] quaere:
Magna perrerrato ſtatues quae denique [q] ponto. [r]

a *Pathos, ab imagine, & forma.*

b *Cū, clauſis portis, ſolus extra urbem, cum Graecis cōfligeret.*

c *quia ratio exigebat, ut loqueretur ille, qui uenerat.*

d *Exſpoliatio.*

e *Ex Ennij Alexandro ſumptū eſſe hūc locum, demonſtrat Macr. Sat. lib. 6. c. 2.*

f *Nimis intempeſtiuae ſunt hae gratulationes: quare eas, nullo reſponſo uiciſſim dignatur Hector; ut ibi: Ille nihil nec quae quaerentem uana moratur.* g *Reſpondit ad mea uaria interrogata.*

h *Cum patriae excidium fatale immineret, noluit meis otioſis interrogationibus reſpondere.* i *Synecdoche; ut & in Muros.* K *Concinna admodum compoſitio rebus attemperata.* l *Ab honeſtate fugam ſuadet.*

m *Si Pergama humano auxilio defendi potuiſſent, aut communiri, etiam hac mea dextera potuiſſent.* n *Clauſula conſtat ſacrorum commendatione: qua in re Aeneae pietas, & religioſum pectus arguitur, cui prae ceteris omnibus ſacrorum cura demandetur.* o *De dijs penatibus Troianor. uide Macr. lib. 3. c. 5.* p *Vrbem. Lauinium intelligit, quod parta quiete & pace in Italia conditurus erat.* q *Poſt ſeptem annorum errorem, & poſt atrox bellum cum Italicis hoſtib. geſtum.* r *Mari, per ſynecdoch. Sic alibi.*

Sic ait, & manibus uittas,[a] Veſtamq.[b] potentem,
Aeternumq.[c] adytis[d] effert penetralibus ignem.
Diuerſo interea miſcentur[e] moenia luctu:
Et magis atque magis (quamquam ſecreta parētis
Anchiſae domus, arboribusq. obtecta[f] receſſit)
Clareſcunt[g] ſonitus, armorumq. ingruit horror.
Excutior ſomno, & ſummi faſtigia tecti
Adſcenſu ſupero, atque arrectis[h] auribus adſto:
In ſegetem[i] ueluti[k] cum flamma furētibus auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit[l] agros, ſternit ſata[m] laeta, boumq. labores,
Praecipitesq. trahit ſiluas:[n] ſtupet[o] inſcius alto

a Pepla paladis. Hort.

b De Veſta, ignisq. inextincti ratione, uide Coel. Rhodig. ant. lect. lib. 5. c. 24.

c Epexegeſis. nam reddit, quid fuerit ueſta: nihil aliud, inquit, quam perpetuus ignis, quo poſtea in templo a conditoribus urbis aedificato, conſecratis ad eam uirginibus religioſe curatus fuit. Neque uero tantum hic ἄσβεστος ignis publice aſſeruabatur, aut in templis deorum fouebatur. uerum etiam intra domos priuatas focus erat penatibus ſacer, atq. adeo ipſi penates: ut Homer. in Hymn. teſtatur. d Adiectiua uoce hoc loco uſurpatur Adytum. alioqui ſecretiora domus loca penetralia uocantur. Formatur autem ἄδυτον, ἀπὸ τοῦ δύω, & particula priuatiua α. uide Polluc. l. 1. c. 1. e Tragica metaphora, cum uelit indicare omnia confundi & perturbari. Qua figura, Sacra profanib. miſceri dicuntur, & Mare caelo.

f longe abfuit; in receſſu quodam erat urbis.

g Clare audiuntur.

h Aeſchrologia: eſt autem hypotypoſis ſubita inopinataq. re perculſi, intenteq. auſcultantis. Ducta metaphora ab animantibus, quorum plerisq. mos eſt, ſi quando, quid eminus audierint, aures ſurrigere: id quod ceruis peculiare eſſe, Plin. annotauit. Contrarium huius uſurpat Horat. l. 1. Sermon. Demitto auriculas, ut iniquae ſortis aſellus.

i Humilis comparatio, quae tamen multum habet energiae.

K Ex Iliad. Homer. l. 2. & 4.

l Metonymia eſt.

m Expolitio per copiam reddita & relationem.

n Amplificatio perelegans.

o Admiratur ad ſtuporem uſque.

Accipiens [a] ſonitum ſaxi [b] de uertice [c] paſtor.
Tum uero [d] manifeſta [e] fides, Danaumq. pateſcunt
Inſidiae. iam Deiphobi [f] dedit ampla ruinam,
Vulcano [g] ſuperante, domus: iam proximus [h] ardet
Vcalegon: [i] Sigaea [k] igni freta lata relucent.
Exoritur [l] clamorq. uirum, clangorq. [m] tubarum.
Arma amens [n] capio: nec ſat rationis in armis:
Sed glomerare [o] manũ bello, & cõcurrere in arcem

a Homerus in Il. 45. b Tapinoſis, montis. c Metaphora reciproca: quod hoĩs eſt, ad montis ſummitatem transtulit. d Cum non tantum armorum ſtrepitus rei fidem faceret, uerum etiam incendium clarum tota urbe, adeoq. uicinarum aedium ruina, id quod res erat, ſatis coargueret. e Non illius ſomnij, (ut quidam uolunt) ſed fraudis Graecorum. nam ſequitur, Danaum &c. f Filius Priami hic erat, cui poſt Paridis caſum nupſerat Helena; quae, capta iam Troia, ut beneficio marito ueteri Menelao, reconciliaretur, ſubtracto ferro, (quod in incertũ rei euentũ, capiti uir fortis ſuppoſuerat) illũ huic in thalamũ clã intromiſſo, trucidandũ obiecit: quẽ Menelaus crudeliſſime dormientẽ trucidãs, deformauit. Refertur ab Higyno hiſtoria, cap. de ijs, qui ab uxorib. occiſi fuerint. Meminit quoq. eius Virg. l. 8. Deiphobũ uidi lacerum crudeliter ora, Ora manuſq. g Igne, per Metonymiã. h Pȭt quoq. hic uerſus inter paroemias referri; tum demum. ſ. nobis eſſe cauendũ, nosq. periclitari, cum proximi negotium agitur; ut uulgato hoc uerſiculo notatur: Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

i Domus proxima Vcalegontis. Huius ẽt Hom. Il. lib. 3. meminit

K Epithetice, a Sigaeo promontorio, Freta Sigaea dixit: quod mare Helleſponticum notat.

l Ordine communiter accidentia narrat: nam captis ad hunc modum urbibus, primum ad prohibenda indicia, excubias trucidant; inde ad turbandos ciuium animos, incendium miſcent; poſtremo ut omnia amentiae plena reddant, multis ſimul locis, clamorib. & tubarum clangore, populũ percellunt; ne tota urbe in globum collecti, ignaros uiarum adoriantur.

m Onomatopoeia eſt: nam κλαγγὴ ſonus eſt refractus, & crepitans, qualis eſt tubarum. Homer. 3. Il. ad grues, & Troianorum in proelium euntium diſſonos clamores, tranſtulit.

n qui nec ſomnis credidi, nec rebus adſpectis. uel Amens, ut in atroci, ſubitaque re: quaſi, perturbatus, inops conſilij.

o Pugnam laceſſere.

Cum

a Metaphora; pro, uehementer desiderant.
b Quasi dicat; Nō est mirū me arma cepisse sine ratione,

Cum socijs ardent [a] animi: furor, [b] iraq. mentem
Praecipitant; pulchrumq. mori succurrit in armis.
Ecce [c] autem telis Panthus [d] elapsus Achiuum,
Panthus [e] Otriades, [f] arcis, Phoebiq. [g] sacerdos,
Sacra manu, uictosq. deos, paruumq. nepotem
Ipse trahit, cursuq. amens ad litora, [h] tendit

nam furor, &c. c Attentio ad seq. narrationem. d Priami propinquus fuit, qui, censentibus Troianis, ut ad ulciscēdam iniuriā sororis Priami per Telamonem raptam, Paris in Graeciam mitteretur, dißuasor fuerat, ne fieret. Addidit se a patre suo Euphorbo audisse, si Paris umquam uxorem e Graecia abduceret, tum demum fore, ut Troianis exitium immineret. Verum, eo frustra dissuadente, adeoque ipsa reclamante Cassandra, quae hoc ipsum uaticinabatur, ex Priami sententia, aliorumque consilio, Paris in Graeciam profectus fuit. Insuper Homer. Iliad. XII. enarrator scribit, Panthum Delphis Troiam abductum, ut Priamo de fatis rerum Troicarum uaticinaretur. Ipse autē Homer. Iliad. ο'. indicat Panthum Apollinis sacerdotem fuisse, eiq. filium Polydamantem, & ipsum Apollinis sacrificium, uatemq. fuisse.
e Pathos, a dignitate, & nominis repetitione.
f Carpensis. exemplar habet Othryades; quod hic seruandum, alia lectione reiecta, Vrsin. ait. Ego tamen, etsi unum uiderim peruetustum codicem, qui cum eo consentit, non possum tamē adduci, ut hāc uulgatā lectionē reijciam. Praesertim cū 4. mcis. sic habeāt, tum ēt quod utrumq. nomē, in diuersissimis siue fabulis siue histori js recēseri uideā. Plutarch. in Parall. uiri cuiusdā Lacedaemonij, qui cū Argiuis de agro Tyreate cōtēdit, mētionē facit. Homer. ēt Il. l. 3. Otrei & Mygdonis fratrum, Phrygiae, uel, ut alij, Thraciae regū, qui cum Hippolyte et Menalippe, Amazonum ducibus, castris ad Sangarium amnem positis, ac ita in suam ditionem populabundis irruere meditantib. bella gessit. Fuisse potius hic uidetur Otrei filius, Dymātis nepos, Hecubae frater, & alius plane uidetur, & diuersus ab illo, quem ostendimus. Delphis accitum Troiā uenisse, ibiq. manticem docuisse: qui postea ex Promene uxore, Tytij filia, Polydamantem suscepit; quem, & Hectorem una eademq. nocte natum affirmant. g Descriptio personae a sacerdotali functione. nam & Arcem, hic, templum Palladis uocat, ea, qua supra, ratione: Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
h Al. Limina.

Quo

Quo res[a] sũma loco Pãthu?[b] quã [c] prẽdimus arcẽ?
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit.
Venit [d] ſumma dies, & ineluctabile [e] tempus
Dardaniae: [f] fuimus [g] Troes: [h] fuit Iliũ, [i] & ingẽs
Gloria Teucrorum: ferus omnia Iuppiter [k] Argos

a In re trepida decore paucula quaedã de publico ſtatu loquitur; &, ut praeſentem trepidationem ἐλλειπτικῶς, proponit, quo in loco ſumma rei ſita eſt. Neque uero addit, ſe hoc aut illo modo interrogaſſe, quo ſcilicet perturbationem, & animi conſternationem narrãdo augeat, (cuiuſmodi in tali negotio accidere ſolent) ſed admiratur, capta urbe ita ſubito Troianos ſpem omnem amiſiſſe. b Vocatiuus Graecus contractus, Πάνθος, πάνθε. uide Aldi Pij Man. lib. 1. Latinae Grãmatices, cap. De uocatiuis. c Defendimus, cum tu eam relinquas. Ser. d Reſponſum patheticum, quo miris affectibus extremam deſperationem & patriae excidium ſubijcit, eãq. dicendo & expoliendo uehementer exaggerat. e Pathos a fatali neceſſitate, quo attentionem captat; ut oſtendat a Troianis patriae ſatisfactum, fruſtraq. cum dijs tamdiu pugnatum, a quibus res Troianae neglectae eſſent: cum fatum ineuitabile, &, ut Virgilij uerbis utar, ineluctabile ſit. Huc pertinet illud Homer. quod in Chiliadib. Adagior. adnotatur, οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων. f Phrygiae, aut Ilij. nam Dardania & Rhetaeum clariſſimae fuere urbes in Phrygia, in litoribus Rhetaeis Aiacis ſepulcro illuſtribus ſitae, extra ſinum. g Hunc locum, ceu copioſiſſimae orationis exemplum, citat Macrob. l. 5. Satur. c. 1. h Perditas ac deploratas Troianorum res indicat. ἦμεν Τρῶευς. Hic loquẽdi color in Graecis Tragoedijs paſſim obuius eſt, a Troiae excidio ſumptis. Quare in adagiũ abijt, ubi perijſſe quempiam ſignificamus. Huic ſimile eſt illud e choro Lacedaemoniorum, cuius meminit Diogenian. ἄμμες ποτ' ἦμεν. quod Plutarch. ſic citat: ἄμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι. Alij, ſic ἄμμες μὲν ἄλκιμοι μιλισιοι. i Ilium, alij urbem, nonnulli arcem & regiam urbis uocauere. Quidam metropolim Trois Troiam certe, Ilium ab Ilo, fratre Aſſaraci, Trois filio, dictam, in confeſſo eſt. Homer feminino genere fere, ἴλιον ἱρὴν: alij neutro efferũt. Ouid. quoque, Ilios, feminino genere uſurpauit: Poſtquã alta cremata eſt Ilios. K In Graeciam. Ciuitas Peloponneſi eſt: ab Argo rege condita, ut exiſtimant plerique. Homerus, non uno loco, Argos, ipſam Pelopponeſum appellat, ab nobili urbe, proxima Cleonis & Mycenis, patria Agamemnonis, & Menelai: ita hoc loco poeta quoque uſurpauit, pro uniuerſa Graecia.

Tranſtulit.

a Regni mutationē innuit, qua opes Troianae bello deuictae, ad Graecos latae fuerint.

Transtulit. [a] incensa Danai [b] dominantur in urbe.
Arduus armatos medijs [c] in moenibus aestans
Fundit [d] equus, uictorq. Sinon incendia miscet
Insultans. [e] portis alij bipatentibus [f] adsunt,
Millia [g] quot [h] magnis nūquam [i] uenere Mycenis.
Obsedere alij telis angusta uiarum
Oppositi. stat ferri [k] acies mucrone [l] corusco

b Graeci, qui a Danao, Aegypti fratre, ut supra monui, Danai appellati sunt. Vide Apollodorum, & Plin. lib. 7. c. 56. c Vbi fuerat arx. d Persistit in metaphora uteri armatis grauidi, & iam parientis. Narratio constat breui ac summaria, per intercisa cola, earum rerum enumeratione, quae tota passim urbe gerebantur; apto ordine ducto ab equo, omnis tragicae calamitatis principio. Inde Sinonis studium circa rem insidiariam subijcit: quae sane res omnes solent populationem, ad perturbandos hostium animos, praecedere. e Vt exuberantem laetitiam ex doli successu prodat.
f Don. hoc interpretatur, quasi duas diuersas portas uelit innuere Virg. ita ut una ad ingressum & egressum parata fuerit, altea portae loco sit habita ex ruina muri, per quam urbs patefacta, equi Durei molem intro receperat. Mihi uero cum Hortens. simpliciter hic accipiendum uidetur, ut nimirum intelligamus ianuam portae, quae binis foribus discludi potuerit. Neque enim una urbis porta in ciuitatem, sed diuersis Graecos infusos fuisse uerisimile est: & insuper satis conuinci posse uidetur, ex eo, quod supra dixit poeta: Portisq. patentibus omnes Accipiunt socios, atq. agmina conscia iungunt. Quasi uero tanta multitudo, tam breui tempore, una aut duabus portis in urbem introire potuerit? praecipue cum hic subiungat Panthus: adsunt Millia, quot magnis numquam uenere Mycenis. Adde, quod nominis etymologia satis hoc ipsum indicet. est enim Bipatens, quod utrimque ita aperitur, ut dextra laeuaq. fores, cum clauduntur in medium coeant: quod Graeci paullo significantius δίθυρον dicunt.
g Tot millia aliorum adsunt, quot numquam &c. h Quot, hic ἀνακόλουθον est: neque enim praecedit, Tot, sed subintelligendum relinquitur. i Copiarum hostilium amplificatio. Est & synecdoche partis ad totum: & in seq. uersu dilatat hanc amplificationem partitione elegantissima. K Pro, Ferrata acies, per Endyaden. l Strictis gladijs. singulare pro plurali.

Stricta,

Stricta, parata neci: [a] uix primi proelia [b] tentant
Portarum uigiles, & caeco [c] Marte [d] resistunt.
Talibus Othryadae dictis, & numine diuum
In flãmas, [e] & in arma feror: quo tristis [f] Erynnis,
Quo fremitus [g] uocat, et sublat' ad aethera clamor.
Addunt se socios Ripheus, & maximus armis
Iphitus, oblati per lunam, [h] Hypanisq. Dymasq.,
Et lateri agglomerãt [i] nostro, iuuenisq. [k] Choroebus
Mygdonides: [l] illis qui ad [m] Troiam forte diebus
Venerat, insano Cassandrae incensus amore;

a *Ad necẽ inferẽdam.* b *Amplificatio terroris, & uis hostilis; cũ uigiles oppressos, & caesos dicat.* c *Nocturno proelio. Metalepsis.* d *Metonymia, pro Pugna. est autem synonymiae expolitio.* e *Ardens Aeneae studium, & pietatem in patriam incipit commemorare, ut in rebus desperatis in praesentem mortem, amore patriae, se conijcere paratus esset, sola uindicta exsatiatus.*

f *Quo me furiae ad uindicandam patriam traherent. Porro, fabulantur poetae Erinnyes, tres eße daemones* τιμωρητικούς; *quarum nomina ab Hesiodo, & alijs haec recensentur: Tisiphone, Megaera, & Alecto, e sanguinis guttis Saturni uerendorum, natae. Plura uide apud Lamb. Hors.*

g *Metaphora remota, ab irrationali ad rationale: quod leonum est, ad homines transtulit.*

h *Occupata enim & capta iam urbe, Luna oriebatur, quae Graecis e Tenedo castra mouentibus, nondum exorta silebat, ut supra cecinit: Tacitae per amica silentia Lunae.*

i *Id est, ut paullo supra dixit, Addunt se nobis socios. Agglomerant autem per Enallag. generis, pro Agglomerantur, dixit.*

K *Hunc Choroebum, ut corpore procerum; ita animi ignauissimi fuisse, Zenobius auctor est.*

l *Mygdonis filius fuit Choroebus, Hecubae, & Otrei nepos ex fratre. Seruius annotat hoc loco Virgilium, Euphorionem secutum esse, qui Choroebum stultum introducit. Quare ei quoque hanc sententiam parum honestam tribuit: Dolus, an uirtus, quis in hoste requirat? Cum plane turpis sit, dolo ac fraude, non uirtute parta uictoria. Porro hic Choroebus, quisquis tandem fuerit, certe prouerbio locum fecit,* ἠλιθιώτερος Κοροίβου. *Tam stultus enim fuisse dicitur, ut maris undas numerare conatus sit, sed, cum non potuisset ultra quinque prosequi, stupidus deinde semper habitus est.* m *Homerus Iliad. 143.*

Et [a] gener [b] auxiliū Priamo, Phrygibusq. ferebat.
Infelix, [c] qui non sponsae praecepta furentis
Audierat.
Quos ubi confertos [d] audere in proelia uidi;
Incipio super his: Iuuenes, [e] fortissima [f] frustra
Pectora, (si uobis audentem extrema cupido
Certa sequi, quae sit rebus fortuna, uidetis:
Excessere [g] omnes, adytis, arisq. relictis,
Dij, quibus imperiū hoc steterat) succurritis urbi
Incensae; moriamur, & in media arma ruamus:
Vna [h] salus uictis, nullam sperare salutem.
Sic [i] animis iuuenum furor additus: inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba uentris
Exegit [k] caecos rabies, [l] catuliq. relicti
Faucibus exspectant siccis; per tela, [m] per hostes
Vadimus haud dubiā in mortē, mediaeq. tenemus
Vrbis iter: nox atra [n] caua [o] circūuolat umbra.
Quis [p] cladem illius noctis, [q] quis [r] funera fando

a Homerus Il.58. b Futurus scilicet, si fata siuissent. c Hom. Il. 185. Exclamatio, in uaecordiam Choroeb, quem bene praemonitum, sed non audientem, neque parentem sponsae uerbis, fata sua in exitium traxere. d Agglomeratos. alij, Consertos. e A rei honestate, & honesto Aeneas socios hortatur, ad patriam quoquo modo defendendam. Honesta enim pro patria cadentis mors, turpi fugae anteponenda est. f Refertur ad inferius uerbum, Succurritis. g Alludit ad ueterem Romanae militiae disciplinam; qua, urbem oppugnari fas non erat, nisi prius euocatis dijs tutelaribus. uide Macr. l.3. Sat. c. 7. Nigid. l. XIX. de Dijs. Cornel. Labeonem, de Penatib. h Epiphonema. i Hom. Il. 16. K Expulit ad praedam. l Hom. Il. 176, Comparatio, a luporum famelicorum natura sumpta. m Endyadis, pro, Per tela hostilia. n Metalepsis, pro tenebrosa. o Naturale enim est, ut obscurum omne sit concauum. Caua autem Turneb. Non solida exp. Aliter Ser. p Copiosa oratione ob oculos ponit, quod l.3. paucis uerbis complectitur: Et campos, ubi Troia fuit. uide Macr. lib.6. c.1. q Amplificatio cladis a nocturni temporis ratione: quo significanter horribilem per tenebras cladem declarat, iam sublucescente Luna. r Pathos, a re tragica.

Explicet ?

Explicet? aut possit lacrumis [a] aequare labores?
Vrbs antiqua [b] ruit, multos dominata per annos:
Plurima perq. uias sternuntur inertia passim
Corpora, perq. domos, & relligiosa deorum
Limina; [c] nec soli poenas dant sanguine Teucri:
Quondam[d] etiã uictis redit in praecordia [e] uirtus:
Victoresq. cadunt Danai. crudelis [f] ubique
Luctus, ubiq. pauor, [g] & plurima [h] mortis imago.
Primus se Danaum magna comitante caterua
Androgeos [i] offert nobis, socia agmina credens,
Inscius, atque ultro uerbis compellat [k] amicis:
Festinate, [l] uiri: [m] nam quae [n] tam sera moratur

a *Pro, Laboribus aequare lacrymas.*
b *Pathos, ab urbis antiquitate, et celebritate: cõditam .n. tradunt annos 406. ante primam Olympiadẽ.*
c Hom. *Il.* 159.

d Id est, *aliquando. Interdum, pro Olim usurpatur; qua quidem significatione usitatißimum est, nonnumquam pro, semper; ut supra in Georg. Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis Incassum furit, &c.*
e *Praecordia proprie sunt membranae, quae exta separant ab inferiore uiscerum parte: ita dicta, quod cordi praetenduntur. Quoniam autem in extis affectus siti sunt, uirtutem in praecordia redisse dixit. In corde audacia, & prudentia esse existimantur. ut in splene risus, & in bile ira.*
f *Ecphonesis est, qua amplificationem concludit. Capta Troia omnes fere, qui in Ilio erant, nocturna caede cõsũpti sunt: reliqui, noctis beneficio, urbe elapsi, in pacatum euasere.* g *Extensio syllabae breuis in caesura.* h *Varia mortis genera significat.* i *Hunc multi credunt sub Mnestheo Athenarum duce stipendium fecisse. Atticus nominandi casus, quarti ordinis, per ω. Fuit & alius Androgeos, Minois Cretensium regis filius, qui per insidias, & dolum a Megarensibusqus caesus, perijt. Quare & illis bellum intulit Minos, ciuitatem euertit. Athenienses autem uectigales fecit, imperauitq. quotannis septenos adolescentes, totidemq. puellas, ad pascendum Minotaurum. Quae quidem misera seruitutis condicio ijs durauit, donec per Theseum, caeso mõstro, in libertatẽ assererentur. Sed haec fabulosa: reuera aut alij arbitrãtur eũ in bello Atheniẽsi occisum. Ad eũ hic allusisse, Virg dici põt.* K *Alloquitur.* l *Breuißima et tẽpori accõmodatissima ad caedẽ, et direptionẽ hortatoria.* m *Beneuolẽtia a personarum, quas populares suos arbitrabatur, uirtute. est porro haec uox hoc loco fortitudinis, non sexus: quo modo etiã Hom.* ἔστε ἀνέρες. n *Increpatio ab exẽplo, quã acuis spe commodorum, quibus alij fruantur.*

a Pro, Diripiunt.
b Hom. Il. v. ἄγουσι καὶ φέρουσι. Prouerb.

c Pro, Troiã, pars pro toto. Hom. enim solam Ilij arcem Pergamon uocat; recentiores uero omnes, arces. Quod ipsum quoque testatur Hesychius gramm. πέργαμος ἡ ἀκρόπολις του ἰλίου. Vsurpatur neutro plurali, & feminino genere singulari.

Segnities? alij rapiunt [a] incensa, [b] feruntq.
Pergama. [c] uos celsis nunc primum a nauibus [d] itis.
Dixit, & extemplo (neque enim responsa dabantur
Fida [e] satis) [f] sensit medios delapsus [g] in hostes.
Obstupuit, retroq. pedem cum uoce repressit.
Improuisum [h] aspris [i] ueluti qui sentibus [k] anguem
Pressit humi nitens, trepidusq. repente refugit
Attollentem iras, & caerula colla tumentem:
Haud secus [l] Androgeos uisu tremefactus abibat.
Irruimus, densis & circumfundimur [m] armis,
Ignarosq. [n] loci passim, & formidine captos
Sternimus. adspirat [o] primo fortuna labori.
Atq. hic exsultans successu, animisq. [p] Choroebus,
O socij, [q] qua prima, [r] inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, quaq. ostendit se dextra, sequamur:
Mutemus clypeos, Danaumq. insignia nobis

d Enallage figurae; pro, Venitis. Contrarium usurpat Ter. in Eun. Nisi èo ad mercatum uenio; pro, Eo.
e Argumentum, unde aduertit se non in socios, sed in hostes, incidisse: quod scilicet familiariter increpanti nihil benigne responderetur.
f Hom. Il. 110. g Graeco more. ἤσανε πεσών; pro, Se delapsum. Medios, autem Ser. manifestos: ut, Quamquam in media iam morte tenetur. h Hom. Il. 30. Amplificat a simili. i Syncope.
K Ellipsis; pro, In sentibus. l Applicatio similitudinis.
m Metaphora a non animali ad animal. Indicat se in medios hostes incurriße, & undique armatis hostibus saeptum fuisse.
n Ab opportuno.
o Metaphora a floribus ad fortunam. Adspirat, id est, fauet. unde & fauor, aura dicitur: ut illud: Gaudens popularibus auris.
p Choroebum hic ueluti inconsulti iuuenis exemplum proposuit.
q Hortatoria recenti uictoria ferocientis ad grassandum ulterius.
r Ex uno successu secuturam fortunae aleam metitur.

Apte-

Aptemus. dolus,[a] an uirtus, quis ĩ hoste [b] requirat?
Arma dabunt [c] ipsi. Sic fatus: deinde [d] comantem
Androgei galeam, clypeiq. insigne decorum
Induitur, lateriq. Argiuum [e] accommodat ensem.
Hoc Ripheus, hoc ipse [f] Dymas, omnisq. iuuentus
Laeta facit: spolijs se quisque recentibus armat.
Vadimus immisti Danais, haud [g] numine nostro.
Multaq. per caecam [h] congressi proelia noctem
Cõserimus; [i] multos Danaum [k] demittimus [l] Orco.
Diffugiunt alij [m] ad naues, & litora cursu
Fida [n] petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandũt rursus equum, & nota conduntur in aluo.
Heu [o] nihil inuitis fas quemquam fidere diuis.
Ecce [p] trahebatur [q] passis [r] Priameia [s] uirgo [t]

a Non omnis tamẽ dolus improbatur, ut ex Pandectarum lib. 4. tit. 3. de dolo malo, uidere est. Vbi I. C. Seruius, dolũ malum definis esse machinationẽ quãdã, alterius decipiendi caussa, cum aliud simulatur, aliud agitur: Labeo uero posse sine simulatione agi, ut quis circumueniatur. Vide Cic. l. 1. & 3. Offic. b Decorum seruat, cum parum honestam sententiã elato iuueni, & prae nimio amore non satis mentis compoti tribuit.
c A facili. d Comas, & cristas habentem. Eterosis generis.
e Graecum. Argiuos porro dictos putant ab Argo, Apidis & Niobes filio.
f Multi hic distinguunt: ut sit, Ego Aeneas. Vide Donat. g Haud fauente nobis numine; ut Don. in Ter. innuit. Ser. Dijs contrarijs, exponit. Alia expositio apud eundem, & alia apud Donatum. h Tenebrosam, per Metalepsim. i Hom. Il. 3. K Significanter ait, Demittere; nã & Demittere neci, legitur. Allusum opinor ad illud Hom. Il. 1. in prin. πολλὰς ἡρώων ψυχὰς ἀϊδι προΐαψεν. l Orcum, amnem apud inferos eße crediderunt, eũdẽ cũ Styge; sic appellatum, ἀπὸ τοῦ ὅρκου. quod per eum iurare dij soleant. Alij, ab urgendo, deductum uolunt. m Prolepsis.
n Sub. sibi. Ser. o Hom. in Il. 84 129. Clausula est exclamatione perpolita, in superuacaneum humanae uirtutis laborem, si deum habeas iratum. p Res noua ex insecutae cladis occasione nata, Choroebo certe, si cuiquam alij, ualde ingrata. q Pathos ab indignitate rei, & actionis.
r Pathos ab habitu corporis, Vide Macr. Sat. l. 4. c. 2.
s Pathos, a genere, & stirpe.
t Nondum nupta.

a Pathos, a loco.
b Filia Priami, uates Apollinis, numinis plena.
c Amplificat affectus; ex penitissimis Mineruae adytis; quod plus est, quam e templo raptatam trahere.

Crinibus a tẽplo [a] Cassandra, [b] adytisq. [c] Mineruae,
Ad caelum tendens [d] ardentia lumina [e] frustra:
Lumina: nam teneras arcebant uincula [f] palmas.
Non [g] tulit hanc speciem [h] furiata mẽte Choroebus,
Et sese medium iniecit moriturus [i] in agmen.
Consequimur cuncti, et densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur, [k] oriturq. miserrima caedes.
Armorum facie, & Graiarum errore [l] iubarum.
Tum Danai gemitu, atque ereptae uirginis ira,
Vndique collecti inuadunt, acerrimus [m] Aiax,
Et gemini Atridae, [n] Dolopumq. [o] exercitus omnis.
Aduersi rupto ceu quondam [p] turbine [q] uenti

d Pathos, a gestibus, e Oculos ira doloreq. agitatos. Anaphora est, ad caussam attexendam. f Manus: Teneras, addit, ut, a qualitate, affectus moueat. g Impatieniis amoris exemplum in Choroebo depingit, pro sponsa sua se certissimae neci offerente.
h Hoc spectaculum.
i Neglecta uita. refertur enim ad affectum dimicantis.
K Metaphora, a fossis, quae propria terra iniecta obruuntur. Estq. dyastole in caesura. l Cristatarum galearum; nam iubae sunt proprie leonum, equorum, & similium, a collo dependentes crines, Graecis χαῖται, dicuntur.
m Oileum intel. nam Telamonius ante excidium Troianum sibi necem consciuerat.
n Agamemnon, & Menelaus, Atrei filij, per antonomasiam.
o Quorum dux erat Pyrrhus.
p Aliquando, ut paullo supra etiam: Quondam etiam uictis re. in prin. uirtus.
q Pereleganter, atque erudite. est enim turbo uentus, qui uehementi & quasi profundiore specu depressae nubis erumpit; sed haud perinde alto, atque procella: uerum cum fragore maiori, quo etiam proxima quaeque secum abripit. Idem, ut ait Plin. & Aristotel. cum ardentior ac incensus furit, Prestes uocatur.

Confli-

Confligunt, Zephyrusq.[a], *Notusq.*[b], *et laetus*[c] *eois*
Eurus equis: stridunt[d] *siluae, saeuitq. tridenti*
Spumeus, atque imo Nereus ciet[e] *aequora fundo.*
Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram
Fudimus insidijs, totaq. agitauimus urbe,
Apparent: primi clypeos, mentitaq.[f] *tela*
Agnoscunt, atque ora[g] *sono discordia signant.*
Ilicet[h] *obruimur numero: primusq. Choroebus*
Penelei[i] *dextra diuae armipotentis*[k] *ad aram*
Procumbit. cadit & Ripheus; iustissimus[l] *unus*
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus aequi:
Dijs aliter[m] *uisum. pereunt Hypanisq., Dymasq.,*
Confixi a socijs: nec te[n] *tua plurima*[o] *Panthu*
Labentem pietas, nec Apollinis infula[p] *texit.*[q]

a *Aduersus uentos inter se ex diametro pugnãtes, Ennius l. XVII signat Eurum, & Zephyrum.*
b *Homer. Il. 92.*
c *Nam ab ortu spirat.*
d *Translatio, et enallage coniugation. nam Stridere, proprie dicuntur, ianuarum agitatarum cardines.* e *Qui a poetis fingitur marinus deus; a quo Nereides, Doridis, et Nerei filiae.* f *Simulata; quae nos esse Graecos mentiebantur.* g *Linguae Graecae.* h *Ostensurus, quam sit uaria Martis alea, primo successui subijcit horrendam suorum cladem. Fest. Pomp. exp. Ilicet, sine dubio: alij, a iudicio sumptum uolunt: ut, Actum est, a iure; &, Perijsti, a supplicio. quibus gradatim extrema desperatio significatur. Atque haud scio, an eo hic respexerit poeta, cum uellet res desperatas significare. Ilicet porro deductum uolunt, ab Ire, & Licet.* i *Miserabilem iuuenis casum, gboriae aliqua portione pensat, dum cum non gregarij cuiusdam manu, sed Penelei, quinque ducũ Boeotiorum principis.* K *Armipotentem uocat Mineruã, Homeri exemplo, qui fere cuique rei suum epitheton addere solet.* l *Pathos, a iustitia, & aequitate.* m *Rerum humanarum subitam mutationem dijs adscribit, iuxta Graecum prouerb. quo, cum deo quemque flere, & ridere admonemnr.* n *Pathos, per auersionem, a pio, & religioso habitu.*
o *Vocatiuus Graecus, ut supra monui.*
p *Infula proprie est fascia, ĩ diadematis formã ita cõcinnata, ut utrimq. uittae dependeant. Alij autumant, candida esse filamenta, quibus diuorum templa exornabantur. Festo, sacerdotum filamenta.*
q *Pro, Protexit: simplex pro composito.*

Iliaci [a] cineres, & flamma extrema meorum,
Testor, [b] in occasu uestro nec tela, nec ullas
Vitauisse uices [c] Danaum, & , si fata fuissent
Vt caderem, meruisse [d] manu. diuellimur [e] inde
Iphitus, & Pelias mecum: quorum Iphitus [f] aeuo
Iam grauior, Pelias & [g] uulnere tardus Vlyssi.
Protinus ad sedes [h] Priami clamore [i] uocati.
Hic uero ingentem pugnam; [k] ceu cetera nusquam
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe.
Sic Martem indomitũ, [l] Danaosq. ad tecta ruentes
Cernimus, obsessumq. acta [m] testudine [n] limen. [o]
Haerent parietibus [p] scalae: postesq. [q] sub ipsos
Nituntur gradibus, clypeosq. ad tela sinistris
Protecti obijciunt, prensant fastigia [r] dextris.
Dardanidae contra, turres, ac tecta domorum
Culmina cõuellunt, (his se, quando ultima cernunt,

a Troiani.
b Per obtestationem proditionis ab Aenea remouet.
c Id est, nõ uitasse pericula, ne uulnerans aut interficiens Danaos, uicissim uulnerarer, aut interficerer ab illis.
d Dimicasse, pugnasse. Pomp.
e Prolepsis.

f Epanodos, quam nostri Regressionem uocant, teste Quinctil. lib. 9. c. 3.
g Etiam uuln. tard. non solum senectute. h Regiam. i Expugnantium defendentiumq. arcem. K Homer. Il. 172.
l Homer. Il. 175.
m Facta testudine. Tur. At Ser. applicata intelligit, de machina.
n Milites hostium moenia disiecturi, ita accedunt, ut ex ligno tegumentum sibi parent; quo, saxa & tela deorsum deuoluta deuitent: atque id, a similitudine testudinem uocant. Lam. Hort. uide l. 2. de bel. ciuil. in pr. & l. v. de Bel. Gal. Comment. Iul. Caes. Veget. l. 4. c. 14.
o Fores, aut portam, per synecdochen.
p Proceleusmaticus, pro dactylo.
q Hypotyposis oppugnantium, & defendentium regiam.
r Proprie Fastigia sunt summitates aedificiorum, hoc est, ea quae perfecto demum aedificio ab aedificatoribus solent imponi. Hinc paroemia, Fastigium summum imponere, pro eo, quod est, rem omnibus suis partibus absoluere: quemadmodum Fundamentum iacere; pro, primum opus instituere. Itaque, ut poeta extremam tecti summitatem significari ostendat, addit, Culmine, ut etiam paullo infra.

Extrema iam in morte parant defendere telis)
Auratasq.[a] trabes, ueterum decora[b] alta parentū;
Deuoluunt. alij strictis mucronibus [c] imas
Obsedere fores: has seruant agmine denso.
Instaurati [d] animi regis succurrere [e] tectis,
Auxilioq. leuare uiros, uimq. addere uictis.
Limen [f] erat, caecaeq. [g] fores, & peruius usus
Tectorum inter se Priami, postesq. relicti
A tergo: infelix qua se, dum regna manebant,
Saepius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros,[h] et auo puerū Astyanacta[i] trahebat.[k]
Euado [l] ad summi fastigia culminis, unde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
Turrim[m] in praecipiti[n] stantē,[o] summisq. sub[p] astra

a Pathos a pretio. Vbi enim in uitae discrimen uentū est, pretiosissima quaeque uilescunt. b Appositio. c Gladijs, ensibusq. d Quasi antea defecissent. Instaurare porro renouare uocant grāmatici, quasi instar alterius facere, quoties aliquid pristinae formae nitoriue restituitur. Ead. forma prius dixit: Proelia instaurata reuisam. e Homer. Il.70. f Amplificatio narrationis, a descriptione occulti ostioli, per quod Andromache, sine ullo pedissequarū strepitu ad regē & reginam transire consueuerat. atq. hoc se euasisse Aeneas per summū tectum, dicit. g quia paucis notae: ideo caecae. h Per syllepsin, ait, Soceros; cum Priamū & Hecubā intelligat. i Hectoris, & Andromaches filiū; quē Homer. Scamādriū appellat, etsi ab alijs Astyanax ἀπὸ τοῦ ἄστυ καὶ ἀνάσσειν quod unus Hector Ilium seruaret. Tradunt autē reliqui scriptores, hunc a Graecis capta Troia e muro, aut (ut alijs uisum est) e turri praecipitem datum fuisse. K ut supra: Paruūq. nepotem Ipse trahit. l E medijs hostibus elapsus, peruenio quo intenderam. m Extremū conatum Troianor. ostē surus, in defensione Ilij, amplificat narrationem a descriptione turris, quam undiq. dissolutā deorsum in subiecta hostiū agmina praecipitabāt. n Praeceps id dicitur, quod altū quidē & praeruptū est, sed sine iugis aut collibus erectum. Accipitur & pro festino, metaphorice, pro inconsiderato et incōsulto. Hanc autē habet sententiā: Turrim ab ea parte, ubi paries, propter foramina, quibus trabium extrema capita inserta erāt, inualidior uidebatur (illis n. tabulatum impositum sedebat) aggredimur dissoluere, &c. o Homer. Il.237. p Hyperbole est; sed miram altitudinem capit declarare.

Eductam

Eductam tectis, unde [a] omnis Troia uideri,
Et Danaum solitae [b] naues, & Achaica castra,
Aggressi ferro circum, qua summa [c] labantes
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus [d] altis
Sedibus, impulimusque: ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu [e] trahit, & Danaum super agmina late
Incidit. ast alij subeunt: nec saxa, [f] nec ullum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulũ [g] ante ipsum, primoq. in limine [h] Pyrrhus
Exsultat, telis, & luce coruscus [i] ahena:

a Confirmat altitudinis summae fuisse, ab usu.

b Zeugma.

c Extrema. S.

d Versus rei accommodatissimi; ita ut uidere rem, non legere tantum censeri quis possit.

e Quem edebat, cum moueretur.

f Zeugma.

g Vestibulum, locus est tectus, & conclusus ante aedes, quo aduersus tempestatis iniurias, ab itinere ad fores aditus fit; a stando appellatum. nam antiquitus, qui aedes luculentiores aedificabant, locum uacuum ante ianuam relinquere solebant, qui inter fores domus & uiam medius esset. In eo, qui domus principem salutatum ueniebant, antequam admitterentur, eum aliquandiu opperiebantur; sed tamen neque intra aedes stabant, neque in uia, sed in domus uestibulo.

h Hic, a quibusdam, Achillis ex Iphigenia filius, dicitur; natus statim post uictimam illam in Aulide Boeotiae, uel, ut Pindar. in Eurypo. Notum enim, quod Diana, Iphigeniae miserta, in eius locum arietem substituerit. Sed hoc non est uerisimile. Malo, cum Tryphiodoro & Lycophrone, Achillis filium ex Deidamia Lycomedis filia, cum existimare. Nam hoc plurium testimonio scriptorum, maioriq. ratione nititur. Hunc Lycophron σκυρίου δράκοντα, appellat, quod caedibus, sanguineq. gauderet. De eo tradunt oraculum redditum, nisi ille ex Scyro ad Troiam accerseretur, numquam Troiam expugnatum iri: sin forte, ad expugnationem omnia facilia fore. Accersitus ergo, cum patria arma ei delata essent, sibi ea deberi pertinacissime negauit, & proprijs armis pugnare maluit.

i Fulgore armorum aereorum. Sed Aes, pro ferro, ut, Ardentesq. clat atque aera mic. cerno. Vide Gel. lib. VI. c. 5.

Qualis

Qualis [a] ubi in lucē coluber [b] mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exsuuijs, nitidusq. iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga,
Arduus ad solem, & linguis micat ore [c] trisulcis.
Vna ingens Periphas, [d] et equorū agitator Achillis
Armiger Autumedon. una omnis Scyria [e] pubes [f]
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postesq. a cardine uellit
Aeratos: [g] iamq., excisa trabe, firma [h] cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore [i] fenestram.
Apparet [k] domus intus, & atria longa patescun:
Apparent Priami, et ueterum penetralia regum.
Armatosq. uident stantes in limine primo.

a Hom. Il. 240. uide Macr. Sat. lib. 5. c. 5.

b Comparatio a serpentis natura ducta, qui singulis annis (autumno & uere) pelle bis exsutus, uiridi iuuentæ nouus apparet, ac reiuuenescit. id quod omnibus paene id genus animantibus accidere putatur, quae molli cute teguntur, ut lacertis, uiperis, stellionibus. Serpenti autem primum ab oculis pellis decidere incipit: quocirca, qui rem non intelligunt, eundem occaecari arbitrantur. Nicander auctor est, hieme per frigus & glaciem caecos fieri, rursus uero maratho, quod feniculum nostri uocant, gustato, acumen uisus ijs restitui. Quod cum Hortens. per Mala gramina notari existimo. Latius uide Pli. l. 20. c. 23. & Nicandri interpretem.

c Nam tum uelociter linguam mouent serpentes, ut triplicem eam habere uideantur.

d Ochesij filius, Aetolorum princeps, qui Palladis beneficio Orei galero tectus, Martis iniuriam in proelio euasit: quocirca eum Homer. Il. lib. V. inter illos connumerat, qui periclitabantur, ne in pugna interirent.

e A Scyro insula, una de Cycladibus.

f Proprie, genitalium lanugo est; per translationem, ad primam iuuentutem refertur.

g Vim Pyrrhi amplificat. h Perforauit.

i Tapinosis est, in Fenestram; quam suo more epitheto sublenat.

K Metaphora.

At

At domus [a] *interior gemitu, miseroq.* [b] *tumultu*
Miscetur: penitusq. cauae [c] *plangoribus* [d] *aedes*
Femineis ululant: [e] *ferit aurea sidera* [f] *clamor.*
Tum pauidae tectis matres ingentibus [g] *errant,*
Amplexaeq. tenent [h] *postes,* [i] *atq. oscula figunt.* [k]
Instat [l] *ui patria* [m] *Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi*
Custodes sufferre ualent: labat [n] *ariete* [o] *crebro*
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
Fit uia [p] *ui: rumpunt aditus, primosq. trucidant*
Immissi Danai, & late loca milite complent.
Non sic, [q] *aggeribus ruptis cum spumeus amnis*
Exijt, oppositasq. euicit gurgite moles, [r]

a *Ex Ennio de excidio Albano.* b *Proprie tumultus est ingẽs perturbatio, et quidem tanta, ut subinde maior ac maior inde oriatur. Cice. 8. Phil. ostendit ueteres tumultum Italicum, quod domesticus esset; & Gallicum, quod Italiae finitimus esset, tantum dixisse, neque praeterea ullum alium nominasse. Et tumultum esse, quam bellum, grauius, argumento probat: quod bello Gallico uacationes ualeant, tumultu uero minime. Haec porro tumultus significatio, si qua alia, Liuij certe lectione dilucidior euadet.* c *camerata tecta, H. St. Cauaedium intelligit, quod post atrium erat. Post Tur. ex Var. & Vitr.* d *plangor, & planctus, proprie est, immoderatus fletus, cum corporis agitatione.* e *Lugubrem uicem edunt, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, ululare; quod nonnulli ulularum, alij luporum esse arbitrantur.* f Hyperbolica locutio. g *sine ordine uagantur, sparsim quemadmodum pecudes inter pascendum diuagantur. Quare pro pasci frequenter etiam usurpatur; Metaphorice pro delinquere & a uero tramite abesse.* h *Pathos ab gestib.* i *Dictum ex Rom. more, tribuentium aliquid relig. post. & liminib. T.* K *Ex Apollon. Argon ubi etiam Medea, patriam relinquens, postibus oscula figit.* l Homer. Il. 135. m *A parentis uirtute Pyrrhi uim amplificat.* n *Verbum emphaticum; pro, momento in terram sternitur.* o *Proceleusmaticus est. Aries autem bellicum instrumentum est, cuius impulsu muri diruuntur. Intrinsecus habebat trabem praefixam adunco ferro, ad lapides e muro extrahendos. Itaque a ferro capiti praefixo, uel a similitudine capitis arietini, Aries uocabatur; uel, quod dura fronte, arietum more, ad subruendos muros retrocedens uehementius cum impetu feriret.* p *Grauis, & rei praecipiti accommodata compositio.* q *Homer. Il. 49. 122. uide Macrob. lib. 5. c. 5.* r *Aggeres.*

Fertur

Fertur in arua furens cumulo, cãposq. per omnes
Cum stabulis armenta trahit. uidi ipse furentem
Caede Neoptolemũ,[a] geminosq. in limine Atridas:
Vidi[b] Hecubã, centũq.[c] nurus, Priamũq. per[d] aras,
Sanguine foedantẽ, quos ipse[e] sacrauerat, [f] ignes.
Quinquaginta[g] illi thalami,[h] spes tanta nepotum,
Barbarico[i] postes auro, spolijsq.[k] superbi
Procubuere: tenent Danai, qua deficit ignis.
Forsitan,[l] & Priami fuerint quae fata, requiras.
Vrbis ubi captae casum, conuulsaq. uidit
Limina tectorũ, & mediũ[m] in penetralibus hostẽ:
Arma diu senior desueta trementibus aeuo
Circũdat nequidquam humeris, & inutile[n] ferrum
Cingitur ac densos fertur moriturus in hostes.
Aedibus[o] in medijs, nudoq.[p] sub aetheris axe

a Pyrrhũ.
b ut fidem auditorum sibi conciliet, a testimonio suo confirmat narrationẽ.
c numerus certus pro incerto ponitur.
d Pathos a loco sacro qui miseris in periculis asyli loco esse cõsueuit.
e Emphasis.
f Quod in ara Hercei Iouis, ad quã Priamus occisus est, fuisset sacratus ignis peruigil & perpetuus.
g sic & Homer. Il. XXIIII. πεντήκοντα ἔνεσαν θάλαμοι &c. Et Il. l. VI. Higynus autem recenset 54. Priami liberos; quorum nomina hic omitto, quod longior esse non possim. Alij; 51. numerant. Sunt tamen non indocti scriptores, qui affirmare nõ uerentur; quinque tantum Priamo filios fuisse; tres uero filias. Quinctus Calaber addit Tesiphonum, quem aliorum nemo recenset.
h Cubicula, ubi maritus cum uxore cubat.
i Phrygio, seu Asiatico, est autem pathos a materia, egregiaq. magnificentiae regiae amplificatio.
K uisendi & admirandi spolijs hostibus ademptis.
l occupatione transit ad exitum uere tragicum Priami; & describit animum eius uere regium & generosum, quamuis senecta iam debilitatum, uiribus carentem; qui rebus deploratis adhuc tamen in hostem se armat, ut armatus decore moriatur.
m in medijs aedibus.
n Quo frustra unus usurus erat.
o Topographia a loci religione, & illi adiuncta lauro, quam & ipsam ab antiquitate commendat; nam apud priscos mortales & arboribus sua inesse religio putabatur.
p sub diuo, quod Impluuium dicitur.

Ingens ara [a] fuit, iuxtaq. ueterrima [b] laurus,
Incumbens arae, atq. umbra complexa [c] penates.
Hic Hecuba,[d] et natae nequidquam altaria[e] circũ,
Praeciuites atra ceu tempestate [f] columbae,
Cõdẽsae,[g] et diuũ amplexae [h] simulacra [i] tenebãt.[k]
Ipsum autem sumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt uidit, [l] Quae [m] mẽs tã dira,[n] miserrime coniux,
Impulit his cingi telis? aut quo ruis, inquit?
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tẽpus eget; non,[o] si ipse [p] meus nũc afforet Hector.
Huc [q] tandem concede, haec ara tuebitur omnes:
Aut moriere simul. Sic ore [r] effata, recepit
Ad sese, & sacra longaeuum [s] in sede locauit.

a Iouis Hercei: ita dicta, quod undique muro saepta, munitaq. esset ἀπὸ τῦ ἕρκου, id est saeptum.
b Quã tradunt scriptores in medio atrij Priami fuisse, & arte mathematica factam, stipitemq. eius ex puro & puto auro fuisse XII. cubitorum. In summo diffundebat se in ramos, qui totum atrium tegebant. Flores, rami, & folia eius, partim ex auro, partim ex argento erant; & inter gemmas fructus radiabant. Hanc Vlysses & Diomedes, uel (ut alij) Palamedes, legati ad Helenam repetendam missi ad stuporem usque admirati dicuntur.
c Deos domesticos. d Ratae se religionis beneficio ad hanc aram tutas futuras, huc omnes, tamquam ad Asylum, confugerunt. Sed in bello nulli parcitur loco: neque sacri, neque profani habetur uel discrimen, uel ratio. Quare bene subiungit, Nequidquam. e Anastrophe, & pathos a loco. f Amplificatio a comparatione.
g Turmatim collectae, columbarum instar.
h Hoc Aeschylo est βρετέων ἔχεσθαι.
i Tutas se fore ratae ab hostili iniuria loci sacri relligione.
K Alias, Sedebant.
l Sub. Hecuba, sic locuta est. m Principium dehortationis ab amentis consilij reprehensione. n Proprie: quasi, Deorum ira, infusa.
o Fabric. in lib. de Syntax. Graeca, leg. Tempus eget non, ut sint duae negationes coniunctae imitatione Graeca, magisq. negent.
p Amplificat a maiori, adducta comparatione ab impossibili.
q Complexio, qua hortatur uirum ad tutius & sanius consilium.
r Pleonasmus. s Pathos, ab aetate.

Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede [a] Polytes,
Vnus natorum Priami, per tela, [b] per hostes
Porticibus longis fugit, & uacua atria [c] lustrat
Saucius. illum ardens [d] infesto uulnere [e] Pyrrhus
Insequitur, iamiamq. [f] manu tenet, & premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit, [g] & ora parentum,
Concidit, ac multo uitam [h] cum sanguine [i] fudit.
Hic Priamus, [k] quãquã in media [l] iã morte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec uoci, iraeq. pepercit.
At tibi [m] pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Dÿ, [n] si qua est caelo pietas, quae talia curet,
Persoluant grates dignas, & praemia reddant
Debita, qui nati [o] coram me cernere letum

a Casum regis memoraturus, eius occasionem, ad Polyten filiũ refert. Hic enim cũ Pyrrho cõmissus, accepto uulnere aegre dilapsus fugit, donec insequente hoste sursũ deorsum per regiam agitatus, ad aram, & parentes perueniret, in quorum conspectu concidit. Proditum quoque historijs est, hunc Polyten, pedum uelocitati confisum, speculatorem in acie, a Troianis, ad Polychiam Troiae opidulum, accepto classis hostium accessu, collocatum. b Endyadis, pro, Per tela hostilia.
c Circumspectat: ut l. 8. Totum lustrabat lumine corpus.
d Concitato ad cedendum spiritu ita insequitur, ut calcem fugientis premat, aut hasta assequatur. e Pro telo posuit. f Hypotyposis instantis Pyrrhi, ac iam prope praehensantis. g Cum difficultate tandem in conspectum parentum fuga uenit. h Mortuus est in ipso casu. i Respicit ad illam opinionem, qui animae sedem in sanguine esse putant. Alibi etiã eorum tangit opinionem, qui animam nil aliud quã sanguineam esse putarunt: ut, Purpuream uomit ille animam. K Inuictissimi animi regem, etiam desperatis rebus, describit: quem neque filÿ mors praesens, neque ineuitabile fatum, quod ob oculos cernebat, deterruit, quo minus libero spiritu, cum ferocissimo eodemq. uictore hoste de impietatis nota expostularet.
l Manifeste. S. quasi dicat, Quamquam ante oculos certam habeat mortẽ.
m Patheticae orationis exordium abruptum est. n Diuos impietatis ultores inuocat, ne tam nefarium facinus inultum relinquant. Respexit ad iustam uindictam, quae illum iam domum reuersum secuta fuit: cum enim Delphis sacrificabat Apollini, ab Oreste ante aram ob interceptam coniugẽ, oppressus est. De quo plura in lib. 3. dicentur. o Caussa, cur praemia digna imprecetur; Pathosq. a relatione filÿ & patris.

Fecisti,

Fecisti, [a] & patrios foedasti funere uultus.
At non [b] ille, satum quo te mentiris, Achilles [c]
Talis in hoste [d] fuit Priamo, sed [e] iura [f] fidemq. [g]
Supplicis erubuit, [h] corpusq. exsangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, meq. in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telumq. imbelle [i] sine ictu [k]
Coniecit: rauco quod protinus aere [l] repulsum,
Et summo clypei nequidquã [m] umbone [n] pependit. [o]
Cui Pyrrhus: Referes [p] ergo haec, & nuncius ibis
Pelidae [q] genitori: illi [r] mea tristia [s] facta,
Degeneremq. [t] Neptolemum narrare memento.

a Graecus loquẽdi mos a Latinis scriptoribus eleganter interdum usurpatus; ita tamen, ut saepe, ob ignorationẽ ab huiusmodi locutionis inscijs loci deprauati fuerint. Quo de genere loquendi plura dicta sunt in scholijs ad Sallustij Fragmenta. Ne tamen lectorem fraudemus, hic quoque apponamus praecipua quaedam loca. Tibullus, lib.1. eleg.2. Securum in tenebris me facit esse Venus. Et Caecilius, apud Gell. lib.2. cap.23. Ferre ita me uxor forma, & factis facit. Cicero in Lucullo: Erant, qui illum gloriae caussa facerent sperare, &c. b Ab exemplo contrario. acerba exprobratio degeneris, atq. impiae indolis, a dissimilib. moribus, et ingenio Achillis. hac cõuincit eũ istoc patre nõ esse propugnatũ, qui multo aduersum se, etiã tum hostẽ, clementior extitisset. c Hom. Il. 174. Increpat eũ a dissimilitudine paternae uirtutis. Citat hũc locũ Quinctil. l.V. c. de exemplis. d Enallage personae; pro, in me. Casus etiã mutatio est, pro, in hostẽ. e Comparat, in simili prope caussa patris ac filij indolẽ. Pater. n. inter alios Hectorẽ & Troilum; filius Politen, occidit; sed nõ tã crudeliter. f Ne hostis ab hoste uiolarer. g Fidẽ pacis ad redimendũ datae. Hom. l. ult. Il. h Quod rex canis & senecta uenerandus, ex urbe in tentoriũ suũ, filij corpus auro redẽpturus, per hostiũ castra, Mercurio duce, descenderet; at te, Pyrrhe, filium eius, nil puduit natũ in conspectu patris trucidare. i Inutile, sine ui, quasi imbecille, infirmũ, ac sine uiribus. Alioqui etiã timidũ, et ignauũ notat. K Sine uiribus, ac uulnere. l Scuto aereo, aut clypeo; figurate materiam pro re posuit. m Frustra, sine effectu: quod, neq. penetrarit, neq. uulnus fecerit. n In media clypei parte; quae proprie Vmbo dicitur; unde Vmbilicus, cuiuslibet rei mediũ. o Id est, adhaesit umboni minime penetrans. p Sarcasmos. q Antonomasia, & Appositio. r Hic, Illi, Donat. legit; ut sit aduerb. pro, Illic. s Tristitiã illi allatura. t Non respondentẽ moribus patrijs.

Nunc

Nũc morere . haec dicẽs, altaria [a] ad ipsa trementẽ
Traxit, & in multo lapsantem [b] sanguine nati:
Implicuitq. [c] comam laeua, dextraq. coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Haec finis Priami fatorum. hic exitus illum
Sorte tulit, Troiã incensam, [d] & prolapsa uidentẽ
Pergama, tot quondã [e] populis, terrisq. [f] superbũ
Regnatorem [g] Asiae: iacet [h] ingẽs litore [i] truncus,
Auulsũq. [k] humeris caput, et sine nomine [l] corpus.
At me tum primum [m] saeuus circumstetit horror.
Obstupui: subijt [n] cari genitoris imago,
Vt regem [o] aequaeuum crudeli uulnere uidi
Vitam exhalantem: subijt deserta Creusa,
Et direpta domus, & parui casus [p] Iuli.
Respicio, &, quae sit me [q] circum [r] copia, lustro.

a Pathos a loco. b Pathos, a filij relatione. c A rei indignitate. d Concitat affectus a miserabili rerum spectaculo, potentia, opibus, et amplitudine imperij. e A fortunae mutatione. Vide Macr. l. 4. c.2. f Clarũ, ac potentẽ. g Imperauerat Phrygiae, & Mygdoniae. ideo regnator Asiae uocatur, per synecdoch. h Vtrãque opinionem hic tuetur poeta; & eorum, qui Priamum ad Hercaei Iouis aram caesum affirmant; & eorum, qui eum e regia in Sigaeum promontorium, ubi Achillis sepulcrum erat, a Pyrrho raptatum, & obtruncatum ferunt. Communis tamen opinio est, eum ad aram Hercaei Iouis a Pyrrho occisum. i Respicit ad Pompeij interitum, qui in Aegyptum fugiens, ab Achilla praefecto, interfectus, ac absciso capite in maris litore, sepulturae honore destitutus iacuit. K Non quod reuera Priamo abscissum fuerit caput, (auctor. n. est Cic. in Tusc. q. Priamum, cum in aram confugisset, ab hostili manu gladio confossum) sed quod alludere uelit poeta ad casum Pompeij, ut iamiam monui. ex Ser. eiusq. defensore Florido l. 1. c. x. succisiuarum lection. l Expolitiones synonimiae ad iterandos affectus. m Bonus imperator nõ nisi ex summa necessitate cedere debet; quare hic τὸ πρέπον seruat. n Homiopathia, ac transitio a publicae calamitatis ratione ad priuatam, adeoq. domesticam curam & sollicitudinem: qua in re nominatim pietatem suã ergapatriã, parentẽ, uxorẽ, liberosq. ostendit. o Hypotyposis per elegans. p Pathos, a puerili aetate. notat Macr. l. 4. q De exercitu loquitur. pro eo, quod est, Quae copiae militũ, quantus numerus armatorũ. r Anastrophe.

Deseruere omnes defessi; & corpora saltu
Ad terram misere, aut ignibus aegra dedere.

Iamq.[a] *adeo super*[b] *unus eram, cũ limina*[c] *Vestae*
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida[d] *adspicio. dant clara incendia lucem*
Erranti, passimq. oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi[e] *infestos euersa ob Pergama Teucros,*
Et poenas Danaum, & deserti coniugis iras
Permetuens, Troiae, et patriae cõmunis[f] *Erynnis,*
Abdiderat sese, atque aris[g] *inuisa sedebat.*
Exarsere[h] *ignes animo: subit ira,*[i] *cadentem*
Vlcisci patriam, & sceleratas[k] *sumere poenas.*
Scilicet[l] *haec Spartã*[m] *incolumis, patriasq.*[n] *Myce-*
Adspiciet? partoq. ibit regina[o] *triumpho?*[p] *(nas*

a *Duo & uiginti uersus sequentes, his duabus lineis ĩclusi; quod cum Deiphobi uerbis l. 8. pugnare uiderentur, a Varro, & Tucca sublati credũtur. Ego tamen, quod sine ijs, trũca quodãmodo esset sententia, aliquidq. omnino desiderari uideretur, non duxi omittẽdos esse. Nec tamen ignoro, quam prolixe de ijs Fran. Collensis disputauerit. Vide Erythraeum. Quattuor omnino uet. l. inspexi, qui eos amittunt.*
b *Tmesis: pro, Supereram.* c *Hom. Il. 121.* d *Helenam, per Antonomasiam.* e *Caussa erroris hopotyposi perturbati animi expressa. Estq. hoc ipsum uerisimile: quippe cum nusquam, neq. apud Troianos, neq. apud Graecos illi locus esse uideretur, minime mirum fuit, si in ara, ceu asylo tuto, abdita se contineret.* f *Auxesis, & appositio.* g *In aris. Quas autem ueteres existimarint aras, explicat Macrob. ex uetust. scriptoribus.*
h *Periphrastice, accidentibus iram describit, ob caussas, quas subiungit.*
i *Quae est sanguinis ardor circa cor. Recruduit autem in Aenea ira, quae belli diuturnitate consenuerat, ob patriae excidium, & conspectum Helenae delitescentis.* K *De illa scelerata: Vel sceleris poenas. Expolitio est.*
l *A fictione personae suae, cui orationem deliberatiuam affingit, uelit ne poenas de Helena sumere, nec ne. Principium abruptum est, uehemens, & concitatissimum, ab indigno ductum: quo a circumstantijs, urbis calamitatem, cum Helenae felicitate componit, quae eius auctor, & caput esse dicebatur.* m *Lacedaemonem.* n *Non suam, sed Menelai mariti sui patriam.* o *Tamquam regina: ut aliquoties supra.*
p *Quasi, de nobis uictis.*

Coniu-

Coniugiumq., domumq., patres, natosq. uidebit,
Iliadum turba, & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties toties sudarit sanguine [d] litus?
Non ita. [b] namq., [c] etsi nullum memorabile nomē
Feminea in poena est, nec habet uictoria laudem,
Extinxisse [d] nefas: tamen [e] & sumpsisse [f] merētis
Laudabor poenas, animumq. [g] explesse iuuabit
Vltricis flammae, & cineres [h] satiasse meorum.
Talia iactabam, & furiata mente [i] ferebar:

Cum mihi se, non ante oculis tam clara, uidendam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam, qualisq. [k] uideri
Caelicolis, & quanta solet; dextraq. [l] prehensum
Continuit; [m] roseoq. haec insuper addidit ore.

a Perpetuae interrogationes coacervatae indignitatem rei exaggerant in deliberatione.
b Subiectione negat haec tanta commoda, taleq. triūphi speciem Helenen in patriam reportaturā.

c Per antiphoram tacitae cuidam obiectioni occurrit. d Auxesis.
e Quidam hunc uersum ita distinguunt, ut, Tamen, cum praecedentibus iungant: ego, quod alioqui ἐναντίαν uersus cōmonstret, cum sequentibus collocare malui, quod cuique sententiam eius penitius introspicienti, manifestum euadet. Dubitat enim secum Aeneas, atque adeo ratiocinatur, melius ne sit Helenam interimere, an uero intactam relinquere. Quod ne faciat, dehortatur sexus ratio; ex aduerso autem alia ratio, quod nimirum, ipsa huius belli caussa principalis existimaretur, interimendam suadet, soluitq. priorem quasi obiectionem, a meritis illius; factumq. suum a pietate erga ciues laudet; qui propter eam pugnando fato defuncti sunt.
f Genus pro, genere, pro, Meritas g An. ult. sl. quidam expon. Animum inflammatum ad ultionem. Alij, Expl. ult. sl. h Manes occisorum, per synecdoch. quos in sepulcris habitare persuasum erat, & hostiarum sanguine expleri. Quamuis, inquit, in feminam saeuire turpe est: pietatis tamen nomine laudabor, quod caesorum ciuium umbras hostium suorum sanguine expleuerim. i Extremū Aeneae periculū ostēdit Virg. quo, nisi auxilio diuino, expediri non potuerit. K Spectari a caelicol. nam maiores esse credebant habitu corporis deos, quā hoīes. Tur. ex Tranq. & Tacito. l Qua Helenae ictum minabatur. m Imitatus est locum Hom. l. 1. Il. de Achille furente in Menelaum.

Nate,[a] quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?
Non prius adspicies, ubi fessum aetate parentem
Liqueris Anchisen? superet[b] coniux ne Creusa,
Ascaniusq. puer? quos omnes undique Graiae
Circum errant acies, & ,ni mea cura resistat,[c]
Iam flāmae tulerint, inimicus & hauserit ensis.
Non[d] tibi Tyndaridis facies inuisa[e] Lacaenae,
Culpatus ue[f] Paris, uerum[g] in clementia[h] diuum
Has euertit opes, sternitq. a culmine Troiam.
Adspice.[i] (nāq. omnem, quae nūc obducta[k] tuenti
Mortales hebetat[l] uisus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu ne qua parentis
Iussa[m] time, neu praeceptis parere recusa)
Hic, ubi disiectas moles,[n] auulsaq.[o] saxis
Saxa uides, mistoq. undantem[p] puluere fumum;
Neptunus[q] muros, magnoq. emota tridenti

a Oratio Veneris, qua filium hortatur, ut pietatis potius quam irae aut uindictae ratio nē habeat. b superuiuat; superstes sit. c Nisi m.c. restitisset, iam fl. tulissent; uel per modum potentialem ut uocant grāmatici, pro Hausisse potuerint, tulisse, restitisse etc. d Hom. Il. 32. e Laconicae seu Spartanae, & Tyndari filiae. f Criminosus. Ser. g Fabric. hic anaphoricā quādā βεβαίωσιν cōstituit, quā ex uetustis lib. et Donati auctoritate astruit, hoc modo legendo: Diuū inclementia, diuū &c. Quae sane lectio maximā uim habet, nec displicere posset, ni Carp. exēplar, & quinque praeterea scripta alia, in uulgata hac lectione manerent. h Caussam Troiani excidij ab Helena in deos transfert. i Attētio ad cōfirmationē. Mutuatus est hūc locū ab Hom. Il. l. v. K Simplex pro Cōposito; intuēti & inspicienti. l Profecto ita se res habet: nisi enim caecitatis caligo, ac ignorantiae nubes, pectorib. excutiatur, inter uoluptates & uirtutes nihil magnopere dijudices. Sed mens erroris nebulam exsuta, diuinitusq. illustrata, diuinam prouidentiam & potentiam agnoscit, erroremq. suum tum demum intelligit. m ueretur, ne, imperanti sibi fugam, non pareat. Hom. Il. 129. n Quos uocet Molos, statim subijcit, saxa. s. saxis murorū auulsa. Amplificat aūt murorū ruinā a signis cōsequētib. nā ex ponderū latericiorū ruina, puluis ceu fumus in aerē surgit. o Anadiplosis, p ad undarum speciem in nubem se erigentem. q Hanc historiam uide apud Hellanic. Higyn. & Homer. Il. enarratorem.

Fundamen-

Fundamenta[a] *quatit, totamq. a ſedibus*[b] *urbem*
Eruit. hic, Iuno Scaeas[c] *ſaeuiſſima*[d] *portas*
Prima tenet, ſociumq. furens a nauibus agmen
Ferro accincta uocat.
Iam ſummas arces Tritonia,[e] *reſpice, Pallas*
Inſedit, nimbo effulgens, & Gorgone[f] *ſaeua.*
Ipſe pater Danais animos, uiresq. ſecundas
Sufficit;[g] *ipſe*[h] *deos*[i] *in Dardana*[k] *ſuſcitat arma.*
Eripe,[l] *nate, fugam, finemq. impone labori.*
Nuſquam abero, & tutũ patrio te limine[m] *ſiſtam.*
Dixerat, & ſpiſſis noctis ſe condidit umbris.
Apparent[n] *dirae*[o] *facies, inimicaq. Troiae*
Numina magna deum.
Tum uero[p] *omne mihi uiſum conſidere in ignes*
Ilium, & ex imo uerti[q] *Neptunia*[r] *Troia:*
Ac ueluti, ſummis antiquam in montibus[s] *ornũ*
Cum ferro acciſam, crebrisq. bipennibus inſtant
Eruere agricolae certatim; illa uſque minatur,

a Cenſebãt .n. Nept. tridẽte ſuo nõ ſolũ mare, ſed terrã ẽt mouere & labefactare: ſed & partes abrũpere. T. Iccirco aut Troiae muros a Nept. fingit dirui Virg.. quod durãte obſidione grauiſſimo terraemotu, (qui plerũque maritimas urbes ĩfeſtare ſolet) fuerint cõcuſſi, & euerſi. b *A fundamẽtis.* c *Circa has portas ingens certamen fuit, de corpore Achillis, teſte Homero.* d *quae fugam uetaret.* e *Cur Tritonia uocetur, ſupra explicaui h. l. 2. Nec dubijs ea ſigna dedit Tritonia monſtris. Fuſius uide Plin. l. 5. c. 4. & Il. Homer. 11x. enarratorem, Heſychiũ & Iſaacum Tzetzen.* f *capite Meduſae, quae Gorgon dicitur, & in clypeo Palladis erat. Vide Apollonij enarratorẽ l. 4. Argonau. & Pherecydis l 2. Heſiod. Theogon. Lycophronis interp. Fulgent. lib. 2. Mythologices, Herodot. & Diod. nã hic ſingulas aut fabulas aut hiſtorias adducere, noſtri inſtituti nõ eſt.* g *ſubminiſtrat, ἐπαρκεῖ.* h *Emphaſim habet: q. d. Iuppiter ipſe, qui omnib. aequus eſſe ſolet, odio proſequitur Troianos.* i *Neptunũ, Iunonẽ & Palladẽ.* K *Ad Dardani perfidiã aperte alludit.* l *cape celeriter.* m *Domo per ſynecdoch.* n *Reſpicit ad nubẽ, oculis detractã.* o *Horrendae & infeſtae.* p *iam nube oculis detracta, cuius uitio horum nihil adhuc uiderat, cũcta pateſcũt.* q *Euerti; ſimplex pro compoſ.* r *Epithetice; a Neptuno & Apolline muris cincta.* ſ *Vide Pli. l. 26. c. 27.*

Et tremefacta comam [a] concusso uertice nutat;
Vulneribus donec paullatim euicta, supremum
Congemuit, traxitq. iugis auulsa [b] ruinam.
Descẽdo, ac, ducẽte deo, [c] flãmam inter, [d] & hostes
Expedior: [e] dant tela locum, flammaeq. [f] recedunt.
Ast, ubi [g] iam patriae peruentum ad limina sedis,
Antiquasq. domos; genitor, quem tollere in altos
Optabam primum montes, primumq. petebam,
Abnegat excisa uitam producere [h] Troia,
Exsiliumq. pati. uos o, quibus integer [i] aeui
Sanguis, ait, solidaeq. suo [k] stant robore uires,
Vos [l] agitate fugam.
Me, si caelicolae uoluissent ducere uitam,
Has mihi seruassent sedes. satis una, superq.
Vidimus excidia, & captae superauimus [m] urbi.

a Ramos: per metaphor. ab animali ad nõ animal: ut etiã in Vulneribus, & Congemuit. b aliarum arborum. c Aduerte Deo, dictũ de dea: quod, quare maluerit, quam aliud, considera. Sũt, qui, Deus, in feminino genere, Graecũ esse dicãt. Sunt et alij, qui Virg. ad Cypriũ Veneris simulacrũ, respexisse tradant: ac proinde, quemadmodũ Aristoph. ἀφρόδιτον, Venerem uocat; sic eam hic Deum uocari. Addubitasse.n. ueteres, Macrobius l. 3. c. 7. & 8. auctor est, mas ne Venus, an femina fuerit. Qua de caussa, Cyprij, simulacrũ eius barbatum, ueste tamen muliebri, finxerũt; cui uiri, muliebri etiam ueste; mulieres autem uirili sacrificabant. Caluus etiam poeta, Venerem appellat Pollentem deum: & alibi Virg. Nec dextrae erranti deus abfuit. Apud Silium quoque, Deus, est feminine intrinsecus enunciatum. Pompon. Laet. Deo, exponit, pro Numine Veneris. d Anastrophe & Endyadis; pro, inter flam. hostiles. e Impeditus extrahor. Metaphora ab animalibus, quae pedib. laqueo aut tricis impeditis difficulter se euoluunt. f a me scilicet. g Transitio ad domesticã tragoediam: & primum quidẽ ad pietatem suam erga parentem Anchisen, quem humeris suis urbe cupiebat efferre. h Diutius ducere, extendere, in longum ducere. i Iuuenes intelligit Ser. quia non est integer sanguis in senibus: in quibus eum minui per aetatem, physici dicunt: unde illis tremor. K sine alterius auxilio, quo eget Anchises. S. l Principium, exhortatione ad fugam, constat; quã ab eorũ aetate confirmat, quae idonea est ad res magnas in posterum gerẽdas: cui opponit senium suum, quod corpore fracto, inutilis diutius uitae sit futurus. m superstites fuimus.

Sic, o sic positum [a] affati discedite corpus.
Ipse [b] manu mortem inueniã: miserebitur [c] hostis,
Exsuuiasq. [d] petet: facilis [e] iactura sepulcri est.
Iampridem inuisus diuis, & inutilis annos
Demoror, [f] ex quo me [g] diuũ pater, atq. hoĩum rex
Fulminis [h] afflauit uentis, & contigit igni.
Talia [i] perstabat memorans, fixusq. [k] manebat.
Nos contra [l] effusi [m] lacrymis: coniuxq. Creusa,
Ascaniusq. omnisq. [n] domus, ne uertere [o] secum
Cuncta pater, fatoq. urgenti incumbere uellet.
Abnegat, [p] incoeptoq., et sedibus [q] haeret in iisdẽ.

a id est, me hic, ut mortuum & iacẽtem, relinquite. T. Alludit ad priscorum morẽ; quo, ter Vale conclamabant, in moribundis: quod uitalis spiritus inclusus nõ raro fallere soleat. Quibus nil respondentibus, quasi desperatis rebus, tandem rogo corpus imponebatur. b Manu hostis inuen. mortem. S. Alij intel. Manu mea; & miserebitur hostis me ad hoc adiuuans: ut nimirum ad Catonis mortem uiolentam respexisse uideatur. c Prouerbial. e Suida deprompta locutio, cuius supra memini. Vide Chiliad. Adag. titulo, Quod uel ipse Momus probet. d ut hosti detracta spolia. e Oratio ab homine prudenti, sed in reb. desperatis mortem optante, profecta; plena praefracti spiritus obstinatiq. animi, sed φιλοπάτριδος. f Detineo, quos iamdudum ferro aut laqueo abruptos oportuit. Addit caussam, quod superis inuisus sit: & confirmat a signo, quod a Ioue fulmine tactus esset; cum nemo nisi inuisus & ob scelus, ab Ioue irato feriri soleat. g de Veneris cõcubitu gloriantem. h Expolitio. Fulmen nil aliud est, quã uẽtus igneus triũ siderum, qui in terras decidit; qualis plerumque carbonis crepitum antecedit. De huius ratione, multa Aristot. Seneca, Plin. & alij prodidere. Stoici, Epicurei, & ueteres philosophi mire dissentiunt circa fulminis rationem: tamen omnes quotquot sunt uentum esse fatentur. Persistit autem poeta in Metaphora, cum eum afflatum. i. flatu ac uento fulminis tactum dicit; id quod luculenter statim expolit, cum ait, Et contigit igni. i Talibus dictis perseuerabat in moriẽdi consilio. K obstinatus. metaphora in expolitione. l Diuisio, qua tragicam domestici luctus faciem exponit. m Hypallage; pro, Effusi in lacrymas: uel, Effusis lacrymis. n pro familia posuit: ut Cic. Att. Tota domus te salutat. Per metonymiã. o Euertere. Simplex, pro cõposito. p Constãtissime negat. q Decore fingit patrẽ Aeneae sedentẽ; quippe, senem decrepitum, & per aetatem inualidum; tum ẽt fulmine ictum.

Rursus in arma feror, mortemq. miserrimus opto.
Nā quod [a] *consilium, aut quae iā fortuna dabatur?*
Me ne [b] *efferre* [c] *pedem genitor* [d] *te posse* [e] *relicto*
Sperasti? tantumq. nefas [f] *patrio* [g] *excidit ore?*
Si nihil [h] *ex tanta superis placet urbe relinqui;*
Et sedet [i] *hoc animo; perituraeq. addere Troiae*
Teque, tuosq. iuuat: patet isti ianua leto:
Iāq. aderit [k] *multo Priami* [l] *de sanguine Pyrrhus;*
Natū [m] *ante ora patris,* [n] *patrē q obtrūcat ad aras.* [o]
Hoc [p] *erat, alma parens, quod me per tela, per ignes*
Eripis, ut medijs hostem in penetralibus, utque
Ascaniumq. [q], *patremq. meum, iuxtaq. Creusam,*
Alterum in alterius mactatos [r] *sanguine cernam?*

a *Quo consilio, quid tētarem, dubius eram: patre ne relicto reliquorum saluti consulerem, an cum eo omnes in praesens discrimen coniūcerem.*
b *Principium abruptum.*

c *Myosis est; nedum fugere.* d *Decorum seruans, patrem amanter, & pie obiurgat, de obfirmata pertinacia; facti turpitudine proposita; quod omnes in praesentem mortem, nullo suo commodo, aut salute, temere praecipitare, quam suorum incolumitati consulere malit.* e *Reiectio ab indecoro, & turpi. Hortatus fuerat Anchises suos ad fugam: sed quid aeque turpe, aut magis alienum ab officio filij, quam relicto ad caedem patre, fuga sibi & suis consulere?* f *Vt, te auctore, facinus illud nefarium a nobis, haud citra impietatis notam, in te perpetretur.* g *Cum potius sit boni patris, qualem te mihi esse existimo, filium, ad honestum, & pietatem exhortari.* h *Refutat superiorem patris ratiocinationem, minus apte conclusam; & infert; ne se quidem fugere debere.* i *Si sic stat sententia.* K *Reuertetur a caede Priami.* l *Terret eum ab exēplo Priami, & recentis caedis auctore, argumento sumpto a maiori.* m *Pathos, a persona sua.* n *A relatione; affectus uehementer ad mouendum accōmodatus.* o *A loco, ut perstet in exemplo Priami. Necessario autem hos affectus adhibet, quod nulla aeque argumenta efficacia sint ad obstinatum patris animum retundendum.* p *Alij,* Hocc' *erat. Est autē exornatio ad matrem Venerem. Ab rei indignitate argumentatur.* q *Gradatione rē mire amplificat: Cernam hostem in penetralibus, Ascaniū mactari, patrē trucidari, uxorē perimi, et hos in mutuo sanguine uolutari? ecquid his īdignius excogitari posset?* r *Atrocitate dictionis rei īdignitatē exaggerat.*

Arma[a] uiri ferte arma: uocat[b] lux[c] ultima uictos:
Reddite me[d] Danais: sinite instaurata reuisam
Proelia. numquam omnes hodie moriemur[e] inulti.
Hic[f] ferro accingor rursus, clypeoq. sinistram
Insertabam aptans, meq. extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa[g] pedes in limine coniux
Haerebat, paruumq. patri[h] tendebat[i] Iulum.
Si periturus abis; & nos rape in omnia[k] tecum:
Sin[l] aliquā expertus sumptis spem ponis in armis;
Hanc primum tutare domum. cui[m] paruus Iulus,
Cui pater, et coniux, quondam tua dicta, relinquor?
Talia uociferans gemitu tectum omne replebat:
Cum subitum,[n] dictuq. oritur mirabile[o] monstrū:
Namque manus inter, moestorumq. ora parentum,
Ecce leuis summo de uertice uisus Iuli
Fundere lumen apex,[p] tactuq. innoxia molli
Lambere[q] flāma comas, & circū tempora[r] pasci.
Nos pauidi trepidare[s] metu, crinemq. flagrantem

a Mixti pedes, uocisq. Arma, repetitio, mirū, quam elegā ter impetum concitati animi exprimant.
b Vocat ad mortem.
c Dies, per synecdochē. Porro sine peroratione abrumpitur oratio, id quod res trepida postulabat.
d Quibus me mater eripuit.

e Animi rebus desperatis concitati solatium magnum, uindicta est.
f Hom. Il. 70. g Pathos, a gestu uxoris, & aetate pueri. Facile. n. praeferocem spiritum a destinato, & praecipiti consilio auertunt uxores, sobolem patri obijcientes.
h Mihi, patri. i Obtendebat.
K In omnia pericula, in omnes casus.
l Hom. Il. 70. m Epitheto commendat aetatem.
n Occasionem memorat, quae fuit Anchisae oblata ad capessendam fugam, prodigium scilicet, unde deorum uoluntatem apprehendit. Colligunt nonnulli ex hoc loco, Anchisen uaticinandi, aut augurandi non imperitum fuisse: ut plurimis alijs exemplis clarius euadet.
o Prodigium. p Summitas pilei. S. Vide Val. Max. de Sulpitio.
q Leuiter tangere: metaphora est, ab animali ad non animal, s. ignem; ut & Pasci. r Crescere: attamen citra omnem pueri laesionem.
s Enallage modi; pro, Trepidabamus, excutiebamus, &c.

Excutere,

Excutere, [a] et sāctos [b] restinguere fontibus [c] ignes:
At pater Anchises oculos ad sidera laetus [d]
Extulit, & caelo [e] palmas cum uoce tetendit.
Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
Adspice [f] nos: hoc tantū: et si pietate [g] meremur,
Da deinde auxilium pater, atq. haec omina firma.
Vix ea fatus erat senior, subitoq. [h] fragore
Intonuit [i] laeuum, & caelo lapsa per umbras
Stella facem ducens [k] multa cum luce cucurrit.
Illam, summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idaea [l] claram se condere silua,

a Liu. l. 1. decad. 1. auctor. est idē accidisse Ser. Tullo, adhuc puero, dormientiq. ī regia; uerum cum quidam familiarium ignem excutere uellet, apportataq. ad restinguendam flammam aqua accurreret, ab regina retentum fuiße, sedatoq. tumultu moueri puerum uetuisse, donec sua sponte expergisceretur; mox, cum somno & flammam abiisse. Quam rem regina Tanaquil, regi Tarquino Prisco ita interpretata fuit: Illum puerum aliquando lumen & praesidium regiae futurum. quod & sic euenit. Ceterum in diuersa regni denunciatione, mirum cur hic ignis exstingui uoluerit, ille uero relinqui, donec sua sponte exstingueretur. Vide Plin. l. XXIIX. c. 2. b Inuiolabiles, castos. Macrobius, sacros exponit, quasi caelitus profectos. c Aqua; synecdochice. d Nam intelligebat omen, quod a dijs datum erat: quare eos precatur, ut firmum id esse uelint, quod significarunt. e Ad caelum, octauo casu: ut alibi, It clamor caelo. f Intuentes enim dij iuuant, & fauent. ut l. 1. Aen. Parce pio generi, & propius res adspice nostras. Vbi Corr. exponit Propius adspicere; pro, uicinius, & amicius intueri. Quod theologi Respicere, & propitium esse, efferre solent. g A suis meritis & uerecunda pietatis cōmendatione. h Confirmatio ostēti, & cōprecationis, ab alio signo auspicato, hoc est, omine secuto. erat id tonitruum laeuum, & secunda caussa, cur filio ad fugam hortanti consentire debeat. Cur autem laeuum fulmen, prosperum dicatur, uide Dionys. Macrob. l. 3. c. 1. & Cic. l. 2. de diuin. i Prosperum. nomen, pro aduerb. K Periphrasis Cometae, quae lucidam caudam post se trahit, & tandem labitur, ut l. 1. Georg. Saepe etiam stellas uento impendente uidebis Praecipites caelo labi, noctisq. per umbras Flammarum longos a tergo albescere tractus. l Vbi erat Aeneae domus.

Signantem

Signantemq.[a] uias: tum longo limite[b] sulcus
Dat lucem, & late circum loca sulphure[c] fumāt.
Hic uero uictus[d] genitor se tollit ad auras,
Affaturq. deos, & sanctum[e] sidus[f] adorat.
Iā iā nulla mora est: sequor, &, qua ducitis, adsum.
Dij patrij seruate domum, seruate nepotem:
Vestrū hoc[g] auguriū, uestroq. in numine[h] Troia est.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille: & iam per moenia clarior[i] ignis
Auditur, propiusq. aestus incendia uoluunt.
Ergo[k] age, care pater, ceruici imponere nostrae:
Ipse subibo humeris, nec me labor[l] iste grauabit:
Quo res cūque[m] cadent, unum, & cōmune periclū;
Vna salus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes, & longe[n] seruet uestigia coniux.
Vos famuli, quae dicam, animis aduertite uestris.
Est urbe egressis tumulus, templumq. uetustum

a Scintillis relictis.

b Metaph. ab agrorum cardinibus, in quibus proprie limites sunt, uiae et termini, qui transuersim agros diuidunt: & persistit in metaphora, cū addit, Sulcum dare lucem; nec ab allusione recedit.

c Quod fulgura & fulmina sulphuris odorem habeant.
d Coactus mihi assentiri, uel, mihi cedere. Aut, ut Pomponius Laet. Firmato augurio uictus. e Hoc eo scribit, ut ad priscorum opinionionem alludat; qui sulphur diuinum ignem esse putarunt. Vnum.n. dumtaxat habent uocabulū, quo Sulphur & Diuinum notent, θεῖον scilicet; quod Aesch. κεραύνιον πῦρ recte interpretatur, ἀπὸ τοῦ θεοῦ. Itaq. in sulphureo fumo, Iouis fulmen agnoscit: quo admonitus ab obfirmato consilio discessit. Quare disertissime hic attexuit, tum demum uictam Anchisen, & sanctum sidus adorasse. f Hom. Il. 261. g Agnoscit prodigium, non fortuitum, sed a dijs profectum: eoq. se moueri ait ad deserendam deploratis iam rebus patriam. h In potestate uestra, in uestro arbitrio. Epanaphora est, intendens affectus.
i Amplificat horrorem, ut praecipitantius fugiat.
K Quia iam consensisti.
l A facili extenuat laborem.
m Tmesis. n Procul obseruet uestig. ut sequatur ex interuallo.

Desertae

Desertae [a] Cereris, [b] iuxtaq. antiqua [c] cupressus,
Relligione patrum multos seruata per annos.
Hanc ex diuerso [d] sedem ueniemus in unam.
Tu genitor cape sacra manu, patriosq. penates.
Me, [e] bello e tanto digressum, & caede recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine [f] uiuo.
Abluero. [g]
Haec fatus, laetos humeros, [h] subiectaq. [i] colla
Veste super, [k] fuluiq. insternor [l] pelle [m] leonis,

a Videtur enim hoc fanum Cereris quindecim stadijs ab Scamandro absfuisse. si situm loci diligenter consideremus.

b Bene Cereris fanum ante urbē facit esse; quia dea rusticorum est, & frumentum molendiq. eius ratio, inuenta illius sunt.

c Cupressus quoque ob funestam naturam mire hic quadrat. Est enim sacra Diti, & funebre signum ad domus funestas, maxime nobilium apud Rom.

d Diuersis itineribus.

e Religiose se profanatum nocturna cede agnoscit. Nam fas non erat pontificem, qualem fingit Aenean, nisi manibus lotis sacra attingere. Itaque patri negotium sacra contrectandi mandat. Sic & post Caietae nutricis funus, cum sub accessum in Italiam, Iouem, & Phrygiam matrem inuocaret, hoc ipsum factitauit.

f Aqua fluenti, quam Dido l. IV. Aen. fluuialem lympham uocat. Liu. lib. I. Dec. I. Quin tu, inquit, uiuo perfunderis flumine? in infima ualle praeterfluit Tibris.

g Hic notandum, ut & supradicto loco, Aenean dijs superis sacrificaturum, totum corpus abluisse: cum Dido tamen, adeoq. ipse, sacrum dijs inferis facturus, tenui adspersione dumtaxat utantur: Dic, inquit, properet fluuiali adspergere lympha. Vide Macr. Sat. l. 3. c. I.

h Oratio est per synecdoch. enunciata. Porro ab euidenti signo uiri robur colligit.

i Enallage numeri.

K Anastrophe; uel etiam Tmesis, si refer. ad Insternor.

l Homer. Iliad. κ.

m Tractum est illud, ab antiquis heroibus, quidecoris, & horroris gratia ad terrorem incutiendum ferarum pellibus, ac praecipue leonum tegi solent. ut Alexand. l. VI. c. XXVI.

Succe-

Succedoq.[a] oneri[b] : dextrae ſe paruus Iulus
Implicuit, ſequiturq. patrem non paſſibus aequis.
Pone ſubit coniux, ferimur per opaca[c] locorum :[d]
Et me, quem dudum non ulla iniecta mouebant
Tela, neq. aduerſo glomerati[e] ex agmine Graij,
Nunc omnes[f] terrent aurae, ſonus excitat[g] omnis
Suſpenſum,[h] et pariter comitiq., oneriq. timentē.
Iamq.[i] propinquabam portis, omnemq. uidebar
Euaſiſſe uiam; ſubito cum creber ad aures
Viſus adeſſe pedum ſonitus, genitorq. per umbrā
Proſpiciēs, nate, exclamat, fuge nate, propinquāt;[k]
Ardentes[l] clypeos, atque aera micantia cerno.
Hic mihi, neſcio quod, trepido male numē[m] amicū

a Subeo humeris : ut ſupra. Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit.

b Porro hoc commentum de Aenea patrem humeris portante, ſumptum eſt ex Sophocle.

c Dixit iam, Arboribusq. obtecta receſſit. d Quomodo fugerit Aeneas, uide plures ſententias ſcriptorum apud Pomponium Laet. & Hortenſ. in hunc locum.

e Collecti undique. Ducta metaphora a glomo, in quo fila in globi ſpeciem ſunt collecta.

f Peruenuſte fugientium pauorem, & ad quamlibet auram, formas, & inanes ſpecies per umbram imaginantium, depingit.

g Conſternat. h Dubium; per Metaphoram.

i Diſerte attentionem parat tranſitione ad ea quae poſtea inſecuta ſunt, ac rurſum mille armatorum agmina per umbram ſibi occurrere imaginatur. K Hoſtes ſcilicet. Anaphora uocis Nate, trepidationem arguit, perinde ut ellipſis.

l Per ſimilitudinem ferreos, candefactosq. clypeos, Ardentes uocat. Subdit deinde expolitionem, qua ferreorum armorum lucem ſignificare ſe declarat.

m Infenſum, & iratum. Genium malum intelligit, cui bonam incommodorum noſtrorum partem acceptam ferimus; Graeci ἀλάστορα uocant. Priſci enim arbitrabantur, ſingulis binos genios aſsignatos; neque hominibus tantum, ſed & locis : quorum alter perniciem, alter ſalutem moliretur. Quos ſecuti Theologi, hominibus recens natis, angelum bonum, & malum aſsignant.

Confu-

Confusam [a] eripuit [b] mētem. namque, auia [c] cursu
Dum sequor, & nota excedo regione uiarum,
Heu misero coniux fato ne erepta Creusa
Substitit, errauit ne uia, seu lassa resedit,
Incertum: nec post oculis est reddita [d] nostris:
Nec prius amissam respexi, animumq. [f] reflexi,
Quam tumulum [e] antiquae Cereris, sedēq. [g] sacratā
Venimus. hic demum, collectis omnibus, una
Defuit, & comites, natumq. uirumq. [h] fefellit.
Quem [i] non incusaui [k] amens hominūq., deorūq.? [l]
Aut quid in euersa uidi crudelius urbe?
Ascanium, Anchisenq. patrem, Teucrosq. penates
Commendo socijs, & curua [m] ualle [n] recondo:
Ipse urbem repeto, [o] & cingor fulgentibus armis.
Stat [p] casus renouare omnes, omnemq. [q] reuerti

a Perturbatam, impotentemq., atque etiā amentem animum, ut paullo infra.
b Ad imitationē Homeri de stupore Glauci Iliad. VI. φρένας ἐξέλετο, eripuit mentē; pro, spoliauit prudentia.
c Caußa perturbationis; amissa coniux; quod auijs itineribus e nota uiarum regione ad portam contenderit. d Tantum enim umbram eius uidit. e In mentem uenit oculos reflectere.
f Ellipsis; pro, ad tumulum.
g Copia sermonem expolit, & exornat.
h Spem fefellit comitum, &c.
i Transit ad exemplum pietatis in uxorem, quam circa templum Cereris desiderauit: quam etiam contempta morte, & tantis periculis, quaerere nō fuit grauatus. Est autem hoc principium indignationis plenum ob amissam coniugem. K Querella prosecutus sum. Quod autem uir pius deos pariter & homines incusasse se confitetur, affectibus humanis condonandum est. l Polysyndeton in hypermetro.
m Curuam uocat epitheticῶς; uel ob circumiectos montes; uel, ob uicina litora, quae curua dicuntur.
n Sic & lib. 1. dixit, In conuexo nemorum.
o Hysteronproteron; pro, Cingor armis, atque urbem repeto.
p Certum mihi est, uelutq. fixum in animo & immotum; ut antea saepe locutus est. Arguit autem certissimum consilium, a quo nullis precibus potuerit dimoueri. q Collusio; subijcit quos casus renouare uelit.

Per

Per Troiam, & rurſus caput obiectare periclis.
Principio muros, obſcuraq.[a] limina portae,
Qua greſſum extuleram, repeto, et ueſtigia[b] retro
Obſeruata ſequor per noctem, & lumine[c] luſtro.
Horror ubique[d] animos, ſimul ipſa ſilentia terrēt.
Inde, domum ſi forte pedem, ſi forte tuliſſet,
Me refero. irruerāt[e] Danai, et tectū omne tenebāt.
Ilicet[f] ignis edax ſumma ad faſtigia uento
Voluitur: exſuperant flāmae: furit aeſtus ad auras.
Procedo ad Priami[g] ſedes, arcemq.[h] reuiſo.
Et iam porticibus uacuis Iunonis aſylo,[i]
Cuſtodes[k] lecti Phoenix,[l] & dirus Vlyſſes

a Per hypallagen, pro, Nocte obſcura. b Mea ſcicet. c Oculis circūſpicio. d Exaggerat ea, quibus horror inijciebatur Nox, Solitudo, Silentium, Incendium, Armorū terror, etc. e Excuſandae proditionis gratia, ait hoſtes domū occupaſſe. f Illico: ſumptum a iudicijs. g Patris Creuſae. h Ne prioris narrationis memoria excidat, iterum regiam uidiſſe ſe ait. i Aſylum grammatici dictum arbitrantur ἀπὸ τῦ συλάω, id eſt, praedor: uel ἀπὸ τοῦ συρὰο, ἢ σύρω. eſt autē α, priuatiua particula: unde Aſylon interpretātur, locum ex quo nemo extrahi, aut rapi poſſit; confirmantibus id ipſum Polluce, et Suida. Liu. autem l. IIX. dec. 3. auctor eſt, tēplū Apollinis Delij, Aſylum fuiſſe. In ſumma, non deſunt uiri graues, qui omnia templa ſacra a Graecis, Aſyla nuncupata, autument. Athenienſes porro omnium primi Aſylum exſtruxiſſe creduntur: ad quod reſpiciens Romulus, poſtea Roma condita, alterū aperuit, inter Capitoliū & Palatiū, in loco ſacro, a quo Luceres dicti fuere. Hic autē nil eiuſmodi interuenit. ſed templum Iunonis ab Ilo conditū, ad Graecorū imitationē, Aſylum nominat, uolens nonnihil ad Ili nomē alludere. K Ne exiſtimetur non adijſſe regiam, memorat quid ibi uiderit. l Hic fuit Amyntoris filius, qui patris imprecamina & diras deuotiones formidans, ad Peleum, Achillis patrē, ſanguine ſibi coniunctum fugit; a quo perhumaniter, ut debuit, exceptus, Dolopiae regno donatus fuit; deinde etiam paullo poſt, quod Peleus eum ſibi fidiſſimum cognorat, Achillem filium, admodum adoleſcentem, cum militari ſcientia, tum etiam dicendi facultate erudiendum ei miſit. Quantum ſub eo praefecerit, non eſt obſcurum ex hoc poeta. Hic ergo inter ceteros Graecorum duces, etiam ad Troiam cum quinquaginta nauibus uenit; ac uicta Troia praedae cuſtodiendae una cum Vlyſſe praepoſitus fuit, ut hinc clarum eſt.

Praedam

Praedam adſeruabant. huc [a] undique Troia [b] gaza
Incenſis erepta adytis, [c] menſaeq. [d] deorum,
Crateresq. auro ſolidi, captiuaq. [e] ueſtis
Congeritur. [f] pueri, et pauidae longo ordine matres
Stant circum.
Auſus [g] quin etiam uoces iactare per [h] umbram,
Impleui clamore uias; maeſtusq. Creuſam,
Nequidquam, ingeminans, iterũq. [i] iterũq. uocaui.
Quaerenti, & tectis urbis ſine fine furenti,
Infelix ſimulacrum, atque ipſius umbra Creuſae
Viſa mihi ante oculos, & nota maior [k] imago.
Obſtupui; ſteterũtq. [l] comae, et uox faucib' [m] haeſit.
Tum ſic affari, [n] & curas his demere dictis.
Quid tantum inſano iuuat indulgere labori,
O dulcis coniux? non haec ſine numine diuum
Eueniunt: [o] nec te hinc comitẽ aſportare [p] Creuſam

a Pathos, a loco: nam Iunonis tẽplum praedae, tota urbe contractae, receptaculum fecerunt.
b Barbaralexis. Vox Perſica eſt, Gaza, ſignificans theſaurum, & diuitias.
c Supra annotaui, Graecos Latinosq. ἄδυτον uocare ſecretiorẽ atq. adeo penitiſſimum templi locum, quem, excepto ſacerdote, fas erat intrare nemini. d Explicat quae Gaza dixerit. e Captiuorum.
f Zeugma. g Contra ſalutem meam; qui cuperem latere.
h Tenebras. i Alludit ad ritus funebres priſcorum, quos ſupra aliquoties repetij: unde Nequidquam ait ſe inclamaſſe uxorem; de qua iam conclamatum eſſe crederet. K Tamquam de dea dicitur: ut ſupra de Venere, Qualisq. uideri Caelicolis, & quanta ſolet. l Syſtole.
m Ter. Eun. Lingua haeret metu. n Viſa eſt. o Hom. Il. 51.
p Scio equidem ſcriptos aliquot libros hunc uerſ. habere, ut Hinc poſt Comitem ſequatur; ſed miror tam religioſe hoc a Ser. fuiſſe adnotatum, tamquam nulla melior lectio, in uetuſtis libris inueniatur. Carpenſe exemplar, cui ego non parum tribuo, & alius praeterea quidam ſatis commẽdatae uetuſtatis codex, legit hoc modo: Nec te comitẽ hinc portare Creuſã. Quod uero hoc altero modo legã potius; eo inducor quod uideã doctiſſimis magis placere legi Aſportare, quã Portare; quaſi huic loco conuenientius: ac, quod una ſyllaba uerſus abundaret, ſi Hinc poſt Comitem, colloces; metiendi uerſus gratia, inuertere, quã relinquere, malui.

Fas:

Fas : haud ille sinit superi regnator [a] Olympi.
Longa tibi [b] exsilia, et uastũ maris aequor [c] arãdũ.
Ad terram Hesperiam [d] uenies : ubi Lydius, [e] arua
Inter opima [f] uirum, leni fluit agmine [g] Tibris. [h]
Illic res laetae, [i] regnumq. , & regia [k] coniux
Parta tibi. lacrymas [l] dilectae pelle Creusae :
Non ego Myrmidonũ [m] sedes, Dolopũ ue superbas
Adspiciam, aut Graijs [n] seruitum matribus ibo,
Dardanis, & diuae [o] Veneris nurus :
Sed me magna [p] deum genitrix his detinet oris.
Iamq. [q] uale, & nati serua communis amorem.

a Iouis periphrasis. b Opponit mariti exsilia suae felicitati, quod e rebus humanis sit sublata. Illius porro exsilia exaggerat ab incommodis, & imminentibus periculis. Et, ne tanti uiri animum malorum denunciatione perculleret, aduersis adiungit res secundas. c Pro, Nauigandum : ducta similitudine ab agrorum ratione. d Italiam; quae Hesperia magna dicitur, ut supra monui. e Tuscus; epithetice; quod in Vmbriam e Lydia Tyrrhenus profectus, ad Tibrim consederit. f Pinguia, & fertilia. g Tractu. S. Impetu. h Pro, Tiberis : syncope. Albula initio dictus; uerum, quod in traiectu eius Tiberinus Albanorum rex, submersus sit, Tiberis nomen sortitus : labitur ex Apennino; multis dein in ipso cursu fluminibus auctus, tandem in uastissimos alueos excurrit : & per Tyrrhenos fluens, diuertit per Vmbriam; ac inde per Sabinos, & Latinos, ubi Roma est, usq. ad orã maritimã, ubi in mare Tyrrhenum praecipitatur. i Consolatur a spe cõmodorum, & suauium rerũ. K Lauinia, Latini regis filia. Hypozeugma.
l Complexio, qua monet non esse, cur sua caussa doleat; cum alia parata sit pro ea quam amiserit. m Has duas nationes pro Graecia posuit.
n Amplificat felicitatem suam a minori exaggerato : hoc est, collatione turpis seruitutis reliquarum Troadum. o Pathos, a conditione.
p Fabulosissimum hoc est, quod de Creusa hinc quidam colligere conantur, Cybelem, quae deum mater uocabatur, eius misertam, Corybantes ministros ad eam misisse, qui ad se adducerent, ne a patria exsularet. Quin potius intelligo Virgilium hic innuere, Creusam esse mortuam, & sepultam tellure detineri. Terram, communem omnium parentem, Matrem deum uocans.
q Epilogus a salutatione postrema in digressa, et cõmẽdatione mutui amoris in filiũ, ne is cõsuetudine nouarũ nuptiarũ intercidat. Dion porro scribit Creusã, et Anchisẽ ab Aenea curru in pacatũ auectos: uerũ, quo casu, aut ubi ea perierit, nullo auctore constare.

Haec ubi dicta dedit; lacrymātē, & multa uolentē
Dicere, deseruit, tenuesq. recessit in auras.
Ter [a] conatus ibi collo dare brachia [b] circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucriq. simillima somno.
Sic demum [c] socios, consumpta nocte, reuiso:
Atque hic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio, admirans numerum, matresq., uirosq.,
Collectam exsilio [d] pubem, miserabile uulgus.
Vndique conuenere, animis, opibusq. parati,
In quascumque uelim pelago deducere terras.
Iamq. [e] iugis [f] summae surgebat lucifer Idae,
Ducebatq. [g] diem; Danaiq. obsessa [h] tenebant
Limina portarum; nec spes opis [i] ulla dabatur.
Cessi, [k] & sublato montem [l] genitore petiui.

---

a Numeri additione poetae rem amplificāt, maxime ternionis; ut quidquid ter dictum, aut factum esset, ratum haberetur. Sūptus porro hic locus est ex Odyss. XI. Strabo hyperbolice hos numeros interpretatur, ut Ter, pro, uehementer accipiatur; sed nos de Ternario hoc supra satis multa annotauimus.

b Hom. Il. 249.

c Claudit antegressam narrationem; & ad sequentem parat lectorem.

d Ad exsilium. Ita S. iure reprehendens Donat. qui hic contra metri rationem ex Ilio, quasi de Ilio, legendum existimauit.

e Aurorae descriptio.

f Iuga, seu promontoria Idae montis, quattuor fuisse, Coel. lib. 13. c. 29. auctor est: quorum etiam nomina exprimit.

g Quia Solem praecedens nunciat esse diem.

h Vigilum stationes circa portas collocarunt.

i Seruandae urbis. aut, opis ferendae urbi.

K Arguit res deploratas post strenue nauatam operam.

l Idam. S. ex l. 9. nam ibi ait in Ida se molitum esse classem.

DE

ἱστορικῶς

QVod aliud ſit hiſtoriam, aliud poema ſcribere, (praeſertim ſi Virgilij conſilium ſpectes) lectoremq. rei ueritas magis, quam figmenta afficiant: rem, me hercule, non inutilem, nec iniucundam facturum exiſtimaui, ſi, quae de Troiae excidio Dictys, & Dares, alijq. uerae hiſtoriae enarratores prodiderunt, coronidis uice hic ſubiungerē. Decimo igitur Troianae obſidionis anno, cum hoſtes propius muros infeſtarent, nec ſpes eſſet Troianis magna admodum ob occiſas urbis opes, eius ſuſtinendi: primores urbis diſsidere, & ſeditionibus aduerſus regem omnia miſcere coeperunt, decernuntq. reddendam potius eſſe Graecis ſuam Helenam, quam ſe urbemq. in diſcrimen euerſionis mitterent. Quod ne fieret, Deiphobus eam, patre aſſentiente, uxorem ducit. Aeneas porro, Antenor, & Polydamas, ut urbi periclitanti ſalubri aliquo conſilio ſuccurratur, Priamo auctores ſunt, ut poſtero die frequentiſsimum concilium cogatur. Hic illis a rege ſententiam dicere iuſsis, Antenor longa & ante praemeditata oratione, ita uerba fecit, ut concluderet (quia Troianorum fortiſsimi caeſi eſſent, contraq. Graecorum praeſtantiſsimi adhuc ſupereſſent; ipſi clauſi intra muros inopia rerum laborarent, Graecis uero omnia ſuppeterent) reddendam eſſe Helenam, pacemq. qualemcumque petendam. Aduerſus quem, Amphimachus, regis filius, multa ferociter ſuperbeq. contendit; educendum exercitum, uiribus rem gerendam cenſens. Antenor rurſum pacem ſuadet, ſed fruſtra: clamoribus enim uincebatur. Tum uero Priamus, peracerba oratione in Aeneam, & Anrenorem inuehi coepit, inconſtantiae, leuitatiſq. incuſans, ut, qui initio belli ſuſcipiendi extitiſſent auctores, ijdem nunc pacem ſuaderent. Antenorem legatum in Graeciam miſſum, atque in concilium retuliſſe; ignominia ſe affectum maxima, parumq. abfuiſſe, quin contra ius gentium pulſatus abiſſet: Aeneam etiam ſocium Alexandro in mulieris raptu adfuiſſe; eoq. turpius nunc pacem ſuadere. Se, cum Graecis omnia potius, quam pacem, eſſe facturum. Quare eos monet, ut quibus animis, initio bellum ſuſcepiſſent, ſuaſiſſentq. ijſdem nūc idipſum gerere pergant. Ceteros precatur, ut parati ſint ſigno dato omnes, ad

irruptionem in hostium castra facienda: se paratum uel uincere uel mori; quamcumque tandem fortuna sortem daret, se non recusare. Hoc animo Priamus cum Amphimacho e concilio in regiam sublatus, nimium se uereri dixit, ne ab Aenea & Antenore prodatur, quod tanto studio pacem suasissent, eorumq. sententiam aliquanta plebis pars sequi uideretur: proinde e regni re fore, si interficerentur. Itaque Amphimachum paratum in armis esse iubet: ac se dicit, per speciem rei diuinae faciendae, eos ad cenam postero die inuitaturum. Facile probat consilium patris Amphimachus. Eodem die conueniunt, Aeneas, Antenor, Polydamas, Vcalegon, Amphidamas, & Dolon: hi inter se regis diu pertinaciam mirati; quod cum patria occidione perire mallet, quam ea salua pacem facere; consilii dubii haesere. Postremo Antenor animaduertisse ait se, Priamum iratum, quamuis dissimulasset, e concilio se abripuisse: uereri se, ne quid incoepraret noui: consultum uideri, ut mittant ad Agamemnonem, de petenda pace legationes: non dubitare se, quin aequissimas condiciones impetrarent. Satius esse, ciuitatem tradere, quam omnes internecione deleri: id quod Priamus molitetur. Conuenit itaque inter eos, sibi inter se, aduersus regis conatus periculosos, & insidias, adfuturos. Consilium de utriusq. caede iam ad Aeneam permanarat. Mittunt extẽplo Polydamantem ad Agamemnonem, huic rei maxime idoneũ, quod in eo suspicionis esset minimum. Is, fide ultro citroque commeandi accepta, rem omnem & suorum consilium exponit. Agamemnon sequenti nocte duces conuocat, aperitq. ea, quae a Polydamante acceperat: iubet ordine sententias dicere. Huc deniq. omnes discedunt, accipiendas esse cõdiciones: promittunt uicissim coniuratis bonorum incolumitatẽ & salutem. Haec ita accepta ad suos refert Polydamas. Conuenitur rursum, ut condiciones artius coirent. Quid plura? nõ negligent occasionem Graeci: sancitur foedus, & promissa iureiurando utrimque his legibus confirmantur, ut hi Graecis Ilium traderent: Graeci rursum Aeneae & Antenori, eorumq. sociis, parentibus, liberis, coniugibus, consanguineis, propinquis, amicis, & his qui adiungerentur, pactam fidem seruarent inuiolabilẽ. Interim, dum haec transiguntur, Aeneas & Antenor, ad caedem destinati, ad Priamum uocantur. Quod autẽ

plebi cari erant, ob antiquā nobilitatē & uirtutē, armati ipsi, ac armis saepti ad regē uenerunt. Qua re insperata rex territus, trepide monet Amphimachum, ne quid incoeptet. Itaque dissimulatis in praesenti insidiis discedunt. Forte, dum ista geruntur, Aeneae Antenoriq. in mētem uenit fatalis Palladii (quae erat Palladis imago, quam uulgo e caelo in eius templum delapsam, persuasum erat. de ea exstabat oraculum, Exitiabilem cladem Troianis imminere, si quando haec extra urbis moenia efferretur: contra, ἕως οὗ μένει τὸ Παλλάδιον ἐν τῇ Τροίᾳ, ἀσάλευτος ἔσαι ἡ βασιλεία τῶν φρυγῶν.) quod in custodia Thoantis sacerdotis erat. Capiunt ergo ex tempore, ut huius rei Graecos certiores faciant. Antenor impletis loculis, nocte ad Thoantem egreditur. quo facile corrupto, auri fame; nullo negotio, quod cupiebat, abstulit. Sunt & alii scriptores, qui tradunt, Diomedem & Vlyssem, per cloacas & cuniculos in hoc templum penetrasse, ac custodibus caesis idolum surripuisse, & quidem προδεδωκύας αὐτὸ Θεανοῦς τῆς τοῦ Ἀντήνορος γυναικὸς, ἱερείας τυγχανούσης, καὶ φυλαττούσης αὐτὸ. Quod ubi per urbem uulgari coepit, ferunt Helenum uatem exclamasse, iam Troianis excidium imminere. Porro Antenor & Aeneas, uti conuenerat, sequenti nocte portas aperiunt Graecis, quae in ipsorum custodia erant. Menecrates Xanthius caussam prodendae urbis Aeneae fuisse scribit, quod ab Alexādro aliquādo sollemni sacro esset repulsus. Erat autē praemissus a Graecis Pyrrhus, cum exercitu. Hic silentio intromissus proditoribus omnia praesidia ad suos cō seruādos tradit. Mox dato signo Graeci irrūpunt; &, ut quisq. telo armatus occurrit, ita obtruncatur. Fit fuga subito tota urbe. Priamus ad aram Hercei Iouis fugit: alii item ad alia diuorum delubra: sed nusquam tuta salus. Deiphobus, cui Helena, post Paridis mortem, nupserat, praesectis auribus & naribus, amputatisque brachiis, a Menelao trucidatur. Priamum Pyrrhus aram tenentem obtruncat. In summa, grassatum caedibus est atrocissime, crudelissimeq. Inde consultari coeptum de iis, qui ad templorum asyla confugerant. Fit atrox decretum, ut ab aris & focis deorum, citra ullam religionis considerationem abstraherentur. Inde ad praedam conuersi, opulentissimam urbem diripiunt; & ad postremum etiam incendunt. His ita perpetratis,

Agamemnon duces in templum Palladis cogit, redditq. Menelao Helenam: cui uiciſsim Caſſandra, omnium conſenſu ducum, addicitur. Quod autem Helenus, & Andromache, ſemper ab initio bellū diſſuaſerant, fuerantq. pacis ualde ſtudioſi, Aenea, Antenoreq. deprecatoribus parcitum: Helenus quidem plane liber dimiſſus; Andromache uero Pyrrho addicta fuit. Multae praeterea aliae nobiles ſeminae libertate donabantur. Dionyſius tradit, capta urbe, Aeneā cū Ilienſiū manu, & ijs qui ex Dardano, & Ophrynio erant, hoſtib. adhuc inferiora urbis tenētib. in arcē cōfugiſſe. Erāt in ea, ſacra & ingens pecuniarū uis. Inde Aeneas, multitudine fretus, hoſtes eā ſubeuntes aliquādiu repulit. Mox, ubi ſe, & arcē, tota urbe capta, diutius tueri non poſſe uidit, ad ſacra & pecuniā in tutum portandā, animū adiecit. Itaq. parte arcis ab hoſtib. diruta, per occultos exitus, omnē imbellē multitudinem, & alia quae ad fugā impedimēto eſſe poterant, ſilentio ad Idā praemittit; & cū his, lectiſsimos iuuenes, qui abeuntib. ſubſidio eſſent aduerſus uim. Ipſe autē cū robore iuuenū totā illā noctē hoſtē egregie pugnando ſatigauit. Ceterū Neoptolemo cum ceteris ducib. arcē ſubeunte, & in ſummū nitēte, Aeneas uia ab hoſtibus auerſa, in Idam ſuos conſecutus eſt. Atq. hūc ſcriptorē maxime ſecutus uidetur Virg. Ex Graecorum tamē antiquiſsimis cōmētarijs quidam eruunt, capta Troia, ſolum Aeneam libertate donatum a Graecis; iuſſumq. ex urbe exportare quae uellet. Itaq. domo cum liberis, & uxore relicta, ſola diuorum ſimulacra extulit: qua tam ſingulari hominis pietate moti Graeci, amplius ei copiā fecerunt, quidquid uellet efferendi: at ijdem tum demū ſumma admiratione ſpectarunt eum patrē ſenio fractū humeris exportare. Hinc profectus dicitur in Atho, urbemq. ibi ualidiſsimā, quā a ſuo nomine Aeneada appellauit, condidiſſe. Quo loco moriēte Anchiſa, eius cineres in aurea urna conditi ſunt. Leſches uero ille paruae Iliados ſcriptor, auctor eſt, Andromachen & Aeneā captiuos Pyrrho traditos, & ab eodem in Pharſalia abductos; ceterum Antenori regnum Ilij a Graecis traditū eſſe; annosq. 22. regnaſſe. Cauſſa autem, quod partē regni Troiani Aeneae denegauerit Agamemnon, haec traditur, quod nimirū Vlyſsi in occultanda Polyxena adfuiſſet. Dicuntur autem Hectoris liberi poſtea regnum paternum recuperaſſe ductu Heleni: quo

tempore

tempore Aeneas Siluius, tertius Albanorũ rex, ſceptra tenuit. Neq. uero deſunt, qui Aeneã rurſum Troiã habitaſſe ferunt. Tanta eſt ſcriptorũ diuerſitas, ut, quid potiſsimũ credas, plane neſcias. Porro, capta, direptaq. iã Troia, rex ad diuidendã praedã ſe uertit: qua diuiſa, reditũ in patriã parat. Hic ſubito tanta tẽpeſtas oritur; ut in tã numeroſo exercitu nemo eſſet, qui mari ſe cõmittere auderet. Cõſulitur Calchas: reſpõditq. ea re id fieri, quod Achilli mortuo debiti honores nondũ perſoluti eſſent: eam porro ad illius ſepulcrum mactari debere, propter quã in Apollinis tẽplo is caeſus eſſet. Vlyſſes Hecubae, beneficium pro accepta ſalute repenſaturus, Polyxenam occultat, caediq. ſubſtrahit: quam tamen poſtea, ducum improbis efflagitationibus uictus, prodidit. Itaq. ſtatim ea patris manibus a Pyrrho parentatur. Atq. haec ſunt praecipua, quae de Troiae excidio, memoriae prodita ſunt. Ter in uniuerſum capta dicitur; primũ, ab Hercule, ob Laomedõtis perfidiã: ſecũdo, ab uniuerſa Graecia, propter Helenae raptũ: poſtremo, ab Amazonibus. Porro hac ſecunda uice cũ ab Atridis capta eſt, pugnatũ fuit ad Troiã, X. annos, IIX. menſes, XII. dies, ut Dares Phrygius ſcriptũ reliquit. Troianorũ uero dũtaxat ſexcẽta & ſeptuagintaſex millia; antequã proderetur. Ea capta, ferro absũpta credũtur adhuc ducẽta & ſeptuaginta ſex millia. Agamẽnõ tamẽ Homericus lib. Il. 2. autumat ſingulos Troianos denis Achiuis opponi poſſe, & tamẽ adhuc horũ numerũ nõ aequare. Lib. IIX. Iliados, colliguntur eum auxiliaribus Troianorũ armatorũ quinquaginta omnino millia in caſtris ad lucentes ignes conſediſſe. Rurſus ex catalogo Homer. ſi diligenter nauiũ & ducũ ſingulorũ copias ad calculum reducas, ad ſummũ Agamẽnonij exercitus numerus, nõ ultra centum & quinquaginta millia excreſcet. Iam uero, qui tempora ſupputant, tradunt, urbis Troianae excidium, in uigeſimum annũ ſupra quater milleſimum ab orbe condito, incidiſſe, ſub tempora Dauidis. Id quod Virg. l. 1. Aen. luculẽter innuere uidetur, cum de Albano imperio loquitur: Hic iã ter centum totos regnabitur annos Gente ſub Hectorea. Nam ſub regni Albani finẽ coepit Romanũ imperium: &, ſi ab initio Romae cõditae ad principiũ regni Salomonis retro tẽpora & annos digeras, reperies annos trecẽtos & tres. Neq. multo uetuſtius bellũ Troianũ fuit: quãtũuis nõnulli reclamẽt.

AENEIDOS LIBER. III

ARGVMENTVM

Splendide & luculenter exposito urbis Troianae excidio, hoc libro transit ad enarrationem errorum suorum, qui mox inde euersionem Troiae sunt secuti. Principio statim attentionem; breui explicatarum rerũ ἀνακεφαλαιώσει parat, ut nouam narrationem promittere uideatur. Inde docilẽ auditorẽ de integro reddit, cum affirmat se fatis cõpulsum, patria relicta, sedes externas quaerere. Satisfacit autẽ Didonis petitioni, in fi. lib. I. factae, qua errores suos narrare rogatus est, quorum haec fere est summa: Euersa Troia, Aeneas, collectis suorum relliquijs, quae caedi flammisq. supererant, parataq. apud Antãdrum uiginti nauium classe, primum in Thraciam defertur: ubi cum futurae urbis fundamenta poneret, territus Polydori a Polymnestore caesi prodigijs, Delum petit; consultoq. ibi Apollinis oraculo, cum antiquam gentis suae matrem, hoc est primam originis suae terrã repetendam didicisset, falsa Anchisae patris interpretatione adductus, Cretam contendit. Verum, cum ibi quoque, positis iam moenibus, grauissima peste exagitaretur, in somnis monitus a dijs penatibus, relicta Creta, Italiam petit. Ibi suborta tempestate, primum ad Strophadas insulas appulsus, ab Harpyis infestatur, mox, Actium delatus, in honorem Apollinis ludos celebrat. inde Corcyrã praeteruectus Epirum tenet, quae id tẽporis Heleno Priami filio parebat, cui post Pyrrhi caedem Andromache in coniugium cesserat. Helenus Aeneam hospitio excipit, omniq. humanitatis genere complectitur, imminentiumq. terra mariq. periculorum certiorẽ facit. Aeneas, relicta Epiro, Tarentum, primamq. Italiae oram praeteruectus, ad eam Siciliae partem, quae Aetnae monti adiacet, appellitur. Ibi Achemenidẽ, ab Vlysse in Cyclopis antro desertum, supplicẽ recipit, edoctusq. ab eo de Cyclopum feritate, inde anchoras soluit. memorq. praeceptorum Heleni; uitatis Charybdis & Scyllae periculis, Siciliae litora longo circuitu circũuectus tandem Drepanum aduehitur: ubi Anchises tum senio, tum longae nauigationis iactatione fatigatus satis cõcedit. Inde, Italiam petiturus, immissa ab Aeolo subita tempestate, in Africam eijcitur, quam partem libro primo exsequitur.

ALIVD

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

POST euersa Phrygũ regna, ut fuga coepta mo
Vtq. sit ĩ Thracen primo deuectus, ibiq. (ueri:
Moenia condiderit, Polydori caede piata:
Regis & hospitium, ut Phoebi responsa canebant:
Coeptum iter in Creten, rursus noua fata reperta:
Naufragus ut fuerit Strophadas[a] cõpulsus ad undas:
Inde fugã, atque iterũ[b] narrat praecepta Celaeno:
Liquerit utq. Helenum, perceptis ordine fatis
Supplicẽ Achaemenidẽ, Polyphemo urgẽte[d] receptũ:
Amissumq. patrẽ Drepani. atq. hic[e] deinde quieuit.

a Alij, Strophadũ.
b Al. ac dirae narrat praecepta Celaenus.
c Alij, enarrat.
d Alij, recepit.
e Al. ut.

ALIVD. INCERTI

Post casum Troiae, fabricata classe superstes,
Vela dat Aeneas: urbemq. in litore[f] Thracum
Mox aliam pulsus Cretaeis condit in oris.
Cedit & hinc, Helenũq. uidet, praeceptaq.[g] discit.
Aetnaeum[h] Cyclopa fugit, sepelitq. parentem.

f Al. Thraces.
g Al. Sumit.
h Al. Et caecum.

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

Tertius errores canit, amißumq. parentem.

ALIVD

Tertius at complet narrantis in ordine gesta.

ALIVD

Tertius a Troia uectos canit aequore Teucros.

Cordati principis, qui nullis aduersis casibus frangitur, nullis secundis rebus extollitur; sed ubique sibi similis est, ac aeque semper animosus, hoc libro luculentißimum in Aenea proponit exemplum.

a Imperiũ Troianum, quod erat in Asia. Iliũ .n. in Phrygia minore; quae erat in Asia.
b Non temere ponit res Troianas, pro Asiae totius rebus: nam Phrygiae



OSTQVAM res [a] Asiae, [b] Priamiq. [c] euertere gentem
Immeritam [d] uisum superis, ceciditq. superbum [e]
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia [f] Troia:
Diuersa exsilia, & desertas [g] quaerere terras
Augurijs [h] agimur [i] diuum; classemq. [k] sub ipsa
Antãdro, [l] et Phrygiae molimur [m] mõtibus [n] Idae,
Incerti quo fata [o] ferant, ubi sistere detur:
Contrahimusq. [p] uiros. uix prima inceperat [q] aestas:

opes ad eam usque tempestatem cum totius Asiae pollentißimis opibus poterant comparari; & ipsius regni pomeria alioqui amplissima erant. Quã ob caussam Diodor. l. 17. eam μεγάλην φρυγίαν uocat. c Epexegesis. d Excusat suos, & caussam excidij in fata transfert. e Florentiß. & superbissimum. f Epithetice: a Neptuno moenibus cincta. Naturam rei significanter narrat: nam, cum excidium, caedes, & incendium, cito desierint, fumus diutius perdurans, urbis subuersae faciem ex interuallo spectantibus miserabilem relinquit. g Expoliatio. h Oraculis, uoluntate, & iussu Deorum. Prisci enim illi mortales, superstitiosissimi homines, auguria esse arbitrabantur deorum uoluntates, & consilia externis signis edita, testataq. i Agimur quaerere; pro, Ad quaerendum, Graecismum eße, nemo nescit, ἀγόμεθα ζητεῖν.
K Laconismo praeceps in instruenda claße studium suum declarat: id quod rei ipsius natura expostulabat.
l A loci circumstantia uerisimilem narrationem facit. Antandrus autem urbs erat, Plin. teste, in litore sub Gargaro monte, antea Edonis appellata. Hanc habitarunt Leleges, Cilicibus ad meridiem finitimi. In aduerso litore Assium promontorium spectat. Nunc, Santo Dimitri, dicitur.
m Paramus claßem.
n Quattuor fuerunt Idae promontoria, de quib. uide Coel. lib. 13. c. 29.
o Pathos, ab incertitudine casus, ut fraudis, doliq. suspicio absit.
p Colligimus: significanter autem Contrahimus ait, ut non tam ad Troianos respiciat, quam ad uicinarum ciuitatum populum.
q Ab opportuna anni parte.

Et pater

Et pater Anchises dare fatis [a] uela iubebat.
Litora tum patriae [b] lacrymans, portusq. relinquo,
Et campos, ubi Troia fuit. [c] feror exsul [d] in altum
Cum socijs, [e] natoq., penatibus, [f] & magnis [g] dijs.
Terra [h] procul uastis colitur Mauortia [i] campis,
Thraces arant, acri quondam regnata [k] Lycurgo:
Hospitium [l] antiquum Troiae, socijq. penates,
Dum fortuna [m] fuit. feror huc, & litore curuo

a *Deorum arbitrio.* b *Pathos, a loco.* c *His coniunge IX, aut X. uersus l. praeceden. eo loco: Venit sũma dies etc.*

d *Pathos, a statu, & condicione.* e *Duo humana posuit, & duo diuina. patris non fit mentio, quia non peruenit in Italiam.* f *Superiorib. lib. adnotaui penates Aeneae, atque adeo Troianorum fuisse, Apollinem, & Neptunum, qui muros Troiae condidisse memorantur: atque hos secum Aeneam in Italiam uexisse. Verum enimuero scriptores, qui penitius hanc rem examinarunt, nuncupari Penates, autumant, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos animi rationem possidemus. Aetherem Ioui, assignant; Iunoni, aerem & terram; Mineruae, summum aetheris cacumen. Itaque Virg. ut declarat, qui fuerint illi penates, per epexegesim addit, Et magnis dijs: censens eos hoc modo fuisse appellatos. Erant enim Samothracibus, Dij Magni, ijdem, qui penates. Neque uero hoc dissimulat l. 2. poeta, cum Iunonem, Deam magnam appellat: Iunonis magnae semper prece numen adora. Et lib. 1. τὴν χρείων appellans, Et bona Iuno. ait. Alibi etiam Dominamq. potentem, ait. Vide Macr. lib. 3. Sat. c. 4.* g *Qui publice celebrantur, & quorum maximum imperium ac numen erat. Vide Macr. l. 5. c. 1.* h *Chorographia Thraciae; ab habitatoribus, militari laude, priscis gentis regibus, & regni usu.*

i *A Thrace, Martis filio: fecundior etiam uirorum est, quam frugum. quo etiam Virg. respexisse credo, cum ait, Arant, quasi dicat assiduo labore exercent.* K *Non intelligit hic Lycurgum, sanctissimum illum Lacedaemoniensium legislatorem: sed Dryantis filium, qui Liberum patrem regno fugarat, deum esse negans. Thracum rex fuit hic, qui, quod Thracas immoderate uino deditos conspiceret, uites omnes excidi iussit. De quo Plut. de utilitate tuetur. & Suidas. Acrem eum uocat, quasi bellicosum, & atrocem, ut etiam Acrem Aeneam, id est, strenuum.*

l *A publico foedere, & iure hospitali, quod cum Troianis quondam habuerant.* m *Fortunati fuimus.*

Moenia [a] prima loco, fatis ingressus [b] iniquis;
Aeneadasq. meo nomen [c] de nomine fingo.
Sacra Dioneae [d] matri, diuisq. ferebam
Auspicibus [e] coeptorũ operum; superoq. [f] nitẽtẽ [g]
Caelicolum [h] regi mactabam in litore [i] taurum.

a Appulit inter Melã amnem, & sinistrum Hebri brachium, contra insulã Samothracen. Aenos, a Pl. Mela, & alijs uocatur: hodie Aeno, Absynthus, & Poltyombria dicitur Sophiano, & locus mõstratur. Ciconũ quondam haec regio fuit. Porro consentiunt historici, opidum, quod hic uetustate donatur, ab Aenea conditum. Plin. addit, liberum esse. Et, ne argumentum desit, Polydori tumulum adhuc eo loco durare, in maritima ara: ubi Polymnestor auri cupiditate inductus, eum occidit.

b Propter terram caedibus foedatam, & ius hospitij uiolatum. Euidenter autem hoc loco respici arbitror ad Polymnestorem, cui Ilione, maxima natarum Priami nupta erat; unde hospitalis iuris fides sanctior esse debuisset, quam ut eam uiolare auderet.

c Fuit appellata haec urbs ab Aeneae nomine Aenos; populiq. Aeneadae. Hunc locum coniunge cum illo libri primi, ubi ait: Antenor potuit medijs elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus &c. Et illum, qui deinde seq., Romanosq. suo de nomine dicet, &c.

d Veneri, matri meae: Diones ex Ioue filiae, quae una nympharum Thetyos, & Oceani fuisse dicitur. In Bucol. Ecl. IX. Dionaeum Caesarem, Iulum uocat. Suidas quoque Venerem Dionem appellatam, auctor est.

e Fauentibus primis coeptis. Hinc Auspicari, bonis auspicijs feliciterq. inchoare: ducta metaphora ab auspicijs.

f Dijs superis sacrificaturi, candidas hostias mactant; inferis, furuas. Errauit in hostia dux Troianus. nam Ioui nusquam, sed uel Apollini, aut Neptuno, aut Marti, taurus sacrificabatur. Proinde, ut piaculum Aeneae inferat, & errorem in hostia ostendat, subijcit horrendum monstrum secutum esse. Verba Ateij Capitonis sunt: Si quis forte Ioui tauro fecerit, piaculum dato. Commisit ergo non ignorantia, sed ut monstro secuturo locum faceret.

g Opimum; quia, quae saginata sunt, nitere dicuntur. T.

h Syncope: est in his uerbis Iouis periphrasis.

i Taurus ea pontificum traditione Ioui immolari non poterat: idcirco Virg. uolens ostendere Aeneam non litasse, inducit eum praepostera hostia sacrificantem. Vide Macr. lib. 3. c. 10.

Forte

Forte [a] *fuit iuxta tumulus;* [b] *quo cornea summo*
Virgulta, [c] *& densis hastilibus* [d] *horrida* [e] *myrtus.*
Accessi; uiridemq. ab humo conuellere [f] *siluam*
Conatus, ramis tegerem [g] *ut frondentibus aras,*
Horrendum, [h] *& dictu uideo mirabile* [i] *monstrum.*
Nam, quae prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro [k] *liquuntur sanguine guttae,*
Et terram tabo [l] *maculant. mihi frigidus* [m] *horror*
Membra quatit, gelidusq. [n] *coit formidine sanguis.*
Rursus [o] *& alterius lentum* [p] *conuellere uimen*
Insequor, & caussas penitus tentare latentes,
Ater & alterius sequitur de cortice sanguis. (stes,
Multa mouens animo, nymphas [q] *uenerabar agre-*

a *Commemorat occasionem insecuti prodigij, quo lectoris animum praeparet ad narrationẽ caedis Polydori. Hũc porro tumulum quem describit Virg. a silua uirgultorum myrteorum, & corneorum, Plin. sua aetate hic exstitiße testatur.* b *& collis, & sepulcrum.* c *Virgarum pullulantium densitas proprie Virgultum dicitur.* d *Inculta, & aspera ob densitatem uirgultorum suorum.* e *Vide Plin. l. XV. c. XXIX & l. XXIII. c. IX. ubi de satiua, & siluestri disserit.*
f *Vim uirgarum, quam prius Virgulta, & Hastilia; postea, Arborem, Vimen, & Corticem uocat, maxima sane copia in uarianda oratione.*
g *A caussa finali. Sollemne enim priscis erat, perinde ac hodie, aras frondibus uestire, ac ornare.*
h *Maxime admirandum, & stupendum.*
i *Nam, cum ramos euelleret, effluxit sanguis, quod monstri similis erat.*
K *Pro, Atri sanguinis guttae. P. Laet.*
l *Sanguine corrupto. Lucret. lib. 3. Et terram conspergere tabo.*
m *Per Metonymiam.* n *Periphrasis horroris a signo, seu accidente. Nam horroris caußa est, sanguis ad praecordia refluus: unde protinus frigus prouenit.* o *Indefessum Aeneae in explorandis prodigij caussis studium aduerte, ut qui non primo statim conatu monstri ludibrio territus uideatur; sed aliud uoluerit experiri.*
p *Molle, & flexuosum.*
q *Ea re nymphas agrestes ueneratur, quod suspicetur eum nymphae alicuius Hamadriadis sanguinem esse, quae una cum arboribus nasci, & occidere credebatur.*

Gradi-

Gradiuumq. [a] patrē, Geticis [b] qui praesidet aruis,
Rite secundarent uisus, [c] omenq. [d] leuarent.
Tertia sed postquam maiore hastilia nixu
Aggredior, genibusq. aduersae obluctor arenae;
(Eloquar, [e] an sileam?) gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & uox [f] reddita fertur ad aures.
Quid miserū Aenea laceras? iam parce [g] sepulto:
Parce pias scelerare manus. non me [h] tibi Troia
Externum tulit: haud cruor [i] hic de stipite manat.
Heu fuge [k] crudeles terras, fuge litus [l] auarum:

a Martem intelligit, per antonomasiā. Gradiuum porro arbitrantur, Threÿcio idiomate idem esse quod Bellicosum. Aliis magis placet, a gradiendo dictum esse. quod. s. gradatim in bellum uadatur. Nec uero desunt, qui ἀπὸ τοῦ κραδαίνειν, i. a uibrando deducant: quod hastae in bello uibrentur torqueanturq. b Thraciae aruis, cuius partem olim tenuerunt Getae. T. c Prodigium: quo significatu & Liu. usus est l. 1. ab V. C. cum ait: Hoc uelut domestico exterritus uisu. d bonum, ac leue, id est minime graue, aut aduersum, facerent. e Aporia, seu diaporesis. f Expolitio eiusd. sententiae.

g Ab impio. Lex enim erat 12. tab. Defuncti iniuria ne afficiuntor: deorum manium iura sancta sunto. Ex Solonis sanctionibus. Ne in uita defunctos conuicia iaciantur: ne quis sepulcra deleat, aut uiolet etiam. Per has leges etiam nefas erat, sepulcris ossa extrahere: aggerem, tumulumue disiicere: cineres effodere. Violatoribus sepulcrorum supplicia erant proposita ex Paulli I. C. sententia; humilioribus, capitis multatio; honestioribus, in insulam deportatio, aut relegatio, aut in metallum damnatio.

h Troia me tibi tulit, id est educauit non externum. S. A propinquitatis autem iure obtestatur: multo minus male meritus, cur se laedat.

i Sic habent quinque uetusti codices, etsi sint, qui uno aut altero exemplari adiuti legere malint, Aut cruor &c. Est autem paralepsis; & occupat id Polydorus, quod Aeneas tantopere admirabatur.

K Clausula constans exhortatione ad fugam ab impietate hospitae terrae, propter nefarium in se perpetratum scelus.

l Copia sermonem exornat, Crudeles terras, Litus auarum, per synecdoch.

Nam [a] Polydorus ego: hic confixum ferrea texit
Telorum ſeges, [b] & iaculis increuit [c] acutis.
Tum [d] uero ancipiti mētem formidine preſſus (ſit.
Obſtupui; ſteterūtq. [e] comae, [f] et uox faucibus hae-
Hunc [g] Polydorū auri quondā cum pondere [h] magno
Infelix Priamus furtim [i] mandarat [k] alendum
Threicio regi, [l] cum iam [m] diffideret armis
Dardaniae, cingiq. urbem obſidione uideret.
Ille, ut opes fractae Teucrum, & fortuna receſſit,
Res [n] Agamēnonias, uictriciaq. [o] arma ſecutus,
Fas [p] omne abrumpit: Polydorū obtruncat, & auro
Vi potitur. quid [q] non mortalia pectora cogis

a Explicat quis ſit; ne dubius & incertus rei haereat. Addit p rro ēt cauſſā, cur eum fugere iubeat.

b Perquam uenuſta metaphora, ut et illae, Aquae mons, Feruidus imber. Sic apud Homer. τρώων νέφος, & σιδήρειος ὀρυγμαδος. In iaculis indicat ſiluam uirgultorum, quae e ſepulcro fuerant enata. c Reuiruit. S. Tractum hoc exiſtimant, ex Romuli hiſtoria, qui capto augurio ex Auentino in Palatium haſtam torſit, periclitādarum uirium cauſſa: quae terrae infixa, in iuſtam arborem excreuit. d A conſequentibus, quae prodigium inſecuta ſint, narrat. ſ. horrorem, comas ſubiectas, uocem formidine ademptam. e per Syſtolen, ſyllabam, quae natura longa eſſe debet, corripit. f Homerus in Il. 269. g Digreditur a coepta narratione, per occaſionem prodigij oſtentati, in hiſtoriam Polydori; quae aliter atque aliter a ſcriptoribus refertur. Vide Dictyn Cretenſ. & Euripid. & Maronis Euripidisq. ſequacem Ouid. lib. XIII. Metam. Reliqua apud Hortenſium. h Lucret. lib. V. Et ſimul argenti pondus, &c.
i ſecreto, ne res hoſtibus; innoteſceret, & puer ad caedem depoſceretur. K ἐπεξέπεμψεν. Euripid. l Periphraſis Polymneſtoris. m Si tempus, & inſtituti noſtri ratio paterentur, ex collatione hiſtoriae Euripid. in Hecuba oſtenderem, quam erudite & heroice Virg. admirabilem eius copiam contraxerit. Si quem hoc ſcire iuuabit, illum conſulere ne grauetur. n Graecorum imperium; ut, Poſtquam res Aſiae, in pr. h. l. o Copiam eius aduerte: contra eos qui ieiunum Virg. eſſe dicunt. p Ius hoſpitale uiolat. q Epiphonema per interrogationem prolatum, ut augeatur indignatio. Vide Quinctil. l. 9 c. 2. Conſimiles fere eſt exclamatio in auaritiam, ſed paullo copioſior, apud Phocylid. in paraeneſi.

Auri

Auri ſacra [a] *fames? poſtquā* [b] *pauor oſſa reliquit;*
DeleƐtos populi ad proceres, [c] *primumq. parentem*
Monſtra deum refero, &, quae ſit ſententia, poſco.
Omnibus idem animus, ſcelerata excedere terra,
Linquere pollutū [d] *hoſpitiū, et dare claſſib'* [e] *Auſtros.*
Ergo inſtauramus Polydoro funus: [f] *& ingens*
Aggeritur [g] *tumulo tellus: ſtant* [h] *manibus arae*
Caeruleis maeſtae [i] *uittis, atraq.* [k] *cupreſſo:*
Et circum Iliades crimen de more [l] *ſolutae.*
Inferimus [m] *tepido ſpumantia cymbia* [n] *laƐte,*

a *Exſecrabilis: ut, Sacrae pādūtur portae.* b *Redit a digreſſione ad omißam narationē. Fuit autem obiter, per oblatū portentum, hiſtoria caeſi Polydori inſerta, & quidem neceſſario: ut ſ. regina, & frequens Poenorum conuiuium rei non eſſet ignarum.* c *Boni principis eſt, rem ad conſilium referre, ut, auditis multorum ſententijs, deligat eam, quae optima eſt. Donat hic Rom. conſuetudinem uetuſtate, apud quos Coſs. dubias res ad Senatum referebant.* d *Caedibus profanatum: ubi Iuppiter* ξένιος *uindex inuocandus fuiſſet, & lib. 1. in f. Iuppiter, hoſpitib. nam te dare iura loquuntur.* e *Pro, claßem Auſtris, per hypallagen.* f *Ab integro iuſta exſequi eggredimur, & ijs quidem caerimonijs, quibus tum mortuos condi ſollemne habebatur.* g *Proprio uſus uocabulo, rem ſignificanter exprimit: nam ab aggerendo, Agger nomen habet: & in funerum inſtauratione, partim ingens tumulus aggerebatur; qui mortui ibi conditi, monumentum praeſeferret; quod, ſi corpus abeſſet, Coenotaphium dicebatur.* h *Poſitae ſunt.* i *Maeſtitiae ſigna circumſcribit; uittas caeruleas, & cupreſſum.* K *Triſti, funebri, & ob id ingrata: adhibebatur enim cupreſſus, duplici ratione: Primum, propter naturam, ingeniumq. eius ligni; nam arbor eſt natu moroſa, fructus ſuperuacanei, baccis torua, folijs amara, odore uiolenta; ac ne umbra quidem gratioſa; deinde, quod nobilium funeribus familiaris eſſet, teſte Lucano: Et non plebeios luƐtus teſtata cupreßus. Quoniam autem ſucciſa non regerminat, ſacra Plutoni; quare pro funebri ſigno ante domos funeſtas poni conſueuit; opinor,* διὰ τὸ ἄσηπτον εἶναι, *id eſt, ut Plin. ait, quod cariem, aut uetuſtatem non ſentiat. Hac de cauſſa ſcribit Thucydides, ex ea arcas fieri ſolitas, quibus eorum, qui in bello cecidiſſent, oſſa efferrentur.* l *Gentis, aut proeliantium* m *Inferiarum appellatio ab hac ſignificatione eſt. Inferre autem opp. Efferre.* n *De cymbijs, & carcheſiis, uide Macr. Sat. lib. 5. c. 21. Creditur uulgo poculi genus eſſe, nauiculae uehementer ſimile, oblongum, & procerum.*

Sanguinis

Sanguinis & ſacri[a] *pateras:*[b] *animãq.*[c] *ſepulcro*
Condimus,[d] *& magna*[e] *ſupremum uoce*[f] *ciemus.*
Inde, ubi prima fides[g] *pelago, placataq. uenti*
Dãt maria, et lenis crepitãs uocat Auſter[h] *in altũ,*
Deducunt ſocij naues,[i] *& litora complent.*
Prouehimur portu; terraeq., urbesq.[k] *recedunt.*
Sacra mari colitur[l] *medio, gratiſſima tellus*
Nereidum matri,[m] *& Neptuno Aegaeo:*[n]
Quam pius[o] *Arcitenens*[p] *oras, & litora circum*

a *De uictimis ſumpti.* b *Pocula patentia orificio amplo.* c *Sepulcr. cõd. ad tumulum elicimus. S.* d *Vt perſolutis iuſtis, deinceps conquieſceret.* e *Hanc funerandi, ſeu potius animas condendi conſuetudinem, eorum, qui miſerabili aliquo caſu perißent, & quidem citra ſepulturae honorem hoc loco partim deſcribit, partim lib. 6. Fuit autem horrenda quaedam, tum ſuperſtitio, tum uanitas priſcorum mortalium, quibus nihil aeque perſuaſum erat, quam mortuorum animas circa Letheum amnem inerrantes, in campos Elyſios tranſportari non poße, quãdiu iuſtis funebribus defraudata corpora, ſine honore iacerent. Haec etiã ſtultiſſima, & perridicula perſuaſio animos eorum, ab impuris ſpiritibus effaſcinatos tenebat, ut crederent manes mortuorum ad ſepulcra ultro citroq. ſubinde commeare, ſanguinemq. caeſarum uictimarum potare: quae, ubi haberi non poſſunt, tepidum lac, recens manibus expreſſum, cymbijs, aut carcheſiis ſepulcris infertur. Nota, opinor, eſt, Necyomãtia Odyſſeae Homericae; quam adſcriberem, ſi prolixiorem eße, inſtituti ratio permitteret.* f *Conclamamus ter Vale ſupremum. quod ſupra ſaepe monui.* g *Primam fidem uocat trãquillitatem caeli, ac maris, qua citra periculum uela dare poterãt.* h *Pro quouis uento indefinite: neque enim Auſter, ſed Boreas euocabat ad nauigandum.* i *Huius oppoſitum eſt, Subducere naues, ut l. 1. & 5. Aen. & apud Caeſ. in Com. ſaepe.* K *Ita nauigãtibus uidetur. Itaque ad ſenſum communem reſpexit.* l *Dilatat narrationem a chorographia Deli inſulae: quam a religione dei tutelaris, & Apollinis ſibi nati deſcribit, a ſitu, & circumfuſis circumquaque inſulis, ut ſatis liqueat, quã inſulam uelit ſignificare.* m *Recenſentur ab Heſiodo L. Nerei, & Doridis filiae.* n *Quod in Aegaeo mari ſita ſit Delos.* o *Pium uocat eum, ob Pythonem peremptam: uel, ob pietatem in patriam, quam fluctuantem uado illigauit.* p *Apollo; eſt autem epitheton ex Maeuij lib. 2. de bel. Pun. Vide Macr. l. V. c. V.*

Errantem[a] Mycone[b] celsa, Gyaroq.[c] reuinxit:
Immotamq.[d] coli dedit, & contemnere[e] uentos.
Huc feror:[f] haec fessos tuto placidissima portu
Accipit:[g] egressi ueneramur Apollinis[h] urbem.
Rex Anius,[i] rex idẽ hominũ, Phoebiq.[k] sacerdos,
Vittis, & sacra redimitus tempora lauro,

a Nam diu fluctuans, una terraemotum non sensit, usq. ad M. Varronis aetatem. Mucianus, teste Plin. prodidit bis concussam. b In hac insula Hercules, gigantum relliquias fudit. Strab. lib. x. ait Myconios, caluos dici solitos, quod id uitij in illa insula sit gentilicium. Celsam autem uocat, ob montem Dimastum. c Vna Sporadum insula est, in qua mures, teste Suida, ferrum arrodunt. d Immobilem, & uado fixam reddidit. e Ob terrae motũ. f In Delum, nunc ita firmam, ac stabilem, ut nullis tempestatib. sede sua dimoueri poßit g Quod autem praeternauigata Chio, inter Andrũ, & Tenon prouecti, in Delum peruenerint, non casu, sed poetae, aut certe Troiani ducis consilio tribuendum est. Nam cum deorum augurijs ad nouas terras quaerendas ageretur, nihil prius esse debebat, quam ut in nauigando certam aliquam sibi regionem tamquam scopum propositam haberet, quo cursus dirigeretur; ne incertus sursum ac deorsum uagaretur. Neque uero id scire, nisi uel Delphico oraculo doctus, uel Delio inspirante poterat. Sed Delphos, ut hostilem terram, declinare conueniebat; quare consulto Delum insulam, ut minus periculosam, petit. Huc accessit, ueteris necessitudinis ius cum rege Anio. h Fuit ea insula teste Pli. lib. IV. c. XII. Apollinis templo, ac mercatu, tota urbe celebris. Pisistratus, apud Thucydidem l. 3. Denaria Apollini dedicat. Nec Sophianus picturam templi in Delo praetermisit, in sua Graeciae descriptione. Cetera uide apud alios. i De hoc Anio uide Coel. lib. 7. c. 15. antiq. lect. Porro hic prosopographia est eius, a duplici dignitate, regia, & sacerdotali; quin & uenerando religione habitu. In sacra historia Melchisedech, utraque dignitate Augustus memoratur. Romae quoque postea, & initio quaedam regia sacra a Numa fuere instituta; & sacerdotes, quia regis loco sacra obirent, illo bellicis rebus occupato. Quod alibi quoque regibus honorificum fuisse, in confesso est; multo ante apud Troiam; ut in Priamo, & Aenea liquet. Idem postea a Caesaribus longa serie obseruatum fuisse constat, Ab Iulo, Aeneae filio, sacerdotiũ pontificatus Maximi, in gente Iula multis saeculis mansit. Gessit Iulius Caesar, gessit Augustus, & alij nonnulli post eum. k Tunc erat hic mos, ut reges essent etiam sacerdotes, uel pontifices.

Occurrit,

Occurrit, ueterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus [a] hospitio [b] dextras, & tecta subimus.
Templa [c] Dei saxo uenerabar structa [d] uetusto:
Da propriam [e] Thymbraee [f] domũ, da moenia fessis,
Et genus, & mansurã urbẽ: serua altera Troiae
Pergama, relliquias Danaũ, atq; immitis Achilli.
Quẽ sequimur? quo ue ire iubes? ubi ponere sedes?
Da [g] pater augurium, [h] atq. animis illabere nostris.
Vix ea fatus eram: tremere omnia uisa repente,
[i] Liminaque, [k] laurusq. [l] Dei, totusq. moueri
Mons circum, et mugire [m] adytis cortina [n] reclusis.

a *Antiquũ morem, gratulandi hospitibus aduentum. Apud quasdã nationes honorificũ est, & osculis, recipere, & obuios salutare.*

b *Hospitalitatis iure.*

c *Religiose, se circa domesticas obsonationes nihil moratum memorat, sed statim deum tutelarum accessisse, cuius gratia potissimum huc cursum intenderat. Tẽpla autem, pro Templum ait, per enallag. numeri.* d *Quare saxo uetusto hoc templum extructum dixerit, ex Epaphi sententia ostendit Macr. l. 3 Sat. c. 6.* e *Perpetuam. Non. & Ser. Aliј, Certam. Porro petitionem simpliciter, omisso exordio, proponit; mouet affectus a praesenti rerũ statu.* f *Ad Dei beneuolentiam sibi conciliandam, Thymbraeum uocat illum, a loco, in quo summis honoribus a Troianis colebatur, ubi tyhmbra copiosissime praebent, quae herba est satureiae persimilis, Hemicraniae etiam cruda comesta, mirifice conducens, ut sentit Cor. Gemma.* g *Hom. Il. 268.* h *Oraculum, aut aliud euidens signum, quo certi simus, quo eundum sit.* i *Domus, per synecdoch.* K *Breuem syllabam, Que, pro longa posuit, ratione finalitatis, quod liquida sequatur.* l *Alludit ad eorum morem, qui comestis lauri foliјs uaticinabantur.* m *Metaphora, ad insequentem allegoriam respiciens.* n *Cortina proprie est caldariũ, in quo pigmẽta, et colores coquuntur, et lanae inficiuntur. Pli. Haec rursum in cortinas aereas cõfecta, aceto spissatur. Idẽ, c. 6. l. XV. de colorib. Fit etiã apud infectores ex flore nigro, qui aereis cortinis adhaerescit. Sunt et uela seu peripetasmata, cortinae, quales sunt in prosceniјs. Quid autẽ cortinae tripodum fuerint, mire uariãt scriptores. Ex Plinio uidetur conuinci posse, aereas fuisse, c. 3. l. XXXIV. Ser. pro tripode ipsius Apollinis accipit, unde oraculũ redditur a similitudine caldariј aenei, siue quod corio Pythonis tecta esset, siue quod certissima inde responsa ederentur, ut Cortina, quasi Cotina appellata uideatur. Sũt, qui a corde deductã uelint, quod cor Phoebadis illic teneretur: cuius sententiae uidetur & Varro fuisse.*

Submissi petimus terram, & uox fertur ad aures.
Dardanidae [a] duri, quae uos a stirpe parentum
Prima tollit tellus, eadem uos ubera [b] laeto
Accipiet reduces: antiquam exquirite [c] matrem.
Hic domus [d] Aeneae cunctis [e] dominabitur oris,
Et nati [f] natorum, & qui nascentur ab illis.
Haec Phoebus; mistoq. ingens exorta tumultu
Laetitia, & cuncti, quae sint ea moenia, quaerũt,
Quo Phoebus uocet errantes, iubeatq. [g] reuerti.
Tum genitor, ueterum uoluens monumẽta [h] uirorũ,

a Oraculũ plane Apollineum, prima fronte: hoc est, obscurum, & ambiguum; cuius tota uis ab unius uoculae cõmoda interpretatione pendet. Iubet primam Troianae gentis originem repetere, & quidem tautologice; id quod huic daemoni peculiare erat: ut sic, alicuius boni specie, rudes animos in errorem pertraheret. Porro cum per antonomasiam Dardanidas eos uocet, potius, quam Teucros, Troianos, aut Laomedontiadas, satis coarguit, quam terram petendam censeat. Verum & Anchises ea uoce satis perspicue admonitus, negligentia quadam, aut potius incogitantia, in horrendum errorem, magno suo malo, labitur. At uero nullum regionis nomen exprimitur, sed maiorum origo, quam sequatur, monstratur. Sed, quia recentior erat Cretae, unde Teucer in Phrygiam delatus erat, memoria, Italiae antiquitus illi non uenit in mentem. Ex Creta Teucer; ex Italia Dardanus ortus in Troadẽ cõmigrare. Sed ea animorum laetitia publice orta, turbauit consilium, ut non aduerterent, cum Dardanidae salutarentur, moneri se, ut Italiam peterent. Porro, quod ad fictionem attinet, crediderim Virg. hic esse imitatum illum Homericae Iliad. locum, de capiẽdo ab Agamemnone Ilio. Nam, ut Agamemnon circa interpretationem oraculi ibi labitur, ita hic Anchises alucinatur circa Deliacum responsum.

b Remota metaphora, ab animali ad non animal, scilicet ad cortinam Deliam. c Terram. quod de histor. tractum, factoq. Bruti. teste S.

d Genus, & posteri eius.

e Orbi terrarum: imperium Rom. innuit.

f Homer: Il. 224. g In Phrygiam, de quo dubium erat, an uocaret Antiquam matrem, an in aliam terram.

h Monumenta dicta uidentur, a monendo, & esse ea omnia, quaecumque, uel defuncti caussa aedificantur; uel, ad memoriam alicuius; ut nos illius admoneant, ut sepulcra, statuae, libri, & similia.

Audite,

Audite, o proceres, ait, & spes discite [a] *uestras.*
Creta Iouis [b] *magni medio* [c] *iacet insula ponto:*
Mons Idaeus [d] *ubi, & gentis cunabula* [e] *nostrae.*
Centum [f] *urbes habitant magnas, uberrima* [g] *regna:*
Maximus unde pater (si rite audita recordor)
Teucrus, Rhoeteas [h] *primum est aduectus ad oras,*
Optauitq. [i] *locum regno. nondum Ilium, & arces*
Pergameae steterant: habitabant [k] *uallibus imis.*

a *Quia se metiturum sciebat: uel, quia senex esset.*

b *A dignitate personae; nã Cretenses, Iouẽ suum ciuem faciũt. Alij enim non in Creta, sed Thebis natum, uolunt. nõnulli rursum in Arcadia. At Lycophron certe Thebas Boeotiae, natale eius solum fuisse, scribit, ubi ea de re antiquum epigramma inuentum fuit. Proinde, ego Cretenses, κρητίζειν, ut satis consueuerunt, hic existimo, Thebanumq. Iouem fuisse.*

c *Mari mediterraneo.*

d *Hic est ille mons Idaeus, a quo is, quem in Phrygia fuisse legimus, nomen accepit.* e *Cunabula proprie lectuli sunt, in quibus infantes ponuntur: & Cunae, quasi Cynae dictae, ἀπὸ τοῦ κυέειν. Hinc per Metaphoram, pro rudimentis, & primordijs, aut origine alicuius sumitur, ut hic. Quemadmodum Cic. uocat Incunabula Oratoris, primam illam fundamentorum restitutionem.* f *Strab. enim lib. x. auctor est, Homeri aetate eam dictam fuisse ἑκατόμπολιν: cum Troianis temporibus recentior esset, & nonaginta dumtaxat urbes haberet; quod ex Homer. Odyss. XIX. ἐννενήκοντα πόλιας huic adscribente, clarum est, cum in Iliade ἑκατόμπολιν τὴν κρήτην, appellet. Sed iam discrepantiam Didymus conciliare conatur; quem uide, si uacet.*

g *Nulli enim insularum fertilitate cedit. maior Cypro est, minor Sardinia, & Sicilia, sed fertilitate omnibus par; ac nescio, an Sardiniam superet, si uera sunt, quae nuper ex nostrate quodam, amico non uulgari, cui utraque notissima est, intellexi.*

h *Phrygias, per antonomasiam. Duo enim sunt, eius regionis promontoria, unum Sigaeum, alterum Rhoetaeum, quorum posterius a Rhoetea, Protei filia, nomen traxit. Vide Plinium lib. V. c. XXX. & Strab. lib. XIII.*

i *Pro, elegit. ut, Pars optare locum.*

K *A loco, in quo tum incolae regionis habitabant. Vnde colligere est, loco editiori urbem conditam fuisse.*

a Mater deorũ; quae & Ops, & Terra dicta est.
b Cymbalorum periphrasis, qui bus Corybãtes, Iouis latentis uagitus, ne exaudiretur, impedierunt.

Hinc mater cultrix Cybele, [a] Corybantiaq. [b] aera,
Idaeumq. nemus: hinc fida silentia [c] sacris:
Et iuncti currum dominae subiere [d] leones.
Ergo agite, & diuum ducunt qua iussa, sequamur:
Placemus [e] uentos, & Gnossia [f] regna petamus:
Nec longo distant [g] cursu: (modo [h] Iuppiter adsit)
Tertia [i] lux classem Cretaeis sistet in oris.
Sic fatus, meritos aris mactauit honores;
Taurum [k] Neptuno, [l] taurũ tibi pulcher [m] Apollo,
Nigram hiemi [n] pecudẽ, Zephyris [o] felicibus [p] albã.
Fama [q] uolat pulsum regnis cesisse paternis

c Deae Cybeles. sacris. n. quibusq. suae erant caerimoniae: Herculis Lindij, exsecrationes: aliorum συζυγίαι: matris deum; silentiũ religiosum. d Alludit ad fab. Hippomenis, & Atlãtae, quos Cybele in leones uertit, currumq. suum subire coegit: de qua Ou. l. 10. Metam. e Propitios nobis eos reddamus, & conciliemus eorum nimbis fauorẽ. f Cretẽsia; periphrastice, & synecdoch. Gnosos. n. Cretae urbs est, Ceratos olim dicta, a proximo flu. teste Stra. Minois regia. g A Delo; unde triginta tãtum milliaria Germanica, si fides sit Geographis. h σὺν θεῶ ȣ' γὰρ ἄνευ θεȣ̃. Iuppiter hic pro caelo, aura, & uento usurpari uidentur. i Tertius dies: id. n. spatiũ secundo uẽto iter bidui est. K Hom. in Il. 126. l Docet, quibus dijs quas hostias extẽplo mactarit. His. n. duobus tantum, & Marti, tauro sacrũ fiebat. Supra adnotaui, quã erudite Maro Aeneã suũ, de industria, alia, quã cõueniebat hostia, sacrificantẽ per errorẽ, induxerit. Vnde mox secutũ prodigiũ subiecit. m Aptum Apollini epitheton, imberbi, & perpetua iuuenta florenti. Sic. n. a poetis, ad naturã solis respicientibus fingitur, qui siue occidat, siue oriatur, nũquã senio frãgitur. n Tẽpestati. o Speciẽ pro genere p Hom. Il. 31. q Error Anchisae cõfirmatur, fama pulsi regno ducis, qua similitudinẽ ueri senex colligit, Cretã. s. eã esse terrã, quã Apollo obscuris uerborũ ambagibus petẽdã mõstrauit Fuit aũt hic Idomeneus, Deucalionis filius, Cretẽsiũ dux, teste Hom. in Catal. ducũ. Hũc tradũt a Troia redeuntẽ, cũ periclitaretur in mari, uouisse, immolaturũ, quod reduci primũ in litore sibi offerret. Accidit, filiũ patris reuertẽtis fama excitatũ, aduẽtũ ei gratulaturũ occurrisse: quẽ, uoti reus, cũ immolare pararet, propter inhumanã crudelitatẽ a suis regno pulsus est. Didymus ex Lycophrone, refert, cũ circa Euboeã cõcitata tẽpestate a Minerua cũ Calchãte, et Sthenelo Colophonẽ appulisse; atq. ibi fato functũ. Aliã historiã uide apud Lycophronis interpretem.

Idomenea [a] ducem, desertaq. litora Cretae,
Hoste [b] uacare domos, sedesq. adstare relictas.
Linquimus Ortygiae [c] portus, pelagoq. uolamus,
Bacchatamq. [d] iugis Naxon, [e] uirideq. [f] Donysam,
Olearon, [g] niueamq. Paron, [h] sparsasq. per aequor
Cycladas, et crebris [i] legimus [k] freta consita terris.
Nauticus [l] exoritur uario certamine clamor:
Hortantur socij, Cretam, [m] proauosq. petamus.
Prosequitur [n] surgens a puppi uentus euntes:
Et tandem [o] antiquis Curetum [p] allabimur oris.

a Idomenea ult. pro ducta, Ionũ more; apud quos accusatiuus nominũ in εὖς in ῆα desinit.

b Hostis, auctore Cic. l. I. Off. apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus; quasi Hospes, ab hostiendo, id est, aequando, quod suis legibus uiuens nobis quodammodo aequari uideatur. Hodie perduellem intelligimus: aut eos, Pomponio I. C. teste, (in lege, Hostes. ff. de uerbor. & rer. signific.) qui nobis, aut quibus nos publice bellum decreuimus. Respexit interim hic poeta, ad hostilia, quae molitus fuerat: aut quem, ut hostem, Leucon regno expulerat. Quasi dicat, Nullus erit, qui uenientibus aduenis contrarius possit exsistere; domus paratae, & incolumes solas incolas quaerunt, aut exspectant.

c Deli: quae ab Ortygia illa, quae in Aetolia est, eam nomen daturam accepit. Phanodic. in Deliacis, Nicãd. l. 3. Aetolicar. rerũ. d Vitibus consitam: aut celebratam Bacchis; aut ubi Bacchus egit triumphum. S. Alij, propter uinearum copiam Bacchatam esse dictam uolunt, q. d. Baccho dicatã. Hort. quod mihi uerosimilius uidetur. e Naxos insula a Delo XVIII. millia passuum distat. aliquando Dias, quondam etiam Dionysias, propter uinearum fertilitatem, appellata. f Maris Aegaei insula, una Sperадum, pabuli abundantissima: unde eam uiridem nominari a Virg. existimo; & si sint, qui a colore marmoris Lacedaemonij sic cognominatam uelint.

g Insula in mari Aegaeo, uox Cycladum, quam sine epitheto proponit, ut uarietatem innuat. h Docte, Niueam, a marmoris candore niueo, quo in primis nobilitata est ea insula. Recensentur autem mixtim aliquot insulae Cycladum, & Sporadum, quas in ipso cursu praeternauigarunt.

i Crebras terras, uocat insulas toto mari sparsas, & quasi disseminatas.

K Praeteruehimur. l κέλευμα. m Mimesis.

n Homer. Il. 2. & Odys. λ. o Post biduũ nauigationem.

p Hi enim primi erant cultores Cretae.

Ergo [a] auidus muros optatae molior [b] urbis;
Pergameamq. [c] uoco: & laetam cognomine gentē
Hortor amare [d] focos, arcemq. attollere [e] tectis.
Iamq. fere ſicco ſubductae [f] litore puppes,
Connubijs, [g] aruisq. nouis [h] operata iuuentus

a Properat ad studium condendae urbis, ut, animos quietis, & ſedis stabilis cupidos proponat. aptoq. omnia ordine artificioſa breuitate ſubijcit, quae ad nouae reip. institutionem ſunt neceſſaria. b *Ad eundem modum Liu. ait, Moliri fundamenta. Est autem hic Moliri muros, aedificare ex fundamentis urbis muros, ac eos foſſa cingere.* c *Scilicet, urbem. Plinius certe lib.* IV. *c.* XII. *Pergamum inter clariſſimas Cretae urbes, numeratam fuiſſe a ueteribus, auctor est. Hanc porro antiquitate donat Virg. & origine peruetusta, a Pergamis ſcilicet Troadis: quare etiam ob nominis rationem ſocios laetos fuiße, memorat.* d *Ex eo, quod foci mentionem facit, uidetur conuinci poſſe, Amare focos, hic eſſe, Sacrificia celebrare: quod nil aliud ſit Vesta, quam focus, ac ignis inexſtinguibilis, ut ſupra monui. & apud Polluc. proprie is locus est, qui in Prytaneo uiſebatur, ubi inexstinctus erat: in quo (inquit) ſacrificamus, aut ignē exſuſcitamus. Antiquitus.n. igne ſacrificabant, quia deus in igne existimabatur habitare: ut idē Pollux l.* IX. *ubi ex profeſſo ἑστίαν, ſiue focū exponit. Ita Ser. Pōp. et Hort. at T. ex Gl. Domus cōstruere.* e *Erigere arcē ad defenſionē: niſi quis malit, per hypallag. exponere, ut ſit, Tecta arci imponere.* f *Pro, ſubductae puppes in litus. Et l.* I. *Aen. Subducite naues. Cuius cōtrariū est, Deducere naues.* g *Notandae phraſes. Operari connubijs, Operari ſacris, aruisq. pro, contrahere matrimonium, colere agros, & ſacrificare. Sed, quid ſi Operari, hic pro ῥέζειν accipiamus, quod Facere Latini efferunt: ut in Bucol. Cum faciam uitula pro frugibus, & conuiuijs; ut ſcilicet illae, feliciter prouenirent; haec, auſpicata faustaq. forent: Vt locutus est Virg. lib.* I. *Georg. Sacra refer Cereri laetus operatus in herbis. Et Iuuenal. Vt matutinis operatur festa lucernis. Pompon. Ad Veneris profectus est mane uetulus, uotum ut ſolueret: ibi nunc operatus est. Tacit. lib.* 2. *Nox eadem laetam Germanico quietem tulit; uiditq. ſe operatum. Ex quibus ſane exēplis, uel Momo ipſo iudice, clarum eße arbitror, quod cupio, nimirum pro ſacrificare, Operari, interdum accipi. Quin adhuc tibi ex Plauto uerbale eius proferam, eodem plane modo uſurpatum: Vt istaec, inquit, operatio crimen expiet.* h *Sacrificium fecit; quia mos erat, ut neque uxor duceretur, neque ager araretur ſine ſacrificijs.*

Iura,

Iura, domoſq. dabam; ſubito [a] cum tabida mēbris,
Corrupto caeli tractu, miſerandaq. uenit
Arboribuſq., ſatiſq. lues, & laetifer [b] annus.
Linquebant [c] dulces animas, aut aegra trahebant
Corpora. tum ſteriles exurere [d] Syrius [e] agros:
Arebant herbae, & uictum ſeges aegra [f] negabat.
Rurſus [g] ad oraculum Ortygiae, [h] Phoebūq. [i] remēſo
Hortatur pater ire, mari, ueniamq. precari:
Quem feſſis finem rebus ferat: unde laborum
Tentare auxilium iubeat: quo uertere curſus.
Nox erat, [k] & terris animalia ſomnus habebat.
Effigies [l] ſacrae Diuum, Phrygijq. penates,

a Occaſio ad cognitionem erroris circa interpretationem oraculi Deliaci. Deſcribit autem peſtē, a cauſſis ſuis.

b Pathos, a tempore, paruum annum, menſem lunarē indicat, cum uidelicet, quo oritur Syrius, ſeu Canicula. Nam peſtis, & ſegetum lues ex aere infecto, & intemperie quaſi corrupto, accenſiſq. Solis uaporibus naſcitur. c Aut moriebantur, aut afflabantur peſte.

d Enallage modi; pro, Exurebat. Defectu enim humoris, qui per eius feruorem abſumptus eſt, ſterilescunt agri, & enecantur ſegetes.

e Ab effectu ſideris peſtilentiſſimi. eſt enim Syrius, ſtella praegrandis, & lucida in fronte canis; cuius exortu intolerabilis calor in terra ſentitur, uapores Solis accenduntur, feruent maria, fluctuant in cellis uina, corrumpunturq. aut certe ita mutantur, ut difficulter poſtea, & raro priſtinae bonitati reſtituantur; canes id temporis maxime in rabiem aguntur; quare tutius eſt, eos caedi, ſi quando uel minimum eius rei ſignum ſe prodit.

f Metaphora ab animali ad non animal: argumentum ſumitur a conſequentibus. Peſtis autem non niſi ab irato Apolline immitti ſolet; ut apud Hom. lib. 1. Il. Sic hic, propter Anchiſae peccatum, oraculi perperam interpretati, de Creta, non de Italia.

g Accepto malo, Anchiſes demum errorem ſuum cognoſcit.

h Deli, in quo Apollo oracula edebat. Sic etiam Cic. domum Iuriſconſulti Oraculum ciuitatis nominauit. i Apollinem; cuius hoc cognomen eſt inter alia: quamuis Hom. uſurparit hoc, pro Apollinis epitheto. K Succincta nocturni temporis deſcriptio; qua uigilantiam, & ſollicitudinem Aeneae proponit Virgilius. l Quas porro uocet Effigies, ſtatim explicat, penates ſcilicet Troianorum; de quibus iam ſatis antea dixi. Vt autem res uero ſimilis appareat, ueſtit circumſtantijs,

Quos

Quos mecum a Troia, medijsq. ex ignibus urbis
Extuleram, nisi ante oculos adstare iacentis
In somnis, multo manifesti [a] lumine, qua se
Plena per insertas [b] fundebat Luna fenestras.
Tum sic affari, [c] & curas his demere dictis.
Quod [d] tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic [e] canit: [f] & tua nos en ultro [g] ad limina mittit.
Nos te, Dardania incensa, tuaq. [h] arma secuti:
Nos tumidum sub te permensi classibus aequor,
Iidem uenturos tollemus in astra [i] nepotes,
Imperiumq urbi [k] dabimus. tu moenia [l] magnis
Magna para, longumq. fugae ne linque [m] laborem.
Mutandae sedes: [n] non haec tibi litora suasit
Delius, aut Cretae iussit considere Apollo.
Est locus, [o] (Hesperiam Graij [p] cognomine dicunt)
Terra antiqua, potens armis, atq. ubere glebae.
Oenotrij [q] coluere uiri: nunc fama, minores

a Cum nimbo, qui circa deos uideri solet.
b Quae aedibus interpositae, & insertae erant; ut Lucret. l. 2. Inserti fundũt radij per opaca domorũ. Vide Coel. Antiq. lect. l. 20. c. 7.
c Visi sunt me conuenire, & alloqui: ac certiores facere, quonam flectẽdũ sit iter.

d Attẽtio a cõmoditate loci. e Versus decem dictionũ; quod rarissimum est; praesertim, cũ nullae interueniãt cõiunctiones inclinatiuae. f Canunt poetae, et canũt uates diuini, cũ futura denunciãt. g Beneuolẽtia a suo & Phoebi officio; in cuius cõmemoratione sua beneficia, et merita in Troianos commemorant: neque uero praesentia dumtaxat, uerum etiam futura. h Pro, tuas partes, tuum imperium. i Hyperbole. Erigunt aegrescentem aduersis rebus animum, spe, atque exspectatione ingentium emolumentorum: unde ad laborem hortantur, alludentes ad amplitudinem Romani imperij. K Lauinio, Albae, Romae. l Anadyplosis. m Relinque. Simplex, pro, Composito. n Discedendum est e Creta. Confirmat ab auctoritate oraculi Deliaci; quod perperam fuit interpretatus Anchises.
o Chorographia Italiae, a nominis ratione, incolarũ antiquitate, rei militaris gloria, ubertate soli, et a maiorib. qui inde in Phrygiã primi coloniã deduxere. p Ab Hespero rege. Vide Apollonij interpr. in l. 3. q Qui ab Oenotrio Sabinorũ rege, qui in ea Italiae parte regnauit, appellationem sortiti sunt. Reliqua, quae ad hanc chorographiã pertinent, uide l. 1. Aen. ubi ijdem uersus habentur; pag. 186.

Italiam dixisse ducis de nomine gentem.
Hac nobis propriae sedes: hinc Dardanus ortus,
Iasiusq. pater, genus a [a] quo principe [b] nostrum.
Surge [c] age, et haec laetus longaeuo dicta parenti,
Haud dubitanda, refer: Coritũ, [d] terrasq. require
Ausonias: [e] Dictaea [f] negat tibi Iuppiter arua.
Talibus [g] attonitus [h] uisis, ac uoce [i] deorum
(Nec sopor [k] illud erat; sed corã agnoscere uultus,
Velatasq. [l] comas, praesentiaq. ora [m] uidebar:
Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio e stratis corpus, tendoq. [n] supinas

a De Dardano, nõ de Iasio, dictũ.
b Troianũ: Dardanus enim ex Teucri filia Erichthonium procreauit; is Troem; Tros Ilum; hic Laomedontẽ Priami patrem.

c Epilogus, constans praecepto, ad referendum ista in concilium, & memoratas terras petendum. d Coritus, Tusciae rex fuit, qui a se cõditum oppidum, Coritum appellauit. e Expolitio, illustrans obscuram uocem Terras, Ausoniae nomen, est ab Ausone deriuatum, Vlyssis & Calypsos filio; uel (ut alij) Circes & Vlyssis: qui illic regnauit, ac urbes aliquot condidit. Porro de Ausonia, unde dicatur, & quibus terminis describatur, maxima est Geographorum dissensio. Quidam Romam in Ausonia collocant: alij Sallentinos, & eam partem Italiae, quae Siciliae fere contigua est, in ea ponunt: sunt item, qui eam Apenninis montibus terminent: Dion Coccian. nil ueretur affirmare, Ausoniam Auruncorum terram solam dici, quae inter Campanos, & Volscos media sita est. Tu uide Ioan. Tzetzen, cuius ea de re exstat carmen Graecum perelegans. f Epitheticῶς: alioqui Dictaeum mons in Creta est: cui hodie Labyrintho nomen esse ferunt. g Ab ijs, quae oraculum consecuta sunt, quae hic Visa nominat. Est autem Visum, cum res usu uenit, eodem modo quo apparuit. Hoc uerbum Liuio perfamiliare; ut & supra monui.

h Stupefactus, & ceu tonitruo examinatus.

i Periphrastice declarat quid, Visa, uocet; Responsum, s. deorum.

K Occupat parenthesi, id, quod de somnio obijci poterat, tamquam uanum sit responsum. Neque.n. somnijs fides habenda, quod ab incerta & commoda cuiuslibet interpretatione eorum ambages pendeant. Vnde pronus, in foedum, non solum errorem, sed & incredulitatem lapsus est.

l Vittis, ac diadematis. m Theocrit. 46.

n Religionem, pietatem, & alacritatem suam in parendo ostendit.

Ad

Ad caelum cum uoce manus, & munera libo
Intemerata [a] focis. [b] perfecto [c] laetus honore
Anchiſen facio certum, [d] remq. ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam, [e] geminosq. [f] parētes,
Seq. nouo ueterum deceptum errore [g] locorum.
Tum memorat: [h] Nate, Iliacis exercite [i] fatis,
Sola [k] mihi tales caſus Caſſandra canebat.
Nunc repeto, haec generi portendere [l] debita noſtro,
Et ſaepe Heſperiam, ſaepe Itala regna [m] uocare.
Sed [n] quis ad Heſperiae uenturos litora Teucros
Crederet? aut quē tum [o] uates Caſſandra moueret?
Cedamus [p] Phoebo, & moniti meliora ſequamur.
Sic ait: & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoque [q] deſerimus ſedem; paucisq. [r] relictis
Vela [s] damus, uaſtūq. [t] caua trabe [u] currim' aequor.

a *Rite perfecta.* b *Aris.* c *Videtur innuere τὸ τέλειον ἱερὸν.* d *Gradus, pro gradu: Certiorem. Neq. enim alibi facile inuenias dici, Reddere aliquem certum.* e *Non, incertam; ſed, duplicem: ut ſeq. declarant.* f *Duos; Dardanum ſcilicet, & Iaſium, ſiue Iaſionem: at rectius Dardanum, & Teucrum; quorum ille multo prior ex Italia, hic e Creta poſterior in Phrygiam uenit.* g *Cretae, & Italiae:*
h *Agnoſcit errorem ſuum Anchiſes recordatione oraculorum Caſſandrae: ſed culpam non creditae tum uatis, in eius fatum remouet: inde, in non uerisimile.* i *Fatigate, totū decenniū proximū bello patrio. Captat beneuolētiā a filij perſona.* K *Breuiſſima narratio, paucißimis uerbis confeßionem erroris continens.* l *Denunciare, & ante tempus ſignis praedicere euenturum aliquot: dictum, quaſi Porro tendere.* m *Sub. Memini.*
n *Remotio in non ueriſimile: quod incredulitatem eius arguit.*
o *A fatis Caſſandrae: q. d. Vt maxime id aliquando futurum uероſimile fuiſſet, quis tamen Caſſandrae etiam tum furenti, hoc crediſſet: cui nūquā a Troianis fides adhibita fuit.* p *Clauſula, ab exhortatione, ad parēdum oraculo.* q *Vt Troiam, & Thraciam.*
r *Ad inhabitandum Pergamum, nouam a ſe conditam urbem.*
ſ *Feſtinat ad ſequentem nauigationem, quam conſueto Laconiſmo abſoluit.*
t *Nauis definitio.* u *Metaphora, ab animali ad non animal: accuſandi quoque caſum figuratum hic nota.*

Poſtquam

Postquã altũ[a] tepuere[b] rates; nec[c] iã amplius ullae
Apparent terrae; caelum undique, et undiq.[d] põtus.
Tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber,
Noctẽ,[e] hiemẽq. ferens; et inhorruit unda tenebris.
Continuo uenti uoluunt mare; magnaq. surgunt
Aequora: dispersi iactamur gurgite[f] uasto.
Inuoluere diem nimbi, & nox[g] humida caelum
Abstulit: ingeminant[h] abruptis nubibus[i] ignes.
Excutitur cursu, & caecis[k] erramus in undis.
Ipse diem, noctemq. negat discernere caelo,
Nec meminisse uiae media Palinurus[l] in unda.
Tres adeo incertos caeca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.
Quarto terra die primum se attollere[m] tandem
Visa, aperire[n] procul montes, ac uoluere fumum.
Vela cadunt: remis insurgimus: haud mora, nautae
Adnixi torquent spumas, & caerula uerrunt.
Seruatum ex undis Strophadum me litora primum
Accipiunt. Strophades[o] Graio stant nomine dictae

a Mare: ut supra saepe: Multum ille & terris iactatus & alto.
b Naues; per catachresin. Sunt.n. Rates propriae, trabes inter se cõpactae, quae per aquam trahuntur: quod in Germania saepißime, in Italia aliquoties, sed magna copia Venetijs, uidi.
c Vide, quaeso, quã graphice expreßerit locum Homer. Odyß. XIV. Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ Κρήτην ἐλλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη φαίνεται γαιάων: ἀλλ᾽ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα. etc. Nolo enim tam multa Graeca adducendo lectori molestus esse.
d Lucret. l. IV. Quippe ubi nil aliud, nisi aquam, caelumq. tuentur. Ouid. Omnia pontus erat.
e Caliginem cum procella, seu tempestate, ut seq. declarant.
f Mari, per Acyrolog.
g Nubes caliginosa.
h Enallage generis; pro, Ingeminantur.
i Fulmina, periphrastice intelligit.
K Metalepsis.
l Vide eius mortem lib. V. in fine.
m Nam terra uidetur exsurgere, cum litoribus appropinquamus.
n Ostendere.
o Harum descriptionem, uide apud Apoll. l. 1. Argonaut. Macrob. l. 5. Sat. cap. 2. Hodie lingua Italica dictae sunt, Striuoli, teste Erythraeo.

Insulae

Insulae[a] Ionio[b] in magno: quas dira Celaeno,
Harpyiaeq.[c] colunt aliae, Phineia[d] postquam
Clausa domus, mensasq. metu liquere priores.
Tristius haud illis monstrum, nec saeuior ulla
Pestis, & ira Deum Stygijs[e] sese extulit undis.
Virginei uolucrum uultus, foedissima uentris
Proluuies,[f] uncaeq.[g] manus, & pallida semper
Ora fame.
Huc ubi delati[h] portus intrauimus, ecce
Laeta[i] boum passim campis armenta uidemus,
Caprigenumq. pecus, nullo custode, per herbam.
Irruimus ferro, & diuos, ipsumq. uocamus
In praedam[k] partemq. Iouem. tunc litore curuo

a Duae; contra Cyparissum Peloponesi promontorium. b Sunt tamen, qui eas in Aegaeo mari statuant. c De his, uide Coel. l. 29. c. 27. & Apoll. l. 1. Argon. Venetijs in D. Martini, sũt duae Harpiyae basi cuidam ueteri opere incisae, quae certum hodie statuarijs, & pictoribus figurandi monstri exemplar praebent. d Phineus in Arcadia imperabat, qui Harpalices, uxoris, suasu, liberos suos exoculauit: quod tam a patre in filios scelus, dij aegerrime ferentes, non ita multo post, eum occaecarunt, Harpyiasq. ei immiserunt, quae dapes mensasq. eius defoedabant. Contigit autem Iasonem in Colchidem iter facientem, ibi appellere, quem Phineus perhumaniter excepit; fortunasq. retulit, & incommoda, quae a belluis patiebatur. Qua re motus Iason, hospitalisq. beneficij munere inductus, ut parem regi gratiam remetiretur, Zethum, & Calaim, Boreae filios, alatos ac iaculandi peritissimos, ad rapaces belluas hospitis regno pellendos immisit. Et iam has in Plotas usque insulas persecuti fuerãt, cum ab Iride admonerentur, ne ulterius Iouis canes persequi tentarent. Qua uoce, uelut territi, monstris in ijs insulis relictis, in Arcadiam reuerterunt. Vnde Plotiae insulae deinceps Strophades dictae, ἀπὸ τοῦ στρέφειν, a reuertendo. e Ab inferis. his etiam l. 6. poeta sedem in Orci uestibulo tribuit. Allusisse hic uidetur ad Stygem Arcadiae, cui Phineus imperabat flu. f Sordis effusio.

g Manus, pro unguibus. S. Graeci καμψώνυχες.

h Necessitatem significat. nam sponte uenimus; non deferimur, nisi necessitate. i Pinguia; uel, per hypallag. Nos laeti.

k In praedae partem. Nam de praeda dijs immolabant ueteres Romani.

Exstruimusq.

Exstruimusq. toros, [a] *dapibusq. epulamur opimis.*
At subito horrifico lapsu [b] *de montibus adsunt*
Harpyiae, & magnis quatiunt [c] *clangoribus alas,*
Diripiuntq. dapes, contactuq. omnia foedant
Immundo. tum uox taetrum dira inter [d] *odorem.*
Rursum [e] *in secessu longo, sub rupe cauata,*
Arboribus clausi circum, atq. horrentibus umbris
Instruimus mensas, [f] *arisq.* [g] *reponimus ignem.*
Rursum ex [h] *diuerso caeli, caecisq.* [i] *latebris*
Turba sonans [k] *praedam pedibus circũuolat uncis,*
Polluit ore dapes. socijs tunc, arma capessant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus, ac iussi, faciunt, tectosq. [l] *per herbam*
Disponunt enses, & scuta latentia [m] *condunt.*
Ergo, ubi delapsae sonitum per curua dedere
Litora, dat signum [n] *specula Misenus ab alta*

a *Lectos ex herbis intortis, qui in unoquoque toro tres erant ad capiendum cibum parati.* b *Vt paullo post; Celeriq. fuga sub sidera lapsae.* c *Huic.n. rapacium auium generi peculiare fuit, antequã praedã inuaderent, clangorem edere.* d *Sub. Auditur per Ellipsim.* e *Non sat habet poeta, in uniuersum semel Harpyiarum ingluuiem proposuisse; nisi amplius signis manifestissimis eum amplificet. Nihil enim tam tutum, nihil tam remotum, nihil inquam tam abditum excogitari potuisse, quod earum rapinis esset expositum, doctissime canit.* f *Quod Iouem in praede parte uocarant, stabant arae, caesis hostijs stratae. quamuis alioqui Arae dicuntur, in quibus dijs, quacumque ratione sacrificatur. His ignem imponi mos erat. Neptuno autem sacrificantibus, & ipsum mare, Ara erat; in quod exta porriciebantur, infundebaturq. uinum pro libamine, ut l.5. Aen. Extaq. salsos Porriciam in fluctus. lege Macr. Sat. l.3.* g *Respicit ad id quod supra dixit, In praed. part. Iouis.* h *E secreto montium loco: aut, ut alij, ex diuerso mundi tractu, plaga, regione, aut cardine.*
i *Occultis, & latentibus, per Metalepsim.*
K *Clangens: ut supra.* l *Figura. pro, disponunt, & tegunt: ut seq. uers. Scuta condendo latere faciunt.*
m *Vt ex inopinato eas ita adoriantur.*
n *Clasicum canit: uide lib.6. Aen. uers. 164.*

Aere cauo: [a] *inuadunt socij, et* [b] *noua proelia tẽtãt,*
Obscenas [c] *pelagi ferro foedare uolucres.*
Sed neque uim plumis ullam, nec uulnera tergo
Accipiunt; celeriq. fuga sub sidera lapsae,
Semesam praedam, & uestigia foeda relinquunt.
Vna in praecelsa consedit rupe Celaeno,
Infelix [d] *uates, rupitq.* [e] *hanc pectore uocem.*
Bellum [f] *etiam pro caede boum, stratisq. iuuencis,*
Laomedontiadae, [g] *bellumne* [h] *inferre paratis?*
Et patrio [i] *insontes* [k] *Harpyias* [l] *pellere regno?*
Accipite [m] *ergo animis, atq. haec* [n] *mea figite dicta:*
Quae Phoebo pater oĩpotens, mihi Phoebus Apollo
Praedixit, uobis furiarum ego [o] *maxima pando.*

a *Tuba, aut lituo potius; nam l. VI. ait lituo eũ aciẽ excitare solere, quoties Hector in cãpum descenderet.*
b *Aduersa portendẽtes, quidam exp. ego simpliciter accipiẽdum puto.*
c *Vel, quia rarũ est pugnare cum Harpyijs; uel, quia uulnerari non poterant.* d *Nuncia infelicitatis: ut, Homer.* μάντης κακῶν. e *Locuta est, per periphrasim.*
f *Exordium abruptum, & cum stomacho enunciatum, continens expostulatoriam de iniuria, & damno acceptis. Estq. adeo ipsa propositio, quae in controuersiam uenit; Vim fecistis, quod alienum pecus ferro labefecistis. Exaggeratur crimen: Insuper bellum infertis; & quod indignius est conamini nos regno nostro patri expellere. Postremo, minatur uicissim pro accepta iniuria talionem. Et, ne ea tamquam uana repudientur, a Iouis, et Apollinis auctoritate confirmat: atrociq. ac irato animo conuenienti antonomasia, Laomedontiadas, uirilenter eos uocat.*
g *Perfidi: a Laomedonte, qui Deos fraudauit mercede sua.*
h *Repetitio emphatica.* i *Neptuno: erant enim Neptuni filiae; earumq. nomina; Aello, Ocypete, & Celaeno.*
K *Amplificatio ad indignationis exaggerationem, ut quae neminem laeserint, sed sibi sua uindicarint.* l *Emphaticῶς; Iouis canes; Oceani neptes; Iridis sorores; Ponti, & Terrae, ut Seruius; Thaumanti, & Electrae, ut magna pars; Neptuni, ut reliqui sentiunt, filias.*
m *Attentio, ad comminationem uindictae, ob nefarium scelus.*
n *Expolitio.* o *A sua auctorilate. Atque hinc eorum opinio probatur, qui furias esse Harpyias sentiunt; Suid. rapaces daemones* ἀρπατικὰς δαίμονας *appellat: Aeschylus inter Actaeonis canes recenset.*

Italiam cursu petitis, uentisq.[a] uocatis.[b]
Ibitis Italiam, [c]portusq. intrare licebit:
Sed non [d] ante datam cingetis moenibus urbem,
Quam uos dira [e] fames, nostraeq. iniuria caedis
Ambesas [f] subigat malis absumere [g] mensas.
Dixit: & in siluam pennis ablata refugit.[h]
At socijs subita gelidus [i] formidine sanguis
Diriguit: cecidere animi: nec iam amplius armis,
Sed uotis, precibusq. iubent exposcere pacem,
Siue [k] deae, seu sint dirae, obscenaeq. uolucres.
Et pater Anchises, passis de litore palmis,
Numina magna uocat, meritosq.[l] indicit[m] honores.
Dij [n] prohibete minas: dij talem uertite casum:

a Innuit uentos, quibus portum Deliacũ soluturus albã, nigrãq. pecudẽ mactarat, iam placatos eẽ.
b Oraculũ Iouis, quod Harpyia Troianis denunciat; quo grata simul & acerba promittuntur.

c Ellipsis; pro, In Italiam: cuius repetitio Emphasim quoque habet.
d Dirum Harpyiae Caelenus uaticinium: cui etiam euentus respondit, ut l.7. uidere est: Heus etiam mensas consumimus: inquit Iulus.
e Acerba haec, quam Troianis minatur, βυλιμία, poterat eos terrere; nisi praecessisset dulcis promissio, eos in optatam Italiam delatum iri.
f Circumesas. Exprimere conatur Homericum πάντα φρώξασαι. Et supra dixit: Semesam praedam. g Quod & factum est; non quidem, ut mensas ligneas, aut lapideas uorarent, sed orbiculos illos paniceos, e quibus cibum sumebant, quiq. carnibus subijciebantur. Quemadmodum apud Belgas, & Germanos, plerisque in locis etiam factitatum obseruaui. Ser. intelligit mensas paniceas, id est rotundas, quas maiores in honore deorum habebant. Donatus etiam ex frumento factas, dijs penatibus consecrari solitas, adnotauit. Tu, quod Virgilij sententiae conuenientius esse putabis, per me licet, sequaris. h Non quidem metu: neque enim hoc minanti conueniret; sed cito auolauit, ne placari posset a Troianis, neu per preces ira mitigaretur. i Vt supra: Gelidusq. coit formidine sanguis. K Vtramq. opinionem in medio reliquit; & eorum, qui Harpyias, Iouis canes, & Eumenidas esse contendunt, & eorum, qui aues rapaces, & foeda auiũ mõstra esse uolũt. l Sollemni ritu denunciat, Graeci παραγγέλλει; ἀπαγγέλλει. m Sacrificia. n Deprecatoria oratio, quam seni, ut religioso homini, & conscientia icto, tribuit.

Et placidi seruate pios. tum litore [a] funem
Diripere, excussosq. iubet laxare [b] rudentes.
Tendunt uela Noti: fugimus spumantibus undis,
Qua cursum uentusq., gubernatorq. uocabant.
Iam medio apparet fluctu [c] nemorosa [d] Zacynthos,
Dulychiumq. [e], Sameq. [f], et Neritos [g] ardua [h] saxis.
Effugimus [i] scopulos [k] Ithacae, Laertia [l] regna:
Et terram altricem [m] saeui exsecramur [n] Vlyssis.
Mox & Leucatae nimbosa cacumina [o] montis,
Et formidatus [p] nautis aperitur [q] Apollo:

a *Deprecatoria oratio, quam seni, ut religioso homini, & conscientia icto, tribuit.* b *Praecipitem fugã peccato agnito commemorat, quales in re inopinata exterritos pertubare solet.* c *Funes nauticos: πρυμνήσια uocant Graeci.*
d *Homer. ὑλήεσσα Ζάκυνθος, Odyss. IX. uers. 24.* e *Abest Zacynthus a Strophadibus, stadijs 259. miliaribus German. plus minus 9. Hodie Zanthe, dicta nautis.* f *Hesychius exp. Dulychium, urbem Cephalleniae: Pausan. in ea collocat. Sed Homer. & eum secutus Virg. insulam facit, ut hoc loco; non urbem; iuxta quam fuere Echinades. Has Plin. a Dulychio distinguit: alij inter eas numerant.*
g *Interius est Same, CCC. stad. a Zacyntho.*
h *Mons est Ithacae; a quo Vlysses, Neritius est dictus.*
i *Homer. Il. β. Celeriter transimus. Scopulos autem per irrisionem Regna uocat: sicuti lib. 1. Aen. Aeoli regnum, uocat Antrum.*
K *Scopulos, & rupes habet maximas Ithaca; ut ideo Homer. eam saepe κραναὴν, πετρήεσσα, καὶ τρηχεῖαν. Ob quam forte caussam, Horat. in epist. ait: Non est aptus equis Ithacae locus. & Lycophron in Cassandr. festiue πόντιον σκέπας, id est, Ponticum tegumentum appellat. Hodie Tiachi nominant, insulam horridam, & inamoenam, & ob asperitatem montium incultam.*
l *Prosthesis. Fuit enim Vlyssis pater Laertes, quem Troianis temporibus non per insulas solum, in hoc tractu maris Ionij, sed per totum fere Epirum late imperasse, Homer. in Catal. ducum, scribit.*
m *Homer. Il. γ.*
n *Vt, cuius fraude, ac dolo maxime urbs Troia deleta fuit.*
o *In litore Actiaco.*
p *Ob locorum asperitatem: non sponte, sed quia fessi: est enim nautis formidatus.* q *Procul apparet.*

Hunc petimus fessi, & paruae succedimus [a] urbi:
Anchora [b] de prora iacitur: stant litore [c] puppes: [d]
Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramurq. [e] Ioui, [f] uotisq. incendimus [g] aras,
Actiaq. [h] Iliacis celebramus [i] litora ludis.
Exercent [k] patrias, oleo labente, [l] palaestras [m]
Nudati socij: iuuat [n] euasisse tot urbes

a Leucadi, in ipso statim portu e sistenti, ab Actio lxxx. stad. distanti, inter quae duo, cum Antonio, & Cleopatra Augustus felici proelio congressus est. Vocatur autem haec urbs Leucas, uel Leucates, ut etiam mons ei uicinus.

b ἄγκυρα, Gr. ferramentum utrimque uncum, quod in uadum immissum funibus naues retinet, ne tēpestate ingruente loco moueantur. Anacharsis Scythae philosophi, inuentum esse dicitur, ut & Rota figulorum.

c Ellipsis; pro, In litore.

d Per synecdoch. Naues. sunt enim Puppes, posteriores nauium partes.

e Ioui sacrificando, peccatum nostrum expiamus. f Ob piaculum, in eius canes, Harpyias commissum. Non Apollini, qui laesus non fuerat.

g Tēpli Apollinis in Actiaco litore; ubi & Leucates mōs, Apollini sacer.

h Actium est Promontorium, in faucibus sinus Ambracij, inter omnes Europaeos facile celeberrimum, excelsum, in mare incumbens, fanoq. Apollinis celebre, & pugna Antonij, Cleopatraeq. cum Augusto infelici nobilitatum, quam diligentissime descripsere Velleius Paterculus, Orosius, & Propertius lib. IV.

i In honorem Augusti dictum: qui, deuicto apud Actium Antonio, ludos Actiacos Apollini instituit. Ait autem Virg. Troianos Actia litora Iliacis ludis celebrasse, ut eius gratiam aucupetur, ludos scilicet ab eo institutos ad longe uetustiorem originem referendo.

K Luctandi certamen notat, quod tum temporis in Graecorum certaminibus facile celeberrimum habebatur: & tum ab Augusto in ijs locis institutum fuit, ad suam originem.

l Luctaturi enim de palma, nudi palaestritae, ceromate perungebantur; quod ex oleo coeno permisto fiebat; cui, si sudor accederet κονίσαλον appellabant Atticismi affectatores. m Palaestra locus est, in quo adolescentes unguntur ad luctam, & luctus exercent. πάλη enim lucta est; παλαιστής, luctator. Palaestra etiam pro gymnasio usurpatur.

n Publici gaudij rationem reddit, quod scilicet per medias hostium urbes, huc usque penetrassent.

Argolicas, mediosq. fugam tenuisse per hostes.
Interea magnum [a] Sol circumuoluitur annum:
Et glacialis hiems [b] Aquilonibus asperat undas.
Aere cauo clypeum, magni gestamen [c] Abantis,
Postibus [d] aduersis figo, & rem carmine signo:
Aeneas haec de Danais uictoribus [e] arma.
Linquere tum portus iubeo, et considere [f] transtris:
Certatim socij feriunt [g] mare: et aequora [h] uerrunt.

a Addidit Magnū, ne lunaris annus, qui est triginta dierum, intelligeretur. addidit, Sol, ne, quia dixerat, magnum, de illo omnium planetarum anno, qui fuit annorum XXXVI. millia, acciperetur. Vide Macrob. de Som. Scip. lib. 2. cap. 11.

b Duas potissimum ob caussas uidetur hoc anni tempus tam accurate expressisse, uidelicet, ut ostenderet, nullum tempus, quantumuis asperum, otio se consumpsisse; &, ut uentum ad nauigandum suadere, & hortari declararet.

c Ferunt hunc Abantem, cum Androgeo in Ilij expugnatione caesum a Troianis. Alij putant hunc, Aeneae comitem fuisse, Troianumque nobilem, cuius lib. 1. mentionem facit: Et qua uectus Abas. qui, hunc clypeum Argiuo hosti detractum, diu gestauerit, in trophaei uirtutisq. memoriam, moriensq. Aeneae, fidissimo comiti, in sui memoriam, donauerit. Sed hi fortassis aliquid dicerent, nisi lib. x. illum Abantem, Aeneae socium, multo post tempore a Causo interemptū legeremus: Vnde in priorem sententiam sum proclinior, existimoq. Aeneam, hunc clipeum, tamquam sua de Danais, tametsi uictoribus, spolia, arbori suffixisse, ut ostenderet, Troianos, & si iam uictos, non omnes tamen inultos esse mortuos, superesseq. adhuc, qui eos ulcisci possent.

d Aeneas appulsus sui monumentum Leucatae, in sinu Ambracio, relicturus, clypeum hostibus detractum, cum epigrammate arbori suffigit.

e Sub. Detracta dicauit, uel consecrauit, per ellipsim.

f Hoc est, in tabulis illis nauis, in quibus remiges sedere solent, quae proprie, Transtra, aut Iuga dicuntur.

g Remis uerberant, ut naues propellant.

h Metaphora, a scopis ducta, ad remos, per similitudinem quandam, & expolitionem.

Protinus

Protinus aerias[a] Phaeacum[b] abscondimus arces,
Litoraq. Epeiri[c] legimus, portuq. subimus
Chaonio, et celsam Buthroti[d] adscendimus urbem.
Hic[e] incredibilis[f] rerum fama occupat aures,
Priamidem[g] Helenum Graias[h] regnare per urbes,
Coniugio Aeacidae[i] Pyrrhi: sceptrisq. potitum,
Et patrio[k] Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miroq. incensum pectus amore[l]
Compellare uirum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes, & [m] litora linquens.
Sollemnes[n] tum forte dapes,[o] & tristia dona,
Ante urbem in luco falsi[p] Simoentis ad undam

a Valde altas; quae ambae sunt in montibus exstructae, inter quos in planicie media urbe sita fuit. b Phaeaces populi sunt ad sinum Ambracium, in finib. Epeiri, contra Thesprotas, quorum opidum maritimum est Buthrotum. Hinc Phaeacia, quae nunc Corcyra, Graecis κόρκυρα, Italis Corfu, Homerus eam aliquando Scheriam; Callimachus Drepanen; Stephanus utroque nomine initio uocatam testatur: Phaeaciam, a Phaeace, Neptuni & Corcyrae filio. Hanc porro insulam Homer. Alcinoi regis hospitio, & Vlyssis appulsu nobilitauit. c Epeirum diuidit ab Ambraciotis, Acheron flum. qui e Pindo oriens ad Nicopolim mare ingreditur. Porro inter 14. gentes Epeiri, quas recenset Theopompus, clarissimi sunt Chaones, Triballi, & Molossi. d Hodie, Butrinto, appellatur: huc Heleni maxime caussa poeta mittit Aenean.

e Attentio a re noua, & incredibili, quam est narraturus.

f Priami filium. g Partem Epeiri.

h Aeaci nepotis, Achillis filij: ita tamen, ut ex Peleo, non ex Aeaco Achillem natum intelligas. i Imperio, synecdoch.

K Troiano, scilicet. Heleno, antea eius fratri Hectori nuptam. Viri enim domicilium uxor sequitur: alioqui Thebana erat Andromache.

l Desiderio compellendi. m In portu, ac statione.

n Anniuersaria sacrificia.

o Has putant dici deorum apparatus in sacrificijs, & funeralibus. Vsurpantur autem pro quibuslibet, sed nominatim magnificijs conuiuijs, opiparisq., ac sumptuosioribus apparatibus,

p Ad simulacrum amnis in Troade,

Libabat [a] cineri [b] Andromache, manesq. [c] uocabat
Hectoreum ad tumulum; [d] uiridi quē cespite inanē,
Et geminas [e] caussam [f] lacrymis, sacrauerat aras.
Vt me [g] conspexit uenientem, & Troia circum
Arma amens [h] uidit, magnis exterrita [i] monstris
Diriguit [k] uisu [l] in medio, calor ossa reliquit:
Labitur, & longo uix [m] tandem tempore fatur:
Vera [n] ne te facies, uerus mihi nuncius affers,

a Parentabat Andromache mariti Hectoris manibus adcoenotaphium, ex cespitib. uiridibus aggestum huiusmodi Sueton. Honorarium tumulum uocat. b Gentilium in cremandis post mortem humanis corporibus ritum obserua. Mos enim priscis illis erat, ut ceu capsam in templis, ad repraesentandum mortuis officium, inanem tumulum accumularent; ad quem, tamquam uerum sepulcrum, omnes caerimonias sepulcrales, legitime exsequerentur. Martian. I. C. Coenotaphium uult esse locum religiosum, motus hoc Virgilij loco, cum ait, Sacrauerat geminas aras: uerum existimo Virg. hic non de simplici Coenothaphio loqui; sed de eo tumulo, ad quem duas aras dedicarat, ubi manes Hectoris euocabantur.

c Ad libamina, & inferiarum dapes.

d Coenotaphium intelligit, qualia erigi solent ijs, quorum corpora haberi non poterant, ne scilicet omni sepulturae honore destituti Stygiam paludem transnare non possent.

e Vnam marito, alteram filio. Existimant tamen ueteres, honoratorum uirorum manibus duas aras cōmuniter consecrare solitos. T. & si aliter S.

f Appositio. g Ecce, quam pathetice narrat congressum suum cum Andromache: quam graphice mulieris tantae imaginem, rei subitae, & insperatae facie consternatae, depingat.

h Caussam Amentiae, occursum suum inopinatum fuisse praenarrauit.

i Monstri enim simile erat, Troianos, & in primis Aeneam, in Epirum descensurum. K Obstupuit.

l Periphrasis stuporis ab accidentibus.

m Difficultatem in loquendo, ubi ad se redierat, ostendit: ut non tam muliebrem animum, quā adhuc stupore peregrinantem mentem, agnoscas.

n Arguit hoc ipsum Tautologia uerborum, quibus non gratulatur illum quidem aduenisse, id quod primum decebat: sed stupens admiratione nouae rei, uerba amentiae plena effundit.

Nate dea? uiuis ne? aut, si lux [a] alma recessit,
Hector [b] ubi est? dixit; lacrymasq. [c] effudit; et oẽm
Impleuit [d] clamore locum. uix [e] pauca [f] furenti
Subijcio; & raris turbatus uocibus [g] hisco.
Viuo [h] equidem, uitãq. extrema per omnia [i] duco:
Ne dubita: nam uera uides.
Heu quis te casus deiectam coniuge [k] tanto
Excipit? aut quae digna [l] satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache Pyrrhin cõnubia [m] seruas?
Deiecit [n] uultum, & demissa uoce locuta est:

a Periphrasis. q. d. Si mortuus es, cur non & Hector, se tecum mihi offert. Persuasum .n. uulgo, mortuorum umbras, suis se obuias effer ferre; idq. ob non recte praestita iusta funebria, et alias causas superstitiosas. b Et hoc amentiae plenum est, arbitrari umbram hominis, quem praesentem uideas. Solet autem plerumque fieri, ut de eo primum percunctemur, quem amemus uehementißime. secundum illud in Bucol. Quaerimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

c Decorum seruat, cum eam in lacrymas prorumpere ait, Flectens facta mentione: finemq. percunctandi facere.

d Hyperbole. e Iisdem fere uerbis, quibus Andromaches in rogando difficultatem proposuit, & Aeneae responsionem ostendit; ibi, Vix tandem; hic, Vix pauca. f Impatienter dolenti.

g Pium affectum, & humanum ostendit; quippe qui etiam lacrymis suorum & moueatur, & turbetur. Et auget turbationem, Hisco: &, Raris uocibus, id est, paucis uerbis; ut oratio densa undique sit affectibus.

h Luculenter ad singula respondet Aeneas, citra uerborum ambages, ne quam obscuritas perturbata ambiguitatem pariat.

i Pericula septem annorum sursum deorsum adita.

K Emphaticῶs: nam incomparabilem illum Hectorem, uel multis uerbis satis extollere non potuit: uel indecorum fuit, refricare uulnus nominis iteratione. l Tanto uiro uiduatam, summaq. fortuna dignam.

m Verecunde, uerbisq. mollibus infelicem sortem mitigat. Cum enim forte Pyrrho in seruitutem cessisset, perinde ut Cassandra Agamemnoni, & aliae alijs, non sciscitatur, num Pyrrho adhuc seruiat, sed solum an in illius coniugio perseueret, ne scilicet uerborum atrocitate, maerore, & luctu rabidum animum amplius acerbet. n Ab habitu. nã prioris condicionis recordatione erubuit: id quod, ingenui pudoris, signum est.

O felix [a] una ante alias Priameia [b] uirgo,
Hostilem [c] ad tumulum Troiae sub moenibus altis
Iussa [d] mori: quae sortitus non pertulit ullos,
Nec uictoris heri tetigit captiua cubile.
Nos, patria incensa, diuersa per aequora uectae,
Stirpis [e] Achilleae fastus, [f] iuuenemq. superbum

a Collatione malorũ Polyxenae, suam calamitatẽ exaggerat Andromache. Quinct. l. 6.c.3. Macr. Sat. l.4.c.6. Orditur aũt ab exclamatione, ut affectus melius moueret. b Antonomasia est; pro, Polyxena: quia uirgo exstincta est. Historiam sic referunt. Ab Hectoris interitu anno fere exacto, cum forte Hecuba, & filiae inferias, ad eius tumulum, quem extra urbem Priamus erexerat, sollemni ritu ferrent, accidit, ut cum Achilles tum moenibus obequitaret, Polyxenam intuitus, forma caperetur, & oculos, animumq. ad uirginem totum adijceret. Nam fama erat, si Dareti credimus, admodum eleganti Polyxena, adeoq. uenusta, ut omnes facile feminas, quae tum erant, forma superaret: colore candido, procera statura, longo teretiq. collo, oculis uenustissimis, ac reliquo corporis habitu adeo scito & pulchro, ut mirum non fuerit, Achillen eius amore captum fuisse. Quocirca seruum Phrygij sanguinis ad Hecubam mittit: fore pollicitus, ut ipse & Thessali statim ad Troianos deficerent, si sibi Polyxena in uxorem daretur: neque etiam dubitare se, quin illico obsidione Troia liberaretur, id si contingeret. Rem, ut proposita erat, ad Priamum refert, probatq. consilium, ut apprime utile, si certo confestim post nouam affinitatem Graeci sint abituri: alioqui, non uideri caußam, iungendae filiae, integro adhuc, & nondum confecto bello. Res ultro, citroq. perlata, iam Achillem ab omni armorum studio auerterat. Pugnatur interea rursum, Achillesq. ad arma capienda urgetur a ducibus: cumq. recusare non posset, quin arma resumeret, Troilum, Memnonẽq. insultantes sibi, interfecit. Qua re Hecuba, in recentem luctum, propter Troili filij mortem, praecipitata, Achillẽ, quod temere ad arma recurrerat, spe connubij in templum Apollinis Thymbraei ad colloquium contraxit, ubi Paridi, alijsq. ad insidias dispositis, ipsum incautum, cum comite Antilocho, trucidandum obiecit. Vrbe autẽ capta ad eius manes placandos, Polyxenã, ex cõmuni Graecor. cõsensu Pyrrhus ad tumulũ patris mactauit: qui ob eã rẽ oraculumq. editum post patris caedem, e Scyro accitus fuerat. c Hoc cũ suo exsilio cõponit, et cõparat. d Quod minus acerbũ est, quã mori nõ posse, cũ uelis. e Pyrrhi. f Cuius pater Achilles praeter alios Hectorem, & Troilum: filius patre crudelior Politem, adeoq. ipsum Priamum, filiamq. Polyxenã trucidarit: huius ego fastum tuli, inquit.

Seruitio

Seruitio[a] enixae tulimus: qui deinde[b] ſecutus
Ledaeã[c] Hermionẽ, Lacedaemoniosq.[d] Hymenaeos,
Me famulã, famuloq.[e] Heleno tranſmiſit habendã.
Aſt illum ereptae magno inflammatus amore
Coniugis,[f] & ſcelerum[g] furijs[h] agitatus[i] Oreſtes
Excipit incautum, patriasq.[k] obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamq. omnem Troiano[l] a Chaone[m] dixit;
Pergamaq.[n], Iliacamq. iugis[o] hanc addidit arcẽ.

a Pertulimus, donec in ſeruitio poſitae eniteretur. S. Legitur, & Enixe. Malo tamẽ primam lectionem ſeruare, ac ita exponere: Tulimus ſuperbum iuuenem, in ſeruitute ei Moloſſum filium enixae. Quamquam ſcribat Hygynus, Amphialum, non Moloßum, peperiſſe eam Pyrrho, antequam Heleno traderetur. b Tranſitio, qua exponit, quo modo a Pyrrhi ſeruitio fuerit liberata. c Ledae neptem, quam amare ceperat poſt ſuſceptam ex Andromache ſerua prolem. Porro, ubi audiuit, eam Oreſti datam, Lacedaemonem profectus; a Menelao uirginis patre, ſibi deſponſatam poſcit coniugem. Quam ille, amico fidem ſeruare uolens, ab Oreſte abductam, Pyrrho reddidit. Hac autem tam indigna contumelia motus Oreſtes, Pyrrhum Neoptolemum, Delphis ſacris operantem, Incautum obtruncat, Hermionemq. ſuam repetit. d Expolitio; nuptias Hermiones, Laconicae.
e Paronomaſia. f Hermiones ereptae. g Ob interfectam matrẽ.
h Alludit ad ſurorem hominis, quo poſt parricidium agitari coepit. Hinc Prouerb. Oreſte inſanior. i Filius Agamemnonis, & Clitennestrae; qui Aegyſthum, qui patrem occiderat, matremq. ſtuprauerat, in complexu Venereo ſimul cum matre occidit, ut auctor eſt Sophocl. in Electra, & Euripides in Oreſte. Pyladi tam fuit amicus, quam qui maxime; ut ex Cic. de Amic. latius uidere eſt.
K Patrias, dixiſſe uidetur, quod pater conſimili fato ad Apollinis aram, a Pyrrho circumuentus fuerit: aut quod uelit innuere, eum ad illas aras caeſum, quas ipſe patri ſtruxerat, cum inferias illi ſollemni ritu ferret, & etiam cum uictimis.
l Fuit enim Chaon, unus Priami filiorum, teſte Pauſania, & Boccatio.
m Fratre ſuo. n Coniunge hunc uerſ. cum illo, qui ſequitur: Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum, &c.
o Montibus, ut intellig. a parte totum.

Sed[a] tibi[b] qui cursum uenti, quae fata dedere?
Aut quis ignarum nostris deus appulit oris?
Quid[c] puer Ascanius? superat ne, et uescitur aura?
Quem tibi iam Troia.[d]
Ecquae iam puero est amissae cura[e] parentis?
Ecquid[f] in antiquam uirtutem, animosq. uiriles
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?
Talia[g] fundebat lacrymans; longosq. ciebat
Incassum[h] fletus; cum[i] sese a moenibus[k] heros
Priamides multis Helenus comitantibus offert;
Agnoscitq. suos; laetusq. ad moenia ducit;
Et multum lacrymas uerba inter singula fundit.
Procedo; & paruam Troiam, simulataq. magnis
Pergama, et arentem Xanthi[l] cognomine riuum
Agnosco; Scaeaeq.[m] amplector limina portae.

a Transitione perelegāti, ad mutuas interrogationes, descendit. b Id est, tā prosperi. c De pueri Ascanij ingenio, indole, naturaq. perquā anxie percunctatur; fortasse, quod paucos illustriū uirorū liberos, parentum similes euadere; pauciores, illis praelucere; plurimos uero, deteriores fieri, multo usu cognorit. d Hemistichium sensum non habēs: quod quidem sic perficere conati sunt: Quem tibi iam Troia obsessa est enixa Creusa. e Non, Creusae, quam mortuam Andromache scire non poterat; sed patriae, quae communis omnium est parens. f Quasi dicat, An ne aliquod paternae uirtutis specimen in eo elucet? an ne auunculum suum Hectorem aliquando est praestaturus? g Ut nusquam sui dissimilis est Virg. in decoro personarum? Quanta cura rursum hic, muliebres affectus, orationem, ipsosq. adeo propemodum gestus, in Andromacha retulit? ut qui prius exclamantem; inde narrantem; postremo perorantem, et percunctantem uicissim, obseruare uoluerit, tragicos gestus, tragicos plane affectus intelligat. h Frustra.
i Occasio, qua in omnem Aeneae aduentus familiam spargitur. Fingit. n. eodem se recipientem Helenum, quo praecesserat coniux.
K Helenus rex, & Vates, Priami filius, qui, interempto Pyrrho, Chaonia potitus erat. l Troadis, ut & Simois.
m Cognomen unius Troianorum portae, de qua supra latius egi l. 2. in fine. Quam κατ' ἐξοχὴν nominat, quod in ea fuerit sepulcrum Laomedontis; unum, ex Troianorum fatis. Eo. n. integro Troia capi non poterat.

Necnon

Necnon & Teucri ſocia [a] ſimul urbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat [b] in amplis.
Aulai [c] in medio libabant pocula [d] Bacchi,
Impoſitis auro dapibus, paterasq. tenebant.
Iamq. [e] dies, alterq. dies proceſſit: & aurae
Vela uocāt, tumidoq. [f] inflatur Carbaſus [g] Auſtro.
His uatem [h] aggredior dictis, ac talia quaeſo:
Troiugena, [i] interpres diuum, qui numina Phoebi,
Qui tripodas, [k] Clarij [l] lauros, [m] qui ſidera ſentis,
Et uolucrum linguas, et praepetis [n] omina pennae,
Fare age, [o] (nāq. omnē [p] curſū mihi proſpera dixit
Relligio: & cuncti ſuaſerunt numina [q] diui
Italiam petere, & terras tentare [r] repoſtas:
Sola nouum, dictuq. nefas Harpyia Celaeno
Prodigium canit, & triſtes denunciat [s] iras,

a *Buthroto; ubi ciues noſtri imperabāt.*
b *De conuiuio intellige. ſic Ter. Eunuc. Accipit homo melius nemo.*
c *Diaereſis, more ueterū, Lucretio perfamiliaris. Diphthōgus Graeca αι, quae Latinis ae, eſt.*

d *Vini, per Metonymiam.* e *Attentio ad nouam narrationem a temporis, & caeli ratione, quod ad nauigandum inuitaret.* f *Tumido, ab effectu.* g *Vento; ſpecies pro genere.*
h *Helenum, regem; qui & uates erat.*
i *Periphraſis Heleni, qui Troianus erat.*
K *De tripode, quid fuerit, quod diuerſorum, diuerſiſſimaeq. ſint ſententiae, nihil iam ſcribo, ſed breuitatis cauſſa te ad Hortenſii in hunc locum enarrationes remitto. Poteris etiam Coel. Rhodig. ſi uacet, conſulere.*
l *Apollinis, ab opido Clario, ſito in finibus Colophoniorum.*
m *Vide Plin. lib. XV. c. XXX.*
n *Auguria ex auium uolatu afferre potes: nam aues, ex quarum cantu omnia praedicuntur, Oſcines dicuntur.*
o *Propoſitio petitoria: cui ſimul adnectit cauſſas, quamobrem de uitandis periculis quibuſdam, & pugnantibus quodammodo oraculis, ipſum conſulat.*
p *Pro, Omnis relligio proſperum dixit curſum: per hypallag.*
q *Apollinis ſpiritum intelligit, cuius afflatu omnia norunt uates.*
r *Longe poſitas.*
ſ *Deorum, ob iniurias ſibi delatas.*

Obſcoenamq.

Obſcenamq.[a] famem) [b] quae prima pericula uito,
Quid ue ſequens tantos poſſim ſuperare [c] labores.
Hic Helenus, [d] caeſis primum de more iuuencis,
Exorat [e] pacem diuum, uittasq. [f] reſoluit
Sacrati capitis: meq. ad tua limina, [g] Phoebe,
Ipſe manu [h] multo ſuſpenſum [i] numine ducit:
Atque haec deinde canit diuino ex ore ſacerdos.
Nate [k] dea (nam te [l] maioribus ire per altum
Auſpicijs manifeſta fides: ſic fata deum rex
Sortitur, [m] uoluitq. uices: is uertitur ordo)
Pauca tibi e multis, quo tutior hoſpita [n] luſtres
Aequora, & Auſonio poſſis conſidere portu,
Expediam dictis. prohibent nam cetera Parcae [o]

a Epexegeſis. b Longũ eſt hyperbaton, quod incipit a Fare ager, & durat uſq. ad Quid ue ſequens. c Pericula, & difficultates. d Vates diuina reſponſa conſulẽtibus redditurí, ſacris operabãtur; et adhibebant certas quaſdã caerimonias, quibus aliquid ſignificabatur, rudi uulgo ignotam. His diuorum gratiam ſibi conciliare exiſtimabant, ne fraudi, doloue eſſet, quod mortalibus eorum conſilia patefacerent. Vocabantur hae hoſtiae conſultatoriae, & peragi ſolebant: quare Hoſtiae iniuges etiam dicebantur. Ad eundem modum Sibylla lib. 6. diuorum pacem exoratura, antequam numen concipiat, Aenean ad hoſtias iniuges caedendas hortatur. e Exorare proprie eſt, orando impetrare id quod petimus. f E ueteri uaticinantium conſuetudine, reſoluit uittas. nam hoc ſignificabant, animo curis ſoluto ſe ad numen accedere.

g Apoſtrophe, ad Apollinem. h Arguit relligioſum animum, cũ uatis manu in fanum Apollinis introducitur. i Sollicitum, attentum. Si, ſuſpenſus, numinis plenus, exp. ut Ser. Malim tamen per Metaphoram, a corpore ad animum ſumpto uocabulo, Suſpenſum exponere, Relligione ictũ, & loci numine motum. Hort. K Orditur, a perſona Aeneae beneuolentia ſumpta: docilitas autem parentheſi incluſa eſt.

l Conſentanea prioribus oraculis reſpondet. ut in alijs etiam fides cancti habeatur. m Diſponit: ordinat. Alluſit ad ſortes Apollinis, cuius eſt ſacerdos. n Vicina, exp. Ser. o Parcas omnino tres comminiſcuntur poetae, Clotho, Lacheſin, & Atropon, quorum primam neere; alteram, fila per rhombum ducere; tertiã fila abrumpere, fabulantur. Parcas autem per antiphraſim dictas uolunt, quod nemini parcant.

Scire Helenum,[a] fariq. uetat Saturnia[b] Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Vicinosq. ignare paras inuadere[c] portus,
Longa[d] procul longis[e] uia diuidit inuia[f] terris.
Ante & Trinacria[g] lentandus[h] remus in unda,
Et salis Ausonij[i] lustrandum nauibus aequor,
Inferniq.[k] lacus, Aeaeaeq.[l] insula[m] Circes,[n]
Quam tuta possis urbem[o] componere terra.
Signa[p] tibi dicam: tu condita mente teneto.
Cum tibi sollicito[q] secreti ad fluminis undam,
Litoreis ingens inuenta sub ilicibus[r] sus

a Tertia persona pro prima; quod energiam habet. b Saturni filia. c Metaphora, a re militari. d Homer. Iliad. 5. e Longum opp. Vicino, in superiori uersu. f Superatu difficilis. Scal. g Freto Siculo. Trinacris dicta est, ob triquetram insulae figuram. h Flectendus; ut, Lentum uimen. quasi dicat, In Siculo mari nauigandum tibi est. Venuste autem ait, Lentandus, quod remi lententur, id est, inflectantur, & incuruentur, unde Lenti dicti, a Catullo: Lentos incuruans gurgite remos. T. i Tyrrheni, & Hadriatici maris. K Peruenuste hunc locum ad Homeri prototypum expreßit l. x. Odyss. l Ser. Aeaeae legen. contendit per tres diphthongos, ut sit adiectiuum genitiuo Circes respondens. Potes tamen etiam legere Aeaee, ut sit insulae proprium, casus nominandi: Sic enim hanc insulam uocat Homer. Odys. 10. Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεσθα. Quamquam lib. 12. Odys. Κίρκης τ' Αἰαίης, bis adiectiue dixit. m Hanc insulam praeternauigantem fingit Aenean, statim post reditum eius ab inferis circa prin. lib. 7. o Venefica fuit, Solis, & Perses nymphae filia; quam Aeaeam uocat, uel ab Aeaee, Tyrrheni maris insula, uel, ut Apollonij interpp. adnotarunt, ab Aea, Colchidis ciuitate; quemadmodum & Cytea, ab Cyta eiusdem regionis opido. o Lauinium. p Hom. Il. 4. q Anxio, de labor. catastrophe. r Tradunt historiographi, rem minime fabulosam esse: prodigiosumq. Scrofae, cum 30. albis succulis occursum; omen fecisse Troianis urbis cōdendae. Haec praegnans cum altarib. esset admota; sacrificantiū manib. excussa fuit: atque inde abrepta quattuor & uiginti stadijs a mari, tumulo admodum modico consedit, loco difficili, & inculto. Sequitur Aeneas scrofam cum parte suorum, huius oraculi memor; & quidem modico interuallo, ne, si uestigijs institisset, eam fatali uia auerteret. Reliqua lib. 7. ubi prodigium occurret.

Triginta

Triginta [a] capitum fetus enixa iacebit,
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati:
Is locus [b] urbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros:
Fata uiam inuenient, aderitq. uocatus Apollo.
Has [c] autem terras, Italiq. hanc litoris oram,
Proxima quae nostri [d] perfunditur aequoris aestu,
Effuge: cuncta malis habitantur moenia [e] Graijs.
Hic & Narycij [f] posuerunt moenia Locri:
Et Sallentinos [g] obsedit milite campos
Lyctius [h] Idomeneus: [i] hic illa ducis [k] Meliboei
Parua Philoctetae subnixa [l] Petilia [m] muro.
Quin, ubi trãsmissae steterint trans [n] aequora clas-
Et positis aris iam uota in litore [o] solues; (ses,
Purpureo uelare [p] comas [q] adopertus [r] amictu;

a quo prodigio, regna turũ triginta anuis Ascaniũ, significabatur.

b In eo fatalis urbs condatur. Locus aũt incultus fuit, Lauroq. nomẽ haquit, secundũ Horten.

c ostendẽtis est. nam Calabria non longe distat ab Epiro. d Ionici. e Magnam Graeciam intell. quomodo tum uocabatur ea Italiae pars, quae Calabros, Lucanos, Cocrenses, Sallentinos Tarentinos, Crotoniacas, & alios aliquot populos continet. atque adeo omnes eos, qui sunt inter Iapygiam Leucopetram promontoria. Magnam porro uocat, non, quod ea reliquam partem Graeciae proprie dictae excederet, sed, quod magnus ille Pythagoras inibi philosophatus fuerit. Hort.

f Locros Narycios uocat, a Narycio Locrorum opido: unde Aiax profectus fuerat. g a Sallentino promontorio, cui ab occasu oppositum est Lacinium. h A Lycto Cretae opido, quae Lacedaemoniorum colonia fuit.

i Dux Cretens. domestica seditione pulsus, hic consedit. K Melibocensis, a Meliboea urbe Theßaliae, ut S. uel Magnesiae, ut alij. l hoc est, qui murorũ Petiliae fundamenta iecit. m Lucanorum metropol. Strab. & Steph. n In Calabro litore, quod cum Sallentinis paeninsulam efficit. o ut hostium opida & occursus omni studio euitentur.

p imperatiuus passiuus.

q Obrupto capite sacris operare; ne, casu hoste conspecto, & turbatis fuga sacris, operandi copia deintegro non esset.

r Dijs omnibus operto capite sacra fiebant, uno Saturno excepto, cuius racion. uide apud Macrob. lib. I. Sat. c 10.

Ne

Ne qua[a] inter ſanctos ignes in honore [b] deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omina[c] turbet.
Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto;
Hac caſti [d] maneant in relligione nepotes.
Aſt, ubi digreſſum [e] Siculae te admouerit orae
Ventus, & anguſti [f] rareſcent [g] clauſtra[h] Pelori:
Laeua tibi tellus, & longo [i] laeua petantur
Aequora circuitu: dextrum [k] fuge litus, & undas.
Haec [l] loca ui quondam, & uaſta conuulſa ruina
(Tantum aeui longinqua ualet mutare uetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, cum protinus[m] utraq.[n] tellus

a Cauſſa eſt, quam ob rē caput obnubere purpureo amictu praecipiat. Et ſane propter Diomedē hoc ei Helenus praeceptum tam diligenter inculcare uidetur.

Nam cum Diomedes, propter oblatum Palladium, uarijs caſibus iactatus, ad ultimum regno exſutus, eſſet, oraculo admonitus fuit, ut ſi numen ſibi propitium uellet, illud Troianis reſtitueret. Accidit deinde, ut in his regionibus ſacrificanti Aeneae interueniret: ac cum ſacrum religioſe turbare uereretur, Palladium Nantae cuidam ſociorum reddidit. Diomedis porro in Italiam acceſſum, terrae adiacentes inſulae ab eo denominatae ſatis demonſtrant: ut, campi Diomedis: Arpi, aliquando Argos Hippium, mox Argyrippa, poſtremo Beneuentum, teſte Suida, dictum. Ibi delegerat gentes Monadorum, Dardorum; & duas urbes, quae in prouerbij ludicrum ceſſerunt, Tricas, & Apinas.
b Inter ſacrificandum. c ſacrificij ordinem rumpat. d per hypallagen, pro caſta religione. e E litore Italico, ubi magna Graecia eſt.
f quia a continenti tribus paſſuum millibus diſtat. Eſt autem promontor: Siciliae. g hoc eſt, cum ex Hadriatico in uaſtum mare emicantibus Pelorus, Italiae, Scyllae & Charybdi oppoſitus, obſcurus e fluctibus ſe oſtendere incipiet. h Anguſti Pelori, per hypallagen.
i ut totam inſulam potius uaſtis amfractibus ad meridiem circumnauiges.
K Italicum. l Digreſſio in deſcriptionem Scyllae & Charybdis, & rationem anguſtiarum inter utramq. rationem. Fuit quondam Italiae Sicilia cōtigua: ſed terrae motu, hinc Tyrrheno, inde Ionio pelago immiſſo, poſtea inſula effecta eſt: perinde ut Chalcis a Boeotia; Cyprus a Syria; Belbicus a Bithynia; Leucoſia a Sirenum promontorio abſciſſa fuit.
m Continuo, aduerb. loci. n Italia, & Sicilia, Iſthmo coniunctae.

Vna

Vna foret, uenit[a] medio ui pontus, & undis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruaque, & urbes
Litore diductas angusto interluit aestu.
Dextrum Scylla latus, laeuũ implacata Charybdis
Obsidet,[b] atque imo barathri[c] ter gurgite uastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusq. sub auras
Erigit alternos, & sidera uerberat unda.
At Scyllam caecis cohibet spelunca latebris,
Ora exsertantem, & naues in saxa trahentem.
Prima[d] hominis facies, & pulchro pectore uirgo
Pube tenus, postrema immani corpore[e] pistrix,
Delphinum caudas utero commissa[f] luporum.
Praestat, Trinacrij metas[g] lustrare[h] Pachyni
Cessantem,[i] longos[k] & circumflectere cursus,
Quam semel informem uasto uidisse sub antro
Scyllam, & caeruleis[l] canibus resonantia saxa.
Praeterea, si qua est Heleno[m] prudentia uati,
Si qua fides, animum si ueris implet Apollo:
Vnum[n] illud tibi, nate dea, praeq. omnibus unum
Praedicam, & repetens iterumq. iterũq. monebo.
Iunonis magnae primum prece numen adora:
Iunoni cane uota libens, dominamq. potentem

a Pro, In medium; ut, It clamor caelo. b Tenet, Metaphora a re milita-ri. c Aptissima metaphora loci naturam explicat. Barathrum enim profunditatem immensam, et praecipitem significat, in quam Athenis conjiciebantur rei. d Primae corporis partes. τὰ πρῶτα ἄνθρωπος. Sic postr. τὰ ἔσχατα. Moralem porro huius figmenti rationem, uide apud Coel. antiq. lect. lib. 14. cap. 3. e Balena marina. Hort. f Commissas habens, uel adaptatas, uel iunctas. Poetice, casum accusandi, pro auferendi usurpat, q. d. infra uterum pristim referebat caudis luporum. g Oram, & fines. h Circumnauigare; cum non modico itineris dispendio: quod indicat uocula, Cessantem. i Immorantem. K Interpretatur uerbis luculentiorib. quid sibi uelit, Lustrare metas Pachyni. l Exaggerat horrorem a terribili scopuli facie, & canum latrantium sonitu.
m Enallage tertiae personae, pro prima.
n Attentio, a rei seriae repetendae magnitudine.

Supplicibus

Supplicibus supera [a] donis. sic denique [b] uictor
Trinacria fines Italos mittere relicta.
Huc [c] ubi delatus Cumaeam [d] accesseris urbem,
Diuinosq.[e] lacus, & Auerna sonantia siluis;
Insanam [f] uatem adspicies, quae rupe [g] sub ima
Fata canit; folijsq. [h] notas, & nomina mandat.
Quaecumq. in folijs descripsit carmina uirgo,
Digerit [i] in numerum, atq. antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neq. ab ordine cedunt.
Verum eadem, uerso tenuis cum cardine uentus
Impulit, & tenebras turbauit ianua [k] frondes,
Numquam deinde cauo uolitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti [l] abeunt, sedemq. odere Sibyllae.
Hic tibi ne qua morae fuerint dispendia [m] tanti;
Quamuis increpitent socij, & ui cursus in altum
Vela uocet, possisq. sinus [n] implere secundos:
Quin ades uatem, precibusq. oracula poscas:
Ipsa canat, [o] uocemq. uolens, atque ora [p] resoluat.
Illa tibi Italiae populos, uenturaq. bella,

a Expugna eius animum, & coge tibi esse beneuolũ: hostijs, & persoluendis uotis deinceps. b Voti cõpos. c In Italiam. d Cumas, scilicet, in intimo Puteolani sinus recessu, ubi Italia angustissima est. e Auernũ, & Lucrinum. diuinos autem, id est, consecratos. f 'Ενθουσιασμένην, id est, diuino furore afflatam, Erythream, scilicet, quae illis temporibus ibi claruit, uirginisq. matris, regem aeternum educaturae partum praedixit. g Indicat obscure, subterraneum locum illum Necyomãtices Homericae circa opidũ Cimmeriorũ ad Cumas, aut certe nõ multo ĩde remotã actã rupẽ. h Huic mos erat in palmarũ folijs oracula tradere, teste Var. quẽ et hoc loco, et l.6. secutus est noster poeta: Folijs tantum ne nomina manda; Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis. i Vaticinia heroico carmine conscribebantur, ut est uidere apud Lucian. in Alexand. K Non, ianua, sed uentus per ianuam ingressus. l Non accepto consilio. m Huius contrarij est Compendium. n Carbasa secundo uento implere; nam medium ueli uentorũ flatu curuati, sinũ uocat: & si alia quoq. haec dictio notat. o Non aũt scribat in palmarũ folijs, quae uẽto abripi possit. p Loquatur; Epexegesis eius, quod praecessit.

Et quo quemq. modo fugiasque,[a] feraq. laborem,
Expediet, cursusq.[b] dabit uenerata secundos.
Haec sunt, quae nostra liceat te uoce moneri.
Vade age, et ingentem factis fer ad aethera Troiã.
Quae[c] postquam uates sic ore effatus amico est,
Dona dehinc auro grauia,[d] sectoq.[e] elephanto
Imperat ad naues ferri: stipatq.[f] carinis
Ingens argentum,[g] Dodonaeosq.[h] lebetes[i]
Loricam consertam hamis,[k] auroq.[l] trilicem,
Et conum insignis[m] galeae, cristasq.[n] comantes,
Arma Neoptolemi. sunt & sua dona[o] parenti.
Addit[p] equos, additq. duces.
Remigium[q] supplet, socios simul instruit armis.

a Declines pericula, Polysynthe ton est.

b Rationẽ nauigãdi in fatalem Italiae partẽm cõmonstrabit.

c Commemorat hospitalia munera, quae priscorum mortalium consuetudine Aeneae digressuro, tum hospiti, tum ciui suo, Helenus donarit. d ultima syllaba contra consuetudinem producitur, ratione finalitatis, in caesura per Ectasin. e Ebore polito. synecdochice.
f Densat, cumulat. g Amplificat narrationem, ab enumeratione donorum. h Vide Coel. l. 19, c. 11. ant. lection. i Lebethes autem hos ex optimo aere, ceu Corinthio, fuisse, quidam tradiderunt. K Proprie sunt unci, quibus pisces capi solent; hic autem accipitur. pro ferreis instrumentis, quib. arcae saepiuntur. Erant. n. ueterũ loricae, non quales nostrae hodie, ex uariis anulis catenulitq. connexae, sed uel ex crudo corio, lorisq. cõpactae; quales adhuc uidemus in antiquis imperatorum statuis; Var teste.
l Ser. aliiq. hic Endyadim constituunt, quasi intelligendum sit, Loricam fuisse consertam aureis hamis. Ego tamen, quod eorum pace fiat, hic intelligere malim, Auroq. trilicem; pro, habentem tria diuersa aurea licia. Quis enim crudum corium, aut lora illa, ex quib. Loricas ueterum contextas fuisse monui. aureis hamis, compingere curet? quis non ad ornatum potius hic aurum superadditum, quam loris coriisue conserendis adhibitum existimet? m Conus, nux pinea a Gr. appellatur: hinc Geometrae huiusmodi figuram Conum uocant. Ab eius autem similitudine, curuaturae, quae sunt in summitate galeae, cui cristae imponuntur, per translationem Coni dicuntur. n Comatas, Gr. κομόωντας. o Arrelitsae.
p Repetitio. q Remos, uel remigum turbam.

Interea

Interea[a] classem uelis [b] aptare iubebat
Anchises, fieret uento mora ne qua[c] ferenti.
Quem Phoebi[d] interpres multo compellat honore.
Coniugio[e] Anchisa Veneris dignate[f] superbo,
Cura [g] deum, bis [h] Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Ausoniae tellus. hanc arripe uelis:
Et tamen[i] hanc pelago praeterlabare necesse est:
Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo,
Vade, ait, o felix nati pietate. quid ultra
Prouehor,[k] et fando surgẽtes [l] demoror[m] Austros?
Nec minus [n] Andromache digressu maesta supre-
Fert picturatas[o] auri[p] subtegmine uestes, (mo,
Et Phrygiã[q] Ascanio chlamydẽ: nec[r] cedit honori:
Textilibusq. onerat donis, ac talia fatur:

a Transitio ad consiliũ de apparanda classe, ut aliquando e Buthroto soluant.

b Hypallage, pro Vela classib.

c Stanti.

d Heleni periphrasis.

e Quinctilian. lib. 8. c. de tropis. Pro stupro, Coniugij uocabulo tamquam sanctiore utitur. f Qui dignus es habitus. g amor: ut illud: Veneris iustissima cura. q. d. qui dijs es curae, utpote ijs carus.

h Primo, cum ab Hercule Ilium esset expugnatum, Priamus, Anchises, & alij nonnulli dimissi fuerunt, uel potius, ut alijs placet, secreto elapsi. Secundo, capta a Graec. Troia, saluus filij humeris in pacatum euasit.

i Anacolython. Non enim praemisit priorem aduersatiuae partem: quam tamen intelligi uult, hoc modo: Quamuis haec Italiae pars uicinior sit, necesse tamen est, eam relinquere. K Prosequor sermonem. l Metaphora, ab animali ad non animal; id est, spirare incipientes. m Enallage speciei. n Homer. Od. 130. o Quib. intertextae uarie rerum & animantium picturae inerant. Porro, Aurum intertexere, cuiusmodi uestium hic mentio fit, in Asia existimatur Attalus inuenisse. Pictarum tamen uestium usus in confesso est Homeri aetate fuisse: apud quem Il. 3. Laodice, una filiarum Priami, ingentem telam texens introducitur. Et in Odyss. Penelope telam texens ac retexens, procos eludit.

p Pro, aureo subtegmine. Subtegmen. n. filum est sub stamine: stamen uero in tela filum firmum est; at subtegmen ultro citroq. transmittitur.

q Acu pictam: quod Phrygum inuentum fuit.

r nec munera dat inferiora meritis.

a Homer. Odyss. 130.

b Expressit Graecam uocem μνῆμα: ait enim sic Helena Telemacho apud Hom. Odyss. XV. μνημ' ἑλένης χειρῶν.

c Enallagae personae, pro, Mecum.

d Super, T. dictis uult, ut a Val.

Accipe et haec, manuũ[a] tibi q̃ monumẽta[b] mearũ.
Sint, puer, & longũ Andromaches[c] testẽtur amorẽ
Coniugis Hectoreae: cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei super[d] Astyanactis imago.[e]
Sic[f] oculos, sic ille manus,[g] sic ora ferebat:
Et nunc aequali[h] tecum pubesceret aeuo.
Hos ego digrediens lacrumis affabar[i] obortis.
Viuite felices, quibus est fortuna[k] peracta
Iam sua:[l] nos alia ex alijs in fata uocamur.
Vobis parta quies, nullum maris aequor[m] arandũ:
Arua[n] neque Ausoniae, semper cedentia[o] retro,
Quaerenda: effigiem Xanthi, Troiamq.[p] uidetis,
Quam uestrae fecere manus, melioribus opto
Auspicijs,[q] & quae fuerit minus obuia[r] Graijs.
Si quando Tiberim, uicinaq. Tibridis arua
Intraro, gentiq. meae data moenia cernam,
Cognatasq.[s] urbes olim, populosq. propinquos

Flac. Nec spes ulla super. At S. pro Valde, aut uehementer.
e Pathos ab imagine, de quo Macrob. Sat. lib. 3. c. 5. ubi hũc locũ citat.
f Amplificatio per distributionem.
g Homer. Odyss. 29.
h Pathos a collatione aetatis utriusque.
i Lacrumis obortis, κατὰ δακρυχέων, quod Homero frequens est.
K aduersa. l Sua, S. recte interp. Propria: ne scilicet ad antecedens secundae personae referatur, cum ipsum sit tertiae personae.
m Metaphora, a terra ad mare.
n Vide Floridum in lib. de Iuris interpretib.
o ut illud: Italiae fugientis prendimus oras.
p Ficticiam, scilicet de illa magna quondam denominatam.
q Successu, & incepto,
r Minus exposita Graecorum iniuriae.
s Italas, et Epiroticas inter se propinquas, scilicet quae mari Hadriatico, seu Ionio tantum dirimantur.

Epiro Heſperia,[a] *quibus idem*[b] *Dardanus auctor,*
Atque idem caſus; unam faciemus utramque
Troiam animis. maneat[c] *noſtros ea cura nepotes.*
Prouehimur pelago uicina[d] *Ceraunia iuxta,*
Vnde iter Italiam, curſusq. breuiſſimus[e] *undis*
Sol ruit[f] *interea, &*[g] *montes umbrantur*[h] *opaci:*
Sternimur optatae gremio[i] *telluris ad undam,*
Sortiti[k] *remos; paſſimq. in litore ſicco*
Corpora curamus;[l] *feſſos ſopor irrigat artus:*
Nec dum orbem mediũ nox horis acta ſubibat;
Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes
Explorat uentos, atque auribus aera captat:

a Graecor. more; pro Dardanus ἑσπερόθεν. S. Alludit aũt ad amplitudinem Romani imperij.

b A maiorib. genere, patria, et caſus ſimilitudine. Patria aũt, genus, fortunae ſimilitudo artiſſimo uinculo deuinciunt animos. ad quae ſi morũ quoq. ſimilitudo accedat, & aetatis aequalitas, multo firmius coeunt animi, etiã inter abſentes. c Extrema colloquij clauſula. d Ab his montib. incipit Epirus. ſunt aũt paene omnũ tota Europa excelſiſſimi, ab aſſiduo fulmine, quo percutiuntur, ita dicti. & quia ſublimi uertice in Ionium excurrunt, a quibuſdam ſcriptorib. et Acroceraunia nuncupantur, ἀπὸ τοῦ κεραυνοῦ καὶ ἄκρου. Idq. ex ſententia Plin. l.3.c.23 & in prooemio l.4. Alij tamẽ eos inter Armeniam & Hiberiam collocant, Horat. Od.3.l.1. Infames ſcopulos Acroceraunia. Vbi Lamb. cum alijs etiã tenet eos in Epiro eſſe, Melae auctoritate fretus. e Eſt.n.ea Hadriatici & Ionij maris anguſtiſſima pars DCC ſtadior. latitudine. i. miliarium Germanicorum XXI. ſpatio inter Acroceraunia & Hydruntem opidum Italiae maritimum: ſed uaſtius uerſus ſeptemtrionem ſe aperit.

f ueſper fit.

g Homer. Il.118.

h ſublato e noſtro hemiſphaerio ſole obſcurantur.

i Metaphoricῶs, ab homine ad litus.

K officia remigandi, exp. Ser. & pluresalij; ſed hoc mirum uideri poteſt, cur tum demum officia remigandi ſortiti ſint, cum id antequam ſoluerent ex Epiro feciſſe debebant. Vnde Hort. hoc aliter exp. dicens Sortiti remos, ideſt diſponentes & ſorte obtinentes remos, ut ad ſignum Palinuri quiſq. naualib. inſtructus adeſſet.

l ut ad laborem poſtea alacriores & expeditiores eſſemus.

Sidera cuncta notat tacito [a] labentia caelo,
Arcturũ,[b] pluuiasq Hyadas,[c] geminosq.[d] Triones,
Armatumq.[e] auro circumspicit Oriona.
Postquam cuncta uidet caelo constare [f] sereno:
Dat clarum e puppi signũ:[g] nos [h] castra [i] mouemus,
Tentamusq.[k] uiam, & uelorum pandimus alas.
Iamq.[l] rubescebat stellis Aurora fugatis,
Cum procul obscuros [m] colles, humilẽq.[n] uidemus
Italiam. Italiam [o] primus conclamat Achates:
Italiam laeto socij clamore salutant.

a Haud scio, an Tacitum caelum hic tranquillũ uocet, & quietum: cum Palinurum auribus aerem captare proponit. Memini lib. 2. Tacitae lunae silentia, ipsam Lunam tum nondum lucentem appellari. nam, ut silentio nihil auditur, ita in tenebris nihil cernitur. Ibi Tacitum, & Silẽs coniunxit. Vnde non uideo, quid obstet, cur Tacitum caelum exponere non possimus illum, quo signa Australia & Septemtrionalia sunt conspicua, quae, lucente luna, maxime obscurantur, si astrologis credi fas. H.

b Sidus Septemtrionale, quod nautae solent obseruare.

c Signa meridionalia, de quibus in Georg. abunde.

d Hom. Od. 46.

e Armatum eum fingit Higyn. & cum Tauro decertantem. Sed Virg. eum, Auro armatum, dicit, propter eleuationem, & superlationem ob adspectum sideris horribilem, cum in statione nocturna silente Luna clarus fulget: aut etiam ob naturam sideris uiolentissimi in concitandis ortu suo tempestatibus. f Vocula haec, serenitatis perseuerantiam indicat.

g Faculam extulit: ut illud, Flammas cum regia puppis Extulerat. Translata similitudo est a re militari, in qua ad pugnam milites classico excitantur; quod data opera & hac ratione fecisse dici potest Virg. quod hunc Troianis mutandum esse locum, & ulterius esse nauigandum sciret.

h Persistit in translatione; a consequentib. nam caussa dati signi erat, ut ad nauigandum quisque se, & arma naualia expediret. i Classem.

K Hoc est, nauigamus. Hysteron proteron.

l Attexit matutini temporis descriptionem, ut maius quippiam adducat.

m Nondum Solis radijs adumbratos; uel, propter intercapedinem, & longinquitatem.

n Aqua enim terra altior est.

o Repetitio, desiderium fatalis terrae indicans.

Tum pater [a] Anchises magnum cratera corona
Induit,[b] impleuitq. mero, diuosq. [c] uocauit
Stans celsi in puppi.
Dij maris, [d] & terrae, tempestatumq. potentes,
Ferte uiam uento facilem, & spirate [e] secundi.
Crebrescunt [f] optatae aurae, portusq. patescit
Iam propior, tēplumq. [g] apparet in arce Mineruae.
Vela legunt socij, & proras ad litora torquent.
Portus [h] ab Eoo [i] fluctu [k] curuatus in arcum:
Obiectae [l] salsa spumant aspergine cautes:
Ipse [m] latet: gemino demittunt brachia [n] muro

a Religiose, ex immodica laetitia, ob uisam Italiā, sacrificantē Neptuno Anchisen inducit, utpote cui seni sacra cōmēdata erant. Porro inter nauigandū īmolat taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo, Nigram hiemi pecudem, zephyris felicibus albam; cum alias hostias eorundem sacra, terra postularent. b Id quod laetitiae argumentum erat. Idem autem litandi mos in conuiuijs hilarioribus apud priscos seruatus fuit. Sed inter nauigandum, e celsa puppe liquor, relligiose uoto prius concepto, perinde ut exta Neptuno in litore hostijs caesis in fluctus porriciebantur; quod ne ipsum quidem sine mero fiebat, quod in caput uictimae fundebatur.
c Inuocauit. Simplex loco compositi. d Maris, quod nauigo; terrae, quo sum iturus. e Ad eundem modum tradunt, Scipionem, classem e Sicilia soluentem, precatum fuisse. f Perspicue innuit, preces Anchisae exauditas fuisse, cum illico gratissima aura sequeretur.
g Non illud quidem, quod in Mineruae promontorio uisebatur (eo enim propter Scyllam, & Charybdim accedere non potuit, quae inter Siciliam, & Leucopetram mediae erant.) uerum illud, quod in Iapygiae dorso eminebat, cuiusque portus contra Ceraunia in diuersa ad ortum fronte occurrebat. Nisi forte quis Gargani portum malit interpretari, aut flumen illum portuosum Frentonem scilicet, uelit intelligere.
h Topographia portus Sallentini. i A fronte enim spectat ortum.
K Impetu maris in arcum curuatus introrsum. l Nam fluctus illisi saxa utrimque obiecta conspergunt spuma. m Procul intuentibus; ut uicissim dixit, paullo supra: Portusq. patescit Iam propior. n Metaphora, ab hominibus ad scopulos. Nam ingentes duo in caelum dextra, laeuaq. Scopuli extolluntur, ut duo muri, aut brachia uideantur, quibus interior portus aduersus maris, & caeli iniurias defenditur.

Turriti [a] scopuli, refugitq. a litore [b] templum.
Quattuor [c] hic, primũ omẽ, [d] equos ĩ gramine uidi
Tondentes [e] campum late, candore [f] niuali.
Et pater [g] Anchises, bellũ o terra [h] hospita portas:
Bello armatur equi: [i] bellũ haec armãta [k] minãtur.
Sed tamen [l] ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre.
Spes est pacis, [m] ait. tum numina sancta precamur
Palladis [n] armisonae, quae prima accepit [o] ouãtes:
Et capita [p] ante aras Phrygio uelamur amictu,
Praeceptisq. Heleni, dederat quae maxima, [q] rite

a Turris instar ĩ caelum ex naturali saxo erecti. b In dorso promontorij depressum: nam accedẽtibus refugere a litore, et subsidere uidetur. Hoc porro templum in Locris conditum, ut aliae arces in Sallentinis, a Cretensibus, ut testantur Var. & Strabo. c Superstitiosa antiquitas omnia obuia in omen rapiebat; & Anchises, equos per proximos campos in gramine pascentes, litus ingressis statim oblatos, in omen belli uertit, quod eorum usus in bello plurimus sit. d Equos, omen. Appositio.
e Depascentes gramen, late pascentes per campum, & quasi palantes.
f A colore: unde conuinci poterat, bellum non portendere; nam albae, & candida omnia auspicata creduntur: perinde, ut furua, & atra, Infelicia. Itaque candor in omen potius uictoriae rapiendus erat, si omnino bellum minabantur. g Decore augurandi scientiam senili prudentiae tribuit.
h Quae nos hospitio excipis; per, Apostroph.
i Equi conspectus belli praesagium est; unde & lib. I. cum Carthaginem bellicosam fore, uellet ostendere, in eius urbis fundamentis equi caput effossum dicit. K Denunciant, aut portendunt.
l Correctio interpretationis, ab usu diuersa.
m Ad eam respiciens, quae parta uictoria est consecuta.
n Bellorum praesidis, in cuius tutela is erat locus.
o Laetabundi. Translatio est, ab ouandi more; quo, belli duces, rebus prospere gestis, sed non ita magnis, ut iusto triumpho dignae essent, ex S.C. pedites, uel (ut alijs placet) equo uno uecti in urbem ingrediebantur, myrteam coronam, quam ob id Oualem uocabant, in capite gestantes; quae latius uide apud Gel. lib. V. Noct. Attic.
p Ut praeceperat Helenus uers. 405. huius lib. supra.
q Quia dixerat, Praeq. omnibus unum Praedicam. uers. 435.

Iunoni Arginae [a] iussos [b] adolemus [c] honores.
Haud mora, continuo, perfectis ordine uotis,
Cornua [d] uelatarum obuertimus [e] antennarum:
Graiugenumq. domos suspectaq. linquimus [f] arua.
Hinc sinus Herculei [g] (si uera est fama) Tarenti
Cernitur. attollit se diua Lacinia [h] contra,
Caulonisq. [i] arces, & naufragum [k] Scylacaeum: [l]

a Cur Argiua cognominata fuerit Iuno, uide Palaephat. de narrat. fabu. Suid. et Lycophronis Scholiast.

Vna inter cetera huius appellationis affertur ratio: s. quod in Arginorum ratione Neptuno prata fuissent consecrata, in quibus equos suos pasceret, de tota regionis possessione occaepit cum Iunone contendere; quae cum Iunoni adiudicata fuisset, Arginae nomen tulit. b Monuerat antea Helenus, ut protinus transmisso aequore, cum uota diuis cursus sui auspicib. in litore persoluturus esset, certis quibusda caerimonijs sacra uelato capite faceret, ne hostium interuentu ea turbarentur, & ut eam relligionem posteritati suae commendaret. Quo loco, monui Aeneae postea usuenisse, ut cum circa Graias urbes, in quibus Diomedes consederat, eo ritu sacris operaretur, ille cum Palladio forte sacrificantibus interuenit. Et praesentia sua rem diuinam turbaret, Nautae cuidam sociorum illud tradidit. Quod ipsum hoc loco accidisse, arbitratur Hort.

c Sacrificamus, & quasi odorem gratum dijs praebemus. Adolere enim, urere est; ut, Adolescunt ignibus arae. Item, Accrescere; unde Adolescens, & Adolescentia.

d Metaphora, ab animali, ad non animal.

e Vt cursum mutaremus. Don.

f Heleni consilium secutus, Magnae Graeciae litora uitat; ubi tum Diomedes consederat.

g Herculeum nominat Tarentum, non quod illud Hercules condiderit, sed Tara eiusdem in omnibus fere expeditionibus comes.

h Promontorium est Crotonis, uel, ut Ptolemaeus ait, Bruttiorum inter Hadriaticum, & Ionium mare.

i Ad Sagram, a Locris Italiae fronte; ibi incipit Magna Graecia. Sunt, qui Aulona uocent, quasi Vallona, a uallibus.

k Naufragia adferens.

l Scylacaeum opidum etiam Strabo lib. 6. recenset, in ora Calabriae post Cauloniam; adeo ut addubitare nemo debeat, quin genuina haec sit lectio.

Tum

Tum procul e fluctu Trinacria[a] cernitur[b] Aetna:
Et gemitum[c] ingentem pelagi, pulsataq.[d] saxa
Audimus longe, fractasq.[e] ad litora[f] uoces:
Exsultantq.[g] uada, atque aestu miscentur arenae.
Et pater Anchises: nimirum haec illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, haec saxa horrẽda canebat:
Eripite,[h] o socij, pariterq. insurgite remis.
Haud minus, ac iussi, faciunt: primusq.[i] rudentẽ

a A tribus promontorijs, Siciliae, in qua est mons Aetna.

b Polybius auctor est, Aetnam in Sicilia omnium montiũ esse eminentissimũ: cuius uertex globos eiaculatur, et quidẽ (quod maxime mirũ est) nũquã deficiente materia, quae tot saeculis incẽdio suffecerit. Ora alioqui ipsius crateris niualis est hibernis mensibus, quibus cinis egestus niuibus, et pruinis obtegitur. Loci autẽ ipsius facies prodigiose uariatur, igni modo in imũ collabẽte, modo flãma prorupto, scissoq. uertice in caelũ emicante. Igniti nonnũquã fluunt riui, nunc flãmae fumo, & caligine obductae, interdum ardentes eructant lapides. Fuere, qui explorandi miraculi caussa summum iugum conscendere sint ausi; qui aream summam patentem ambitu XX. stadiorum se uidisse affirmarunt, inclusam supercilio ciner oso in muri speciem: in media planicie nebulosum apparere tumulum. Nec defuerunt, qui labrum crateris transgressi, per ipsam aream paullulum processerint, sed altioris cineris calore retro pedes flexerint. Ferunt Empedoclem quondam studio curiosius explorandi miraculum rei excitum, in his locis perijsse: altero calceorum ferreorum, quos in eum usum parauerat, haud procul a crateris supercilio reperto. Porro, si Pindaro credimus, tota haec regio, a Cumis usque ad Siciliam, ignita est; existimaturq. habere sub terra, & mari concauitates quasdam inuicem contiugentes. Incendij porro huius caussae a Iustino lib. 4. sic explicantur: Sicilia, inquit, terra est cauernosa, & fistulosa: quo fit, uentorum ut flatibus pateat, unde ignis concipitur. Intrinsecus sulfur habet, & bitumen, quod, ubi uentus per spiramẽta cauernarũ ĩcubuit, cõcipit ignẽ: sic Aetnae dutat incẽdiũ. Motus ergo uentorũ, caussa incendij est. c Gemitũ Metaphorice monstroso Scyllae scopulo attribuit; quod in huius uentre, canes, lupos, uitulos marinos habitare, & horrendum sonare fabulentur poetae. d Epexegesi; explicat .n. quis sit ille gemitus. e Frãgũtur uoces ad litora, cum cessant. f Quae reddũtur perculsu fluctuũ ad saxa. g Hyperbole, feruentis Charybdis. h Eripite uos hoc periculo insurgentes remis. i Peruenusta metaphora, proram fluctibus percussam, rudere dicit; quod proprie asinorum est.

Contorsit laeuas proram Palinurus ad undas.
Laeuam cuncta cohors remis, uentisq. petiuit.
Tollimur[a] *in caelum curuato gurgite, & ijdem*
Subducta ad manes imos descendimus unda.
Ter[b] *scopuli clamorem*[c] *inter caua saxa dedere:*
Ter[d] *spumam elisam, et rorantia*[e] *uidimus astra.*
Interea fessos[f] *uentus*[g] *cum Sole reliquit:*
Ignariq. uiae Cyclopum[h] *allabimur oris.*
Portus[i] *ab accessu uentorum immotus, et ingens*
Ipse,[k] *sed horrificis*[l] *iuxta*[m] *tonat*[n] *Aetna ruinis:*
Interdumq.[o] *arma prorumpit*[p] *ad aethera nubẽ,*
Turbine fumantem[q] *piceo, & candente fauilla:*

a *Hyperbolis uenustis Charybdis uiolentiã, aestũq. terribilẽ fluctus uicissim in immẽsam altitudinem modo attollẽtem, modo rursum in uastam profunditatẽ dehiscentem exprimit: opponens inter se caelum sursum, & inferos, (quos nũc Imos manes uocat) deorsum.* b *Amplificat Scyllae ex aduerso saeuientis rabiem, ternarij iteratione.* c *Metaphora remota, ad subijciendam terribilem rei faciem, & naturam. nã fluctus in excauati, atque exesi scopuli saxa illisi, ululatum, & canum latratum imitantur.* d *Homer. Od.* 105. e *Pro, Irrorata.* f *Remigando.* g *Ventus cecidit, cadente simul Sole.* h *Huc se delatum Vlysses quoque, in Alcinoi, Phaeacum regis, frequẽti conuiuio narrat. in Odyss.* 9. i *Totum hunc locum apud Gel. reprehendit Phauorinus, tamquam nimis tumidum, infeliciterq. ex Pindaro translatũ. lib.* 17. *c.* 20. *Defensionem autem Virgilij contra Phauorin. uide apud Põtanum in Ant.* K *Scilicet, Portus.*
l *Horrendis, & terrificis.*
m *Ex* 1. *Pythior. Pindari.* n *Montem confragosum fuisse satis innuit. nam conflictus illi, & tanti sub terris fragores, nisi in concauo, & cauernoso fieri non possunt: easq. conflictiones uentorum, atque ignium in cauernis esse ait, ut confligentium nubium tonitrua imitentur.*
o *Interdum ingens atra fumi nubes antecedit: inde sequuntur intersparsae scintillae, quibus ad postremum succedit aestus flammae erumpentis.*
p *Euomit.* q *Videtur Virgilius noster rem ipsam, & loci situm contemplatus fuisse, tam eleganter rem explicat: si quidem cacumen montis, qua tanta fumigatio emittitur, hiatum habet profundissimum, ac amplissimum, quem Craterem scriptores dixerunt: hodie plerique os uocant, exesis undique. atque exustis rupibus.*

Attollitq.

Attollitq. globos [a] *flammarũ, & sidera* [b] *lambit:*
Interdum scopulos, [c] *auulsaq. uiscera* [d] *montis*
Erigit eructans, [e] *liquefactaq.* [f] *saxa sub auras*
Cum gemitu [g] *glomerat, fundoq.* [h] *exaestuat imo.*
Fama est, Enceladi [i] *semustum* [k] *fulmine corpus*
Vrgeri mole hac, ingentemq. insuper Aetnam
Impositam ruptis flammam exspirare [l] *caminis;*
Et, fessum quoties motat [m] *latus, intremere omnẽ*
Murmure Trinacriam, et caelum subtexere fumo.
Noctem [n] *illam tecti* [o] *siluis immania* [p] *monstra*
Perferimus: nec, quae sonitũ [q] *det caussa,* [r] *uidemus.*

a *Quid hic aptius remota metaphora dici potuit, cum rei magnitudinem uerbis aequare uellet? Certe, haud scio, an ab ipso Pindaro melius, aut significãtius, ignis purissimi fontes inde eructari dicti sint: profecto grauius, & ad sensum communem accommodatius a Virg. id ipsum uidetur eße expressum.*
b *Remota metaphora ab animali ad flammam; quam intendit hyperbole.*
c *Saxa enim ingentia aestu huius incendij ad multa stadia in subiectum mare torquentur.* d *Saxa e uisceribus montis tamquam eius partes. nam & oßa terrae dicuntur.* e *Reddidit Gr. Pindari uocẽ* ἐρεύγομαι.
f *Pereleganter Liquefacta: nam saxi intra crateras liquefacti, & aestu incendij eiecti humor superinfusus, in uertice lutum fit atrum.*
g *Huius fragor tantus est, ut ad Maronem, & colles gemellos usque; fauilla uero adhuc ardens in Taurominium, et Catanam usque perueniat.*
h *Significanter ignis uiolentiam, quae tum oculis, tum auribus longo inde inde interuallo, ostendit.* i *Enceladum, fabulantur poetae, ex Terra, & Titano prognatum, qui tum ob immensam corporis molem elatior factus esset de bello dijs inferendo cum alijs aliquot gigãtib. cogitauit; ac cum iam dies belli inchoandi adeßet, uiresq. intendere incoepisset, a Ioue desuper fulmine ictus, sub Aetnam prostratus fuit, ubi continuo ardet. Etsi Lycophron, non Enceladum, sed Typhonem sub Aetna conditum, putet.* K *Pro, Semiustũ, quasi semianimis sit Enceladus. S. Alij leg. Seminustum.* l *Fornacibus.* m *Sic habent quinque antiq. lib. & si quidã Mutant, legant: quod nõ facile inuenias usurpatũ: & si recte dicatur, Mutare uestẽ, aut arma. In Carpẽsi tamẽ exẽplari, Mutãt, legitur.* n *Redit ad omißã narrationẽ. Occiduo Sole huc appulerãt, et noctẽ insequentẽ metu in silua latuerũt.* o *Magis hoc Virgilianum est, quã si ad ias praepositionẽ, In.* p *Auxesis.* q *Etquidẽ auditũ horribiliorẽ, propter altissimã quietẽ.* r *Metaphora propinqua; pro, Intelligimus.*

Nam

Nã neq. erãt [a] aſtrorũ ignes, [b] nec lucidus [c] aethra [d]
Siderea polus : obſcuro ſed nubila caelo,
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Poſtera [e] iamq. dies primo ſurgebat [f] Eoo,
Humentemq. [g] aurora polo dimouerat umbram:
Cum ſubito e ſiluis macie confecta ſuprema.
Ignoti noua forma uiri, [h] miſerandaq. cultu
Procedit, ſupplexq. manus ad litora tendit.
Reſpicimus: dira [i] illuuies, immiſſaq. [k] barba:
Conſertum [l] tegmen ſpinis: [m] at cetera [n] Graius:
Et quondam [o] patrijs ad Troiam miſſus in armis.
Isq. ubi [p] Dardanios habitus, & Troia uidit
Arma procul, paullũ adſpectu conterritus [q] haeſit,
Continuitq. gradum: mox ſeſe ad litora praeceps
Cum fletu, precibusq. tulit. per [r] ſidera [s] teſtor,
Per ſuperos, atque hoc caeli ſpirabile [t] lumen,

a Haeret in metaphora uerb. Videre: accõmodatq. rationem ad ſenſum communem. Nã uulgo exiſtimant nullas eſſe ſtellas, quoties caeleſtium corporum lumẽ per obiectas nubes adimitur.

b Stellas intelligit.

c Per aetheris ſplẽdorẽ. S. d Syncope. Hoc uocabulo ante Virg. uſus eſt Ennius l. 16. Vide Macr. l. 6. c. 3. e Hyſteron proteron. f Haec aurorae deſcriptio eo ſpectat, ut rẽ ex improuiſo oblatã narret. g Noctẽ ĩtellig. h Proſopographia, quãquã ceu penicello delineat, a forma inuſitata, cultu, geſtib. partibus corporis, habitu, natione, & actae uitae ſtudijs. i Pathos, ab habitu. K Promiſſa, prolixaq. l Illigatũ. m Lappis, & ſpinis denſum, qualis ſolet eſſe eorũ habitus, qui per metũ in ulua, et ſpinis diu deliteſcẽtes, fame, et ſiti cõtabeſcũt. n Graec. more, qui τὰ ἄλλα, uel τ᾽ἄλλα; pro κατὰ τὰ ἄλλα. o Dudũ, aut nuper admodũ bello Troiano. a ſtudijs ſuperiorũ annorũ. p Splẽdida rei narratio proſopographiã ſuſcipit; exponit, quomodo uir ille ignotus, Achemenides ſ. ſubito armorum hoſtilium adſpectu conſternatus fuerit: haud quidem periculi metu, (utpote, qui interfici malebat, quã diutius apud immanes illos Cyclopas uitã agere,) ſed propter prodigioſum, & inexſpectatum Troianorum occurſum, appulſumq. in eas terras. q Decorũ ſeruat: fieri. n. nõ poterat, ut, cõſpecto hoſte, non extimeſceret. r Exordiũ orationis petitoriae abruptũ; ab obteſtatione, quale diuturno metu examinato, et lõga fame cõfecto conuenit; cui honeſta mors magis, quã uita, tam miſera expetẽda fuit. ſ Simplex, pro compoſito: Obteſtor. t Quo ſpiramus, aut quo adſpiramur.

Tollite [a] me, Teucri, quascumq. [b] abducite terras.
Hoc sat erit. [c] scio me [d] Danais e classibus unum:
Et bello Iliacos fateor petijsse penates.
Pro quo, [e] si sceleris tanta est iniuria nostri,
Spargite [f] me in fluctus, uastoq. [g] immergite ponto.
Si pereo manibus hominum, perijsse iuuabit.
Dixerat, & [h] genua amplexus, [i] genibusq. uolutãs
Haerebat. qui sit, fari, quo sanguine cretus,
Hortamur; quae deinde agitet fortuna, fateri.
Ipse [k] pater dextrã [l] Anchises, haud multa [m] morat',
Dat iuueni, [n] atq. animũ praesenti pignore [o] firmat.
Ille haec, deposita tandem formidine, fatur.
Sum patria ex Ithaca, comes [p] infelicis Vlyssi,
Noĩe Achaemenides, Troiã genitore Adamasto
Paupere (mansissetq. [q] utinam fortuna) profectus.
Hic me, [r] dum trepidi [s] crudelia limina linquunt,

a Petitio, ut a Troianis inde abducatur quo libet terrarum, Ouid. scribit eum cum Aenea in Italiam profectum fuisse.
b Ellipsis est praepositionis In: quam poterat praeposuiße; nisi sic maluisset.
c uitaße Cyclopas. ut paullo infra: Satis est gentem effugisse nefandam. d Confessio rei manifestae, quam infitiari non poterat: namque hoc lingua & habitu coarguebat. e q.d. si recusaueritis me hinc uobiscum aliquo uehere; ut manẽdum hic omnino mihi sit, cognoscite me arma in uos sumpsiße: quare de me poenas sumite pro uestro iure; ac praecipitem me date in mare, ut hominum manib. potius peream, quam ut immanium belluarum dentib. discerpar.
f dilaceratum. g Expolitio. h Homer. Il. 11. i Pathos a gestu.
K Quo liberius memoret, confirmat Anchises hominis animum, pignore fidei suae interposito. l Dextra enim uirtuti & fidei dedicata fuit; ut frons uerecundiae, aures iudicio, os impudentiae, nasus irrisioni, genua misericordiae antiquitus, & aliae item partes corporis alijs rebus consecratae fuerunt. m Nomen plurale, loco aduerbij, Multum. n Homer. Il. 271. o pro, Confirmat. p Libere de se suisq. hostilia narrãdo, maxime auditorũ fidẽ sibi conciliat. q Mansisset utinã genitor, quãtumuis pauper. r Explicat breuiter, quo casu in hanc insulã delatus est. Apud Ouid. quoq. 14. Metamorph. exstat huius Achaemenidae grauis ad Macareum oratio. s Ne a Cyclope ex oculato, ob strepitum ad naues & mare trepide fugientium, statione petẽte, occuparẽtur, me in antro relicto, soluerunt.

Imme-

Immemores ſocij uaſto [a] Cyclopis in [b] antro
Deſeruere. domus ſanie, [c] dapibusq. [d] cruentis
Intus opaca, [e] ingens: ipſe [f] arduus, altaq. pulſat
Sidera: (dij talem [g] terris auertite peſtem)
Nec uiſu [h] facilis, nec dictu effabilis ulli:
Viſceribus miſerorum, & ſanguine ueſcitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cum corpora noſtro,
Prenſa manu magna, medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum, ſanieq. [i] adſperſa natarent
Limina: uidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus:
Haud impune quidem: nec talia [k] paſſus Vlyſſes,
Oblitus [l] ue ſui [m] eſt Ithacus diſcrimine [n] tanto.
Nam ſimul [o] expletus dapibus, uinoq. [p] ſepultus,
Ceruicem inflexam poſuit, iacuitq. per antrum
Immenſum, ſaniem eructans, ac fruſta cruento
Per ſomnum commiſta mero; nos magna precati

a ingenti. b Totus hic locus de Cyclope, ſumptus eſt ex l. 9. Od. ui de Macrob. lib. 5. c. 13. c Corrupto occiſorũ ſanguine foeda. d Carnib. humanis mactatis. e Metalepſis; aliud. n. ex alio intelligit: per opacitatem magnitudinem, ex qua Cyclopis Polyphemi uaſtã corporis molẽ arguit. f Polyphemus tam eſt procerus, ut caelum uertice feriat. Hyperbolicῶs amplificat, eius proceritatem mirandam. g Pathos per exclamationem. uide Macrob. l. 4. c. ult. h cuius etiam adſpectus metum inferret. i exſperſa, magis placet Seruio, id eſt madefacta. K Citat h. locum Coel. lib. 10. c. 15. l Sui obliuiſcitur, qui non eſt apud ſe: e diuerſo, qui praeſens adeſt, ut de Vlyſſe praedicat Virg. non obliuiſcitur ſui, ſed praeſentib. conſilijs ualet. m Artis ſuae, uerſutiae ſuae. n Nam hoc demum ſapere eſt, in periculo ſapere. o Simulatq. p ut ſupra l. 2. Inuad. urb. uino ſomnoq. ſepultam. Vinum illud dulce intell. quod ab Vlyſſe acceperat; quo mirifice delectatus fuerit Cyclops, promittens Vlyſſi beneficij compenſationem, quo ille magnopere ſit gauiſurus, ſi demum de ſua lagena impertiat. Quo praeſtito, Vlyſſes, muneris ſpe lactatus, repoſcit beneficiũ. Cui reſpondit Polyphemus, poſtremũ omnium eũ futurum, quem deuoraret: hoc ſe magni muneris loco ducere. Quo tam egregio reſponſo conſternatus Vlyſſes, caſum illũ ſibi praeuidẽdũ exiſtimauit aliquo actu. Vnde hic data occaſione crapulae, eã minime ſibi negligendam putauit.

Numina, sortitiq. uices, una undique circum
Fundimur, & telo [a] lumen terebramus [b] acuto
Ingens, quod torua solum [c] sub fronte [d] latebat,
Argolici clypei, [e] aut Phoebeae [f] lampadis instar:
Et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.
Sed fugite, [g] o miseri, fugite, [h] atq. ab litore funem
Rumpite. [i]
Nā, [k] qualis, quātusq. [l] cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque ubera [m] pressat,
Centum [n] alij curua haec habitant ad litora uulgo
Infandi Cyclopes, & altis montibus [o] errant.
Tertia [p] iam lunae se cornua lumine complent,
Cum uitam in siluis, inter deserta ferarum
Lustra, [q] domosq. traho, uastosq. ab rupe Cyclopas
Prospicio, sonitumq. pedum, uocemq. tremisco:
Victum infelicem; baccas, [r] lapidosaq. corna
Dant rami, & uulsis pascunt radicibus herbae.
Omnia collustrans [s] hanc primum ad litora classem

a Hoc telū Homer. fingit fuisse sudem praeustam, seu ustionem.
b Terebrādo obcaecamus.
c Ab uno circulari in fronte media, Cyclopes appellati sunt, teste Hesiodo.
d Oculo per somnū clausō, quem cōparat clypeo, ob magnitudinē; Soli, ob splēdorē. Haec autē cōparatio rectior est, quā Ouidij, qui Polyphemi oculum Graeco clypeo tātum comparauit. e De magnis, & rotundis clypeis Argi. intellige, qui totū corpus circumtegunt: unde ἀσπίδα ἀμφιβρότην Graeci dicunt. H. f Periphrasis Solis. g Ex abrupto hortatur ad fugam, interueniente ab improuiso ipso Polyphemo. h Pathos, a repetitione uerbi, quod singularem fugae praecipitantiam indicat. i Vim, celeritatemq. ostendit: qualem uidere est in nautis, quoties ex improuiso hostibus interuenientibus, ne in naues insiliant, funes nauticos non soluunt, sed trepide ferro abrumpunt, quippe quibus tum mora omnis, & cunctatio periculosa sit. K Caussa, ob quam debeant sine mora rudentes abrumpere. l Lucilius, poetarum uanitatem irridens, hunc Polyphemum CC. pedum fuisse scribit. Vide lib. 27. c. 3. Criniti. m Mulget. periphrasticōs. n Numerus certus, pro incerto. o Incertis sedibus uagantur, ad tres illos Cyclopum communes scopulos. p Vertit se ad affectus, ratione praesentis fortunae. q Specus, & latibula. r Agrestium arborum fructus. s Circumspiciens.

Conspexi

Conſpexi uenientem: huic me, quaecumque fuiſſet,
Addixi: [a] *ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam.*
Vos animam [b] *hanc potius quocũq. abſumite leto.*
Vix ea fatus erat, ſummo [c] *cum monte* [d] *uidemus*
Ipſum inter pecudes uaſta ſe mole mouentem
Paſtorem Polyphemum, & litora nota petentem,
Monſtrũ [e] *horrẽdũ, informe, ingẽs, cui lumẽ adẽptũ:*
Trunca manum pinus [f] *regit, & ueſtigia firmat:*
Lanigerae comitantur oues: ea ſola uoluptas:
Solamenq. [g] *mali de collo fiſtula pendet.*
Poſtquã [h] *altos tetigit fluctus, et ad aequora uenit;*
Luminis effoſſi fluidum lauit [i] *inde cruorem,*
Dẽtibus infrendẽs [k] *gemitu; graditurq. per aequor*
Iam mediũ; necdum [l] *fluctus latera ardua tinxit.*
Nos procul [m] *inde fugam trepidi celerare, recepto*

a *Addixi, non ſine energia dictum; pro eo, quod eſt in ſeruitutem tradidi.* b *Emphaticõs; ut ſe licẽ me ducam, quod hominum manibus perierim, potius quam ut talium mõſtrorum dentibus cõficiar.*

c *In ſummo ſcopulo eum ſe attollentem inter pecudes.* d *Ne uanus coarguatur homo miſerrimus, ſtudio Polyphemum quaſi in rem praeſentem inducit. Quin & neceſſario hoc Virgilio faciendum fuiſſe exiſtimauerim; ne Troiani ſtulte creduli hominis obſcuri, & hoſtis (quod de Sinone euenerat lib. 2.) per ignauiam, & uanum metum in fugam temere acti iudicentur.* e *Quattuor uerbis hominem totum abſolutiſsime, ac elegantiſſime deſcribit.* f *Pinus manum regens, corporis magnitudinem indicat. Vide Quinctil. lib. 8. cap. 4.* g *Sunt, qui totum hunc uerſum, tamquam adulterinum, repudient, reyciãtq. quod nuſquam huius fiſtulae meminerit Homer. quem hic Virg. ſit imitatus. Sunt & alij, inter quos eſt Don. qui eum non totum reyciunt, ſed quattuor dumtaxat poſteriores dictiones expungunt, tamquam nothas. Ego, quod nuſquam omitti uideam (in 6. enim ſ. lib. eum reperi) retinendum duxi. Sed quod poſteriores illas 4. dictiones in Carp. exemplari, & alio quodam cõmendatae antiquitatis libro, omiſſas uideam, facile adducor, ut credam eas a Virg. nũquam additas fuiſſe: quippe quae omnium horum duorum uerſuum elegantiam tollunt.* h *Hyſteron proteron.* i *De fluctibus.* K *Quod ſalſedinis acrimoniam in uulnere ſentiret.* l *A ſigno coniectura de monſtroſa corporis uaſtitate ducitur.* m *Graphice trepidationem fugae deſcribit.*

Supplice,[a] sic merito; tacitiq. incidere[b] funem:
Verrimus[c] & proni[d] certantibus aequora remis.
Sensit,[e] & ad sonitum[f] uocis uestigia torsit.
Verum, ubi nulla datur dextrã affectare[g] potestas,
Nec potis Ionios fluctus aequare sequendo,
Clamorem immensum[h] tollit: quo pontus, et oẽs
Intremuere undae, penitusq. exterrita tellus
Italiae, curuisq. immugijt[i] Aetna cauernis.
At genus e siluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & litora[k] complent.
Cernimus[l] adstantes nequidquam[m] lumine toruo
Aetnaeos[n] fratres, caelo[o] capita alta ferentes,
Concilium[p] horrendum: quales cum uertice celso
Aeriae[q] quercus, aut coniferae[r] cyparissi
Constiterant, silua alta Iouis, lucus ue Dianae.
Praecipites metus acer agit quocumque rudentes

a Achaemenide; a quo tempestiue periculum edocti perniciẽ euasimus. Ferunt hũc ab Aenea hinc reuera cum socijs in Italiam abductum. b Nauis retinacula. c Metaphora a scopis ad remos, et solido pauimento ad mare.

d Vt studium, & conatum summum sociorum coarguat, pronos eos remigasse ait. e Aduertit ex ictibus, & percussione remorum, fugientium strepitum. f Remigij, non hominum. dixit enim, Tacitiq. incidere funem. g Affectare dextram; pro, intendere, & anxia quadam auiditate manus in naues inijcere. Ter. Eun. Qui ad dominas affectant uiam. h Quo saxa, & rupes reboabant. i Metaphora remota, rei tragicae amplificandae accommoda; quod Hom. remißius extulit. K Admirabili breuitate multitudinẽ Cyclopum expressit: neque.n pauci, litora complere poterãt. quare rugens agmen ad clamorem excitum ostendit. l Vt uir pius uera pertexere; ac proin existimationem testimonio confirmat. m Quia lõginqui nocere nõ poterãt. n Aristoph. in Cõ. Pacis, Aetnaeum cãtharum, pro magno dixit. Qua ratione ẽt hic Virg. Cyclopas, Aetnaeos uocare arbitror, propter immẽsam corporis molẽ. Coel. l. 21. c. 23. o Ad caelũ, octauo casu: Hyperbolicῶs. p Apppositio, i. coetus horrendus. q Quae sublimes se in aerem extollunt: alibi & pro eo, quod ex aere constat, accipitur. r conos ferentes. Est autem proprie Conus, in aliquantam longitudinem rotunda forma specie botri, aut nucis pineae. Ab huius autem similitudine baccas cyparissinas, Conos uocat.

Excutere,[a] & uentis intendere uela ſecundis.
Cõtra iuſſa monent Heleni, Scyllã, atq. Charybdin
Inter utramque uiam, leti diſcrimine[b] paruo,
Ni[c] teneant curſus: certũ eſt dare lintea[d] retro.[e]
Ecce[f] autem Boreas anguſta[g] a ſede Pelori
Miſſus[h] adeſt. uiuo[i] praeteruehor hoſtia ſaxo
Panthagiae,[k] Megarosq. ſinus, Tapſumq.[l] iacẽtẽ.
Talia monſtrabat[m] relegens[n] errata[o] retrorſum
Litora Achaemenides, comes infelicis Vlyſſi.
Sicanio[p] praetenta ſinu iacet inſula[q] contra

a Raptim colligere, et quocumque uenti uocarent, curſũ intendere: nam omnes uenti ſecũdi ſunt, ſi quo impellunt nauem, clauum regamus. Eſt itaque haec ſñia: Tãta ibi oboriebatur trepidatio, ut ſalutis cauſſa uĩs uẽtus ſecundus duceretur. Quae, ſi εὐρώνοτος quẽ nos Vulturnũ dicimus, exortus inter Scyllã, et Charybdim urſiſſet, per illa loca curſũ tenere certũ erat. Sed, quia Helenus diuerſum praeceperat, haec ipſa loca omnino declinare, conſilium erat; ut, ſi retro, unde profecti fueramus, curſus uertendus fuiſſet, non periclitaremur; cũ interim numinis alicuius beneficio uentus exoptatus, ſed cum itineris diſpendio adeſſet Boreas, qui claſſem a Scylla, & Charybdi diſpulit, quibus obuerſus iacet Pelorus. Itaque in Auſtrum pulſi totam Siciliam circumnauigant. b Modico mortis interſtitio. c Ni; pro, Ne: quod ueteribus frequens erat. d Carbaſa, ex linteis confecta. e In Calabriam, aut ſinum Tarentinum. f Non eſt hic monſtrantis particula; ſed attentionem ad rem nouam, et inſperatam captantis. g A freto Siculo, quod peranguſtum eſt, inter Pelorũ, aut Leucopetrã medium. h Fauore numinũ, quae ſupra rogauerat Anchiſes: Ferte uiam uento facilem. i Natura, nõ humana opera ſic parata. K Panthagias amnis etiã a Plinio memoratur in Siciliae deſcript. l. 3. c 8. Eſt aũt hic amnis iuxta ſinũ Megaricũ, & Leontinũ. l Inſula eſt, modico 10. ſtad. interuallo a Sicilia diſtãs. m Refert eorum locorum cognitionẽ ad Achaemenidẽ, qui paucis ante menſib. cũ ſuo duce omnẽ eã orã pererrarat. n Renauigans. o Errore, & peregrinatione cognita. p Sicanius ſinus, a Sicania inſulae Siciliae quadam parte, in finib. Agragantinis, ut ex Apollodori ſententia tradit Steph. qui & Sicanum amnem iiſdem in locis collocat. Sed & inſula quandoque tota dicta eſt Sicania; uel, a Bryarei Cyclopis filio Sicanio; uel, a Sicanis, Hiſpaniae populis, qui, Siculo duce, pulſis Aboriginibus, Italiã tenuerunt; a quibus cũ uiciſſim poſtea pulſi eſſent, inſulam hanc Italiae uicinam, occuparunt. q Ex oppoſito, e regione.

a Plemmyrium quidā Siciliae amnem esse scribunt, qui per agrum Syracusanū labitur.

Plemmyrium [a] undosum: nomen dixere priores
Ortygiam.[b] Alpheum [c] fama est huc Elidis [d] amnē
Occultas egisse uias subter mare, qui nunc
Ore [e] Arethusa [f] tuo Siculis confunditur undis.
Numina [g] magna loci iussi ueneramur: & inde
Exsupero [h] praepingue [i] solum stagnantis [k] Elori.[l]

Est autē promōtoriū, magno Syracusanorum portui accubans, ἀπὸ τοῦ πλημμύρω, inundo; unde πλημμυρὶς, inundatio: unde est, quod Ser. notat Virgilium hic Graeci nominis originem Latino epitheto expressisse, cū Vndosum uocat. b Sic dicta, teste Solino, quod in ea primae uisae sunt coturnices. ὄρτυγας .n. Graeci, coturnices uocant. Phanodicus in Deliac. et Nicāder. 3. l. Aetolicar. rer. eam ab Ortygia Aetoliae opido dictam autumant. c Ptolemaeus Alphaeum uocat Alabum. d Strabo l. 4. ait, omnē illam regionem, quae inter Messeniam, et Achaiam proprie dictam interiacet usq. ad mare, Elaeam dictam esse: per quā funditur Alpheus. e Apostrophe. f Arethusam fontem, a nympha quadam uenatrice nomen duxisse fabulantur poetae, quae cum forte lassa in Alpheo flumine se lauaret, ab eo fuit adamata: quae, cum amatorem fugeret, in Siciliae transformata est in fontem sui nominis. Quin addunt transformationem miraculum consecutum: Alpheum per occultos terrae meatus eam insecutum, & quidem subter mare, donec illi in Sicilia misceretur. Fabulosum id quidem, sed haud temere commentatum. Nam, si uerum est, Alpheum ex Tryphylico litore subter mare in Siciliā fluere, ibiq. in Arethusa amne caput rursum attollere, labiq., priori amisso nomine, in mare; quis, obsecro, non admiretur, hanc naturae nouitatē? Neq. uero, si postules, id apud poetas dūtaxat, Pindarū, Virg. Ouid. & alios legitur; sed etiā apud diligentissimos, ueracissimosq. ut esse debēt oēs, naturaliū, recōditarūq. rerū inuestigatores geographos. Timaeū porro oīum primū id obseruasse ferunt, eo argumēto ductū, quod oīa in Alpheū iacta, in Arethusa uisuntur. g Etiā ī periculis optimo principi, cura relligionis incessit earū regionū, quae praeternauigat, ut nusquā nō memor sit praeceptorū Heleni. h Praeteruehor. i Cāpis .n. superfunditur, ut Nilus. K Expēde, cur hic stagnātē dixerit, cū a Silio Clamosus appelletur. l Amnis uastus, & amplus, sic dictus ab Eloro rege, qui eū ponte iunxit, et peruiū fecit. Alij, ab Eloris quibusdā populis, quibus Argos profectis oraculum redditum fuit, ne amnē sine noīe trāsirēt. Sed cum oraculo cōtēpto, nihilominus abijssent, transireq. eum tentarent, in eius transiectu una cum equis omnes perierunt: sicq. flumini nomen suum reliquerunt.

Hinc

Hinc altas cautes, proiectaq.[a] *saxa Pachyni*
Radimus,[b] *& fatis numquam concessa moueri.*
Apparet Camarina[c] *procul, campiq.*[d] *Geloi,*
Immanisq. Gela[e] *fluuij cognomine dicta.*
Arduus inde Agragas[f] *ostentat maxima longe*
Moenia, magnanimum[g] *quondã generator equorũ.*
Teq.[h] *datis linquo uentis palmosa*[i] *Selinis:*
Et uada[k] *dura lego*[l] *saxis Lilybeia*[m] *caecis.*
Hinc Drepani[n] *me portus, & illaetabilis*[o] *ora*
Accipit. hic, pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem, omnis curae, casusq. leuamen,

a Iactata. Vide Macr. Sat. lib. 6. cap. 4. b Remigando praeternauigamus. c Siciliae urbs, quondam Syracusanorum colonia; Straboni, eiusdẽ nominis palus iuxta urbem. Haec cum olim siccata pestem genuisset, oraculo cõsulto, uetuit eam deus moueri. Illi diuino responso nõ obtemperantes, eam repurgarunt. quo facto, cessauit quidẽ pestis, sed per eã ingressis hostib. poenas neglecti oraculi dederunt. Vnde natum adagium, Camerinam mouere. de quo uide Chil. adag. Eadem fere Suidas; sed addit, quibusdam uideri fruticẽ, cuius rami, si cõmoueas, aut quatias, taetrum odorẽ edet. Pindarus Camerinam Oceani filiam uocat Olymp. hymno 5. d Gelae ciuitati uicini agri. e Antephemus e Rhodo, Euthymus e Creta profecti, colonias deducentes, ad Gelam fluuium, eiusdem nominis urbem condiderunt, anno fere quincto & quadragesimo, quam Syracusae coeptae essent, habitari.
f Mascu. genere mons muro cinctus, in cuius summa parte opidum. Est autẽ Agragas & flu. & urbs Siciliae, initio Aegesta dicta. g Syncope. h Apostrophe. i Plin. Selinuntem uocat l. 3. c. 8. hanc regnante Tullo Hostilio Megarenses condidisse produntur. K Quia promõtorium in pelagus excurrẽs proxima quaeq. uadosa efficit, ut saxa latentia, & cautes sub summa aqua periculosa sint peregrinantibus. l Praeternauigo, ut saepe antea. m Quasi non apparẽtia in summa aqua, neq. exstantia. n Drepanum, Siciliae urbs est, inter amnẽ, Bathum, & Sergestanum promontorium, et a litore in falcis speciem curuato, sic dicta. Abest a Lilybaeo XV. millibus passuum. Haec porro duo opida nobilitauit primum bellum Punicum, quo grauiter afflicta fuerunt a Romanis, quamdiu sub umbra Carthaginis latebant. Est & Cypri promontorium, & aliud in Marmarica. o Tristis; quod scilicet huc delatus, patrem dulcissimum amiserit: quam etiam uocem per expolitionem alijs uerbis reddit.

Amitto [a] *Anchisen. hic me pater* [b] *optime fessum*
Deseris, heu tantis nequidquam erepte periclis.
Nec uates Helenus, [c] *cũ multa horrẽda* [d] *moneret,*
Hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.
Hic [e] *labor extremus, longarum haec meta uiarũ.*
Hinc me digressum uestris deus [f] *appulit oris.*
Sic [g] *pater Aeneas intentis omnibus unus*
Fata [h] *renarrabat diuum, cursusq.* [i] *docebat,*
Conticuit tandem, factoq. hic fine quieuit.

a *Pausan. Anchisen in Arcadia obijsse scribit. Vide Coel. l. 17. c. 20.* b *Pathos, a relatione, per apostrophen, cũ luculenta doloris exaggeratione.* c *Hom. Il. 195.* d *Religiosa, & monita horrorem incutientia.* e *Epilogus narrationis Aeneae breuis, quo in compendium cursum suum contrahit, quem splendide, & copiose hactenus prosecutus est. Restabat ergo, ut narraret, quo casu soluta Siciliae ora, in Italiam transmissurus, retro in Africam peruenisset. Sed, quia hinc, ut a fine rei exordium operis duxit; narrauitq. lib. 1. quo pacto consilio, & iniuria Iunonis concitata tempestate, amissis nauibus, cursu excussus, aegre Africum portum tenuerit; artificiose hic narrationem abrumpit, satis ducens tribus uerbis indicasse, e Sicilia digressum, deo sic uolente, in Africam se delatum. Quod ipsum Dido ex oratione etiam Ilionei, cognouerat; cum diceret, coorta tempestate classem fuisse dispulsam, & huc reiectã. Hic porro ab historia recedit, ut argumento coepto non inseruiat, semper Homerum scopum suum intuens. Nam e Sicilia profectus, non in Africam, sed in Italiam delatus fuit.* f *Confirmat animum Didonis, cum se ad eam deorum uoluntate dicit accessisse.* g *Laconica quadam breuitate perorat Virg. ostenditq. Aenean summa animorum attentione, excidium Troiae, & narrationem suam, septem prope annorum, denarrasse.*
h *Euersionem Troiae intell.*
i *Troianorum iactationem.*

AENEIDOS · LIB · IV

ARGVMENTVM

Dido, amore Aeneae insaniens, animi sui morbum sorori aperit, eiusq. cõsiliũ secuta, ad nuptias animũ adijcit. Iuno quoq., ut Aeneã facilius ab Italia auerteret, agit cũ Venere, ut eius bona cũ uenia liceat Aeneae Elissam uxorẽ ducere. quoq. id cõmodius fieri posśit, se opportunitatem oblaturam ostendit. Postridie Aeneas, & Dido uenatum proficiscuntur. Ibi, omnib. iã praedae intẽtis, Iuno subitã immittit tẽpestatẽ. Comites alius alio diffugiunt. Aeneas & Dido in idẽ antrum cõueniunt, ibiq. infaustis ominibus cõiunguntur. Interim Iuppiter, Iarbae, Getulorum regis, qui aduenam sibi praeferri iniquo animo ferebat, precibus fatigatus, Mercuriũ mittit ad Aenean, iubetq., ut relicta Africa in Italiam nauiget. Ille, Iouis imperio morem gerens, quaecumque ad nauigationem erãt necessaria, clam per socios parari iubet. Ceterũ, Dido, ubi clasśẽ instaurari sensit, suspicata id quod erat, grauiter cũ ipso expostulat, precibusq., & lacrymis tum per seipsam, tũ per sororẽ, eũ ab incepto reuocare conatur. Aeneas iterũ in somnis a Mercurio admonitus intẽpesta nocte anchoram soluit. illa doloris impatiens, in editisśima aedium parte, simulatione sacrorum ingẽtem pyrã exstruit: ablegataq. Barce, Sichaei nutrice, ne quid destinatae morti impedimẽti afferret, necẽ sibi consciscit. Est autẽ huius libri materia cũ fine libri secundi cõiungẽda, ubi a narratione historica digresśus est Virg. ut ducẽ Troianũ, & Ilij excidiũ, & errores suos in Didonis gratiã narrantẽ faceret. In 1.n. lib, explicauit, quib. artib. & consilijs, Venus, Punicã fidẽ uerita, subtracto Ascanio, Cupidinẽ supposuerit, qui Didonẽ amore accẽderet: in hoc uero, Cupidinis officia, & opera in reginã prosequitur, ut dispicias, quid amor ualeat, & quã res sit uiolẽta, qui ẽt cõtinẽtisśimos urat, uersetq., & a sedatae mentis cõsilio, ac sede, eo demẽtiae agat, ut pudorẽ prostituãt, & ad postremũ ẽt abijciãt; fidẽ uiolẽt; maniũ iura labefactent, & ipsi se religione soluãt. Huc deniq. amẽtiae labãtur, ut amorẽ turpẽ, honesto praetextu Cõiugiũ uocẽt. Totũ paene huius lib. argum. sumptũ est ex Apolloni j l. 3. & 4. Argon. teste Macr. Sat. l. 5. c. 17. Quod aũt hic de Didonis impudicitia cõmẽtus est Virg. ueterũ historiarũ fidei aduersatur: qua de re exstat apud Auson, Epigrãma perelegans.

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

AT REGINA *graui Veneris iã carpitur igne.*
Consulitur soror Anna: placet succũbere amo
Fiunt sacra deis: onerantur [a] *numina donis.* (ri:
Itur uenatum: Veneris clam foedera iungunt.
Facti fama uolat: monitus tunc numine diuum
Aeneas, classemq. fugae, sociosq. parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari. [b]
Postquam fata iubent, nec iã datur ulla [c] *facultas,*
Conscenditq. pyram; dixitq. nouissima uerba.
Et uitam infelix multo cum sanguine fudit.

a *Honorantur. Scripti duo; sed nõ conuenit uersui; quare reijciendum duxi.*

b *Mouere, s. unus.*

c *Voluptas. scripti duo.*

ALIVD. INCERTI

Ardet amore graui Dido; soror Annaq. suadet
Nubere: iunguntur nimbo cogente sub antro:
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis. illa dolore
Impatiens, [d] *amore necem sibi protinus infert.*

d *Script. u. Impatiens, & amore, necem &c.*

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

Quartus item miserae duo uulnera narrat Elisae.

ALIVD

Vritur in quarto Dido, flammasq. fatetur.

ALIVD

Ardet amans Dido fatum sortita supremum.

Totus hic liber affectibus constat, uere tragicis; ut etiam melius in eo nihil, quam, amoris oestro percitae mulieris, uideas exemplum.




T[a] REGINA graui iamdudum[b] saucia[c] cura[d]
Vulnus[e] alit uenis, & caeco[f] carpitur igni.
Multa uiri[g] uirtus animo,[h] multusq. recursat[i]
Gentis[k] honos: haerent infixi pectore[l] uultus,
Verbaq.[m]: nec placidã mẽbris dat cura quietem.
Postera[n] Phoebea lustrabat[o] lampade[p] terras,
Humentemq. Aurora polo dimouerat[q] umbram,

a Transitionis particula indicat se nouã narrationẽ ordiri, earũ rerum, quae narrãte Aenea, iamq. absoluente acciderint. b Ex eo tẽpore, quo narrare coepit. Iamdudum enim de longiori temporis spatio proprie dicitur. c Mens saucia amore. Namque omnes plerumque cadunt in uulnus Lucr. sic uers. 488. h. l. Duras curas, de curis amorum ait. d Amore, quo utebatur. non enim in ea quiete, quam Aeneas facto hic fine sibi cum alijs capiebat, potuit sola Dido pernoctare. e Haeret in metaphoris propinquis a corpore ad animum translatis; ut Saucius, Vulnus, Venae. f Periphrastice Didonem amore accensam ostendit, alludens ad Amoris naturam, qui caecus fingitur, & pharetratus. g Caussarum amoris enumeratio; uiri uirtus, nobilitas generis, gentis dignitas, formae decus, & eloquentia, quae praecipue inter mortales amorem conciliant.
h Apoll. Arg. 57. de Medea. i Animo saepe obuersatur.
K Troianae gentis nobilitas. l Enallage numeri: a decore formae, quae si cum uirtute sit coniuncta, multo amabilior, longeq. gratior habetur.
m Hoc licet uel ad eloquentiae naturam, uel ad commemorationem uirtutis Aeneae, uel ad suauitatem pronunciationis referre.
n Haec matutini temporis descriptio huc spectat, ut ostendat, quanta sit amoris uis, & aestus in regina. Cum enim opportunum consultandi locũ cum sorore, ac tempus capere potuisset, amor accensum pectus adeo nõ siuit quiescere, quin a peruigilibus curis nocturnis sub exortum Solis se, amoremq. suum proderet sorori. o Illustrabat. Sic uers. 607. de Sole: Flãmis opera oĩa lustrans. p Solẽ intell. sicut umbrã humentẽ, noctẽ significat.
q Perissologia est. quid. n. aliud est, Solẽ sua luce terras illustrare, quam caelo tenebras auroram dispulisse? Et sane mihi cum Hort. haec explicatio Virgilij sensui magis cõsona uidetur, quã illa posterior Seruij. Negari. n. nõ põt, quin de exortu matutino loquatur, ad quẽ usq., Dido noctis reliquũ insomnis duxerat: cur alij de totius diei lustratione intelligant, nõ uideo.

Cum

Cum sic unanimē [a] alloquitur male sana [b] sororē : [c]
Anna [d] soror, quae me suspēsā [e] insomnia [f] terrēt? [g]
Quis [h] nouus [i] hic nostris successit [k] sedibus hospes?
Quem sese ore [l] ferēs ? quā forti pectore, et armis?

a Peruenustè unanim. utpote concordē, adeoque exhortātem ad id, quo ipsa amoris incēdio sua spōte rapiebatur; nedum dißuadentē. b Amore furens. Rationē enim amentia quadā amor excaecat. c Annam nomine; quae cum salubriter consulere debebat, ceu oleo igni addito, uehementius etiam accendit plus satis sua sponte furentem. d Suasorij generis oratio; nam in deliberationē adducit, dedat ne se amori, an non. Reijcit consilium, a turpi; quod, mortuo Sichaeo, perpetuam pudicitiam, uoti rea, uouerit. Vix dum tamen amori resistit, cui tamen potius quā se dedat, imprecatur infortunium, infelicemq. succeßum. e Translatio a corpore ad animum; pro, dubiam, & haesitantem, adeoq. incertam, quid sim factura. f Proprie sunt Insomnia, quae in somnis uidemus, Gr. ἐνύπνια : et Insomnia etiam, primi ordinis uigilia. g Fingit se nocte suprema uisis turbatam : id temporis, quod a fine narrationis ad auroram usque reliquum erat. Proponit autem de insomnijs, quibus amorem tegere cupiebat : sed (quae est uis peculiaris) tamen uelit, nolit, fateri eam cogitur. Vt autem id tectius fiat, in laudem personae labitur. h Quis, est hic admirantis, teste Don. in Ter. sed multo id apertius est in Quē, uers. seq. i Ser. Nouum hic, pro Magno exp. sed non uideo, cur ab usitata dictionis significatione sit deflectendum. Quocirca malo sic exp. Nouus hospes, i. qui mihi usque huc incognitus fuit, recensq. interuenit : sicut Vetus hospes dicitur, cui multum tēporis assueuimus. K Huc ad nos diuertit. Habet & aliā cōstruction. hoc uerbum ; dicimus enim, Succedo tibi, & succedo in locum tuum : ut 20. fere locis ex Cic. depromptis, conuinci posset. l Quidam hoc ad formae decus referunt. Hort. ad militarē laudē trahit; ut sit sententia huiusmodi : Quam strenuum narrando se eße praedicauit ? Quod postea expolit poeta, a constantia, & gloria militari. Quam uiri doctißimi sententiam & si non improbem ; tamē ne sequar, facit illud l. 1. Obstupuit primo adspectu Sidonia Dido, Casu deinde uiri, &c. Vbi primū Dido obstupuit, quod tātā oris in eo uetustatē uideret, qualē ei ab ipsa Venere additā canit Virg. eod. l. 1. Os humerosq. deo similis, &c. quae si lubet, uide pag. 191. & 193. Deinde, sicut res primum sensus mouent, et a sensibus ad animum perferuntur) secum meditata casum, tā repentinum ipsius aduentus, magis ēt obstupescebat. His accedit quod ex Philostrato, et supra annotaui, Aeneā talem adspectum habuiße, ut eo milites, qui locum deserturi uiderentur, retineret in officio : osq. tā uenustum, ut uel intuentem, ad amandum se alliceret.

Credo equidem (nec uana fides) genus [a] esse deorū.
Degeneres [b] animos timor arguit. heu [c] quibus ille
Iactatus fatis? quae bella exhausta canebat?
Si mihi [d] non animo fixum, immotumq. sederet,
Ne cui me uinclo uellem sociare iugali,
Postquam [e] primus amor deceptam [f] morte fefellit;
Si non pertaesum thalami, [g] taedaeq. [h] fuisset:
Huic uni forsan potui succumbere [i] culpae.
Anna, (fatebor [k] enim) miseri [l] post fata Sichaei
Coniugis, & sparsos fraterna [m] caede penates,
Solus hic inflexit [n] sensus, animumq. labantem [o]
Impulit [p]: agnosco ueteris uestigia [q] flammae.
Sed [r] mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,

a Ex uirtute Aeneae, generis diuinitatem colligit. Na (ut est apud Hora.) Fortes creātur fortibus & bonis. b A cōtrariorum natura. Epiphonema. c Viri constātiā admiratur, qui neq. lōgo bello, neq. periculosissimis iactationib. fractus sit. d Propositio deliberationis, uotūne irritū faciat, an nō. e Spe perpetui amoris frustrata sū. Scal. f Pro, Decepit, et fefellit. g Nuptiarum, et cōiugij, per synecdoc. Mirifica poetae copia obseruāda est, Cōiugium, nunc uinculū iugale, nunc Thalamum, nūc Taedā uocat. h Taeda, quae Gr. συκὴ, de genere larium arbor est, piceo succo abūdās; liquidior tamē quā picea arbor. Huius pix maxime liquida, passim nunc coquitur, muniendis nauibus utilissima, & si ad alios quoq. usus seruiat. Taeda autē flāmis in primis, & lumini sacrorum erat utilissima. atq. hinc ortum, ut faces ex ea nuptiales fierent, quae nouis nuptis praeferebant, ut in Bucol. attigi. Vnde figurate pro nuptijs, & coniugio, perinde ut thalamus, & cubile usurpatur. i Secundas nuptias. Culpā uocat: nā Digamiae nomen ēt apud Ethnicos infame erat. uide Coel. l.28.c.22. K Cōfessio culpae, ne purgare se existimetur; uimq. amoris coarguit, quo se coacta prope uictā esset traditura. l Post mortē indignissimam Sichaei mariti mei, miseri: quod propter opes cōditas sub terra, a Pygmalione fratre Didonis esset interfectus. m Pygmalionis. n Mouit meū aīum, & de cōsilio suo, ac proposito abduxit. o Quasi, labi incipientē. circumspecte hoc, ne omnino se uictā dedere uideatur. p Pro, Impulsu labare fecit. q Amoris, & libidinis: metaphora, ut et in Vestigia. r Obtestatio Didonis, ueluti ad se redeuntis: in qua rationis consilio appetitui aliquātulum resistit. Et ut cōstantiā suā ostēdat, īprecatur sibi ipsi pessima quaeq., si se uictā dedat. Verū perquā accōmodate decoro muliebri inseruit poeta, quae, cum quid deprecantur, tum cupiunt omnium maxime.

Vel[a] *pater oĩpotẽs adigat me fulmine ad umbras,*
Pallentes[b] *umbras*[c] *Erebi, noctemq. profundam;*
Ante[d] *pudor quã te uiolẽ,*[e] *aut tua iura*[f] *resoluã.*
Ille meos, primus qui me sibi iunxit amores,
Abstulit: ille habeat secum, seruetq. sepulcro.
Sic effata, sinum[g] *lacrumis impleuit obortis.*
Arma refert: o luce[h] *magis dilecta*[i] *sorori,*
Sola ne[k] *perpetua maerens carpere*[l] *iuuenta?*
Nec dulces[m] *natos, Veneris nec praemia*[n] *noris?*
Id cinerem, aut manes credis curare sepultos?

a Quasi simplex imprecatio nõ sufficiat, addit alteram, uti serio se obfirmare uideatur. b Hac copia, nil signat aliud, quam inferorum sedes, quo se Iouis fulmine prius optat praecipitari, quam fidem Sichaeo datam & uotam pudicitiam, uiolet. c Habet haec repetitio pathos, quemadmodum & apostrophe sequens, Ante pudor, quam te uiolem, &c. d Vacat Ante, cum praecesserit Prius, sed tamen ita Homer. geminat interdum πρίν. Tur. e Apronian. censet leg. Violo, & Resoluo: atq. ita poetam scriptum reliquisse. Quod, ut credã, primo facile adducor Carpensis exẽplaris auctoritate, in quo sic scriptum est. Deinde Pierij testimonio, qui in Romano, et alio quodã Vaticano codice sic lectũ fuisse, prodidit. Tertio, quod nescio quid uenustatis lectio habet, si indicatiui praesens retineas, quã facile sentiet is, qui paullo sagacius odorabitur. f uincla iugalia. g Cauitatẽ oculorũ. T. post Ser. Sed quia lacrumantis reginae habitum subijcit, & Apollonium imitatur, gremiũ libẽtius intellexerim. apud illũ sic legitur: δεῦε δὲ κόλπους ἄλληκτον δακρύουσιν. i. madefecit uero sinus ĩdesinẽter lacrumis; ubi κόλπος magis pro gremio, quã pro oculi sinu accipitur, teste Hort. maxime, cum paullo ante praecedat apud Apollon. τὰ δὲ ῥαισῆρι ἔκειτο, ἐνθεμένη ἐπὶ γόυνατ᾽ ὀδύρετο. quod satis magno argumento esse debet, ubertim effusas esse lacrumas. Quare oculorum sinus huc quadrare nequaquam possunt. h Exordium a beneuolentia personae Didonis amplificatae, cum eam uita sibi cariorem dicat. Vtitur suasoria oratione, qua sororem haerentem, ad fidem uiolandam, placatis dijs, impellit; hortaturq. ut Aeneam in regnum recipiat. i Enallage personae; pro mihi. K Subijcit interpretationem, quo pacto perpetuam iuuentam censeat non esse ferendam; ne una inter feminas sine sobole uiuat: quod probrosum erat antiquis, ut uetus lex testatur. l Consumeris, quasi maerore iuuentam transigens. m Confutatio ab inutili. n Homer. in Il. 30. δῶρα ἀφροδίτης

Esto,[a] aegram [b] nulli[c] quondam flexere[d] mariti;
Non[e] Libyae, non ante Tyro despectus [f] Iarbas,
Ductoresq.[g] alij, quos Africa terra [h] triumphis
Diues alit: placito[i] ne etiam pugnabis[k] amori?

a Cōcessio, qua amplificat procorū Libyae opes, a quibus eius coniugium saepe fuerit expetitum, sed frustra. Et eam dissoluit a praesenti periculo & difficili. Quid enim feminae difficilius, quam cum amore depugnare? a quo ipse Iuppiter, et quantum deorum hominumq. est, expugnetur? b Maerore. s. Quidam exp. Aegram mariti. i. ob maritum. sed prima melior sententia. Ob mortem enim Sichaei recentiorem, quae adhuc ob oculos uersabatur, a nemine, ut nuberet, induci potuit. c Respicit ad illud Solus hic inflexit sensus. d Libyae proceres, qui se maritos fore sperabant. e Germana huius uers. sententia mihi haec esse uidetur: Esto; non mouerint te ulli mariti: sed ne Iarbas quidem, despectus & inuisus Libyae, & multo ante Tyro (ut synecdochice, pro Tyrijs & Libycis populis intell.) tamen amori placito nunc repugnabis? f Iarbas, Mauritanorum rex, Iouis Hammonis ex Garamantide nympha filius, qui cum uiderit Didonem tanto successu Carthaginem condere, per legatos uxorem eam deposcit: & nisi potiretur, 10. Poenorum principibus ad se accitis bellum ferociter denunciat. Intellecta hac legatione Carthaginiēsium primores, quod reginam μισόγαμον ob mariti mortem esse cognorant, rerum dubij, quid potissimum facturi sint, non succurrit. Tandem placuit rem aliquantulū differri, arteq. palliatam, opportuno tempore indicari. Quod nacti, hac arte eam aggrediuntur. Indicant Iarbam, legatis missis, se ad docendum mansuetiores uitae cultus & mores humaniores, Carthaginiensib. offerre. Neque uero quemquam illo ad eam rem magis idoneum inueniri posse, ut barbari, ferarum ritu uiuentes, mitescerent. Post, eam deposci uxorem subindicāt; quod, nisi fiat, breui ciuitatem in discrimen adductum iri. Dido, consilij anceps, lacrumans Sichaei manes in conclaui interiori implorat. Post, rediens, suis perplexe respondit, iturā se, quo sua se fata uocarent. Ceterū breue exorat ante nuptias spacium, dandi. s. inferias marito ob uoti uiolationē, & ad caedendū hostias interuallū. Deinde secreto cōscensa pyra, ad populū exclamauit, iam tum se ad maritum ituram. Sic suos allocuta, ferro pectus trāsfixit. Iustin. g Amplificatio, a procorum multitudine, a quibus certatim expetatur: cū alioqui ab Iarba rege, eius nuptias affectatas fuisse constet. h Vnde bellicosū fuisse liquet. i sic leged. Pierius auctor est; et uet. s. l. satis ostendunt. Est aūt huiusmodi sn̄ia: Amori grato et qui tuo aīo tātopere allubescat, resistere poteris? q. d. Contēpsisti eos, qui tibi displicebāt, an nūc pugnabis cū amore placito? K Pro cū amore. Graecor. imitatione, sic Catull. Noli pugnare duobus.

Nec

Nec uenit in mentem, quorum [a] consederis aruis?
Hinc [b] Getulae [c] urbes, [d] genus [e] insuperabile bello,
Et Numidae ĩfreni [f] cingũt, [g] et inhospita [h] Syrtis: [i]
Hinc [k] deserta siti regio, lateq. furentes

a *A necessario, uel tuto. q. d. Versaris inter nationes barbaras, belli cosas & opibus pollentes: tu, femina, fratris & amicorum praesidijs destituta; nec est cuius implores auxilium: proinde censeo nubendum esse, ut habeas, qui te, ciues, urbem, & regnum consilio armisq. tueatur.* b *A meridie scilicet: a Septemtrione, mare Africum habet.* c *Getuli & Libyes, inquit Sallustius, Africam initio habebant, asperi incultiq. queis caro ferina cibus erat; & humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque legibus, neq. imperio cuiusquam regebantur; uagi, palantesq. qua nox coegerat, sedes habebant: sed postquam in Hispania Hercules, sicut Afri putant, interijt; exercitus eius compositus ex uarijs gentibus, amisso duce, ac passim sibi multis imperium petentibus, breui dilabitur. Hactenus Sallust. Ceterum Getuli magis aliquanto ad solem reiecti sunt: Numidae uero ea loca tenent, quae proxime Carthaginem, Numidia, appellantur. Et Getuli haud procul ab ardoribus, mature opida habuerant: contra Numidae (Armenij hi, Persae & Medi fuerant, ex Herculis comitibus) paullo serius: sed paullatim sibi Getulos per connubea adiunxerũt; qui deinde, quod saepe tentantes agros, alia subinde atq. alia loca peterent, a permutandis papilionibus, Numidae omnes appellati sunt, quasi νόμαδες, a pascendo; νέμω enim pascere est. Plaustris sua mapalia circumferebant, quae oblonga erant, incuruis laterib. tecta, quasi nauium carinae. Sunt & huiusmodi apud Scythas, populi.* d *Augendi timoris gratia, Vrbes uocat, quae tantum modo mapalia sunt, in quibus Getuli habitant.*

e *Vt exaggeret periculum, alteram gentem ab armorum uirtute, alteram ab agresti indomitoq. ingenio describit.*

f *uel, saeui; uel, qui equis utuntur sine frenis.*

g *Ab occasu, scilicet.*

h *Cuius accolae inhospitales sunt, omnisq. humanitatis expertes.*

i *Syrtim maiorem intelligit, Carthaginem ab ortu spectat.*

K *Ad Austrum, qua ad zonam torridam uergit, uastiores & incultae sunt solitudines, quattuor fere dierum itinere, ac ob aquae paenuriã nõ habitatae. In interiori recessu sabuloso & uasto, Iouis Hammonis fuit templum, ad quod Alexander, religionis ergo, cum exercitu, difficilibus aquae paenuria itinerib. penetrasse dicitur.*

Barcaei.[a] *quid* [b] *bella Tyro ſurgentia* [c] *dicam,*
Germaniq. [d] *minas?*
Dijs [e] *equidē auſpicibus*[f] *reor, & Iunone* [g] *ſecūda*
Huc curſum Iliacas uento tenuiſſe carinas.
Quā tu[h] *urbē ſoror hanc cernes?* [i] *quae ſurgere re-*
Coniugio tali? Teucrū comitantibus armis, (*gna*
Punica ſe quantis attollet gloria rebus?
Tu [k] *modo poſce deos ueniam,* [l] *ſacriſq. litatis*
Indulge[m] *hoſpitio,*[n] *cauſſaſq. innecte*[o] *morandi:*
Dum[p] *pelago deſaeuit hiems,*[q] *et aquoſus*[r] *Orion,*
Quaſſataeq. rates, & non tractabile [s] *caelum.*

a populi sūt Libyae, a Barco, interioris ſolitudinis opido, ad Auſtrū ſiti Carthaginiēſi. quos Afri hodie uoce nō nihil deprauata Bariciaᴉnos nuncupant. Sunt & alij Barcaei, a Barce opido Libyae, ut Suidas ait, Ptolemaidis Pentapoleos populi, quos ἱπποτροφίας apprime ſtudioſos, adeoq. primos a Neptuno equos currui ſubiungere, a Minerua uero currum agere, doctos fuiſſe, Mnaſeas in Libycis, auctor eſt. b *Praeteritio perelegans.* c *Nam bellum plane praeſens, haud dubie Pygmalion ſorori illaturus uidebatur, praeſertim accepta urbis Carthaginienſis celebritate. A praeiudicio.* d *Epexegeſis. Luculentiorib. uerbis exponit, quod bellum intell. ſ. fratris Pygmalionis minas, ob ſublatae pecuniae fraudem, ludibrium, & occultam fugam.* e *A deorum praeiudicijs.* f *Vide Chiliad. Adagior. cap. Propitijs dijs.* g *utpote, Cui uincla iugalia curae, ut infra uerſ. 59. Ominatio, a Veriſimili.* h *Quid. leg. Quantam, ut ſit energia inter Quae, & Quanta.* i *A conſequentib.* K *Complexio, a ſalubri & honeſto conſilio.* l *Periurij ſ. Vnde poſtea dicturus eſt Virg. Non cineri ſeruata fides. q. d. pete a dijs ut concedant, atq. adeo da operam rei diuinae, deoſq. precare; ut mox ſeq. Pacemq. per aras Exquirunt. Tur.* m *da operam: ut, Indulgent uino.* n *Hortatur ad humaniter tractandum hoſpitem, beneuolentiamq. conciliandam.* o *Haerēdi, ac manendi apud te.* p *Ab opportuno detinendi rationem monſtrat, argumento ducto a circumſtantia temporis hiberni.*

q *Tempeſtas.*

r *Heliacum haud dubie Orionis exortum notat, qui in XV. Kal. Maias, Tauro Oriente, in cuius ſedet latere, incidit: Coſmicum, intellig. non conuenit ijs, quae alijs locis a Virgil. canuntur: quod in f. l. 1. Aen. obiter attigi, & plenius l. 5. diſſerere ſtatui.*

s *Inclemens, propter pluuium Orionem; quem ob id Aquoſum uocat.*

His

His dictis [a] incenſum animum inflãmauit amore:
Spemq. dedit dubiae [b] menti, ſoluitq. [c] pudorem.
Principio [d] delubra [e] adeunt, pacemq. [f] per [g] aras

a Ab effectis orationis ſuaſoriae, flagrãtem amore Eliſam, multo magis accendit. procliue eſt enim animum eo impellere, quò ſua ſponte fertur. Haeret in metaphoris a corpore ad animum tranſlatis; ut, Incẽſam inflammauit. b Nuberet, necne incertae, ac religione ictae, quam tamen ſoror illi ex animo excuſſit, ut iam diuos, & mariti manes, ſibi minus eo nomine infeſtos ſperaret. c Quam breuiſſime duobus uerbis amantis furorem ſignificat, diſcrimine turpis, & honeſti confuſo. Aduerte autem amantium inconſtantiam. Nam quae paullo ante terram ſibi dehiſcere optauit, maluitq. ad inferos praecipitari, & Iouis fulmine feriri, quam pudorem uiolaret; eadem blandiuſcula ſororis oratione a propoſito flexa, illico ſe religione ſoluit, frontem perfricat, atque adeo abijcit.

d A religione auſpicia ſumit, ut placatis dijs ex uoto ſuccedat conſilium. Veteres enim ut nil niſi auſpicato incoeptabant; ſic in contrahendo matrimonio exta conſulere ijs mos erat, num felix fortunatumq. futurum eſſet coniugium. Maxime uero Iunoni caedebantur hoſtiae, tamquam nuptiarũ praeſidi; unde et Gamilia nũcupatur, ἀπὸ τῶν γάμων, i. a nuptijs.

e Var. lib. IIX rer. Diu. teſte Macrob. auctor eſt, quoſdam exiſtimare Delubrum eſſe locum, in quo area ſit, aſſumpta, praeter aedem, deorum cauſſa. Nonnullos rurſum arbitrari locum, ubi dei alicuius ſimulacrum dedicatum ſit. Quemadmodum enim locus, in quo candela figitur, Candelabrum appellatur; ita locum, in quo Deum ponerent, Delubrum, dixiſſe. Vtramque porro opinionem adſtruxit poeta, cum ait: Aut ante ora deum pingues ſpatiatur ad aras. Quid enim aliud Spatiari eſt, quam ampli alicuius loci ſpatia obambulare?

f Veniam, gratiam, fauoremq. numinum, ut eorum pace facere liceret, quod omnino facere, ſtabat ſententia.

g Pro, ad aras diligenter per exta hoſtiarum deorum uoluntatem explorant, obſeruantq. quid illa portendant. Aras, quaſi Anſas dictas eſſe, Var. auctor eſt, quod in tripodib. ſacrificantes anſas tenerent. Deinde commutatione litterarum, Aras dici coeptas. Alij uero, ab ardendo dictas cenſent, quod in his uictimae adolerentur. Nonnulli ab ἀράομαι, i. oro, quod in ſacrificijs orantes manib. aras apprehenderent. Vnde infra Virg. Talib. orantem dictis, araſq. tenentem. Hoc autem maxime iuſiurandum facturi facere conſueuerunt. Vnde illud Periclis: Amicus ad aras uſque: Nemine ſ. amici cauſſa aut pietate, aut inhoneſti quippiã agere debere.

Exquirunt:

Exquirunt: [a] mactant [b] lectas de more [c] bidentes
Legiferae [d] Cereri, [e] Phoeboq., [f] patriq. [g] Lyaeo,

a Explorant. Duo maxime hostiarum genera ueteribus in usu erant: unum, quo dei uoluntas per exta disquirebatur; alterum, quo sola deo anima consecrabatur; uel uoti, uel piaculi caussa ad placanda numina; uel, ut id, quod a dijs precarentur, impetratum ferrent, quo reconciliari credebantur. Ad prius genus haec hostia pertinet: ad posterius uero illae, quarum in 2. & 3. lib. mentio facta est. Vel ex Macrobij sententia dicere possumus, Virgil. utrumque genus hostiae complexum esse; ut s. mariti manes, diuosq. animali uictima reconciliaret; & etiam, ut diuorum uoluntatem in extis, fibrisq. disquireret.

b Graeci, σφάττουσι, dicit. Ser. existimat sacrificantium uocabulum esse, atque κατ' εὐφημισμὸν, dictum; ac proprie Mactare esse, magis augere. unde Macte uirtute. Plaut. per Auxesim extra sacra usurpauit, in Aul. Dotatae autem mactant, & malo damno uiros.

c Oues eximias. unde huiusmodi sacra Eximia, & maiores hostiae Opimae & Pingues dicebantur; ab ouibus selectis. Bidentes autem nonnulli appellant omnes bestias bimas, nedum oues solas, cum initio Biennes dicerentur; sed ad hiatum uitandum, d littera postea interposita est; factumq. ut pro Biennes, Bidennes dicerentur; longo deinde usu corrupta uoce Bidentes dici coeperunt. Higynus tamen Bidentes hostias appellatas scripsit, quae per aetatem duos dentes altiores haberent.

d Alij, Frugiferae. Rectius opinor Legiferae, θεσμοφόρῳ. Nam Dido urbi leges datura erat. Cur aūt Ceres Legifera dicta sit, uide Pli. l. 7. c. 56.

e Ratio esse potest: quia apud Athenienses, matronae solae, quibus perpetua pudicitia uitam degere consilium stabat, uiticeis in Thesmophorijs coronatae, sacris operabantur, quae deinceps a castis fieri oporteret. Itaque Dido pudicitiam uiolatura, Cereri mactat oues eximias, uti eius pace sibi id facere liceat; uel, ut constantem adhuc, & obfirmatum in seruanda pudicitia animum testetur, si modo queat amori resistere. Hort. Potest et alia adduci ratio; quod nimirum per Cererem, & Bacchum spiremus, & uegetemur, atque adeo ab interitu uendicemur: Dido itaque iram numinum, propter periurij crimen, uolens auertere, ea ipsa numina, quorum beneficio uitae ratio conseruatur, sacris animalibus placare nititur, eorumq. uoluntatem in extis explorare. f Ratio haec est; quia auspicia, extispicia, ignispicia, & similia, mantices, seu augurandi scientiae species sunt, cui praesidet Phoebus, qui & Apollo. g Liberum intell. per Antonomasiam; qui aptae urbibus libertatis est deus.

Iunoni ante omnes, cui uincla iugalia [a] curae.
Ipsa tenens dextra pateram [b] pulcherrima Dido,
Candentis [c] uaccae [d] media [e] inter cornua [f] fundit;
Aut ante ora [g] deum pingues [h] spatiatur [i] ad aras,
Instauratq. [k] diem donis; pecudumq. reclusis
Pectoribus [l] inhians, [m] spirantia [n] consulit [o] exta.
Heu [p] uatum ignarae mentes: quid uota [q] furentẽ,
Quid delubra iuuãt? est [r] mollis flãma [s] medullas

a Quare & Pronuba dicitur. b Vasculũ potorium, orificio amplo, & patenti; unde & denominatã reor. c id est, cãdidi coloris : quod ipsum laetum, & auspicatum omen futurarum nuptiarum esse uoluit. d Cum alias Apollini taurus caedatur; ut supra de Polydori tumulo, lib. 3. in prin. e De ritu fundendi uini inter cornua uictimae, uide Politian. Miscell. cap 26. f Nitrum porro inter cornua fundi solidum existimant.
g Simulacra, & statuas diuorum.
h Vel, Opulento, ditas, & opimas; uel, ut respiciat ad humum, & aras uictimarum sanguine perfusas, in quib. postea uictimae concremabantur.
i Fuit ergo area delubro adiuncta, ubi ad deambulandum spatium patebat. ut paullo supra ex Varrone retuli, de quo & Macr. Sat. l. 3. c. 4.
K Quia & antea sacrificarat. l Diastole in caesura. m Translatio peruenusta a corpore ad animum auidum, intentumq., tum ad explorandam numinis uoluntatem in extis, tum ad extispicum responsa. Sicuti qui serio intenti ad rem aliquam dubios animos applicant, ore hianti, sui quodammodo obliuisci solent.
n Exhalantia, ac palpitantia.
o Vnde dicitur uictima consultatoria, apud Macrob. lib. 3. c. 5. ubi etiam hic locus citatur. p Exclamatio in uanitatem, & superstitionem uatũ, & haruspicum inscitiam, qui periuria sacrificijs expiari posse credebant, aut amore furentem aliquid sani agere posse arbitrabantur. Frustra certe dei uoluntas in extis tentatur, ubi appetitus (quae caro est) rationi, id est spiritui dominatur. Quid porro consulit exta, cum omnino stet sententia fidem uiolare, & amori succumbere? Quorsum expiamina, cum sedeat flagitium patrare pessumum? Praepostera siquidem religio est, recti specie prauas libidines palliare, & honestum praetextum obtendere.
q Auxesis; uel Relatio, ut alijs placere uideo.
r Edit, consumit.
s Amor. Metaphoris perpetuis inhaeret, quae rem mire exornant.

Interea,

Interea, & tacitum [a] uiuit sub pectore [b] uulnus.
Vritur [c] infelix Dido, totaq. [d] uagatur
Vrbe furens [e]: qualis [f] coniecta cerua sagitta,
Quã procul incautam nemora inter Cressia [g] fixit
Pastor agens [h] telis, liquitq. uolatile ferrum
Nescius: [i] illa fuga siluas, saltusq. [k] peragrat
Dictaeos [l]: haeret lateri letalis arundo. [m]
Nunc [n] media Aenean secum per moenia ducit,
Sidoniasq. [o] ostentat [p] opes, urbemq. paratam.

a Occulte, et quod uatibus tacitũ habuit. b ut supra: Vulnus alit uenis. c ut supra: Et caeco carpitur igni. q.d. perdite amat.

d Nam, ut ira, ita & amor furor quidam est, quo animus de sede sua dimouetur, ut nullum in eo honesti, & turpis discrimen dinoscas. e Amoris Oestra percita, & exagitata. f Hom. Il. 122. Comparatione illustrat rem, & hanc facit hypotyposim, ut pastorem Aenean, ceruã Didonem, Amorem telum, nemus Cretense urbem Carthaginem, per quam sursum regina uagatur, fingit. g Cretensia; cuius ideo fieri mentionẽ suspicor, quod Cretenses praestantissimi semper fuerint sagittarij, quibus ex harundine sagittae conficiebantur. h Persequens. i Ignoratus a cerua, non qui ceruam ipse nesciret: sed latens. K Densiores siluas, quae ob arborum spissitudinem, difficulter peruiae sunt; ac in quibus destinãt, lustraq. sua habent ferae. l Cretensis montis Dictys s. m Sagitta, quã ex arundine potissimum facere solitos Cretenses, paullo ante monui. n A certissimis perditi amoris in Didone signis. estq. relatio in particula, Nunc. o Quas Tyro, fugiens minas fratris Pygmalionis, huc secũ extulerat: nisi quis per antonomasiam, Punicas opes malit intell. ipsam s. urbem luculentam, & tam regia magnificentia exstructam. In Phoenicia Tyrus erat, olim insula, postea ab Alexãdro cõtinenti annexa. In ea trans Libanum ducentis fere stadijs a Tyro, fuit Sidon; antequam a Persis caperetur, opulẽta, & maritimarum urbium maxima. Post multos annos ab Ascalonitarum rege expugnata urbe, incolae Tyrum delati sunt, nouamq. urbem sub id tempus condiderunt, quo Troia a Graecis excisa fuit. Hic uitriariae officinae plurimae fuisse produntur, arenis Beli amnis eo transuectis, quibus fusis nobile uitrum conflabatur. Hic autem ait Sidonias, quod ex Tyro, & Sidone, una quodammodo urbs facta fuerit. p Ad captãdã gloriã, et laudẽ, ex magnificentia, & splendore coepti operis. nam eas se opes intelligere, per epexegesin declarat, cum ait, Vrbemq. paratam.

Incipit [a] effari, mediaq. [b] in uoce resistit.
Nunc eadem, labente die, conuiuia quaerit,
Iliacosq. [c] iterum [d] demens [e] audire labores
Exposcit, [f] pendetq. [g] iterum narrantis [h] ab ore.
Post, [i] ubi digressi, [k] lumenq. obscura uicissim
Luna [l] premit, suadentq. cadētia [m] sidera somnos:
Sola [n] domo maeret uacua, stratisq. [o] relictis
Incubat: illum absens [p] absentē auditq. [q], uidetq.,
Aut gremio Ascanium, genitoris [r] imagine capta,
Detinet; infandum si fallere possit amorem.

a Amoris inconstantiam depingit, quae coeptam orationem, quasi sui oblita, abrumpit.

b Amoris uis ingens, ut qui & mentem eripit, & orationem.

c Excidium Troianum intelligit.

d Affectat eadem audire saepius, cum alioqui sanis crambe recocta sit molestissima.

e Quae uellet eadem, quae nouerat, audire.

f Non tam rerum narrandarum caussa, quam ut Aeneae conspectu fruens, uoluptatem ex eo caperet.

g Hunc uers. sic imitatus est Ouid in ep. Penelopes: Narrantis coniux pendet ab ore uiri. Est autem perelegans Metaphora in dict. Pendet.

h Amantis habitum egregie exprimit, quae dicentis uerba obtuendo excipit.

i Graphice a signis efflictim, & perdite amantis ingenium depingit: maerorem in solitudine; imaginem conspectus, & uocis absentis; complexum Ascanij, in quo parentis imaginem contempletur; & negligentiam circa administrationem reip. & publicorum operum curam.

K A toris, in quibus quisque accubuerat.

l Indicat noctem profundam, qua signa alia occidere, alia rursum exoriri uidentur.

m Vel, occidentia: uel, cadere uulgo apparentia, quoties attractus uapor, suo pondere grauis, & maturus, e corporibus caelestibus defluit.

n Sine eo, quem amabat: nam regina sola esse non poterat.

o Ab Aenea.

p Collusio, cum Polysyndeto. A natura amantis.

q ut supra: Haerent infixi pectore uultus, Verbaq. &c.

r Aeneae, cuius simulacrum in pueri uultu elucebat.

Non [a] coeptae assurgũt [b] turres: nõ arma [c] iuuẽtus
Exercet, portusue, aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, [d] minaeq.
Murorum ingentes, aequataq. [e] machina caelo.
Quam [f] simul ac tali persensit [g] peste teneri
Cara Iouis [h] coniux, nec [i] famam obstare furori;
Talibus [k] aggreditur Venerem Saturnia [l] dictis:
Egregiam [m] uero laudem, & spolia ampla refertis
Tuq., puerq. [n] tuus, magnũ et memorabile [o] numẽ;
Vna [p] dolo diuum si femina uicta duorum est.
Nec me adeo fallit, ueritam [q] te moenia nostra
Suspectas [r] habuisse domos Carthaginis altae.
Sed quis erit [s] modus? aut quo nũc certamine [t] tãto?
Quin [u] potius pacẽ aeternã, pactosq. [x] Hymenaeos
Exercemus? habes, [y] tota quod mente petisti.

a A consequentibus. Amor enim negligentes, et ad officia segniores facit. b Metaphora ab animato, ad nõ animatum; pro, Non exaedificantur. c Principum enim mores uulgus plerũq. imitatur, ut uel alacres sint, uel segnes circa officia. d Murorum exstantes eminentiae, quas Pinnas dicimus: a Minari, quod non solum minas, terroremq. incutere; uerum etiam, exstare, efferri, & eminere significat; quod tum quidam a Manendo, hoc est, eminendo deductum uolunt, Zeugma perelegans hic est. e Hyperbolyce, ut alia pleraque. f Transit, intermissa narratione, ad consilia deorum, quorum auspicijs uterque alteri iungitur. g Auxesis. h Iunonis periphras. quae & soror eius erat.
i Aduersa fama aeque, ac amore, laborare. Scal.
K Hom. Il. 73. 154. l Saturni filia, per Antonomasiam, Iuno.
m Ironia amaritudinis plena.
n Cupido, quem in Ascanij locum supposuisti.
o In quibusdam s. lib. Nomen, leg.
p Singula uerba in hoc uersu habent emphasim.
q Vt lib. 1. uers. 675. Et uereor, quo se Iunonia uertant Hospitia.
r Sinistram de Carthagine existimationem concepisse.
s Dehortatio, ab ira, & odio pristino, ad amicitiam conciliandam.
t Ellipsis, uerb. Contendimus, aut similis.
u Consilium narrationi coniunctum. x Nuptias, figurate.
y Confirmatio ab antecedente, a facili, & opportuno.

Ardet[a] *amans Dido, traxitq.* [b]*per ossa furorem.*
Communem[c] *hunc ergo populũ, paribusq. regamus*
Auspicijs. liceat[d] *Phrygio*[e] *seruire*[f] *marito,*
Dotalesq.[g] *tuae Tyrios*[h] *permittere*[i] *dextrae.*
Olli[k] *(sensit*[l] *enim simulata*[m] *mente locutam,*
Quo regnum Italiae Libycas[n] *auerteret oras)*
Sic contra[o] *est ingressa Venus: Quis*[p] *talia demẽs*
Abnuat? aut tecũ[q] *malit contendere*[r] *bello?*
Si modo,[s] *quod memoras, factũ fortuna*[t] *sequatur.*
Sed[u] *fatis incerta feror, si Iuppiter unam*
Esse uelit Tyrijs urbem, Troiaq.[x] *profectis,*
Misceri[y] *ue probet populos, aut foedera iungi.*
Tu coniux: tibi fas animum tentare precando.

a *Metaphora est in Ardet, quã seq. periphrasi expolit.*
b *ut, Est mollis flamma medullas.*
c *Hypallage, pro, Cõmunibus auspicijs.*
d *Fingit Veneris consilium huc spectare, cum longe aliud esset. quare etiam gratiam inire studet.*
e *Vt molli, effeminato, & parum uiro.* f *Virulenter dictum hoc, ut & Phrygio: quasi uero, si Aeneae nubat, in seruitutem detur, qua Carthaginienses Veneri in dotem cedant.* g *In dotem datos.*
h *Poenos, per antonomas.* i *Fidei, & connubio; metaphorice.*
K *Pro, Illi, antiquo more. Vulpinatur cum uulpe inuicem Venus.*
l *Cognata, metaphora est.*
m *Neque enim, quod faueret nunc Troianis, quibus semper aduersata erat, hoc coniugium facere conatur; sed ut nuptiarum lenocinio detentum hic Aeneam, Italiae regno frustretur.*
n *Pro, in Libycas, per Ellipsim.*
o *Ad hunc modum illi uicissim respondit Venus.*
p *Exordium ab approbatione ficta consilij, & permissione eleuata; a difficili.* q *Emphasis.*
r *Homer. Iliad. 155.*
s *Corrigit permissionem interposita condicione.*
t *Tangit tria, fortunam, id est casum, fata, uoluntatem deorum.*
u *Caussam ad Iouis arbitrium reijcit Venus, quem sciebat filij fata alioqui integra habiturum.*
x *Troianorum periphrasis.*
y *In unius populi corpus coalescere.*

Perge [a] : sequar. [b] Tum sic excepit [c] regia [d] Iuno:
Mecū [e] erit iste [f] labor. nūc, qua ratione, quod instat, [g]
Confieri [h] possit, paucis, aduerte, docebo.
Venatum [i] Aeneas, unaq. miserrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, [k] radijsq. [l] retexerit [m] orbem.
His [n] ego nigrantem commista grandine [o] nimbum,

a Epilogus ad explorandum Iouis mentē, exhortatione constās.

b Inducit hic Virgil. duas deas diligenter de Didonis amorib. agentes; ne coniugij species humanis tantum consilijs coijsse uideatur; aut, ut ostendatur, res humanas dijs curae esse, ac sic nil fortuito agi. c Veneris uerba scilicet.
d Quasi dicat, βασιλική, regis filia, regis uxor, regis soror; & breuiter, deorum dearumq. omnium regina. e Recipit transigendi negotij prouinciam Iuno; sed tamen eam transigere non ualet, propter ineuitabilem fatorum uoluntatem. Quare uertit se ad consiliū utriusq. alteri iungendi, nullis nuptiarum auspicijs, nullis legitimis caerimonijs; rata, fore hac ratione, ut connubium firmaretur, & stabiliretur. Sed Venus callidior erat, & sagacior; neque enim eam fallebant filij, de Italia, fata. Quare Iunonis consilium ridet, & ad id cōniuet. f Vt exploremus a Ioue. Alij sic exp. Meus erit iste labor, tentādi eius animū, et explorādi. g Hoc est, de qua re trāsigēda, tenet cōsultatio. h Ser. hic adnotat Con, abundare: sed non arbitror. Credo .n. plus aliquid, quā Fio, notare. Nec est, quod metri caussa primā adiectā fuisse syllabam, succlament; lib. n. IX. Att. sic Cic. Quo facilius, & maiore cum dignitate, per te, qui utrique es cōiunctus, res tota cōfieret. Col. lib. I. c. IIX. Vt & panis diligenter confiat. & l. V. c. XV. Quod ex hominib. quod ex pecudib. confit. Vbi pro confici, accipitur. Elegantissime quoq. in Adelph. Ter. Hoc confit, quod uolo. i A circumstantijs rei facilitatem ostendit. K Saturni frater, a poetis fingitur, Caeli, & Vestae filius, qui etiam pro ipso Sole ponitur, ut hic. Fuit autem ex Titanum numero, ut Diodor. scribit, quem uide, si largiorem huius rei cognitionem desideras. l Splēdore, & luce sua, qua omnia illustrat, tenebrasq. dispellit. Est autem proprie radius, lignum teres, quo mensurae raduntur, aequanturq, quod & Hostorium, appellatur. m Aperuerit nocte tectū.
n Exponit consilium suum, quid nimium uenantibus sit immissura.
o Recte nimbum promisit se desuper effusuram; quod aeri praeest, ut Iuppiter caelo, Neptunus mari, Pluto inferis: ita enim partiti Saturni patris regnum inter se creduntur.

Dũ trepidant[a] alae,[b] ſaltusq. indagine[c] cingunt,
Deſuper infundam, & tonitru caelum omne ciebo.
Diffugient[d] comites, & nocte[e] tegentur opaca.
Speluncam[f] Dido, dux & Troianus[g] eandem
Deueniẽt:[h] adero, &, tua[i] ſi mihi certa uolũtas,
Connubio iungam ſtabili, propriamq. dicabo.
Hic Hymenaeus[k] erit. Non aduerſata petenti

a Ser. exp. dum trepide feſtinant equites. Alae autẽ dictae ſunt equitũ turmae, a ſimilitudine alarum; quia circum legiones dextra, laeuaq. diſponuntur, perinde ut in auium corporibus, quibus illae proteguntur, uolatuiq. incumbunt.

b De alis trepidantibus in uenatione, uide adnot. Ioan. Scopae.

c In uenatu proprie indagines ſunt canes, ab inueſtigandis, inquirendisq. feris, atque adeo indagandis earum luſtris denominationem habẽtes; quod poſtea Odoram canum uim, appellat Virg. quod ſ. olfactu nullum non locum explorent.

d In diuerſum fugient.

e Nubium caligine.

f Elleipſis uoculae.

g Aeneas, per periphraſin.

h Eadem uerba, infra uerſ. 165.

i Si etiam tuum ſubſequatur officium.

K Coniugium, quod tota mente petimus. Porro de huius uocis origine ſaepe dictum eſt. Tantum addam, quod Homeri enarrator lib. 18. Iliad. ſcriptum reliquit de Hymenaeo: Ait enim quoſdam ab habitando, & una (ἀπὸ τοῦ ναίειν ὁμοῦ τὸν νυμφίον καὶ τὴν νύμφην) quod ſponſus, & ſponſa una habitent, Hymenaeum dicere: Alios uero phyſice; quod hymen tenuiſſima pellicula eſt, quae in uirginum conſtupratione rumpitur. Nonnullos hanc adferre hiſtoriam; quod Hymenaeus quidam Argiuus, Athenas nauigio delatus, offenderit uirgines Atticas, a Pelaſgis quibuſdam raptas fuiſſe, quibus Pelaſgos perſecutus, praeſens erat, ne uiolarentur. Vnde puellae, quae legitime nuberent, hymnum aliquem in eum canere coeperunt, quem Hymenaeum appellarunt. Hactenus ille. Simile autem carminis genus apud Romanos erat Thalaſſio, a Thalaßio quodam, cui Sabinarum pulcherrima in raptu addicta fuerat; cuius uox deinceps in nuptijs ſonare coepit. Idem hymnus, & Feſcenninum carmen dicebatur; quod primum ex urbe Feſcennia, Romam allatum fuiſſe, referũt; ſiue quod faſcinum pelleret, ut nuptiae auſpicatae, fauſtaeq. eßent.

Annuit,

Annuit, atque dolis risit [a] *Cytherea* [b] *repertis:* [c]
Oceanum [d] *interea* [e] *surgens* [f] *Aurora reliquit.*
It [g] *portis, iubare* [h] *exorto, delecta* [i] *iuuentus:*
Retia rara, [k] *plagae,* [l] *lato uenabula ferro:*
Massyliq. [m] *ruunt equites, & odora canum* [n] *uis.*

a *Quod illi proprium esse dicunt; unde & φιλομειδὴς, ab Homero dicitur.*

b *Venus, per Antonomasiam, ut aliquoties ex Suida dixi.* c *Pro compertis, id est intellectis, & animaduersis.* d *Vulgi opinionem sequitur, quod corpora caelestia ex Oceano credit emergere.* e *Duces uenatum deducturus, principium a temporis maturini periphrastica descriptione sumit; quod illud praecipue tempus, uenationi aptissimum esse indicet. Tunc enim ferae e lustris in pastum maxime prodeunt; quemadmodum & uesperi sub occasum Solis.*

f *Respicit ad Tithoni, & Aurorae coniugium.*

g *Exit e portis.*

h *Lucifero. Var.*

i *Enallage speciei; pro, delecti iuuenes. Aptissime uenationem a personis, earumq. aetate, armisq. uenatoriis describit; Xenophont. opinor secutus, qui, in lib. περὶ θήρας καὶ θηρήματος, uenatorem aetate uirenti adolescentem esse uult; &, ne qua aetati circumscriptio desit, uigesimum in eodem requirit annum, quae delectae iuuentutis, de qua hic Virg. aetas est. Desiderat quoque agilitatem, corporis proceritatem, robur, & animum laboris, incommodorumq. patientissimum. Hanc autem prosopographiam Virg. duobus uerbis absoluit, cum delectam iuuentutem portis uenatum emittit.*

K *Minus densa, in quae compulsae ferae capiuntur.*

l *Nomini generali subiecta est species. Tur. per appositionem. nam plagae sunt retia rariora.*

m *Ex Massylia regione, Mauritaniae uicina, in extremis Libyae oris, haud procul, ut putant quidam, ab Hesperidum hortis. Plin. Massyliam in Tingetania collocat. Dionys. uult eos Carthaginiensium fines una cum Numidis attingere, quod & Virg. hoc loco sensisse uidetur. Sed, ut ut est, constat eos equitatum strenuos fuisse; &, si Lucano credimus, neque ephippiis uti solitos, sed uirgis tantum quibusdam equos rexisse, sic ait. Et gens quae nudo residens Massylia dorso Ora leui flectit, frenorum nescia, uirga.*

n *Plus significat, quam multitudo, ut ait Ser.*

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Poenorum exſpectant: oſtroq.[a] inſignis, & auro
Stat ſonipes,[b] ac frena ferox ſpumantia mandit.
Tandem progreditur, magna ſtipante caterua,
Sidoniam[c] picto chlamydem circumdata[d] limbo:
Cui[e] pharetra ex auro, crines nodantur[f] in aurũ,
Aurea purpuream ſubnectit fibula[g] ueſtem.
Nec non & Phrygij comites, & laetus[h] Iulus
Incedunt. ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe[i] ſocium Aeneas, atque agmina[k] iungit.
Qualis,[l] ubi hibernam[m] Lyciã, Xanthiq.[n] fluenta
Deſerit, ac Delum maternam[o] inuiſit[p] Apollo:

a Ab ornatu purpurae; cuius color ex tẽperatura muricis & conchilij fieri ſolet. Vnde fit, quod murex & oſtrũ crebro pro purpura ponãtur.
b Equus; a calceamentis ferreis, quib. ſonum edit ingrediens. c Alluſum opinor ad tapetes ſtolasq. Sidonias. d Limbus proprie eſt extrema rei ora; hic ad ueſtis extremitatẽ refertur. e Deſcribit reginam a uenatricis habitu. f Colliguntur in modos. g Fibula proprie eſt lignum illud, quod diſcluſas in operibus diſtinet trabes; ut apud Caeſar. lib. IV. de bel. Gal. in pontis Rhenani aedificatione, & multis alijs locis. Hic autem pro acu, qua ueſtes ſubnectuntur, accipitur. h more puerorum. i Eclog. 6. Addit ſe ſociam, timidisq. ſuperuenit Aegle.
K Comitatũ ſuum.
l Apoll. Arg. 10. uide praeterea Quinctil. l. 8. c. 3. & Coel. l. 5. c. 3. Eſt autem amplificatio a collatione, eo ſpectans, ut formae dignitatem in Aenea, ac plauſum utriuſq. gentis hyperbolice ſubijciat
m Hibernum appellari notat Hort. omne id quod meridiem obtuetur. Vnde Hibernare & Hiberna, apud Caeſar. ſaepe uſurpata, loca ſunt, in quibus milites ſtationes certis anni temporibus habent. Quare Lyciam recte hibernam uocat poeta, quod Aſia, cuius haec prouincia eſt, meridiem ſpectet. De qua uide Herodot. in Clio.
n Amnem illum intellig. qui non procul a Pataris mare influit.
o quod Latona mater eius illic habitarit; cumq. illic enixum educanerit.
p Volens Aeneae ſpeciem humana non paullo auguſtiorem facere poeta, Apollini eum comparat, maxime ob habitum pharetrae choros in Delo inſtaurandi, quem diuerſae gentes plauſu & fauore proſequuntur.

Inſtauratq.

Instauratq. choros, mistiq. altaria[a] circum
Cretesq.,[b] Dryopesq.[c] fremūt,[d] pictiq.[e] Agathyrsi:
Ipse[f] iugis Cynthi graditur, molliq.[g] fluentem
Fronde[h] premit crinē fingens,[i] atq. implicat auro:
Tela sonant humeris. haud illo segnior[k] ibat
Aeneas: tantum egregio decus enitet[l] ore.
Postquā altos uētū in montes, atq. inuia[m] lustra:[n]
Ecce ferae saxi[o] deiectae uertice[p] caprae
Decurrere iugis. alia de parte patentes
Transmittunt[q] cursu campos, atq. agmina cerui

a In Delo nulla sacra fiebant sine musica & saltationib. Chori puerorū tibijs ac citharis modulātiū prodibant, quorum exercitatissimi & saltabant. Horum carmina ὑπορχήματα dicebantur, a saltandi ratione. Supplicatio, qua uictimam ad aram deducebant, Prosodion, dicebatur: deinde, cum quiescerent, Stasimum canebant. b Diastole in caesura. c populi ad Parnassum montem; in Apollinis tutela. d Modulantur suos hymnos. Metaphora est βρέμουσι. e Agathyrsi, & Sauromatae, Maeotidis flexum, quem Buges amnis secat, sparsim ambiunt. Ibi & Essedones incolunt, moribus & cultu a superioribus nonnihil differentes. Parentum funera uictimis, festo sollemniq. familiarium congreßu celebrant. Corpora eorum laniata, caesis pecorum uiscerib. immista, epulando absumunt. Capita affabre expoliunt, auroq. inclusa ornataq. pro poculis circumferentes, extrema hac ratione pietatis in parentes officia egregie praestitisse se arbitrantur. Agathyrsis uero mos est, ora & artus pingere; atq. ut maiorum imaginib. maxime excellunt, aut humilib. locis orti sunt; ita magis aut minus. Sed notis aut figuris ijsdem pingebantur omnes, coloris ut plurimum caerulei, tam solide, ut ablui non possint. Quod omnium primus Bacchus ijs fecisse memoratur, ex uictoria Indica reuertens. Mela. Vide & Tzetzen Chil. 8. c. 22.
f Apollo. s. in Cyntho, Deli monte, spatiatur, telis pharetraq. conspicuus.
g unguentatum, aut unguento fluentem. h Lauri. i Componens.
K deformior. nam uirtus & pulchritudo inuicem usurpantur. quod notauit Ser. l Icon. m Sine uijs: ut Peruia loca, per quae transiri pōt.
n Ferarum latibula. Festus exp. Lamas lutosas, quae in siluis aprorum cubilia sunt.
o Montis, per Tapinosin.
p Metaphora ab homine ad montem.
q Pro, Transeunt ad imitation. Lucr. uide Macrob. Sat. l. 6. c. 4.

Pul-

a Puluerib. conspersa. b Colligunt se. A ceruorum gregatim pascētium natura, qui & in fuga, ubi casus eos coniungit, congregare se solent. c Delectādi gratia puerilem ostentationem uiribus maiora conantem adiungit. Queri autem hoc non inepte possit, Vnde huc prodierit Ascanius, cum lib. 1. legerimus, eum abductum in Paphum a Venere, ac substitutum fuisse Cupidinem in eius locum, ut Didoni occultum inspiraret ignem. Neque uero iam amplius Cupidine opus est, Didone satis inflammata.

Pulueruleēta[a] fuga glomerāt,[b] mōtesq. relinquūt.
At puer[c] Ascanius medijs in uallibus acri
Gaudet equo. iamq. hos cursu, iam praeterit illos,
Spumantemq. dari pecora inter inertia[d] uotis
Optat aprum, aut fuluū[e] descendere mōte[f] leonē.
Interea[g] magno misceri[h] murmure[i] caelum
Incipit: insequitur commista grandine nimbus.
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus.
Dardaniusq. nepos[k] Veneris diuersa per agros
Tecta metu petiere: ruunt de montibus[l] amnes.
Speluncam[m] Dido, dux & Troianus[n] eandem
Deueniunt. prima & Tellus, & pronuba[o] Iuno
Dant[p] signum. fulsere ignes, & conscius[q] aether

d Non repugnantia: ut, Sternuntur inertia passim Corpora. e Fuluus color, teste Gel. lib. 2. cap. 26. dicitur, qui ex rubro & uiridi mistim factus & temperatus est, qualem in auro & leonib. uidemus. f Ellipsis praepositionis De; ut sit, De monte. g Absoluitur fabulae protasis, cum poeta per occasionem tempestatis in uenatu utrumque alteri coniungit. Nam is scopus plane est huius loci; ut mox hinc epitaseos & occasio, & principium nascatur. h Turbari; elegans metaphora, & aptissima hoc loco. i Tonitru & tempestatibus; per Metaphoram. K Ascanij periphrasis.

l Aquae de montib. currunt.

m Ellipsis, praepositionis In, uel Ad.

n Aeneae periphrasis.

o Vt, Tuq. harum interpres curarum & conscia Iuno.

p Prodigia edunt; tamquam praeiudicia inauspicatarum nuptiarum. Nā Ioue aut fulminante aut tonitruante nefas ducebatur aliquid incoeptare. His duob. addit & tertium. s. Vlulatum Oreadum nympharum.

q Qui, perinde ut sol, omnia collustrat. Porro Aethera, hic pro aere usurpat.

Connubij,

Connubij, sūmoq. ulularunt [a] uertice [b] nymphae.
Ille[c] dies primus leti, primusq. malorum
Caussa fuit. neque enim [d] specie, famaue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:
Coniugium uocat: hoc praetexit nomine [e] culpam.
Extemplo [f] Libyae magnas [g] it fama per urbes,
Fama, [h] malum, [i] quo non aliud uelocius ullum:
Mobilitate uiget, uiresq. acquirit eundo,
Parua [k] metu primo, mox [l] sese attollit in auras,
Ingrediturq. [m] solo, [n] & caput inter nubila condit.
Illam [o] terra parens, ira irritata deorum,

a ut in ijs nuptijs, quas mors secutura esset. Vlulare autem ab ululis auibus ad mulieres translatum est, quasi dicas Eiularunt, & alibi sic Virg. Et femineo ululatu, respiciēs ad Graecor. ὀλολύζειν, quod, Suida teste proprie de mulieribus dicitur.

b Oreades s.

c Ecphonesis, ex caussis futuri exitus plane tragici collecta.

d Neque praesenti turpitudine, neque futura fama commouetur Dido.

e Stupri consuetudinem, quam & supra, cum extenuatione facti, Culpam appellauit.

f Transitione uertit narrationem, ad ea, quae statim flagitium admissum sunt consecuta.

g quod in magnis urbibus citius spargantur rumores, ob hominum frequentiam, ultro citroq. commeantium, quam in paruis obscurisq. urbibus.

h Elegans famae Idolopoeia, quam eandem esse uult, quae apud Homer. Ossa sit.

i definitio famae.

K Quam diu inter paucos haeret, parua est & uehementer tenuis: ubi uero in personas, ut in comoedijs fit, spargi coepit, paullatim in immensum crescit. quam eius prodigiosam magnitudinem egregie amplificat Virg. cum terram pedibus, capite caelum pulsare dicit.

l Homer. Il. 4.

m Repetitur h. uersus lib. 10. quem Pontan. in Ant. a Virgilij calumniatoribus uindicat.

n Ser. exp. quasi dicat. Nec humili fortunae parcit, nec superiori. Sed tamen uidetur potius uelle significare Virg. eam protinus in immensum crescere.

o A parentib. quos obscuros fuisse, & humiles coarguit.

Extremã[a] (ut perhibent) Caeo, Enceladoq.[b] sororẽ
Progenuit, pedibus [c] celerem, & pernicibus alis,
Mõstrũ horrẽdũ, ingẽs: cui quot sunt[d] corpore[e] plu-
Tot uigiles oculi subter: (mirabile dictu) (mae,
Tot linguae, totidẽ ora[f] sonãt: tot subrigit[g] aures.
Nocte[h] uolat caeli medio, terraeq. per umbram,
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine[i] tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat urbes,
Tam ficti,[k] prauiq. tenax,[l] quam nuncia ueri.
Hac[m] tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, & pariter facta,[n] atq. infecta canebat:

a ut perniciosissimã et deterrimã: γηγενῶν fortaßs: quod Gigãtes caelum expugnare aggreßi, primi famam & nomina celebria ex impijs facinorib. apud posteros quaesiuere.

b Ex his duobus intell. reliquos Titani filios. c A pedum uelocitate, ac uolatus. Nam fama nihil non propagando exaggerat.

d non ipsius, sed omnium corporibus: ut, si diceret, Quot sunt arenae.

e Quo uigilantiam famae ac loquacitatem amplificet, collationem a plumis, quibus tecta uestitaq. fingitur, hyperbolicam ducit.

f Hyperbole: nam a diuersis fama inuulgatur.

g Erigit aures audientium, ad narrata a diuersis, & quidem locis, & temporibus diuersis.

h A circumstantia loci, ac temporis. nam noctes & dies inuulgat. Die per urbes propagatur: nocte ἀεροφοιτεῖ. Ex Homer. Ossae descriptione; quam Val. Flac. Argonaut. l. 2. grauissime imitatus est.

i Per domos nobilium, Tur. alt. i. per aulas regum. S.

K Hinc famae uanitatem uidere est, quae falsi tenacior sit, quam ueri, Numquam enim rumor rei detrahit, sed adfingit semper aliquid, ut ad postremum per omnia uanus sit.

l Eodem fere uers. usus est in Opusculo, de uiro bono. Hesiodus autẽ in Op. & Die, sic ait: φήμη γάρ τε κακὰ πέλεται. Praeterea Homer. Il. β. Famam Iouis nunciam facit.

m Clausula idolopoeiae famae, qua summatim enarrat ea, quae tum per Libyam de Didone, & Aenea sparsa essent.

n Prouerbialis locutio.

Venisse

Venisse [a] Aenean, Troiano a sanguine cretum,
Cui se pulchra uiro dignetur [b] iungere Dido:
Nunc hiemem [c] inter se luxu, quā longa, [d] fouere,
Regnorum immemores, [e] turpiq. cupidine captos.
Haec passim dea foeda [f] uirum [g] diffundit in ora:
Protinus [h] ad regem cursus detorquet [i] Iarbam,
Incenditq. animum dictis, atq. aggerat iras.
Hic Hāmone [k] satus, rapta [l] Garamātide nympha,
Templa Ioui centum [m] latis immania [n] regnis,

a Verum illud, si poetae fidem sequamur. Apte autē famam gaudentem uera falsis miscuisse narrat. Nā primo rumores cū plausu serpunt, & narrando, ut homines sunt, alijs atq. alijs fucis pinguntur; & quae uerisimilia alia post alia adduntur pro ueris ab alijs inde referuntur. b quasi superior inferiori.

c Hiemē totā genio indulgere. Infectū hoc & uanū: nam nondū totā hiemem per luxum perdiderant. d Hoc imitatus Ouidius sic canit: Et uacuus somno noctem, quam longa, peregi. Est autem Enallage partium, nomine pro aduerbio posito. & Heteresis speciei, positiuus pro superlatiuo, Quā longissime. e Verum hoc. nam uterq. regni sui oblitus, luxui & uoluptati uacabat: Aeneas Italiam fatalem, Dido regnum Carthaginiense neglexit: ut supra, Non coeptae assurgunt turres, &c. f Famam intellig. cum aūt Deam uocat famam, cum Homero sentit, qui multis locis, suā Ossam, quā unā cum fama esse existimant, diuinitate celebrat. g Syncope, pro, uirorum. h Ostendit in uniuersum famae naturam: deinde per occasionem ad Iarbae regis descriptionem transit, ad quem illico idipsum rumor pertulerat. Huius autem in primis referebat; uel, quod Dido ab eo soli partem dolo emptitasset; uel, quod paullo ante, eius nuptias Dido repudiarat: nunc uero externum profugum sibi proposuisset.

i Iouis filium ex Garamantide nympha, Garamantis regis filia: quam ad flumen Bagradam compresserat.

K Ioue, cui id cognominis erat. Libero patri, per Libyae deserta iter facienti, sitiq. paene confecto, aries fontem ostendit; cui, quod Iouem esse crederet, eodem in loco tēplum erexit, cumq. ab arena Hammonem appellauit. Tur. tamen ex Plutar. sentit, Iarbam condidisse templum Iouis Hammonis, quod apud Garamantes oraculo nobile erat, et ignē inextinctum habebat.

l Stuprata Ser.

m finitus numerus pro infinito.

n Ingentia, immensa & uisenda.

Centum

Centum aras [a] poſuit, uigilẽq. [b] ſacrauerat [c] ignẽ,
Excubias diuum aeternas, pecudumq. [d] cruore
Pingue ſolum, & uarijs florentia [e] limina [f] ſertis.
Isq. amens [g] animi, & rumore accenſus [h] amaro,
Dicitur ante aras, media inter [i] numina diuum,
Multa [k] Iouem manibus [l] ſupplex oraſſe ſupinis.
Iuppiter [m] omnipotens, [n] cui [o] nũc Mauriſia [p] pictis [q]
Gens epulata toris Lenaeum [r] libat honorem,
Adſpicis [s] haec? an te, genitor, cũ fulmina torques,
Nequidquã [t] horremus? caeciq. [u] in nubibus [x] ignes
Terrificant animos, et inania [y] murmura miſcent?

a Singulas cum Arietis ſtatua; unde Hammon dictus Iuppiter. b Inexſtinguibilem. c Qualis Romae erat Ignis aeternus Veſtae conſecratus. d Hoſtiarũ caeſarũ sãguine. e Metaphora. f Synecdoche. g Vt & amator, & barbarus. h Ira perturbatus. i Ac ſi dicat, dijs teſtibus. S. K Multum. l Hom. Il. 8. m Hom. Il. 81. n Precatio Iarbae incuſatoria, qua expoſtulat cum patre ſuo, quod acceptam a Didone iniuriam ferat. Aduenam ab ea receptum, ſe excluſum, qui Ioui religioſe pariter ac laute ſacrificet. o Beneuolentia ab honoribus, & religione, quibus Iuppiter a Mauris colitur. p Maurorũ gens Tingitaniae prouinciae eſt, a Steph. & plerisque alijs, Murusij dicta; proxima Maſsaeſylis, qui diuerſis bellorum cladibus attenuati, poſtea exſtincti ſunt: poſtea eorum regionẽ Getuli tenuere, Banurri, & Autololes. q A gentis ritu; cui mos fuit, in toris pictis libare. r Vinum intell. λυνὸς enim torcular notat. Vnde Bacchus Lenaeus dictus, epitheticῶς. ſ Curas haec? Ex Epicur. ſententia: Eſt autem acerba reprehenſio, ſtomachiq. plena, praepoſtera quidem, ante propoſitionem; ſed ſtomachanti, ob acceptam iniuriam, mire conueniens. Quod docte hic, & dedita opera poeta obſeruauit.

t Iouem negligentiae, & oſcitantiae incuſat; quod, cum in noxijs puniendis ſit ſegnior, fiat, ut mortales hanc exiſtimationem induerint, omnia, quae libeant, ſibi licere: ac proinde fieri, ut neque fulmen, neque tonitru eius deinceps quidquam curent. u Fulgurationes, ſeu corruſcationes, ſine uirib. Quod peruenuſtum eſt, ſi penitus introſpicias, conſideresque translationem a proximo ſenſu ductam. Vt enim caecus non percipit lumen: ita, quamuis facinoroſi, & impij, afflati, fulgur non ſentiunt, neq. tonitru crepitu perterreſiunt. x Quod ex nubium in aere mutua colliſione fieri credantur. y Omni ui carentia tonitrua.

Femina,

Femina,[a] quae noſtris errās [b] in finibus [c] urbem [d]
Exiguam [e] pretio [f] poſuit, cui litus [g] arandum,
Cuiq. loci leges dedimus, connubia noſtra
Reppulit, ac dominum [h] Aenean in regna recepit.
Et nunc ille Paris [i] cum ſemiuiro [k] comitatu
Maeonia [l] mentum [m] mitra,[n] crinemq.[o] madētem
Subnixus, rapto [p] potitur: [q] nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq. fouemus inanem.
Talibus orantem dictis, araſq.[r] tenentem
Audijt omnipotens,[s] oculoſq. ad moenia torſit
Regia, & oblitos famae [t] melioris amantes.

a Inuidiæ quaerit a ſexu. b A modo. c A loco. d Cuius ſolum paruo a me emerit. e Vili paratam. f Indigniſſime ab initio tulit Iarbas, in uenditione ſoli tantuli, quantulum bubulo complecti potuiſſet, arte Didonis ſe fuiſſe circumſcriptum. quamobrem, ob fraudis machinationem, contractus iure irritus eſſe debebat. per text. in l. eleganter. ff. de dolo.
g Peruenuſte paroemian intexuit, ut feminae ingratitudinem coarguat.
h Auxeſis: ut non maritum, ſed dominum, cui ſit per omnem uitam ſeruitura, ſibi adiunxiſſe intelligat. i Inuidiam quaerit a perſona, q. d. Paridi ſimilis, raptor. K Alludit ad Gallos, Cybeles in Phrygia ſacerdotes, quos ſpadones eſſe oportebat. Cui autem exſecta ſunt genitalia, ſemiuir dumtaxat eſt. l Pileo Phrygio, ſeu habitu Lydio in capite, uiris parum decoro habitu. Eſt enim Maeonia, eadem quae Lydia, & Aſiae minoris regio mediterranea, ab occaſu Ioniam, & Aetoliam; ab ortu Phrygiam attingens: ab Auſtro Maeandrum, & Cariam; a Septemtrione Myſiam pulſans. m Per ſynecdochen, Caput intelligit.
n πολύσεμον; quod phaſiam. ſiue taeniam notat, qua ligatur caput. Sunt & qui hic Mitram interpretentur, corollas ex faſcijs horarijsq. cōcinnatas, quaſi μίτον, id eſt, filum.
o Fluentem; ut ſupra de Apolline dixit, Molliq. fluentem Fronde premit crinem fingens, &c. p Rapta Didone, ut Paris Helena.
q Enallage coniugation. ut l. 3. in pr. Polydorum obtruncat & auro Vi potitur. ut & Ouid. Poteremur, pro, Potiremur.
r Sacrificnates enim orantesq. litare non poterant, niſi manibus aras tenerent; unde Aras tamquam Anſas dictas uoluit Var. l. 5. rer. diu. ut ſupra paullo monui. Vide Macr. lib. 3. Sat. c. 2. ſ Hom. Il. 186.
t Extenſio in caeſura, per Diaſtolen.

Aa Tunc

Tunc ſic [a] *Mercurium alloquitur,* [b] *ac talia mãdat:*
Vade [c] *age, nate, uoca Zephyros;* [d] *et labere* [e] *pẽnis;*
Dardaniumq. [f] *ducem, Tyria Carthagine qui nunc*
Exſpectat, [g] *fatisq. datas non reſpicit urbes,*
Alloquere, [h] *& celeres defer mea dicta per auras.*
Non illum [i] *nobis genitrix* [k] *pulcherrima talem*
Promiſit, Graiumq. [l] *ideo bis* [m] *uindicat armis;*
Sed fore, qui grauidam [n] *imperijs, belloq.* [o] *fremẽtẽ*
Italiam [p] *regeret; genus alto a ſanguine Teucri*
Proderet, [q] *ac totum* [r] *ſub leges mitteret orbem.*
Si nulla [s] *accendit tantarum gloria rerum,*
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem:

a Homer. *Odyſſ.* v.
b *Extenſio in caeſura per Diaſtolen.*
c *Mandatum Iouis, ut Mercurius, Carthaginem profectus, inde Aenean faceſſere iubeat.*

d *Qui uehant te Carthaginem.* e *Talaria intell. quae Mercurio peculiaria ſunt, ut ſeq. Et primum pedib. Talar. nect.* f *Aeneae periphraſis.* g *Moratur, & terit tempus.* h *Homer. Il.* 14.
i *Principium mandatorum ab exſpectatione, & ſpe promiſſorum falſa.*
K *Veneris' periphraſis.*
l *Syncope; pro, Graiorumq. Vindicat, pro Vindicauit, & liberauit, per Enallagen temporis.*
m *Primo quidem, cum Diomedes, Mineruae auxilio confirmatus, magna Troianorum ſtrage, res Graecorum ſtrenue tueretur, ſaxoq. maximo ita labefecerat, ut in genua procumberet: ubi haud dubie periturus erat, niſi peplo Veneris matris circumfuſuus, caedi ſubſtractus fuiſſet; teſte Homer. Il.* v. *Rurſus, cum Achille ſingulari certamine commiſſus, pugnando tam feſſus erat, ut neceſſum fuerit eum pugna eripi alicuius dei numine, aut interfici: Vnde Achilli tradunt a Neptuno, in Veneris gratiam, nubem obiectam, ut Aenean, caedi ſubtractum, conſpicere non poſſet. Apud Homer. Il.* xx.
n *Quae aliquando multa pareret imperia.*
o *Remota metaphora, ab animali ad non animal: ut in Grauidam.*
p *Italos, per metonymiam.*
q *Factis oſtenderet ſe genus a Teucro ducere; nihil ab eo degenerans.*
r *Amplificatio promiſſorum Veneris de filio.*
ſ *A perſona Aeneae, & filij.*

Aſcanio

Ascanio ne[a] *pater*[b] *Romanus inuidet arces?*
Quid struit:[c] *aut qua spe*[d] *inimica*[e] *ĩ gẽte moratur?*
Nec prolem[f] *Ausoniã, et Lauinia*[g] *respicit arua?*
Nauiget.[h] *haec summa est: hic nostri*[i] *nũcius esto.*
Dixerat.[k] *ille patris*[l] *magni parere parabat*
Imperio: & primum pedibus talaria[m] *nectit:*
Aurea, quae sublimem alis, siue aequora supra,
Seu terram, rapido[n] *pariter cũ flamine portant.*
Tum uirgam[o] *capit. hac animas ille euocat*[p] *Orco*
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit;
Dat somnos, adimitq., & lumina[q] *morte resignat.*
Illa fretus agit uento, & turbida tranat
Nubila. iamq. uolãs apicẽ,[r] *et latera ardua cernit*
Atlantis[s] *duri, caelum qui uertice fulcit:*

a *Haec in laudem Iulij Caesaris dicuntur a Virg. qui se ab Ascanio originẽ traxisse gloriari solet.*
b *Emphaticῶs, qui naturali amore in filium parum ducatur.*
c *Reprehẽsio ab interrogatione, qua otium uiri, & luxum obiter perstringit.* d *Licenter neglexit elisionem, Graecorum imitatione.* e *Quae olim aduersus eius posteritatem crudelissimum odium sit exercitatura.* f *Posteritatem Romanae gentis.*
g *Ex futura Latini regis affinitate ad se deuoluenda.*
h *Clausula Laconica, qua mandatorum summam complectitur.*
i *Mandatorum nostrorum.*
K *Homer. Od. 42. & Il. 269.*
l *Iouis periphrasis, πατρὸς μεγάλου.* m *Talaria, a talis, quibus adnectuntur. Sunt qui exp. calciamenta cum alis: cum Agamemnon pedibus quoque talia inducat, Iliad. 2. Cic. Att. l. 14. prouerbiali allegoria dixit, Talaria induere; pro, fugam adornare, & quasi uelle quopiã auolare.* n *Celeritate uentis pari: ut Homer. ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.*
o *Caduceum, ei ab Apolline donatum.* p *Ab inferis.*
q *Alludit ad ueterem Romanorum morem, qui mortuis oculos in rogo aperiebant, cum domi mortuis clausi essent. Tur. ex Plin.*
r *Summitatem.*
s *Atlantis Mauritaniae montis descriptio: cui & caput, & mentum, & barbam tribuit, lateraq., & cetera hominis membra: alludens nimirum ad Atlantis regis, subito Medusae capite conspecto, in montem conuersi, fabulam.*

Atlantis, [a] cinctum assidue cui nubibus atris
Piniferum caput, [b] & uento pulsatur, & imbri:
Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Praecipitāt [c] senis, [d] et glacie riget horrida barba.
Hic [e] primum paribus [f] nitens [g] Cyllenius [h] alis
Constitit: hinc toto praeceps se corpore ad undas

a Anaphora rei magnitudini cōueniēs. Porro: Atlas Libycus, ut Sophidi, et Aegyptijs placet, Osyridis, Dionysij, & Noe temporibus claruit; rex Mauritaniae fuisse memoratur, rerum astronomicarum egregie doctus: adeoq. primus de caeli machina, naturaq. mundi, disputare ausus. Vnde factum est, ut poetae eum, caelum sustinere humeris dixerint. Quod uero Herculi laboranti successisse memoratur, inde est, quod is in philosophia proxime post eum claruerit.

b Totam personam montis, fictam, in sua membra secat; a capite, id est, summitate nemorosa ordiens. Mons ipse altissimus est, adeo uerticem acie nequeas assequi; nubibus undique medius feritur, rigetque niuibus hieme, & aestate. Accolae ob immensam, & inusitatam altitudinem, Caeli columnam uocant: qui & ipsi, a monte, Atlantes uocantur; his religio est, animalibus uesci, teste Plin. qui inter cetera, Suetonium Paullinum, Romani exercitus ducem, ad summum Atlantis cacumen penetrasse, auctor est. Vide aliam eius descriptionem apud Silium libro primo.

c Neutrum est; pro, praecipitanter feruntur; ut alibi Virgil. Et nox iam frigida caelo Praecipitat.

d Vel, propter senium; uel, propter niues, quibus canescit.

e In monte Atlante.

f Leni uolatu.

g Volandi periphrasis.

h Mercurius, per antonomasiam; a Cylleno monte, & opido Arcadiae. Hodie Chiarenza uocatur; haud procul ab ostio amnis Penei. Mela quoque testatur, urbem Mercurio ibi nato celebrem esse. Didymus Cyllarium uocat; quod in Cyllenio, Arcadiae monte, sit educatus: siue, quod somni largitor sit, tenens sinuum habenas. Homeri enarrator lib. ult. Iliad. festiuam de huius cognominis ratione, & Mercurio historiam ex Eratosthene adducit. quem uideto, si uacat: neque enim omnia hic adscribere possum.

Misit, aui [a] similis, quae circum litora, [b] circum
Piscosos [c] scopulos humilis uolat aequora iuxta.
Haud [d] aliter terras inter, [e] caelumq. uolabat,
Litus arenosum Libyae, uentosq. [f] secabat
Materno [g] ueniens ab auo [h] Cyllenia proles.
Vt primum alatis tetigit magalia [i] plantis: [k]
Aenean fundantem [l] arces, ac tecta nouantem
Conspicit. atque illi stellatus [m] iaspide fulua

a *Mergo, scilicet, cui Virg. Mercurium comparat, cum Homer. eundem laro, (quem Fulicam quidam appellant) similem faciat: aui rapaci, piscesq. uenanti, respiciens, opinor, ad furacem illius naturam, quippe qui furum deus nuncupetur, Noster autem Virg. mergo eum comparat, nullos sectanti quidem pisces, sed supra aquam uolanti tantum.*

b *Venusta eiusdem uocis repetitio.*

c *Epithetice, q. d. piscium refertos ob imam concauitatem.*

d *Applicatio.*

e *Anastrophe.*

f *Volando diuidebat.*

g *Natus enim Maia, Atlantis filia.*

h *Ab Atlante monte.* i *Carthaginis uillas; Poeni enim lingua sua, Magalia, uillas appellant: Magar, domum rusticam; perinde ut casas agrestes, furnorum similes, Magalia. Hinc satis arguitur, illum locum quondam casas, & humilia rusticorum tuguria habuisse; quae postea regalis magnificentiae luxu, ac splendore in opulentissimam urbem excreuerant.* K *Pedibus aligeris, quibus talaria innexa erant. Indicat uelocitatem in legationibus obeundis necessariam esse; ne mora noxam gignat, aut calamitatem.* l *A studio, quo occupatum ducem Troianum offendit.* m *Pro, stellata rutilis punctis Iasponyche. Idem Plin. testatur lib. 37. cap. 8. cum Iaspidi aureum puluerem interdum inesse, docet. Alij exp. stellulis ex Iaspide factis mire splendescentem, aut stellarum in modum fulgentem. Quae non displicet interpretatio. Sed, quod priori explicationi magis faueam, ratione hac adducor, quod, ex Plinij loco supra citato, parũ liquet, quae sit haec Iaspis fulua, de qua hic meminit Virg. Quare malim, quae huic Virgilij descriptioni proxime accedit, Iaspunycham, quae & Onychopuncta uocatur, hic intelligere; quae nubem complexa imitatur niues, & rutulis punctis est stellata.*

Ensis[a] erat: Tyrioq.[b] ardebat [c] murice laena [d]
Demissa ex humeris: diues [e] quae munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Continuo inuadit. [f] Tu nunc [g] Carthaginis altae
Fundamenta locas, pulchramq. uxorius [h] urbem
Exstruis? heu [i] regni, rerumq. oblite tuarum.
Ipse[k] deum tibi [l] me claro demittit Olympo
Regnator,[m] caelum, et terras qui numine torquet;
Ipse haec ferre iubet celeres [n] mandata per auras.
Quid struis? [o] aut qua spe [p] Libycis teris otia ter- (ris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem:
Ascanium surgentem, [q] & spes heredis Iuli,
Respice; cui regnum Italiae, Romanaq. tellus
Debentur. Tali Cyllenius[r] ore [s] locutus,

a Pro uagina, ut Ser. ex T. ex Iuuenal. Sat. 5.
b Epithetō a loco; unde nobilissima purpura aduehitur: unde & Tyriae uestes dicuntur.
c Metaphora, a similitudine coloris purpurei. Est.n. murex, conchae genus liquorem habens, purpurae similem, quo uestes tinguntur; & ab eo Conchiliatae dicuntur. d toga duplex, amictus auguralis. e Laus Laenae, a persona donantis, & artificis. f Quasi infesto animo & feroci spiritu eum adoritur; uenuste, quod rei est, ad orationem transferens.
g Ab acerba reprehensione orditur; cuius singulis dictionibus inest emphasis. h γυναικρατούμενος, uxori seruiens. i Pathos ab exclamatione. K Homer. Il. 163:117: l Narratio mandatorum.
m Periphrasis Iouis.
n Hypallage. q. d. me celerem tibi haec nunciare iubet.
o Erudite poeta decorum Homeri exemplo seruat. Nuncius enim aut legatus de suo in mandatis obeundis nihil addere debet, aut detrahere; uerū ea qua mandata acceperit fide perorare; quod hic Mercurium iisdem paene urbis, quoad fieri potest, facere animaduertes. p A caussa finali ut ibi temere haerere non uideatur. q Ab honesto. Est enim secundū Deū, maxima pietas parentum, liberorum salutem incolumitatemq. sedulo curare, eosq. studiose promouere. r Mercurij periphrasis, sic dicti, a Cyllene Arcadiae monte, ut supra monui, in quo Iouem cum Maia, Atlantis filia, concubuisse ferunt, natumq. ex illo concubitu Mercurium.
s Oratione. s. uel exp. Talia loquitur ore, ut sit Pleonasmus.

Mortales [a] *uisus medio sermone reliquit,*
Et procul in tenuem ex oculis euanuit [b] *auram.*
At uero Aeneas adspectu obmutuit [c] *amens;*
Arrectaeq. [d] *horrore comae; et uox faucib* [e]. *haesit.*
Ardet [f] *abire fuga, dulcesq. relinquere terras,*
Attonitus tanto [g] *monitu, imperioq. deorum.*
Heu [h] *quid agat? quo nunc reginam abire* [i] *furentē*
Audeat affatu? quae prima exordia sumat?
Atq. animum nunc huc celerem, nūc diuidit illuc,
In partesq. rapit uarias, perq. omnia uersat.
Haec alternanti [k] *potior sententia uisa est.*
Mnesthea, [l] *Sergestumq. uocat, forteq. Cloanthū:*

a Homer. Il. 271.
b Homericum figmentū est, apud quem etiam uenti, inter deos recēsentur: unde hic Virg. ēt Mercurium in aurā euanuisse ait, quod dij nil aliud quam spiritus & uenti esse credantur. c Consternatus & attonitus, ut alibi saepe. Infelicis enim conscientiae terror amentiam parit, defensionis rationem adimit, efficitq. animi maximam perturbationem, quam a signis externis & accidentibus hic notat Virg. quod s. comae erectae fuerint, & uox eius metu defecerit.

d Lib. 1. Aen. Steteruntq. comae & u. f. haesit.

e per metaphoram, uehementer cupit. Luctam autem coarguit spiritus (ut sic loquar) ad parendum prompti, & carnis detinentis.

f Caussa impulsiua, deorum iussus. g Exclamatio poetae ad commiserationem concitandam. Etenim, cum tot reginae merita, tot beneficia, quibus detineri potuisset, in eum exstarent, cogitat, quam indigne abitum suum latura sit regina. Rursus, his opponit deorum iussum, quib. non parere, religio esset, atque adeo piaculum. Vicit, quam aequum fuit uincere, pietas, uicit, inquam, religio affectus carnis; atque oraculo ad postremum morem gerere constituit. h blanditijs circumuenire. S. q. d. blandimenta multa dando, adire; quamquam alia multa hoc uerbū quoq. significet.

i Respexit ad Homericum μερμηρίζειν: cuius genuinam significationem disertissime per periphrasim expressit. Quemadmodum & mox, Haec alternanti pot. sent. u. est. Iliad. β. & Odyss. δ. K Alternis modo hoc, modo illud consilium capienti. quo pacto potissimum excusaret suum abitum, quando omnino sequi uoluntatem Iouis, stabat sententia.

l Nobiles uiros Troianos, quos antea satis descripsi. His ergo exponit consilij sui rationes, de tentanda fuga, reginaq. conuenienda.

a Naues instruant armis naualibus, & reficiant tempestatib. fractas, ut dein de expeditae sint ad nauigandum.
b dissimulantes fugã, ne quid regina suspicetur; tum autem, uti consilium tacitum habeant.

Classem aptent [a] taciti; [b] socios ad litora [c] cogant;
Arma parent; [d] &, quae sit rebus caussa [e] nouãdis,
[f] Dissimulent: [g] sese interea, quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
Tentaturum aditus; & quae molissima [h] fandi
Tempora, qui rebus [i] dexter [k] modus. ocius omnes
Imperio laeti [l] parent, ac iussa [m] facessunt.
At regina [n] dolos [o] (quis fallere possit amantem?)
Praesensit, motusq. [p] excepit prima futuros,
Omnia [q] tuta timens. [r] eadem [s] impia fama [t] furẽti

c Colligant, & conuocent: ut supra in Bucol. Tityre coge pecus. d Aduersus Poenorũ uim, si sit opus eam repellere: tum etiam & naualia arma praeparent.
e Haec locutio, apud alios classicos scriptores accipitur; pro, nouis rebus studere, & noua moliri. Dicimus &, Ad nouas res consurgere, in deteriorem partẽ. Hic uero, Res nouare, poni uidetur, pro; sarcire naues: nisi quis existimet, hoc ipsum, quod classem reficiant, esse, res nouare.
f quasi nesciant, cur naues sarcire cogantur, principis imperium exsequentes. g Vltima syllaba uersus praecedentis eadem cum prima huius generat complosionem. h Maxime opportuna ad indicandum abitum.
i Interpretatur, quae mollia fandi tempora intelligat, quibus s. res dextre ac benigne sit acceptura. K optimus rebus euentus. l Ob discessum ex Africa in terram fatalem. m exsequuntur.
n Mire decorum seruat in descriptione misere amantis Didonis, ex signis fugam Troianorum praesentiscentis. Sunt enim amantes praeter alios semper suspicaces praecipue in malam partem. o Occultam, ac prudenter dissimulatam fugam. p turbas, ac futuras expostulationes; cum Aeneas decreuisset opportunum tempus obseruare, ad excusandum discessum necessarium, quem occulte moliretur. q ostendit reginam discessus Troianorum securam fuisse, ac quiduis potius, quam eorum fugam, timuisse. Respexit ad prouerb. Metum inanem times: ubi quis in re tutissima formidat.
r Acyrologia, pro; sperans, ut ex contrario, Sperare, pro; timere ponit u. 419. Nunc ego, si potui tantum sperare dolorem, Et p. so. p.
s quae & Iarbae nunciauerat, Aeneam Didoni matrimonio iunctum.
t Didoni. s.

Detulit,

Detulit, armari classem, cursumq. parari.
Saeuit inops animi, totamq. incensa[a] per urbem
Bacchatur:[b] qualis commotis excita[c] sacris
Thyas,[d] ubi audito[e] stimulant[f] trieterica[g] Baccho
Orgia, nocturnusq. uocat clamore[h] Cithaeron.
Tandem[i] his Aenean compellat uocibus ultro.
Dissimulare[k] etiam[l] sperasti perfide[m] tantum[n]
Posse nefas? tacitusq. mea decedere terra?
Nec te noster[o] amor, nec te data dextera quondã,
Nec moritura tenet crudeli funere[p] Dido?
Quin etiam hiberno[q] moliris[r] sidere classem:
Et medijs properas aquilonibus ire per altum,

a Commota agitataque per metaphoram. b Furit; ducta metaphora, a ritu Baccharũ, orgia Bacchi celebrantiũ: ductaq. inde per occasionẽ aptissima comparatione, furentis Didonis simulacrum quasi ob oculos ponit. c Orgijs Bacchi. d Baccharum una. e Clamore suo nocturno Thyades inuitante ad bacchandum. f Incitant, elegans metaphora. g Triennalia; τριετήρις.n.trienniũ notat. Dicta autem sunt sacra Liberi patris Trieterica, ab Indica uictoria trienni expeditione parta: quare institutum, ut tertio quoquo anno iterarentur, sed annuis Orgijs sumptuosiora. In his Bacchae mulieres erant, deo consecratae, atq. adeo Dionysij Orgiorum ministrae, quae bacchantium more furijs agitabantur; multa horrenda turpia peragebant. h Thessaliae mons iuxta Boeotiam, Libero patri sacrum, ex quo clamoribus horrendis sacerdotes conuocare solet ad sacra nocturna. i Cum nec diutius iram continere, nec rei indignitatem concoquere posset. K Apoll. Arg. 80. Vide Didonis epistolam ad Aen. apud Ouid. l Qui coniugij fidem iam uiolare mediteris. Dura sane, & plus quam δὶς διὰ πασῶν, ab eo discrepans, quod in libri huius capite dixerat, Quis nouus hic nostris, &c. Sed haec mulierum leuitas est et inconstantia, quae, ubi quid aduersi nacti sunt, protinus ad opprobria sua confugiunt; praecipueq. amantes feminae, quo uehementius amarunt, eo peius oderunt, simulatque iniuriola intercesserit. m Abruptum expostulatoriae orationis exordium, uehementer concitatae Didoni mirifice conueniens. n Emphasis. o Pathos a commiseratione. p Morte, quã ipse mihi cõsciscã, doloris impatientia uicta. q Tẽpestuosis ac pluuijs signis, tẽporeq. intẽpestiuo. Neq.n.ut supra monuit, Aeneas ex Africa soluit ĩ hieme; cũ ex sequẽtib. cõstet eũ ante hiemẽ in Siciliã redijsse, sed in fine aestatis. r Paras, & sarcis ad nauigandum.

Crudelis.

Crudelis.[a] quid, ſi non [b] arua aliena, domoſq.
Ignotas peteres, & Troia antiqua maneret,
Troia per undoſum peteretur claſſibus aequor?
Me ne fugis?[c] per ego has lacrymas, dextrãq. tuã te
Quando aliud mihi iã miſerae nihil ipſa [d] reliqui,
Per [e] connubia noſtra, per incoeptos hymenaeos;
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce[f] meum; miſerere domus[g] labentis, & iſtam
Oro[h] (ſi quis adhuc precibus locus) exſue [i] mẽtem.
Te propter[k] Libycae gentes, Nomadũq. [l] tyranni

a in te ipsũ, odio mei. b Argumentũ a maiori negatiua: Troia, tua patria, non erat tibi per tẽpeſtatẽ repetenda; ergo multo minus ignota regio. Quod ſic Ouid. Pergama uix tanto tibi erant repetenda labore, Hectore ſi uiuo quanta fuere forent. c Ab expoſtulatione, quae amantium eſt inconſtãtia, in obteſtationem amantem labaſcit. d iam.n. & pudorem, & regnũ neglexi. e Copia obteſtantis & amplificatio mire pathetica. Etenim cũ uerba deſint plura quae dicat, unam & eandẽ rem, uerbis per copiã uariatis, ſaepius inculcat. f Verecunde id, quod alioqui in legitimo coniugio honeſte fit, uerbis notat, quo maxime amor conglutinatur, quoq. utriuſq. animi inuicem quaſi inneCtuntur. g Familiae periturae, ſi me deſeris. h Repetendo preces auget identidem commiſerationem. i depone animum me deſerendi. K Anaſtrophe: a commemoratione incommodorum ſuorum propter Aeneam; quae omnino quattuor erant; ſcilicet odium regũ Numidiae, Tyriorum ciuium ſuorum a ſe alienatae mentes, proſtituta pudicitia, & famae caſtitatis amiſſae dedecus. Habet autem relat. Te miram uim patheticam.

l reges. Suidas citat Hippiam Sophiſtam, auctorem eſſe, poetas ante Troianorum tempora, reges Tyrannos appellare ſolitos fuiſſe; ac poſtea ad Graecos id dimanaſſe tẽpore Archilochi. Homer. tamen Echetũ, mortalia omniũ ſceleratiſſimũ, Regem, non Tyrannum nominat. Trogus uero auctor eſt, reges quondam, ad quos maieſtatis faſtigiũ, non ambitio popularis, nõ uis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat, ob fortitudinẽ dictos eſſe Tyrãnos. Ceterũ cũ urbes et regna. oppreſſa, ui magis quã legibus gubernarẽtur, ita ut quod libido, non quod aequum dictaret, pro lege ratum haberetur, Tyranni nomen uerti coepiſſe. Omnium autem peſtilentiſſimi fuiſſe memorantur Tyranni, Dionyſii, Agathocles, Polycrates, Phalaris, & apud Athenienſes Piſiſtratus. Tyranni nomen ortum uolunt a Tyrrhenis, quod hi latrociniјs quondam inſignes fuerint.

Odere,

Odere, infensi Tyrij:[a] te propter eundem
Exstinctus pudor,[b] &,qua sola sidera[c] adibam,
Fama[d] prior. cui me moribundam[e] deseris hospes?
Hoc solum nomen[f] quoniam de coniuge restat.
Quid moror?[g] an mea[h] Pygmaliõ dũ moenia frater
Destruat? aut captam[i] ducat Getulus[k] Iarbas?
Saltem[l] si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles: si quis mihi paruulus aula
Luderet[m] Aeneas, qui te tantum[n] ore referret:

a Ciues mei, qui hanc rẽ indignißime ferunt, praecipuecũ te discedente bellum ab Iarba metuant, qui sibi te praepositum esse, indignißime fert.

b Gradatim adscendit, donec ad summum perueniat. Plus est, pudorem prostituisse, quam uel Iarbam, & uel suos sibi ciues inimicos fecisse; qui aliqua tandem uia reconciliari poterant, cum amissae semel pudicitiae recuperandae spes nulla eßet.

c Hyperbolica locutio est, qua tamen ostẽdit pudicitiae suae nomen apud omnes clarum fuisse, cuius proijciendae caussa exstiterit ipse.

d Pudicitiae, quae omnibus opibus potior esset. Adde illud Solomonis in prouerb. Melius est, nomen bonum, quam diuitiae multae.

e uel, te digresso, mox mox morituram: uel, morti destinatam.

f Hospitis: quam fugam meditetur, id quod hospitum est; nõ maritorum, quibus indissolubilis, indiuiduaque uitae consuetudo cum uxoribus esse debeat.

g Cur protraho mortem? quid cesso manum mihi inferre?

h A periculis, quae Aeneae caußa adierit. Tradunt enim Pygmalionem, ubi fuga Didonis se delusum sensisset, de ea persequenda consilium agitasse; & Iarbam, cum contemptus a regina nuptias eius desperaret, bellum Poenis indixisse. Qua de caussa, conscenso rogo, regina, ne in hostis potestatem ueniret, mortem sibi ipsa consciuit.

i pro, Captiuam. Respicit ad ius belli, quo captiua aut ab Iarba, aut a Pygmalione, abducenda fuisset.

K Ouid. in ep. Didon. Quid dubitas uinctam Getulo tradere Iarbae?

l Doloris extenuatio, a spe & exspectatione solatij; quod consecuta, pro nihilo eius abitum pependißet.

m Ludere proprie puerorum est: unde & παῖδας Graeci, ἀπὸ τοῦ παίζειν uocant.

n quasi dicat, ut, si re non possum, tui saltem imaginem haberem.

Non

Non equidẽ omnino capta,[a] aut deserta[b] uiderer.
Dixerat.[c] ille Iouis monitis immota[d] tenebat
Lumina, & obnixus[e] curam sub corde premebat:
Tandem pauca refert: Ego te,[f] quae plurima fando
Enumerare uales, numquam regina negabo
Promeritam: nec me meminisse pigebit[g] Elisae,
Dũ[h] memor ipse mei, dũ spiritus[i] hos reget artus.
Pro re pauca[k] loquar. Nec ego hanc[l] abscõdere fur
Speraui:[m] ne finge fugam: nec coniugis umquã (to
Praetendi taedas,[n] aut haec[o] in foedera ueni.
Me[p] si fata meis paterentur ducere uitam
Auspicijs,[q] & sponte[r] mea componere curas:
Vrbem Troianam primum, dulcesq. meorum
Relliquias colerẽ,[s] & Priami tecta alta manerẽt,
Et recidiua[t] manu posuissem Pergama uictis.
Sed nunc[u] Italiam magnam Grynaeus[x] Apollo,

a Captiua, ut paullo supra.
b Cum te praesentẽ in uultu sobolis obtuerer.
c Breuiter abrũpit orationẽ, quod aegrotae egregie conueniebat.
d Pro, immotos oculos: ab habitu perplexi sollicitiq. animi.
e Obstinatus.
f Captat beneuolentiam Aeneas in re dubia, a sua & Didonis persona.
g Enallage personae. h Homer. Il. 102. i Perelegãs copia. K Attentio, a breuitate defensionis. l subaudiri profectionem, ait Ser.
m Negat se occultum abitum moliri, aut etiam possem sperauiße; quamobrem, non esse, cur istuc ipsa confingat.
n Synedochice, a signo signatum intelligit.
o non eo cõsilio in Libyã claße delatus sum, cum iter in Italiam esset.
p Excusatio, qua per translationem omnem culpã in fata & deos reijcit.
q Vt uellem, ut optarem. T.
r Meo arbitratu deliberare. Scaliger.
s Patriae relliquias ac minas exstruerem.
t Post casum restituta. Caris. sicut Rediuiua, quae post interitũ redeũt.
u A monitis diuorum; & primum quidem oraculorum, necessitatem fugae excusat: ut, uel ibi haerere; uel patriam excisam repetere, sui arbitrij non sit.
x Epitheticõs; a nemore ei sacro, quod erat circa Grynaeam Aetoliae urbem, postea dictam Clazomenen, ubi celebre Apollinis oraculum uisebatur.

Italiam

Italiam Lyciae iussere capescere [a] sortes.
Hic amor, haec patria est. si te [b] Carthaginis arces
Phoenissam, Libycaeq. adspectus detinet urbis:
Quae tandem, Ausonia Teucros cõsidere [c] terra,
Inuidia est? & nos [d] fas extera quaerere regna.
Me patris Anchisae, quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea [e] surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago:
Me puer [f] Ascanius, capitisq. iniuria [g] cari,
Quẽ regno [h] Hesperiae fraudo, & fatalibus [i] aruis.
Nunc [k] ẽt interpres [l] diuum, Ioue missus ab ipso,
(Testor [m] utrũq. [n] caput) celeres [o] mãdata per auras
Detulit: ipse [p] deum manifesto in lumine [q] uidi

a Quae sint hae Lyciae sortes, etiã num inter doctos acerrime disputatur. Constat autẽ a ueterib. hae reditates sortito adiri solere; & proconsules sortibus aliquando electos. Quin et hodie, pluriũ legatariorum in optione dissensionẽ, sorte dirimendã esse, L. fin. C. Com. de leg. Imp. Iustinianus locupletißimus auctor est. Quare, cur hac quoq. ratione sortibus data oracula fuisse in Lyciae urbe Myra, intelligere non possimus, caußam non uideo. Praesertim cum & sortes Praenestinae, in agro eius urbis fuisse memorentur; quae iactis in mensam talis praesentia praesagia indicabant: ut & in fano Herculis, & in Achaia. Porro in agro Patauino Geryonis oraculum ita reddebatur, ut in aquam tesserae mitterentur.
b A simili. c quandoquidem satis promittitur. d Applicatio: Nos coacti oraculis Italiam petimus, cum tu sponte relicta patria in Africam traieceris. e Lucida, uel igneae naturae. f Necessitas, a pietate sua erga filium. Est autem defectio, s. mouet in Italiam proficisci.
g quam illi infero. h ei debito.
i Ob familiam Iuliam esse dictum asserit Tur.
K A recentibus ad se deorum mandatis.
l Alludit ad Graeci cognominis etymon, quo Hermes Mercurius dicitur. nam ἑρμῆς, ἀπὸ ἑρμηνεύειν; uel παρὰ τὸ ἑρέω, quod est, mandata renuncio, dicitur.
m Attestatione confirmat defensionem rei gestae, ad cõciliandã fidem.
n Tum meum, tum Ascanij filij. o Hypallage, pro; ipse celer per auras mandata ad me attulit. p Emphaticῶs, ne uideatur alterius testimonio niti. q Pleonasmus.

Intrantem

a Periphrastica acyrologia; q. d. Audiui.
b Epilogus petitione cõstans, & necessitatis iteratione.
c Homer. Il. 102.

Intrantem muros, uocemq. his auribus [a] hausi.
Desine, [b] meq. tuis [c] incendere, teq. querellis.
Italiam non sponte [d] sequor.
Talia [e] dicentem iamdudum auersa [f] tuetur,
Huc illuc [g] uoluens oculos, totumq. [h] pererrat
Luminibus tacitis, [i] & sic accensa [k] profatur:
Nec [l] tibi diua parẽs, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, [m] sed duris [n] genuit te cautibus horrens [o]

d Semper uisam nos fugere. e Huiusmodi oratione, & se expurgantem, & fugam excusantem ab initio eum quasi auersata, intuita fuit.
f Irata. g Ab habitu indignantis, & fauore concitatae.
h Praeter alias, magis placet Donati expositio, qui totum, ad Aenean, non ad domum, uel tectum, ut alij, refert. Etenim uerissimus ille iratae mulieris gestus est; ut; ubi, prae irae impotentia, loqui non possint, tacite aliquantulum perlustratae aduersarium, omnia corporis eius lineamenta percurrant, si quod forte calumniari, eoq. commodius reliquum sub lingua collectum uirus uno impetu euomere poßint.
i Hypallage, pro, Ipsa tacita perlustrat.
K Metaphora; pro, ira exagitata. l Hom. Il. 174.
m Vt supra: Dissimulare etiam sperasti perfide tantum Posse nefas? Perfidum autem uocat, quod coniugij (quod ipsa praetendebat) fidem uiolare uellet. Sed ubi nunc uerba illa dulcia, quibus cum Anna sorore de hospitis laudibus tam diuinis egerat? uidelicet, Credo equidem, nec uana fides, genus esse deorum. Et, Quis nouus hic nostris succesit sedibus hospes? Quem sese ore ferens, quam forti pectore & armis? & alia, quae magnifice de Aenea ante depraedicarat? Sed hoc Didonis tribuendum est affectui, iraeq. impotentiae, quae ubi uidit nil ualuiße suas preces, & spei nil esse reliquũ, illico ad conuicia se uertit. Animo suo, ut opinor, satisfactura, si hominem, obstinationis pertinacis intentione, contra omnem miserationem obfirmatum, linguã ulcisceretur.
n Ab inexorabili, & duro ingenio, argumentatur eum, non Troiae; sed in Caucaso monte, non inter homines, sed belluas editum esse.
o Aspera, dura saxis, & abrupta scopulis, & rupibus. Terrae enim natura, non mediocre momentum ad indolem humanam inolescendam habet.

Caucasus,[a] Hyrcanaeq.[b] admorunt ubera[c] tigres.
Nã quid dissimulo?[d] aut quae me ad maiora reser-
Nũ fletu[e] ĩgemuit nostro? nũ[f] lumina flexit? (uo?
Nũ lacrymas uictus dedit, aut miserat' amãtẽ est?
Quae quibus[g] anteferã? iã iã,[h] nec maxima Iuno,

a Caucasus omnium fere montium maximus et altissimus esse dicitur, Ciliciam, Armeniaeq. mõtosa ita praeterit, ut plura inter se iuga, ceu perpetua serie inter se cohaerẽtia, uastissimũ in Ortũ extendãt dorsum: Tauro mõti a Cappadocia se attollenti committitur: eius partes hi montes coniuncti recensentur; Imaus, Emodus, Paropamissus, & alij aliquot, a quibus totus decurrit in planiciem immensam, & Aegypto similem. Hunc montem decem & septem dierum spatio cum exercitu superauit Alexander: ubi rupes eidem monstrata dicitur, in qua Prometheus religatus fuisse creditur. Hunc Scythae Graucasum, a niuis candore, si Plinio credimus, appellabant. Indiam a Scythia diuidit. Ex hoc omnia prope Asiae flumina oriuntur; quorum nonnulla in Indicum, & Rubrum; nonnulla in Caspium mare effunduntur. b Hyrcaniam eam, quae in Scythis est, intelligit; quae; ab Hyrcania silua, tigribus, pantheris, pardis, et similibus bestijs abundantissima, nomen habet: non autem eam, quae in Ionia est; quod haec huiusmodi animal ferre non prodatur. Indi autem, & Hyrcani Schytae soli fere tale animal producant, mirae uelocitatis, atque adeo omnium uelocissimum; cuius tum maxime uelocitas perspicitur; cum fetum suum, qui numerosus est, equi pernicissimi insidijs raptum uidet. Tum enim praeceps fertur ad inuestigandum odore hostem. At uero raptor, intellecto insequentis fremitu, unum abijcit catulum; quem ipsa morsu tollens, ac pondere etiam ocyßime acta, ad cubile reportat: iterumq. consequitur, facitque subinde saepius, donec hoste nauim ingresso, frustra in litore fremit, frendetq. aduersus abeuntem in altum. c Hoc Virgil. adfinxit; Homerus dumtaxat feritatem criminatus est parentum; sed hic educationem etiam reprehendit. Vide Gell. l. 12. c. 1. & Macr. l. 5. c. 11. d Attentio ad cõfirmationem. e Confirmatio ab antecedentib. signis. f Multa simul congerit, quib. ingratitudinem, & ingenij asperitatẽ exprobrat. g Quid prius, quid posterius dicã. Sic Ser. At uero mihi, Hortensij opinio, non uidetur inuenustior, ut s. amplificatio rei sit; quasi furenti nil tam crudele, nil tam indignum occurrere possit, cui non hanc ab Aenea acceptã iniuriã anteponat, ut hoc pacto summã iniuriã, summã rei indignitatem ostendat. h Obtestatio, sed uariato sermonis colore; ualetq. perinde ac si dicat, Obtestor Iouẽ, & Iunonẽ, ut ista aliquãdo aequis oculis adspiciant, & ingratitudinẽ, acceptãq. iniuriã sua aequitate ulciscantur.

Nec Saturnius [a] haec oculis pater adspicit aequis.
Nusquã [b] tuta fides. [c] eiectum [d] litore [e] egentem [f]
Excepi, & regni [g] demens [h] in parte locaui:
Amissam [i] classem, socios a morte reduxi.
Heu furijs [k] incensa feror: nunc [l] augur Apollo,
Nunc [m] Lyciae sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuum fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis [n] labor est, ea cura [o] quietos

a Iuppiter, per Antonomasiã; q.d. Saturni filius. b Non est tutum quẽquam in fidem recipere, aut de quoquã bene mereri. Tur. c Perfidiae eum notat. d Ad beneficiorum cõmemorationem se accingit, quae quasi immemori exprobrat: quare in re personae decorum seruat. Nam is sexus, ubi conuicia desunt, illico ad exprobranda beneficia transire solet, quibus immodice amplificandis non tãtum nihil adimit, ut etiam adfingat quamplurima. e Quod litoris beneficium exprobret Aeneae (quamuis litora naturali Iure communia sint omnium, ut l.ij.ff. de rer. diuis. notatur) non temere facit; nam ad illud Ilionei l.1. respicit, Hospitio prohibemur arenae. ubi accolarum motus contra Troianos sedauit, uinaq. compescuit; quod sane beneficium erat. Etsi enim incolae uim ijs facere nullo iure poterant; tamen, quid barbarorum motus, gentiumq. ferarum paene ritu uiuentium, furores possint, multi, non sine exiguo cum fortunarum, tum uitae dispendio, periculum fecere. f Vi tempestatis naufragum, e mari appulsum suscepi.
g Ab effusa sua erga eum beneuolentia. Plus etiam dicit, quam furtiuas nuptias, quas ipsa res includit. consortem enim regni fecisse, pluris est, quam lectulo suscepisse.
h Vltro se ipsa excusat, ut rei indignitatem intendat, & amplificet.
i Fractam, & quassatam classem restaurare permisi, ac uim Tyriorum prohibui, periculiq. securos reddidi.
K Cum desit, quod ulterius exprobret, per indignationem exclamat. &, quia culpam discessus in fata retulerat Aeneas, hoc refellere conatur: nõ ualens, mimesi ridet potius, quam soluit. l Nunc praetexit Apollinem, nunc oracula, nunc quid aliud. m Ludit argumenta, & caussas nauigationis, ironia quadam, cum nil sit, quo refellat ea.
n Amara Ironia, de qua uide Macr. l.4. c.ult. in fine.
o Respicit ad quorundam philosophorum opinionem, negantium deos curare mortalia.

Sollicitat.

Sollicitat. neque[a] *te teneo, neque dicta*[b] *refello.*
I,[c] *sequere Italiã uentis: pete regna per*[d] *undas:*
Spero[e] *equidem medijs,*[f] *si quid pia numina possũt,*
Supplicia hausurum[g] *scopulis, & nomine*[h] *Dido*
Saepe uocaturum. sequar atris ignibus absens:
Et, cum[i] *frigida mors anima seduxerit*[k] *artus,*
Omnibus umbra[l] *locis adero: dabis ĩprobe poenas.*
Audiã,[m] *et haec manes*[n] *ueniet mihi fama sub imos.*
His medium[o] *dictis sermonem abrumpit, et auras*
Aegra[p] *fugit, seq. ex oculis auertit, & aufert,*
Linquens multa mea cũctantẽ,[q] *& multa parantẽ*
Dicere. suscipiunt famulae, collapsaq. membra
Marmoreo[r] *referunt thalamo, stratisq. reponunt.*

a *Homer. Iliad. 5.*

b *Non refutat, sed alludit; id quod alioqui facere cõsueuerũt rhetores, uel cũ rei ueritas infirma est, uel parũ urget aduersarij argumentum.*

c *Ironica concessio, qua id, quod minime uult, uidetur permittere. Vide Quinctil. lib. 9. cap. 2.* d *Arguit incerta esse eius regna, cum id, quod quaeramus, nondum sit nostri iuris.* e *A difficultate in Italiã perueniendi, ut omnino certum sit in eam peruenturum aliquando esse Aeneam. Nam, si in scopulos impingat (id quod optat) expendet dijs suae perfidiae poenas.* f *Qui sint inter Africam, & Italiam ei occursuri. Et, Haurire supplicia, pro; poenas dare, aut pendere.*

g *Luiturum.* h *Enallage personae.*

i *Veterum opinio fuit, animas uiolenta morte e corpore migrantes, ut nullis piaminibus purgatas, infestius agi perturbationibus, & easdem hostes suos post hanc uitam inimice infectari.*

K *Hypallage est.* l *Hunc locum interp. Coel. lib. 17. c. 16. antiq. lect. ubi distinguit umbram, & imaginem.*

m *Te mihi poenas dedisse; et summam ex tua calamitate uoluptatem sum perceptura.* n *Ad inferos mihi perferentur tuae calamitates. Respicit ad infelicem eius exitum in bello contra Rutulos, quo in Numicio flu. mersus dicitur.* o *Cum Aeneas multa dicere pararet.*

p *Vt epitasis consurgat, fingit Virg. Didonem irae impotentia, & animi aegritudine exanimari.*

q *Metu Didonis meditantem sui defensionem.*

r *Epitheton, a materia, reginae magnificentiam ostendens.*

At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,[a]
Multa[b] gemẽs, magnoq. animũ labefactus amore,
Iussa tamen[c] diuum exsequitur, classemq. reuisit.
Tum uero[d] Teucri incumbunt, & litore celsas
Deducunt[e] toto naues: natat uncta[f] carina:
Frondentesq.[g] ferunt remos, & robora[h] siluis
Infabricata fugae[i] studio.
Migrantes[k] cernas,[l] totaq. ex urbe[m] ruentes:
Ac ueluti[n] ingentem formicae[o] farris[p] aceruum

a Aegritudinem animi.
b Nomen, pro aduerbio.
c Viri enim fortis est, affectibus non succũbere, sed eos ratione superare.
d Ob regis praesentiam.
e Huius opp. est Subducere, ut lib. 1. & alibi.
f Pro, picata, resinataq. nauis. Synecdochice.
g Ligna frondentia in remorum usum ad naues portant.
h Amplificatio, cum integra robora, arbores glandiferas indolatas e silua in naues conuexisse narrat Troianos.
i Praecipitantiae caussam efficientem esse ait fugae studium, ne scilicet a Poenis opprimerentur.
K Hypotyposis praefestinatae fugae.
l Enallage personae secundae pro tertia, q.d. uidisset quis Troianos summa festinatione migrantes ex urbe.
m Continenti agmine fugientes; per metaphoram.
n Homer. imitatur, nisi quod, quam ille a muscis, hic a formicis comparationem ducit: Phocylidis exemplo.
o Animalcula illa parua intelligit, quae cuiuis fere domestica sunt. Variae autem sunt formicarum species: in India cornutas uidere est; magis noxias, quam nostrae sint. Sunt & formicae uenenatae; sed Italiae peculiares hac sunt. Inueniuntur & aliae, quae Herculanae uocantur, quib. cum modico salis tritis, lepra, lentigo, & id genus morbi curantur. Apud Dardas, Indos Septemtrionales aurum egerunt e cauernis terrae: felino sunt colore; magnitudine luporum Aegyptiacorum. Inter alias arborum pestes recensentur, ut et uoluoli: heliotropio tamen necari creduntur, quae plane inimica ijs est. Hort.
p Frumenti, & aliorum granorum.

Cum

Cũ populãt,[a] hiemis [b] memores, tectoq.[c] reponũt:
It [d] nigrum campis agmen,[e] praedamq. per herbas
Conuectant calle [f] angusto: pars grandia trudunt
Obnixae frumenta humeris: pars agmina [g] cogunt:
Castigantq. moras; opere omnis semita [h] feruet.
Quis [i] tibi tunc, Dido, cernenti [k] talia [l] sensus?
Quos ue dabas gemitus? cum litora feruere [m] late

a A re militari, ducta metaphora. Est et Enallage generis, pro populantur.
b Industriam, ac prudentiam formicarum significanter innuit, quae aestate sibi prouident, de alimentis, ne hieme egeant. Ore semina uiribus maiora gerunt: sed auersae ea pedibus postremis humeris obnixae moliuntur. Semina arrosa condunt, ne integra rursus in fruges expullulent e terra; madefacta, proferunt, ac siccant. Operantur noctu, maxime plenilunio: & interlunio ab opere cessant. Tanta est earum sedulitas, cum ex diuersis locis conuehentes, altera alterius sit ignara, ut signa recognoscant.
c In tectum, in antrum, metaphorice.
d Hemistichium Ennij de elephantis, ait Seruius esse; quo Attius usus erat de Indis.
e Mire insurgit in amplificandis rebus minutis, &, ut plus uenustatis addat orationi, haeret constanter in metaphoris a re militari.
f Callem grammatici dictum uolunt semitam, quae callo pedum indurueric; uerum & ad alia quaelibet refertur; & semitam arctam, quasi uiam dimidiam, significat.
g Agmen, ab agendo dictum; neque solum ad homines, uerum & ad alia multa extenditur. h Studio, ac assiduis laboribus plena.
i Pathos, per apostrophen, qua torquet orationem ad Didonem, ut ex amplificatis aegritudinis reginae caussis, ostendat, qua tum mente ea fuerit. K Ecquae sint tandem illa, quibus uarie affecta fuerit Dido, statim subijcit.
l Sensum pro affectu posuit, ut Cic. famil. lib. 1. De qua ostendam equidem paullo post, qui sit meus sensus, & status.
m Ferueo, non solum ignis est, ac flammae, sed etiam frigoris, & uentorum; quemadmodum & Aestuo, & Aestus. Feruet hiems, mare, perinde ut aestuat, ac feruet aestas. Est autem hic Enallage coniugationis, nisi dicere malis, haec, & similia uerba in utraque coniugatione, secunda scilicet & tertia, ueteres inflectere solitos. Hodie sane ad secundam tantum coniugationem pertinent.

Prospiceres arce [a] ex summa, totumq. uideres
Misceri [b] ante oculos [c] tantis clamoribus aequor?
Improbe [d] amor, [e] quid nō mortalia pectora [f] cogis?
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & supplex [g] animos [h] submittere amori,
Ne quid inexpertū [i] frustra moritura relinquat.
Anna: [k] uides toto properari [l] litore circum: [m]
Vndique conuenere: uocat [n] iam carbasus auras:
Puppibus & laeti nautae impnsuere [o] coronas.

a Arces, ut plurimum aedes principum, rarius priuatorum aedes notant, quod ab ijs uim arceant.

b Turbari. ipsum autē uerbum in hac significatione paroemiam sapit. c Emphasis est; qua admirabilem animi dolorem ex adspectu amplificat. nam oculi, (ut Cic. ait l. 6. Famil. ep. 1.) augent dolorem, qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere a miserijs cogitationem sinunt. d Apoll. Arg. 81.

e Exclamatio epiphonemastice per auersionem prolata, in amoris uiolentiam, per quem mortales eo amentiae ueniunt, ut prorsus sui impotes efficiantur. f Ellipsis uerbi, Moliri, aut similis.

g Ecce quanta sit amoris inconstantia: nam, quae paullo ante infeste cum Aenea, exprobratis beneficijt, & mille opprobrijs iactis, expostulauit, eidem nunc supplicem se dedere statuit. Quo modo apud Terent. Thraso: Quid? nisi ut me dedam Thaidi? h Enallage numeri.

i Passiua significantione usurpat hanc uoculam, pro, Intentatum.

K Suasorij generis oratio, qua a sorore petit, ut legationem suam ad Aenean obeat.

l Impersonaliter; quod aliquanto uehementius est, quam si idem personaliter efferas.

m Licet aduerbialiter posita sit praepositio, quia tamen postposita est, anastrophen intelligere possumus, quasi dicat, Circum litora properant ad naues Troiani.

n Hypallage; pro, aurae, & uenti uocant carbasa; quod rursum per Synecdochen, naues notat.

o Quo pacto apud ueteres, soluturi nautae coronarint naues, parum constare ex ueterum scriptis arbitror: nisi quod summo malo ramum, uel coronam naui eos imponere solitos, tradant. Apud Belgas, e portu in altum abituri nautae, signa in summo malo fixa explicant, & tormenta bellica emittunt.

Hunc [a] ego si potui [b] tantum sperare [c] dolorem,
Et perferre soror potero: miserae hoc tamen unum
Exsequere [d] Anna mihi. solam nam perfidus ille
Te colere, [e] arcanos etiam tibi credere sensus;
Sola uiri molles [f] aditus, & tempora [g] noras.
I soror, atque hostem [h] supplex affare superbum.
Non ego [i] cum Danais Troianam excindere gentē
Aulide [k] iuraui, classem [l] ue ad Pergama [m] misi,

a *Pathos, ab euentu inopinato. Macr. Sat. lib. 4. c. 6.*
b *Enallage modi, quasi dicat, Facile hanc animi aegritudinē pertulissem, si paullo ante eum tam praecipitanter abiturum fuisse praescissem: sed ne tum perdite quidem eum umquam amaßem.*
c *Pro, timere, ut supra. Cic. etiam pro Rosc. Am. Sin a nobis, id quod non spero, deferar, tamen animo non deficiam.*
d *Quod per se non potuit, per sororem tentat; sed frustra.*
e *Enallage modi. A facili argumentum.*
f *Faciles: ut, Et quae mollissima fandi Tempora.*
g *Quibus facile ad eum patebat aditus.*
h *Aenean uocat hostem. Quidam porro uolunt, Hostes, ab aequando dictos esse, quod Hostire, ueteribus aequare, comprimere, & caedere significarit. Sed & Cic. in Offic. auctor est, ueteres peregrinum Hostem uocare solitos; quod, cum suis moribus, suisq. legibus uiueret, nobis aequus quodammodo uideatur. Ad quam sane significationem sic mihi uidetur allusisse Virg. cum Didonem, Aenean uocaße hostem, inducit: ut contemptim istac illum appellatione notet. Nec arbitror propriam huius temporis, uocabuli Hostis significationem (pro eo qui contra nos arma induit, auctore Pomponio I. C. in L. Hostes. ff. de uerborum, & rer. sig.) huc pertinere. Nisi forte, ob id hostis loco duci putes, quod Didone inuita, & repugnante nauiget.*
i *Auersio ab audiente sermonem ducens. Vide Quinctil. lib. 9. c. 2.*
K *Ellipsis, pro; in Aulide; quae in Boeotia amplissimo portu, ac nauium capacissimo nobilitata est; ubi Graeci proceres, de Helenae raptu ulciscendo, consultarunt.* l *Neque auxiliarias naues misi.*
m *Arcium Troianorum nomen fuisse Ser. in illud Virg. lib. 2. Aeneid. annotauit, Troiam incensam, & prolapsa uidentem Pergama. quamquam non raro pro ipsa Troiana urbe a Virgilio positum fateatur, ut hoc loco, nemo negauerit.*

a Dido uolens ostendere, se nihil contra

Nec patris Anchisae cineres, manes ue [a] reuelli.
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?

Troianos machinatã, neque se genti iniuriam, neque in mortuum Anchisen impiam fuisse, quamobrem se fugiat, de duobus illis, ut grauissimis criminibus se purgat, antequam accusetur. Quantopere enim sepulcrorum uiolatores coerceri uoluerint ueteres, abunde testatur Imp. Constantinus, in L. si quis sepulcrum. C. de sepulcro uiolato: ubi iudices in ea re supinos & leues XX. libris auri multari uoluit. Tantum abest, ut hoc impune ferre uellet ipsos uiolatores. Paullus enim I. C. in L. Rei sepulcrorũ. ff. de sepul. uiol. eos, qui ossa mortuorum eruerint, uel corpora ipsa extraxerint, si humilioris fortunae sunt, summo supplicio affici; si uero honestiores, aut in insulam deportari; aut in metallum damnari, auctor est. Adeoq. nulla gens fere tam effera est, quae non summam sepulcrorum rationem haberi uelit, praeter, nescio quos, Lotophagos, qui per extremam barbariem, uita defunctos in mare abijciunt: nil referre arbitrantes, igni ne crementur, an aqua, terra ue putrescant. Pari fere barbarie in mortuos erant Sabaei, & Albani. Porro, quod Paullus Corpora extrahere, uel ossa eruere, uocat; id regina, Cineres manesue reuellere dicit: quamquam, nescio quid amplius, ex priscorum ritibus intelligere uidetur, quod ego nondum inuestigaui. Nec tamen ignoro, cadauera olim, digito prius abscisso, ad pyram deferri solita, ut ibi reliquo corpore perusto, ad eum iusta fierent: cineresq. illustrium personarum in urnulis condi, humiq. mandari consueuisse. Quin & ossa separatim aßeruata fuisse, humoq. mandata, Pyrrhonem Lyparaeum scripsisse tradit Plutarch. in lib. Romanarum rerum. Ipsum quoque sepeliri, quam cremari, antiquius eße, Plin. lib. VIII. cap. IX. auctor est. Cremandi autem morem hinc ortum narrat, quod longinquis bellis obrutos (ut ipsius uerbis utar) subinde erui cognoscerent. Primũ aũt ex Cornelia gẽte Sullam dictatorẽ crematũ produnt; quod sic iußisset testamento, talionem ueritus, eruto C. Marij cadauere: qui deinde mos, ad Antoninorum Impp. aetatem perdurauit: inde rursum terra condi coeptum est. Quod autem ad hunc locũ attinet, (unde digressus sum re sic poscente) respicere arbitror poetã ad Diomedis factũ; qui, Varrone teste, Anchisae oßa effoderat; quae tamen, una cum Palladio (cum ob hãc impietatem, alijs super alias calamitatib. affligerentur) oraculo postea monitus, eidem restituere coactus fuit. Cato uero affirmare non dubitauit, Anchisen una cum Aenea in Italiam ueniße. Quorum utri credendum sit in tanta confusione, non facile iudicauerim.

Quo

Quo ruit?[a] extremũ hoc miserae det munus amãti:
Exspectet facilemq. fugam, [b] uentosq. [c] ferentes.
Non iam cõiugium antiquũ, [d] quod prodidit, [e] oro.
Nec pulchro [f] ut Latio careat, regnumq. relinquat:
Tempus [g] inane [h] peto, requiem, spatiumq. furori,
Dum mea me uictam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro ueniam; [i] (miserere [k] sororis)
Quam mihi cũ dederis cumulatã, morte [l] relinquã.
Talibus orabat, talesq. miserrima fletus
Fertq., [m] refertq. soror. sed nullis ille mouetur
Fletibus, aut uoces ullas [n] tractabilis audit.
Fata [o] obstant, placidasq. uiri deus [p] obstruit aures.
Ac, [q] ueluti annosam [r] ualido cum robore [s] quercum

a Tã praecipiti animo, tam temerarius, qui se in praesentissimum periculum conijcere festinet: quod per tempestates, signorumque orientiũ inclementiam haudquaquã tutũ sit maria tentare. b Atroci uerbo, abitum eius notat. c Secundos, ac fauentes. d Carum, ut Pomp. Laet. e Violauit. f Quod illi tam pulchrum uidetur, ut omnia ei postponat. g Nullus enim dolor est, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat. Ser. Sulpic ad Cic. lib. 4. Fam. ep. 5. Et lib. VII. ep. 18. Quamquam me non ratio solum consolatur, &c. sed etiam dies, quae stultis quoque mederi solet.
h Extenuat petitionem, tamquam factu facilem, rogans, ut saltem abitum suum differat, dum hic furor senescat.
i Beneficium: nam tantillum spatij beneficio loco ponit.
K Enallage personae. Pathos, a sexu sanguinis coniunctione.
l Sola morte. m Polysyndeton.
n Nullas preces inexorabilis, & prope adamantinus admittit.
o Aeneae duritiem in fata reijcit.
p A quo, per Mercurium Carthagine facessere iussus erat, nempe Iuppiter ipse. q Homer. Il. 131. r Veterem; quod quercus inter arbores prodigiosae uiuacitatis sit, quippe quae centum, aut amplius annos crescat, totidemq. senio emoriatur. s Obfirmatam animi fortis constantiam, & quibus machinis tentatus ipse non cesserit, subiecturus, aptissimam comparationem a natura uenti Septemtrionalis, ducit, qui, sua uiolentia annosas arbores sternere conatus, quod nimis altis radicibus haereant, frustra laborat.

Alpini[a] *Boreae*[b] *nunc hinc, nunc flatibus illinc*
Eruere inter se certant:[c] *it stridor,*[d] *& alte*
Consternunt[e] *terram, concusso stipite, frondes:*
Ipsa haeret scopulis, &, quãtum[f] *uertice ad auras*
Aetherias, tantum radice in tartara tendit:
Haud[g] *secus assiduis hinc atq. hinc*[h] *uocibus heros*
Tunditur,[i] *& magno persentit pectore curas.*
Mẽs immota[k] *manet, lacrymae*[l] *uoluuntur inanes.*
Tum uero[m] *infelix fatis*[n] *exterrita Dido*
Mortem orat: taedet caeli conuexa[o] *tueri.*
Quo magis incoeptum[p] *peragat, lucẽq. relinquat;*

a *Quare uocet Alpinum, uide Coel. l. 15. cap. 3.*

b *Venti, qui a Solstitiali aestiua meta spirant; quos Graeci ἀπὸ τῆς βοῆς, Boream; nos, a uelocitate Aquilonem uocamus. Verum, cum Alpinos Boreas inter se certare dicit, Aparctiam intelligit, eiq. duos collaterales occasum uersus; Thrasceam, & ad Orientis metam spectantem Aquilonem: adeo ut tres ab Arctico cardine spirantes intelligat. Alpinos autem nuncupat, quasi ex alpibus spirantes, id est, Septemtrionales. Sunt enim alpes Italiae Semptemtrionales.*

c *Summum eorum conatum arguit.*

d *Metaphora, a cardinibus ad horrendum uentorum Septemtrionalium latratum, ducta, amplificat summam uim uentorum.*

e *Ab effectis.* f *Hos duos uersus habes etiam lib. 2. Georgicω̃n.*

g *Applicatio similitudinis superioris.*

h *Expostulationibus Didonis, & Annae precibus.*

i *Quod corporis est, ad animum transfert; ut & in illo, quod sequitur, Voluuntur, nam inanes ob id fuerunt, quod nihil apud ducem Troianũ aequi obtinerent.*

K *Affectu enim uir fortis moueri potest, at nequaquam sinere se superari.*

l *Ipsius, non Annae, aut Didonis.*

m *Vbi uidit Aenean in sententia perseuerare.*

n *Quod fatali necessitate ex Africa Aeneas traheretur, & ipsa se in interitum rapi uideretur, per obiecta tum oculis, tum animo in somnis uisa.*

o *Conuexum propriè est, quod concauo globi oppositum est: poetae frequenter pro ipso caelo usurpant.*

p *Consilium, quod apud animum suum proposuerat. quare diserte impellentes caussas ad propositum exsequendum attexit.*

Vidit,

Vidit,[a] turicremis [b] cum dona[c] imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
Fusaq. [d] in obscenum [e] se uertere uina cruorem.
Hoc uisum nulli, non ipsi [f] effata sorori.
Praeterea, [g] fuit in tectis [h] de marmore templum
Coniugis antiqui, [i] miro quod honore colebat,
Velleribus[k] niueis, & festa [l] fronde.[m] reuinctum.
Hinc[n] exaudiri uoces, & uerba uocantis
Visa uiri, nox [o] cum terras obscura teneret:
Solaq.[p] culminibus ferali [q] carmine [r] bubo

a *Primum futurae mortis praesagium, quod in sacris liquor effusus in atrũ cruorem mutatus apparuerit.*

b *Lucretium imitatur, l. 2. Turicremas propter tractatus concidit aras. Vide Macrob. lib. 6. c. 5.* c *Libamina, quibus mortuis parentare mos erat.* d *Interpretatur, quos dicat Latices sacros.*

e *taetrum, atque atrum cruorem.*

f *Emphaticῶs. q.d. hoc monstrum a se sola inter sacrificandum obseruatum, nulli indicare uoluit, ne sorori quidem, omnium consiliorum alioqui participi.*

g *Secundum praesagium futurae mortis, insomnia, seu potius phantasmata, quae sibi audire uidereq. uisa fuit.*

h *In regia Didonis. Sunt, qui hic per Templum, intelligant sepulcrum Sichaei, aut coenotaphium, e marmorario opere constructum, quod corollis & frondibus filamentisq. uestierat Dido. Sed nihil opus est, hoc modo restringere huius uocis significationem, cum aeque commode possimus eam, pro aedicula sacra, quam nos hodie Sacellum, uocemus, quamq. saepenumero atque adeo semper in principum aulis esse constructam reipsa comperi.*

i *Cari, ut saepe antea hanc uocem accipit.* K *Quia nubentes puellae, primo ad limen mariti uenientec, postes laneis uittis obnubebant, & ornabant. sic Ser. aliter tamen Tur.* l *diuina, ut si numen coleret.*

m *Coronatum aut cinctum ramis frondibusq. ut etiamnum in templis obseruatur.* n *Ex hoc templo.* o *A temporis circumstantia ut uerisimile sit commentum.* p *Seraq. leg. Nonius, quod certe noctis aui buboni, nõ pessime conuenit. Est. n. noctis monstrum, & maxime funesta abominãdaq. auis, quae gemitu, non cantu aliquo uocali in tectis summitate personat.*

q *nam tacentis bubonis felix omen est.*

r *Tertium praesagium inauspicatum omen bubonis solitarij, in summo tecto triste carmen querentis.*

Saepe quaeri, & longas [a] in fletum ducere uoces.
Multaq.[b] praeterea uatum praedicta priorum
Terribili monitu horrificant. agit [c] ipse furentem
In somnis ferus Aeneas: semperq. [d] relinqui
Sola [e] sibi, semper longam incomitata [f] uidetur
Ire uiam, & Tyrios deserta quaerere terra.
Eumenidũ [g] ueluti [h] demẽs uidet agmina [i] Pẽtheus,[k]
Et solem [l] geminũ, et duplices se ostẽdere Thebas:[m]

a Hypallage. b Quartũ omen, respõsa uatũ superiorum. c Quinctũ omen, quod Aeneae absentis imago, somniãtem agitaret in multo maiorem fauorem. d Ominosum enim principibus habetur esse solis. e Sextum omen, quod ubique sibi sola esse uideretur. f Sine comite longam ad inferos uiam ire, atque eos post mortem quaerere, quos nusquam inueniret ijs in locis, quae umbrarum propria sunt.

g Furiarum; Megaerae, Alectus, & Tisiphones: quas Suid. καταχθονίους δαίμονας, uocat. Tradunt eas nomina sua (cum prius Dirae, Furiae, & Erinnyes dicerentur) cum Orestis reconciliatione mutasse, cum in Areopago iudicio sumpto, plurimorum suffragijs absolutus fuit. Aeschylus etiã in Orestis iudicio tradit, Mineruam Athenis placasse Erinnyas, ne aduersum illum inclementius se gererent: indeq. eam Eumenides illas uocasse.

h Furorem amplificat a collatione Penthei, qui ob contempta Bacchi sacra in summum furorem actus fuit, & a Bacchidibus matre, & materteris discerptus.

i Ser. citat Vrbanum quendam, qui Agmina serpentum interpretatur, propter pilos anguineos furiarum. Sed id coactius esse scribit Horten. rectius, & simplicius, pro ipsis furijs per amplificationem dicta esse credens.

K Thebanorum rex, Echionis filius, qui iuxta uicum Scolum, ob contempta Bacchi sacra, a Bacchidibus dilaniatus fuit, ut paullo ante monui. l Ex Bacchis Euripidis, hunc locum transtulit, ubi Baccho euocanti Pentheus respondet, duos se soles, binas Thebas, urbemq. septifaucem uidere se uideri. m De Boeotijs Thebis hic sermonem esse, declarat locus unde haec translata sunt, ubi subiungit, Thebas, urbemq. septifaucem, per epexegesim, quod alioqui dubium esse poterat, cum nouem sint diuersae Thebae, quas si cognoscere lubet, consule dictionarium illud Latinum, quod sub Calepini nomine hodie circumfertur.

Aut Agamemnonius [a] scenis [b] agitatur Orestes,
Armatam facibus [c] matrem, & serpentibus atris
Cum fugit, ultricesq. sedent in limine [d] dirae.
Ergo, [e] ubi concepit furias [f] euicta dolore,
Decreuitq. mori; tempus secum ipsa, modumq.
Exigit, [g] & maestam dictis aggressa sororem,
Consilium [h] uultu tegit, ac spem [i] fronte serenat.
Inueni germana uiam. (gratare [k] sorori)
Quae [l] mihi reddat eũ, uel eo me soluat amantem.
Oceani [m] finem iuxta, solemq. cadentem
Vltimus [n] Aethiopũ locus est: ubi maximus Atlas

a Agamemnonis et Clytemnestrae filius: cuius, quod prolixior sit & omnibus paene nota, a me hic omittetur historia.

b tragoediјs celebratus, frequenter actus. sic S. sed fortasse non inconuenienter feceris, si hoc modo intellexeris. Scenis agitatur. i. in praetorijs et iudicijs agitatus. Neque enim Scena dumtaxat partem actus in comoedijs tragoedijsq. significat, aut contignationes aliquot theatri, uerum etiam praetorium, ac locum, ubi ius dicitur: iam uero constat, eum Areopagitarum iudicio submissum, tandem ab ijsdem absolutum fuisse omnium fere sententijs. Quare non inelegantur huc respexisse uideri potest Virg. cum Orestem scenis agitatum caneret.

c Clytemnestram, facibus furiarum, quarum singuli capitum pili serpentes fuisse memorantur. d Quia apud Aeschylum templum Apollinis nõ ingrediebantur, sed Orestem in limine exspectabant T. ex Pacuuio.

e Simulatq. furias infelicis conscientiae sensit, quarum stimulis ad mortẽ accelerandã properauit, quaerendum fuit tempus opportunum, quo & suos & sororem, a qua sedulo obseruabatur, nil eiusmodi opinantes falleret.

f Quorsum pertineat poetarũ de furijs figmentum, eleganter Cic. pro Sex. Rosc. explicat; ubi Furias nil aliud esse docet, quam animũ magni alicuius sceleris sibi conscium. g Constituit, ita tamen ut omnem doli suspicionẽ nouae religionis specie tolleret. h sic alibi: Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.

i Hypallage: ut s. prorsus nihil sinistri suspicetur.

K antique, pro gratulari. l Propositio consilij, cuius utram partem accipiat Anna, salua Didoni res est, excusatioq. prompta. m Topographia populorũ et montium Africae occidentalium, quib. alluit Oceanus, ubi horti sunt Hesperidum, non poetis modo, uerum & historicis celebratissimi.

n Nigritas intelligit, qui proxime Atlantem sunt.

Axem

Axem humero torquet [a] *stellis ardentibus* [b] *aptũ.*
Hinc [c] *mihi Massylae gentis monstrata sacerdos,*
Hesperidum templi custos, epulasq. draconi
Quae dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens [d] *humida mella, soporiferumq. papauer.*
Haec se carminibus [e] *promittit soluere* [f] *mentes,*
Quas uelit; ast alijs duras [g] *immittere curas;*
Sistere aquam fluuijs, & uertere sidera retro:
Nocturnosq. ciet manes. mugire [h] *uidebis*
Sub pedibus terram, et descendere montibus ornos.
Testor, [i] *cara, deos, & te, germana, tuumq.*
Dulce caput, magicas inuitam accingier [k] *artes.* [l]
Tu [m] *secreta pyram tecto interiore sub* [n] *auras*
Erige; & arma [o] *uiri,* [p] *thalamo quae fixa reliquit*
Impius, [q] *exsuuiasq.* [r] *omnes, lectumq.* [s] *iugalem,*

a *Sustinet, regit: ut supra, Caelũ, & terras qui numine torquet.* b *Consertũ, conspersum. T.* c *Exponit consilium suum, quo pacto magicis artibus possit Aeneã uel inuitum retinere, uel amoris peste liberari, At ficte illa omnia dicuntur, quo mortem accersendam illa minus suspicetur.* d *Porrigens, aut praebens; ut Cic. Spargere uenena dicerunt. & Pli. Ac uiso dracone spargere somnifica medicamenta. Aduertendum hic est, Virg. hoc praeteritum tamquam praesens narrare, ut poetarum mos est. Nam hoc ipsum Massyla sacerdos tempore Herculis fecerat.* e *Vide Coel. lib.9. c.22. ubi Magiae species explicat, hunc locum illustrans.* f *Liberare amore posse mortales iactitat.*
g *Amores intelligit.* h *Remota metaphora a tauris ad brutã tellurem.*
i *Contestatio ad insinuandam necessitatem magis sacris operandi.*
K *Paragoge est, pro, Accingi; quatenus uero pro, parari, accipitur, metaphora est.* l *Ellipsis; pro, ad artes magicas.* m *Epilogus breui mãdatorum enumeratione constans, ut semotis arbitris secreto rogum per sacrificij speciem struat. quo praeter exspectationem in rerum omnium securitate, mortem sibi acceleret.* n *In altum.*
o *Gladium, aut ensem: ut mox subdit, Ensemq. relictum.*
p *Aeneae, per contemptum.* q *Per Antonomasiam intell. Aenean, qui epitheto, Pius uocabatur.* r *Vestes, quae etiam Exsuuiae dicuntur ab exsuendo, ut Induuiae, ab induendo.* s *In quo coniugij iura persoluerat, pudoremq. prostituerat, atque ob id addit in eo se perijsse amore.*

Quo

Quo perij, super imponas. abolere [a] nefandi
Cuncta uiri monuměta [b] iubet, [c] mõstratq. sacerdos.
Haec effata, silet: pallor [d] simul occupat ora. [e]
Non tamen Anna nouis praetexere [f] funera sacris
Germanum credit; nec tantos mente furores
Concipit; aut graaiora timet, quã morte [g] Sichaei.
Ergo iussa parat. [h]
At regina, pyra [i] penetrali [k] in sede sub auras
Erecta ingenti, taedis, [l] atque ilice [m] secta, [n]
Intenditq. [o] locum sertis, & fronde [p] coronat
Funera: super exsuuias, ensemq. relictum,
Effigiemq. toro locat, haud ignara [q] futuri.
Stant arae [r] circum, & crines effusa [s] sacerdos

a Igne corrumpere. b Quae illius me admonent; ut praecipit et Ouid. lib. 2. de remedio amor. sub finem, ubi sic incipit: Omnia pone feros, quãuis inuitus in ignes: Et dic, ardoris sit rogus iste mei.

c Ab auctoritate ueneficae, sacerdotis Herculis, ut scilicet consilium propositum minus habeat suspicionis, uerisimilitudinis autem multo plus.
d Pallor, metus praecipue, atque irae argumentum est, ut & conscientiae crimini alicui obnoxiae. e Os, per enallag. numeri: uultum, per sinecdochen partis, pro toto. f Hypallage. g Sub. quam contigerint morte Sichaei, h Ellipsis uerbi, Exsequi.
i Rogo, quem Pyram graeci uocant; & si pyrae significatio latius pateat.
K Adiectiue usus est hac uoce; pro, in penitiori aedium parte; quam paullo ante interius tectum, uocauit. l Describit rogum e lignorum generibus, e quibus factus fuit: taeda s. & ilice. Recensetur autem taeda, inter arbores resinam exsudantes, quae natura montes amãt; ut sunt cedrus, larix, & aliae, ex quib. resina fluit. sed taeda succi abundantioris est, quam reliquae: parcioris tamen, quam picea. quare a ueteribus flammis, ac sacrorum luminibus adhibebatur. m Glandifera arbor est ilex, breuiori tamen, & graciliori glande, quam reliquae; quare Hom. eam ἄκυλον uocat, ut a Balano eam distingueret. n Nam fissa facillime, teretia, & integra difficulter ignem concipiunt. o Hypallage, pro, intendit serta per locum. p Cupresso, quae funerea est arbor: aut, uerbenis, quae in sacro nocturnis solent adhiberi tamquam funereae. q Cum sacra simulata, serio perficiat, & quiduis potius sibi, quam Aenean restitutum iri speret.
r Vt in funebri luctu fieri consueuit. s Synecdoche.

Tercentum

Tercentum[a] tonat ore Deos, Herebũq.,[b] Chaosq.[c]
Tergeminãq.[d] Hecatẽ,[e] tria uirginis[f] ora Dianae.
Sparſerat & latices[g] ſimulatos[h] fontis Auerni:
Falcibus & meſſae[i] ad lunam quaeruntur ahenis
Pubentes[k] herbae nigri cum lacte[l] ueneni.
Quaeritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,
Et matri praereptus amor.[m]
Ipſa[n] mola,[o] manibusq. pȷ̈s altaria iuxta,
Vnum exſuta[p] pedem uinctis, in ueſte[q] recincta,

a Refertur ad uerbum Tonat, non, ad Deos. b Inferos, et quantum impurorum ſpirituũ habent inferi. c Sic appellabant confuſam illam ab initio unitatẽ hiantẽ, et in profundũ patentem; cuius deſcriptionem uide apud Ouid. lib. 1. Metamorph. Quamquam Ariſtophanes, teſte Suida, pro aere uſurparit, in Auibus. d Hecate quare Tergemina fingatur, uide Coel. lib. 20. cap. 6. Quod autem ueneficae falcem aeneam tribuit, ex Sophoclis ῥιζοτόμοις ſumpſit. Vide Macrob. l. 5. c. 19.
e Quod triceps pingi ſoleat, & tribus animalium nominibus inuocari. T. ut confirmat Ouid. 7. Metamorph. Tuq. triceps Hecate. Malim tamen hanc rationẽ, quod ſcilicet triplex ſit lunae uiciſsitudo; cum ſurgit in cornua, cum diuidua eſt, cum plena eſt. f Ipſam Dianam τρίμορφον καὶ τρικέφαλον. g Sacrificaturi enim ſuperis, totius corporis ablutione purgabantur: inferis autem mortuis litaturos, ſufficiebat aqua leuiter cõſpergi: ut lib. 6. cum Miſer num ſepelit Aeneas, ſatis indicat.
h Nam uera aqua Auerni lacus (qui Plutoni ſacer eſt, ac per quem ad inferos deſcenſus eſſe credebatur) haberi non poterat; quare ficta ſupponenda erat, cuius adſperſione uteretur. i Succiſae, ad Lunae obſeruationem. K Pro, pubeſcentes, & tenerae. l Succum nigrum intelligit, qui exprimitur ex illis herbis. m Medicamentum amorem concilians, Philtrum ſ. quod Hippomanes nuncupant: illud nimirum, quod in fronte pulli equini naſcitur; quod mater illico deuorare ſolet, eoq. magis ſuos fetus amare dicitur; alioqui ab uberibus repellere. Eſt autem hoc ipſum, carica minus, nigrum, latum, ad rotundum nonnihil uergens. n A perſona ueneficae tranſit ad Didonem, & eius ſuperſtitionem, ac caerimonias ſacrificaturae. o Alibi oſtendi, quomodo animales hoſtiae ſacris admotae, impoſita mola caedi ſoleant. Molam autem intelligo, quiddam ex hordeo ſale admiſto confectum, quod poſtea uictimis inſpergebatur. Vnde Immolare deſcendiſſe docent. p Sic apud Ouid. Veſtes induta recinctas, Nuda pedem. q Diſſoluta, ac non ligata.

Teſtatur[a] *moritura deos, & conſcia fati*
Sidera. tum, ſi quod[b] *non aequo foedere amantes*
Cura numen[c] *habet, iuſtumq. memorq. precatur.*
Nox[d] *erat;*[e] *et placidum carpebãt*[f] *feſſa*[g] *ſoporẽ*
Corpora per terras: ſiluaeq.,[h] *& ſaeua quierant*
Aequora: cum medio[i] *uoluuntur ſidera lapſu:*
Cum tacet[k] *omnis ager: pecudes, pictaeq. uolucres,*
Quaeq. lacus[l] *late liquidos, quaeq. aſpera dumis*
Rura[m] *tenent, ſomno poſitae ſub nocte*[n] *ſilenti*
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At[o] *non infelix animi*[p] *Phoeniſſa, nec umquam*
Soluitur in ſomnos, oculis ue, aut pectore noctem
Accipit. ingeminant[q] *curae: rurſusq.*[r] *reſurgens*
Saeuit amor, magnoq. irarum fluctuat[s] *aeſtu.*
Sic adeo[t] *inſiſtit;*[u] *ſecumq. ita corde uolutat.*
En quid agam?[x] *rurſus*[y] *ne procos irriſa*[z] *priores*
Experiar? Nomadũq. petam connubia[aa] *ſupplex,*
Quos ego ſum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes, atque ultima Teucrum

a *Teſtes deos periurij, ac perfidiae aduocat, uindices olim ſceleris, & acceptae iniuriae.* b *Quaſi dicat; ſi quis deus eſt, qui amãtes iniquo, quod uiolatur foedere reſpiciat, eum ego in teſtem uoco, me indigna pati: & hunc quidẽ precor, ut periurij memor eſſe uelit, ac iuſte idipſum ulciſci.* c *Pro, deo hic accipitur numen, ut antea aliquoties.* d *Apoll. Arg. 62.* e *Perelegans chronographia, qua reginae aegritudinem amplificat.* f *Periphraſis; pro, quieſcebant.* g *Diurnis curis, & laboribus.* h *Metonymia, pro ijs, quae in ſiluis, & in mari degunt.* i *ſtationem Lunae, ſeu medium noctis ſignificat.* K *Metaphora, q.d. cum quieſcunt omnia animalia, quae in agris, aut ſtabulis ſunt.* l *Piſces.* m *Ferae.* n *Quieta, per metaphorã.* o *Hom. Il. 104.* p *Pro, Animo; ut, Diſcrucior animi.* q *Enallage generis; pro, Ingeminantur.* r *Recrudeſcens amor rerum praeteritarum memoria.* ſ *Agitatur.* t *Cogitationes oratione pathetica ſubiungit, ut amplificet eo magis eius dolores.* u *Exponit, quo ſignificatu hoc uerbo utatur, per ſynonimiam.* x *Pathos, ab addubitatione, de qua Macr. l. 4. Sat. c. ult. Conſtat autem haec tota oratio ex deliberationibus, et dialogiſmis.* y *Non, iterum, ſed, uiciſſim.* z *Troianis uiolata fide.* aa *A rei indignitate.*

Iuſſa

Iussa [a] sequar? quia ne [b] auxilio iuuat ante leuatos?
Et bene apud memores ueteris stat gratia facti?
Quis me autē (fac uelle) sinet? ratibusq. [c] superbis [d]
Irrisam [e] accipiet? nescis [f] heu perdita, necdum
Laomedonteae [g] sentis periuria [h] gentis?
Quid tū? sola fuga [i] nautas [k] comitabor [l] ouātes?
An Tyrijs, omniq. manu stipata meorum
Insequar? & quos Sidonia uix [m] urbe reuelli,
Rursus agam pelago, & uentis dare uela iubebo?
Quin morere, [n] ut merita es; ferroq. auerte dolorē.
Tu lacrymis [o] euicta meis: tu prima furentem
His, germana, malis oneras, atq. obijcis [p] hosti.

a Quae ijs ab Ioue iussa sunt. S.
b Sententia est: Quasi uero mihi prosit eos esse a me leuatos auxilio, et stet apud &c.
c Per synecdochen, pro, nauibus, ut supra monui; sunt enim rates proprie trabes inter se connexae, quibus olim nauigabatur.
d Metonymia est. e Ludibrio ad istum modum habitam; uel, cum risu sequentem. f Subiectione affectus mouet.
g Homoeoteleuton, ac Antonomasia, per quam uoculam Troianos notat perfidiae. h Quia per iusiurandum Laomedon fefellit Neptunum, & Apollinem, qui Troiam illi condiderant: & Herculi, filiae suae liberatori, fidem non seruauit.
i Id quod est se abijcientis e regio fastigio ad ultimam sortem.
K Troianos intelligit, quos contemptim ita uocat.
l Vel, propter discessum laetos; uel insolenter ob uictoriam de regina partam exsultantes. Ouatio autem proprie est, minor triumphus, qui de hoste haud admodum graui agitur, uno equo, uel interdum etiam pedibus urbem ingrediente triumphante.
m A difficili, argumento a minori coniunctio consilium reijcit.
n Concludit deliberationem, reiectis omnib. argumentis, quae in consultationem tracta fuerunt, ab exhortatione ad mortem.
o Transfert omnem totius rei culpam in sororem, quae ei impultrix fuerit ad furtiuas nuptias; uerum tam commoda translatione utitur, ut culpae partem ipsa sustineat, partem soror, cum, suis lacrymis sororem deuictam, dicit classicum ad nuptias cecinisse.
p Aeneae, qui me ludibrio habuit, toro, fideq. uiolatis. Hostem appellat hic Aenean, quod peregrinus sit, non quod bella intulerit sibi, Tyrijs ue.

Non

Non [a] licuit thalami expertem sine [b] crimine uitã
Degere more ferae? tales nec tangere [c] curas?
Non seruata fides, cineri promissa Sichaeo? [d]
Tantos [e] illa suo rumpebat pectore questus.
Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, [f] rebus iam rite paratis.
Huic [g] se forma dei [h] uultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusq. ita uisa [i] monere est,
Omnia [k] Mercurio similis, uocemq., coloremque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentae:
Nate dea, [l] potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec, quae circumstent te deinde pericula, [m] cernis
Demens? nec Zephyros [n] audis sperare [o] secundos?
Illa dolos, [p] dirumq. nefas in pectore uersat,
Certa mori; uarioq. irarum fluctuat aestu.
Nõ fugis hinc praeceps, [q] dũ praecipitare potestas?
Iam [r] mare turbari trabibus, [s] saeuasq. uidebis
Collucere faces, [t] iam feruere [u] litora [z] flammis.

a Pro, Nonne.
b ut supra: Huic uni forsan pot. succumbere culpae.
c Amores intelligit: ut supra: Ast alij duras immittere curas.
d Sichaei coniugis. est .n. Sichaeo, pro, Sichaeio. Alij distinguunt post Cineri.
e Epiphonema.

f Periphrasis, id est, dormiebat. g Innuit merum somnium fuisse, ac proinde uanam quandam imaginationem, ac ludibrium esse potuisse; sed tamen, quia somnia aliqua a Deo proficiscuntur, ideo tamquam oraculum accepit Aeneas. h Mercurij. i Mercurius Aeneae eodem habitu in somnis apparens fugam accelerare iubet. K Poetice, & Graecorum more, pro, omnibus corporis partibus. l Hom. Il. 14.274.
m Obiurgatio, a necessario.
n Pro quolibet uento. Nam Zephyris de Africa nauigari non potest.
o A commodo, & opportuno.
p Breuis narratio, unde oritur ad praecipitem fugam exhortatio.
q Festinus, celer. r Imminentium periculorum exaggeratio, uarijs expolitionibus adornata. s Per metonymiam; pro, nauibus.
t Ob illud, quod est infra: Ferte citi flammas.
u Metaphora, & Enallage coniugationis, ut & supra aliquot locis.
x Naues, per metonymiam.

a Matutinum tempus.
b Oratione sententia claudit, qua omnem diutius haerendi dubitationem remouet.
c Caliginosae.
d Monitu praesentis periculi.
e Homer. Il. 14.

Si te his attigerit terris Aurora [a] morantem.
Eia age rumpe moras: uariũ, [b] & mutabile semper
Femina. Sic fatus, nocti se immiscuit [c] atrae.
Tum uero [d] Aeneas, subitis exterritus umbris,
Corripit [e] e somno corpus, sociosq. fatigat. [f]
Praecipites [g] uigilate [h] uiri, et considite transtris:
Soluite uela citi: deus [i] aethere missus ab alto
Festinare fugam, tortosq. [k] incidere funes,
Ecce iterũ stimulat. [l] sequimur [m] te sancte [n] deorũ,
Quisquis es; imperioq. iterũ [o] paremus [p] ouantes.
Adsis o, [q] placidusq. iuues, & sidera [r] caelo
Dextra feras. Dixit, uaginaq. eripit ensem

f Exercet, urgens scilicet.
g Festini, & celeres.
h Euigilate.
i Fugae caußam, qua simul & auctorem proponit, paucis subijcit; ad inijciendam scilicet religionem, si forte segniores ad parendum eßent.
K Elegans epitheton.
l Metaphora, pro, hortatur. Sic opinor maluisse, cum utrumque conueniat, ut tanti numinis auctoritatem non parui ponderis esse ostenderet.
m Pathos, ab auersione.
n Quidam distinguunt post Sancte, ut sit sententia: Sequimur te, o sancte, quisquis deorum es. Alij malunt positiuum pro superlatiuo positum esse, ut apud Ennium: Saturnia sancta deorum. Alij rursum, Deorum ad Quisquis, referentes, malunt positiuum, ut est, intelligi simpliciter.
o Iam enim paruerat praeparatione nauigiorum: nunc uero secundum illi paret, cum fugam accelerare iussus, excitat socios ad festinandum.
p Laeti; ducta metaphora ab ijs, quibus minor triumphus, quae Ouatio dicitur, concessus erat.
q Quasi dicat, faueas: dij enim, quibus adsunt, fauere dicuntur, ut multis locis notaui.
r Horum enim exortu, uel sedantur maria, uel tempestates concitantur: quare apte Dextra precatur ea, ut secundo uento in Italiam peruehatur.

Fulmi-

Fulmineum, [a] strictoq. ferit [b] retinacula [c] ferro.
Idem oēs [d] simul ardor habet: rapiūtq., [e] ruuntq.; [f]
Litora deseruere: latet sub classibus aequor:
Adnixi torquent spumas, & caerula [g] uerrunt.
Et [h] iam prima [i] nouo spargebat lumine terras
Tithoni [k] croceum linquens aurora cubile.
Regina e speculis ut primum albescere [l] lucem
Vidit, & aequatis [m] classem procedere uelis,
Litoraq., & uacuos sensit [n] sine remige portus;
Terq. [o] quaterq. manu pectus percussa decorum,
Flauentesq. abscissa [p] comas, Pro [q] Iuppiter ibit.

a Candentem, & fulminis modo resplendentem.

b Festinantis Aeneae ardens studiū, & praecipitem fugam ostendit, ut cui spatium non fuerit, uel subducendi anchoras, uel soluendi prymnesia. c Nauticos funes, quibus anchorae & litora nauium moles detinere solent. d Peruenuste continuis dactylis trepidantium speciem, ac fugientium praecipitantiam exprimit.
e Ostendit eos raptim collectis omnibus rebus, confluxisse ad naues, funes collegisse, ac in mare trepide cum classe corruisse. f Polysyndeton. Alludi opinor ad Gr. ἄγουσι καὶ φέρουσι. g A colore, & sapore denominationes saepe ducunt poetae, ut hic Caerulum, & alibi. Sal, uel Salum, ut apud Gr. ἅλς. h Hom. Il. 114. i Narrationem a temporis matutini descriptione amplificat: quod hic, si usquam alibi, factum est quam conuenientissime, propter reginam scilicet, quae, tota nocte insomni ducta, ubi lux omnia oculis conspicua reddidisset, Troianos e fenestra prospicere potuit, iam fugientes: id quod ad doloris exaggerationem quamplurimum fecit. K Toties hanc, uel similem chronographiam explicui, cum Tithoni Auroraeque fabula, ut hic repetere me taedeat.
l Hypallage; non enim albescit lux, sed luce albescunt omnia.
m Feliciter plenis, sine motu aliquo.
n Elegans metaphora.
o Ab additione numeri amplificat narrationem Graecorum more, qui τρίς τε τετράκις τε, dicunt, forsan ob numeri septenarij perfectionem.
p Fortasse, quod Diti, & Proserpinae sacra factura erat: uel, quod suis persuaserat, amoris peste se liberatum iri, magicarum artium adiumento. Vnde non sufficiebat, nihil ligatum esse. quin & comas abscindi oportebat: ut pari ratione Aeneae amor abscinderetur.
q Abruptum orationis principium plane patheticum.

Hic, ait, & noſtris illuſerit aduena [a] regnis?
Non arma expedient, [b] totaq. ex urbe ſequentur?
Diripientq rates alij naualibus? [c] ite, [d]
Ferte citi flammas, date uela, impellite remos.
Quid loquor? [e] aut ubi sũ? quae mẽtẽ ĩſania mutat?
Infelix Dido, nunc te fata [f] impia [g] tangunt.
Tum decuit, [h] cũ ſceptra dabas. en [i] dextra, [k] fidesq.
Quem ſecum patrios aiunt portare penates,
Quem ſubijſſe humeris confectũ aetate parentem.
Non potui abreptũ [l] diuellere corpus, [m] & [n] undis
Spargere? non ſocios? [o] non ipſum abſumere ferro
Aſcanium? patrijsq. [p] epulandum apponere mẽſis?
Verum, anceps [q] pugnae fuerat fortuna: [r] fuiſſet:

a Atrox antonomaſia, qua Aeneam notat.
b Carthaginienſes ſcilicet, ut iniuriam reginae ſuae illatam ulciſcantur.
c Nauium ſtationibus, quae alibi a Caeſare, & Cicerone, ẽt Armamentaria uocantur; cuiuſmodi eſt illud Venetorum, quo uultu neq. magnificentius ſpectari, neque inſtructius, abundantiutq. excogitari poſſe arbitror: quamuis non ignorem, apud Athenienſes quendam Philonem etiam armamentarium, mille, Plinio referente, capax nauium fabricaße.
d Mira orationis breuitas, nullaq. coniunctione ligata, quo plus habeat celeritatis. e Abſentibus ſcilicet. f Alias, facta.
g Pro, fata illius impij Aeneae, ut ſupra: Impium uocauit, uerſ. 496.
h Sub. Talia loqui. i Amara ironea. K Illius ſ. quẽ dicunt, &c.
l Alludit ad Baccharum, quibus ipſa ſimilis facta eſt per amoris oeſtrũ, factum, quae Penteum, Orpheum, Euripidem diſcerpſiſſe produntur, quod & ipſa Aeneae facere potuiſſe ſe affirmat.
m Hom. Il. 38. n Pro, per undas; uel, in undis.
o En obſecro uindicabundae mulieris ſtudium, cui non ſufficiebat unius delinquentis poena, niſi et inſontes ſocij, ducis culpam luerent. Neque uero, hoc ipſo adhuc contenta, etiam ipſum Aſcanium, in poenam depoſcit, cuius aetati uel in primis parcendum erat. p Prognes fabulam obiter attingit, quae Itym filium patri comedendum appoſuit. q Per elegantẽ antipophoram praeoccupat, quod alioqui obijci poterat: Si ferro rem incoeptaſſes, quoniam anceps eſt fortunae alea, quid ſi uicta diſceſſiſſes?
r Conceßio, a rerum deſperatione ducta, animoq. uindicabundo: q. d. Vlciſcar me modo, non refert, ſi occumbam.

Quem

Quẽ metui moritura? faces [a] in castra [b] tulissem:
Implessemq. [c] foros [d] flammis: natumq. [e] patremq.
Cũ genere exstinxem: memet [f] super ipsa dedissem.
Sol, [h] qui terrarum flãmis [h] opera omnia [i] lustras,
Tuq. harum interpres [k] curarum, & conscia Iuno,
Nocturnisq. Hecate triuijs [l] ululata [m] per urbes,
Et dirae ultrices, & dij [n] morientis Elisae, [o]
Accipite [p] haec, meritumq. malis auertite [q] numẽ,

a *Incẽdiũ; per metonymiam.* b *Classem; ut, Nos castra mouemus.* c *Per syncop. pro, Impleuißẽ: ut & Exstinxem.* d *Nauium tabulata, per quae discurritur.* e *Ascanium, & Aeneam.* f *Super caesorum aceruum me prius confossam conieciβem, exemplo earum feminarum, quae amore pereuntes cum maritis, aut amatoribus mori statuerunt; aut, maritorum iniurias ultae, suam quoque uitam abrumpunt.* g *Imprecatio, quae Aeneam, posteritatemq. eius exsecratur, deuouetque.* h *Radijs, qui flammae instar circũgyrando cuncta penetrant.* i *Solem .n. mundi oculum spectare, & ambire constat omnia, cũ suis radijs terrã inumbrat. Quod si ita est, ut sane est; eum Punicae res fugere non potuerunt. Plato in Rep. uisibilem dei filiũ, Solẽ uocat: quem aliqui imaginẽ inuisibilis filij intelligunt, qui lux ipsa est, mundum & omniũ mortaliũ mentes illustrans. Hunc ueteres pro deo, u nerabantur: nam suo exortu tristitiã caeli discutit, animosq. hominũ serenat.* K *Respicit ad superiorẽ deliberationẽ Iunonis cum Venere in pr. h. l. cum eius consilio hae nuptiae coierint clamculũ: uel ad rationẽ physicã, qua Iuno aeri praesidere fingitur, quo cõclusi spiramus, & uiuimus; quare cõsciã fuisse apte subiungit, adeo ut ne Sol quidem magis potuerit.* l *Colebatur .n. in triuijs Hecate, & a pauperibus cena instructa in publico diripiebatur.* m *A matronis, in eius sacris, quae noctu fiebãt, magnis clamorib. inuocata, ob Proserpinã amissam,* n *In quorũ tutela uiua sum: uel, qui tutelares estis urbi Carthaginiensi.* o *Didonis s. nã hoc illi propriũ fuit; aliud ob id inditũ, quod cõplura supra animi muliebris fortitudinẽ gesserit. Nã fratris insidias fugiens Carthaginẽ condit, & cũ a ciuibus Iarbae nubere cogeretur, spontanea morte se a secundis nuptijs liberauit. Ser.* p *Attentio ad preces, & deuotionem sui ipsius.* q *Sunt, qui legant hic, Aduertite, ut sit sentẽtia: Aduerte in Aeneã geniũ infestũ, qui de eo poenas sumat; ut sit quasi expolitio praecedẽtis orationis. Si Auertite legas, ut doctissimi quiq. praecipiũt, sic ĩtellige, Auertite poenas a me ĩ hostẽ Troianũ.*

Et nostras audite preces. si tangere portus
Infandum [a] caput, ac terris adnare necesse est;
Et si fata [b] Iouis poscunt, hic [c] terminus haeret:
At [d] bello audacis [e] populi uexatus, [f] & armis,
Finibus extorris, [g] complexu auulsus [h] Iuli,
Auxilium imploret [i]; uideatq. indigna suorum

a Gr. μαρὰν κεφαλὴν dicũt: intelligit autem Aenean.

b Homer. Od. 21. uide insuper Macrobium, qui hunc locum cum Homerico confert, exaequatque. c Hoc immutabile est, immotum manere debet, ut termini agrorum immoti manent. Sic & Lucret. lib. v. Atque alte terminus haerens. Vide Tur. d pro, saltem; ut l. 1. uers. 547. At sperate deos. Ouid. Crudeles somni, quid me tenuistis inertẽ? At semel aeterna nocte praemenda fui. Et Cic. pro Flac. Si non propinquitatis, at aetatis suae; si non hominis, at humanitatis rationẽ haberet. Porro sic & Polyphemus Cyclops Vlyssem deuouet, eumq. sibi sisti, ac praesentẽ cõstitui postulat, aut si id nõ possit, ἀλλ' εἰ οἱ μοῖρ' ἐςὶ, inquit, φιλούς τ' ἰδέειν, &c.

e Italos, Latinos, Aborigines, Rutulos, & Etruscos intelligit; quos Euander eum monuit, acerrimos esse in bellis.

f Euenit hoc, statim post Troianorum in Italiam appulsum. nam cum praedas ex agris agerent, Latinus, Aboriginesque ad arcendam aduenarum uim concurrebant. Deinde & affinitate cum Latino coniunctus, a Turno bello petitus fuit, ob pactam sibi, sed Aeneae traditam Lauiniam.

g Pro, exsule, hic Extortis uocabulum a Virgilio usurpari arbitror. Neque enim Aeneas fuit extra patriam eiectus, aut exactus, sed fatorum uoluntate excisa Troia ad nouas sedes quaerendas compulsus. Exsulis enim per se nomen non turpitudinis, sed calamitatis est, teste Cic. pro domo: Turpe, non aliter, nisi cum decennali poena est. Extorrem autem proprie dici existimarim, eum, cui aqua, ignique ob scelus aliquod sit interdictum. Quod & sentire uidetur Budaeus in secundis notat. in Pandectas, ubi, ab ignis interdictione ductum potius Extorris uocabulum, quam a terra, docet: & si, Exsul, quasi extra solum dicatur. Crediderim eos Exteros uocari nunc posse, quibus humanitatis iura, officiorumq. uicißitudinem uetamur exhibere, quos Theologi, Excommunicatos appellant, non satis Latino uocabulo.

h Hoc ubi Aeneae usuuenerit, nusquam inuenio: quare arbitror a Didone adiectum dumtaxat, imprecationis amplificandae gratia.

i Implorauit ab Euandro, & Tarchonte.

Funera;

Funera;[a] *nec, cum ſe ſub leges*[b] *pacis iniquae*[c]
Tradiderit, regno, aut optata luce[d] *fruatur,*
Sed cadat[e] *ante diẽ, mediaq.*[f] *inhumatus*[g] *arena.*

a Quãquã enim uictor plerumque euaderet, tamen maximo illi conſtabat uictoria. Legimus enim Aborigines, Latinosq. ob Aeneam a Turno bello petitos, tantis animis utrimque commiſſos, ut neutra acies ex bello laeta abiret: & ſi Troiani, Latiniq, amiſſo rege Latino, uictores extiterint. b Harum pacis condicionũ duplex refertur ratio: una, primo proelio uictum Latinũ, pacẽ cũ Aenea pepigiſſe, filiaeq. affinitate eam confirmaſſe: Altera, cũ inſtructae acies conſtitiſſent, priuſquam ſigna ea canerent, proceſſiſſe. Latinum inter primores, ducemq. aduenarum ad colloquium auocaſſe; ac percunctatum, unde, & quo caſu domo profecti, huc iter habuiſſent, quidq. quaererent. Poſtquam uero audiſset Troianos eſſe, ducem uero Aeneam, Anchiſaeq., & Veneris filium, nouarum ſedium quaerendarum cauſsa illuc ueniſſe, illico foedus inter eos ictum fuiſſe. c Quam iniquam pacem intelligat, dubito, niſi forte ad eam, quam cum Mezentio fecit, reſpiciat, qui poſtea ab Aſcanio fuit interfectus: uel, ut ſit imprecatio amplificata. d Vita. Quod ſic euenit; nam ſecundum proelium, ultimum humanorum operum Aeneae fuit; in quo deſideratus, nuſquam amplius apparuit. e Sunt, qui ſcribant eum ad Numicum flu. ſacrificantem lapſum, nuſquam comparuiſſe amplius: f Nam Numico fluuio hauſtum periiſſe credunt; ſublatumq. deinde, atque ui in uada protectum, medio corpore nudum iacuiſſe, reliquo aquis tecto: ſic, ut effectum ſortita credatur Didonis haec imprecatio dira. Graeci aliquanto aliter hanc hiſtoriam referunt. Aeneas poſt Latini mortem ſuſcepto regno, ad animos gentiũ ſibi conciliandos, Lauiniam urbem aedificare coepit, ac a Rutulis, bello illato, ad propulſandum eorum impetum, in campos exercitum eduxit, ubi a Mezentio, Rutuliſque confoſſus occubuit. Cecidit igitur in media arena, hoc eſt, ut exp. Hort. in proelio, & quidem ante diem. g Id eſt, humo non tectus. Mirum eſt, hoc participium a ſuo uerbo principali, in ſignificatione diſcrepare. cum enim Inhumare, humo tegere ſit, ut ex Plin. lib. 17. patet, ubi ait: Non inhumare taleas, aut ſiccare prius, quam ſerantur, utilius compertum.) tamen participium Inhumatus, ἀταφὸν ſignificat, & terra non contectum: ut h. & apud Cic. de Diuin. Is, cũ eſſet, inquit, proiectus inhumatus, amica eius corpus pallio ſuo texit. Quare fere adducor, ut credam hoc participiũ Inhumatus, nõ a uerbo, Inhumare deriuari, uerum potius per antitheſin a uerbi ſimplicis participio, Humatus, eſſe formatum.

Haec precor: hāc[a] uocē extremā cū sāguine fundo:
Tum uos,[b] o Tyrij stirpem,[c] & genus omne futurū
Exercete[d] odijs, cineriq.[e] haec mittite nostro
Munera: nullus amor populi, nec foedera[f] sunto.
Exoriare aliquis[g] nostris ex ossibus ultor,
Qui face Dardanios, ferroq. sequare[h] colonos.
Nunc,[i] olim, quocumque dabunt se tempore uires.
Litora litoribus contraria, fluctibus[k] undas
Imprecor; arma armis pugnent, ipsiq.[l] nepotes.
Haec ait,[m] et partes animum uersabat[n] in omnes,
Inuisam quaerens quamprimum abrumpere[o] lucē.

a Clausula imprecationis, quā suo se sanguine confirmatu ram ait.
b Quasi ad posteros loquitur. infert .n. Genus omne futurum.
c Aeneae posteritatē, Romanis scilicet continuis bellis uexate. d Non modo ad uindictam, sed & ad immortale in Romanos odium suos ciues, & posteros hortatur.
e Mihi mortuae.
f Et certe fuit huic genti postea hoc quasi peculiare, nulla seruare foedera, aut pacta. Quod, & si satis probent adagia, Punica fides, Punica rellgio: non possum tamen, quin Liuij uerba, lib. 1. secundi bel. Pun. hic adscribam: Has tantas, inquit, uiri uirtutes, ingentia uitia aequabant; inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil ueri, nihil sancti, nullus deum metus, nullum iusiurandum, nulla religio, &c.
g Hannibalem intelligit, qui multisq. cladibus afflixit, ac etiam uastauit.
h Odiosa uoce Colonos appellat, ceu aliunde in Italiam appulsos, non indigenas.
i Praesens, futurumq. coniunxit; perinde ac si id quod post aliquot saecula euenturum esset, nunc ipsa in conspectu propemodum habeat. Ita, Iam olim, Latine & uenuste etiam dicimus.
K Infestissimum in Carthaginiensium in Romanos odium amplificaturus Virgilius, Didonem inducit precantem, ut ipsa utriusque gentis elementa, hostilia aliquando moliantur.
l Ipsi quoque nepotes.
m Immanem imprecationem suscipit immanius consilium, s. ut, ablegata nutrice, religionis praetextu sine arbitris mortem maturet. Estq. catastrophe huius tragoediae, longe tristissima. n Vt meditabundi quaerendi alicuius consilij caussa facere solent, o Vitae taedium innuit, quod contra fatorum stamina, e medio ui se tollere conetur.

Tum

Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichaei:
(Nãque[a] suam patria antiqua cinis ater habebat.)
Annam[b] cara mihi nutrix huc siste[c] sororem:
Dic, corpus properet fluuiali spargere[d] lympha,[e]
Et pecudes[f] secum, et monstrata piacula[g] ducat;[h]
Sic ueniat.[i] tuq. ipsa[k] pia tege tempora uitta.
Sacra Ioui Stygio,[l] quae rite incoepta paraui,
Perficere est animus, finemq. imponere[m] curis,
Dardaniiq.[n] rogum capitis permittere[o] flammae.
Sic ait. illa gradum studio[p] celcrabat anili.

a Obiter suam nutricem Sidone mortuam, et sepultam fuisse narrat, & quidem periphrastice.
b Ablegat nutricem, ne quid destinatae morti afferat impedimenti. c Pro, Statue eam hic, adduc eam huc. Transitiuum est: quomodo I. C. quempiam iudicio sisti, dicunt. d Quia diis inferis sacrificantes adspergebantur aqua: ut lib. VI. Spargens rore leui: nõ autẽ abluebant se, quẽadmodũ superis sacra facturi. Atq. hinc est, quod subdit se Ioui Stygio sacra facturam. Vide Macr. l. 3. c. 1. & 3. His coniunge locum illum lib. 2. uers. 617. Tu genitor cape sacra manu, patriosq. penates: Me bello ex tanto digressum, & caede recenti Attrectare nefas, donec me flumine uiuo Abluero. & lib. 8. ubi Misenũ sepelit: Idem ter socios pura circumtulit unda Spargens rore leui. Erat enim XII. tab. lex huiusmodi: Ad diuos caste adeunto: pietatem exercento. Quod ipsum religiosissime Romanos circa deorum sacra obseruasse, ex antiquorum scriptis eruitur. e Id est, aqua, ut saepe monui.
f Hostias furuas, quas Ioui Stygio, id est Plutoni, mactare constituerat. g Sacra expiatoria, aut piacularia sacrificia, quibus litabatur.
h Pro, Abducat; figurate.
i Leui aquae fluuialis adspersione, cum se, tum me purgatura, & piacularibus fabriciis instructa.
K Vt & huic moram iniiciat, iubet se ad sacrificium componere.
l Plutoni; per Antonomasiam; ad summi Iouis differentiam.
m Quia sacris infernis amores, & curas solui credebant. T. ex Silio.
n Ignem, ex Aeneae imagine, ense, uestibus, aliisq. eius rebus ibi relictis, constructum, amorem soluturum esse, a uenefica persuasam se fingit.
o Sinere, igne corrumpi.
p Eleganter autem festinantiam exprimit, quae non re ipsa, sed conatu, & studio celerant gradum. Don. in Eun.

a Festinantem ad mortem Didonē inducit, metu, ne sororis interuentu cōsilium praepediatur.
b Lumina, id est, oculos per synecdochen.
c Ardens moriēdi studium uehementiamque notat.

At trepida,[a] & coeptis immanibus effera Dido
Sanguineam uoluens aciem, maculisq. trementes
Interfusa genas;[b] & pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit[c] limina, & altos
Conscendit furibunda rogos,[d] ensemq.[e] recludit
Dardanium,[f] non hos[g] quaesitum munus in usus.
Hic, postquam Iliacas uestes, notumq. cubile
Conspexit, paullum[h] lacrymis, et mente[i] morata,
Incubuitq. toro, dixitq. nouissima uerba:
Dulces[k] exsuuiae, dum fata, deusq. sinebant,
Accipite hanc animā, meq. his exsoluite[l] curis.
Vixi,[m] &, quem dederat cursum fortuna, peregi:

d Enallage numeri. e E uagina eripit gladium ab Aenea sibi relictum. f Haeret in uirulenta paronomasia.
g Non enim ideo reliquerat eum Aeneas, ut eo in suam necem uteretur Dido. Alludit autem ad Aiacis ensem, quem ab Hectore dono acceperat, quo postea se interfecit.
h Solent enim haec duo plerumque mortem aliquantulum differre, quantumuis sit insanus, & horribilis, qui eam sibi accelerare conatur. Mortis enim horror naturae contraria est: lacrymaeq. ubertim fusae ex affectu cordis penitiori procedunt.
i Ostendit spiritus, & carnis, ut ita loquar, inter se luctam; quod animum non nihil restitantem, mortique moram iniicientem, uocat.
K Pathos, ex sermone ad inanimata conuerso.
l Cruciatus, ac dolores, quibus per praesentem mortem cupit exsui, Curas uocat. m Desperantis uox, significans se non amplius uiuere, sed periisse. Huiusmodi porro loquendi colores passim obuii sunt, apud classicos utriusque linguae scriptores: ut lib. 2. Virg. Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum. Ouid. de Trist lib. Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus: Flammaq. de stipula nostra, breuisq. fuit. Terentianus quoque Menedemus in Heaut. Imo habui, Chreme, ait. Et Cic. coniuratos extremo supplicio affectos, significare uolens, Vixerunt, inquit, isti. Euripid. in Hecuba: καγὼ γὰρ ἦν ποτέ. Vide Chil. Adag.

Et nunc

Et nunc magna [a] mei sub terras ibit [b] imago.
Vrbem [c] praeclaram statui : mea moenia uidi :
Vlta uirum, [d] poenas [e] inimico a fratre [f] recepi.

a Trib. uehiculis animam agi cõtẽdunt Platonici. Primum statuunt caeleste, simplex & purum, nullis elementis uitiatum: alterum aerium & simplex item, sed tamen ex materia conflatum: tertium & ultimum, materiale, ex omnibus simul elementis compositum. Quae insuper sic distinguunt, ut primum uita sine regione instilletur: inde irrationalis item, sed longaeua quae dissoluto corpore, in simplici materia ad certum tempus supersit: ad postremum, cum uita ratione spoliata, una cum corpore dißoluitur. Vnde in prima uita, uehiculo agi uolunt sensum communem quasi in uita ἀπαθῆ: in secũda, passionib. obnoxiũ: in ultima, eundẽ sensum patibilem ac diuisũ, ut loquuntur physici. Iam uero, uehiculum accipiunt, corpus aetherium, immortale animae amiculum, in effigiem humanam se transformans, cum corpori humano insinuatur; rursum, quando auellitur, pristinae figurae restitutum. Quod Zoroaster πνεῦμα uocauit, propter tenuissimã puritatem, quasi nõ corpus, sed spiritus tãtum exsisteret. Sordescit tamen nonnumquã affectibus corporis elementalis, & caliginẽ quodammodo contrahit. Porro Vmbrã animae, ueteres Theologi appellabant, animae idolum: fingebãtq. geminum, unũ ab ipsa, alterũ a mundi aĩa proficiscẽs. Vnde prisci illi Theologi existimabãt, animas quae uiolenta morte e suis corporibus migrarunt, ut nullis piaminib. purgatas, uehementius diuexari perturbationibus: quin posse easdẽ hostes suos infeste insectari, docuerunt. Id quod paullo ante Dido ẽt indicare uisa fuit, uers. 386. ubi ẽt nonnihil hac de re monui. Et hãc uin dictã putabant, non tantũ humanam indignationem surgere, sed ẽt diuinam Nemesin, aut daemones. Hos ueteres sophos secutus hic Maro, in aĩa post fatum ẽt sensum remanere innuit, sub persona Didonis, quae Magnã sui imaginem sub terras ituram aßerit: quam ob id Magnum uocat, quod prima sentiendi natura, atque adeo aliorum sensuum fons sit in anima rationali, quam hic ex Platonicorum, ut dixi, sententia, imaginem magnam uocat. b umbra corporis, post obitum. Ex Ennij opinione, aĩas ad inferos descendere nõ credẽtis, sed tantum quaedã simulacra. Eademq. fuit & Homeri opinio. T. c Praeclara sua opera cõmemorat, quib. se cõsoletur. Decorũ sexus obseruat poeta; neq. n. uiro haec perinde decora esset iactantia: cum alioqui summum sit solatium, sancte inculpateq. uitã egisse. d Sichaeum, a Pygmalione fratre trucidatũ. e nulla. n. auari poena grauior, quam amittere pecuniam, cuius caussa scelus commiserat. f Poetica, sed infrequens locutio, Recipere poenas ab aliquo, pro; Capere de aliquo poenas, aut, in quempiam animaduertere.

Felix,

Felix,[a] heu nimium[b] felix, ſi litora tantum
Numquã Dardaniae tetigiſſent[c] noſtra[d] carinae.
Dixit, & os[e] impreſſa toro, Moriemur[f] inultae?
Sed[g] moriamur, ait; ſic ſic[h] iuuat ire ſub umbras:
Hauriat[i] hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus,[k] et noſtrae ſecum ferat omina mortis.
Dixerat: atque illam media[l] inter talia ferro
Collapſam adſpiciunt comites, enſemq. cruore
Spumantem, ſparſasq.[m] manus. it clamor[n] ad alta
Atria: concuſſam bacchatur fama per urbem.
Lamentis, gemituque, & femineo ululatu
Tecta fremũt:[o] reſonat magnis plãgoribus aether:
Non[p] aliter,[q] quã ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis
Carthago, aut antiqua[r] Tyros, flãmmaeq. furẽtes

a Ex rebus geſtis, praeclareq. conſtitutis, felicitatem ſuã metitur; abſolutã illã quidem, niſi Troianorũ appulſus eam labefactaſſet. b Pathos; a repetitione eiuſdem uocis. c Catullus; Vtinam nec tempore primo Gnoſia Cecropiae tetigißent litora puppes. d Sinecdochicõs, naues intelligit. e Poetice, per ſynecdochen; pro, Ore impreſſa toro. f Principium abruptum orationi Patheticae conuenientiſſimum. Vide Macrob. lib. 4. Sat. c. 2. g Secum prius aliquantum meditata uidetur uindictam: ſed, dum rurſum temporis momento omnia ad mortem opportuna, mutata mente, Sed moriamur, ait. h Haec accipienda, ut pectori enſe admoto ea dixiſſe uideatur. i Periphraſis, q. d. uideat deſuper hunc rogum. K Reſpicit hac atroci antonomaſia, ad conſimilem Dardani perfidiam, ut qui dijs promiſſa non ſeruarit: ſicut Aeneas ſibi fidem coniugij fefellit. l Video aliquos uet. ſ. libros habere Medio, non Media; quod fortaſſe non fuerit abſurdum conſiderare. nam ſi exp. Medio ferro collapſam inter talia uerba: ſententia non erit inuenuſtior, meo quidem iudicio, quam ſi Mediam inter talia uerba ferro collapſam, exponas: nec quoque, ſi ſeruata uerborum conſtructione, Media inter talia uerba collapſam ferro, interpreteris. m Morientiũ more reiectus. n Innuit Carthaginis direptionem, a Scipione Aemiliano tertio bello Punico factã. o Metaphora hyperbolica, ab aĩali ad nõ animal. p Hom. Il. 200. q Quaſi dicat, nõ minor fuit luctus, aĩo. ũq perturbatio, ex unius Didonis morte, quã ſi aut Carthago, aut Tyrus, hoſtiũ manib. capta, exciſaq. fuiſſet. r Addit, Antiqua, uel ut inde deductã ſignificet Carthaginienſiũ coloniã: uel, ut uetuſtatẽ eius indicet.

Culmina [a] perq. hominum uoluantur, perq. deorū.
Audijt [b] exanimis; trepidoq. exterrita cursu,
Vnguibus ora soror foedans, [c] & pectora pugnis,
Per medios ruit, [d] ac morienem nomine [e] clamat:
Hoc illud [f] germana fuit? me fraude [g] petebas?
Hoc [h] rogus iste mihi, hoc ingens, araeq parabāt?
Quid primum [i] deserta querar? [k] comitē ne sororē
Spreuisti moriens? eadem me ad fata uocasses:
Idem ambas ferro dolor, atq. eadē hora [l] tulisset.
His etiam struxi [m] manibus, patriosq uocaui
Voce deos, sic te ut posita [n] crudelis abessem?
Exstinxti [o] te, meq. soror, populumq., [p] patresq.
Sidonios, urbemq. tuam. date, [q] uulnera lymphis
Abluam; [r] et, extremus si quis super halitus errat,
Ore legam. [s] Sic fata, gradus [t] euaserat altos;

a Per tecta domorum, et templorum. b Tragicū hoc negotiū decore amplificat, & miserabili sororis luctu, quam prae ceteris grauius affici conueniebat. c Cruētās: a sororis gestibus; pathos mouet. d Concitatum adeo sororis animum rei nouitate coarguit: adeo ut non occurrat, quid prius, quid posterius facere debeat. e Si qua s. mēs adhuc, aut uitalis spiritus insit corpori, ut signum edat: quod nulla ratione conuenientius elici, quā proprij nominis appellatione potest; adeo ut & semianimes per hoc uitae argumentum prodant. Hinc illae inclamationes, & conclamationes apud ueteres in funeribus sollemnes habebantur, quod uitalis spiritus interdum conclusus adhuc etiam uiuos fallere soleat.
f Querellis patheticis, sed superuacaneis, extremam catastrophen absoluit. g Vt s. rogum, sacrorum praetextu, in quo tu perires, exstruerem?
h Querulae Annae oratio, quae mortis caussam in se transfert.
i Pathos; ab addubitatione, de quo Macrob. Sat. lib. 4. c. ult.
K Quidam sic exp. Querar ne, quod comitem sororem spreueris?
l Abstulisset me tecum, quae non debebam tibi superstes esse.
m Subaudi, rogos. n In tali furore uersante.
o Syncope. p Senatum Carthaginiensem.
q Permittite: aut, date aquam. r Pro, ut abluam.
s Ore admoto excipiam halitum, aut uidebo, num spiritus, aut anima ex ore proficiscatur. t Rogi: nam pro mortuorum dignitate rogus exstruebatur altior, aut humilior.

Semianimemq. sinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu, atq. atros siccabat ueste cruores.
Illa [a] graues oculos conata attollere, rursus
Deficit: infixum stridet sub pectore uulnus.
Ter [b] sese tollens, cubitoq. innixa, leuauit:
Ter reuoluta toro [c] est; oculisq. errantibus alto
Quaesiuit caelo lucem, ingemuitq. reperta. [d]
Tum Iuno [e] omnipotēs, [f] lōgum miserata [g] dolorē,
Difficilesq. [h] obitus, Irim [i] demisit olympo,
Quae luctantē [k] animā, nexosq. [l] resolueret artus.
Nam, [m] quia nec fato, merita [n] nec morte peribat,
Sed misera ante diem, [o] subitoq. accensa [p] furore;
Nondum illi flauum Proserpina [q] uertice [r] crinem

a Hypotyposis morientis Didonis. b Ser. existimat hic ad tria bella Punica alludi, quod ter rebellarint Carthaginienses, et ter etiam deuicti sint. c In torum, octauo casu. d Donatus legisse uidetur Repertam; quomodo & ego uidi scriptum esse in duob. uet. l. Nec uidetur repudianda lectio, cum similem habeamus apud Cic. in Catone Maiore; ubi sic legitur: Senectutem ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. e s. supera & pronuba, non inferna, ut Ser. putauit. f Physica ratione Omnipotentem appellauit, quod aeri, quo uiuimus, praesidere fingatur. g Eius miserta fingitur Iuno, quod religiosissime semper eam coluerat. h quia non natura, non fato, sed casu perierat. i Thaumantis filiam, quam poetae Iunonis nunciam appellant: propterea, quod Arcus caelestis, qui per hanc significatur, pluuias denunciet. Cuius caußam, Aristot. in 3. Meteor. esse ait, radium solarem cauae nubi immißum, qui repulsa acie in solem refrāgitur: quamuis Suidas, Hesiodus, & Posidonius, aliter de hac sentire uideantur. Plato sane in Cratylo, Irim ἀπὸ τοῦ εἴρειν, dictam putat, quod .s. deorum internuncia sit, & fere ad discordiam serendam mittatur; ut Mercurius ad pacem conciliandam. K Mittitur Iris ad diuellendam e corpore Didonis animam. l Expolitio, ut uidelicet animam artubus innexam solueret. m Vide Gell. l. 13 c. 1. et Coel. l. 21. c. 4. n Pro, naturali. o sub. a dijs destinatum, quem fatalem uocant, quemq. uiolenta morte occupauit. p Ellipsis, uoculae Perijt. q Cereris filia, Plutonis siue Ditis uxor. r Sumptum ex Alcesti Euripidis, teste Macrob. lib. 5. c. 7. Vide Homer. Iliad. Ψ. & Ouid. lib. 3. Metam. Et sectos secum imposuere capillos.

Abſtulerat, Stygioq. caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis [a] per caelum roſcida [b] pennis,
Mille [c] trahens uarios aduerſo ſole colores,
Deuolat, & ſupra caput [d] adſtitit. hũc [e] ego [f] Diti
Sacrum iuſſa [g] fero, teq. iſto corpore ſoluo.
Sic ait, & dextra crinem ſecat: omnis & una
Dilapſus [h] calor, [i] atque in uentos [k] uita receſſit.

a Homer. Il. 163. b Roſcidã appellat, quod ex humore nata ſit. c Amplificatio colorum Iridis, ab additione numeri certi, pro incerto. d Propter crinem, quem ibi ablatura eſt: uel quod uita, ſecundum quoſdam, in cerebro ſita ſit. e Crinem. ſ. f Plutoni ac Proſerpinae. g A Iunone. h anima recedente, corpus friget. Vitam autem pro anima poſuit, ut l. 4. Geor Tenues naſcentem accerſere uitas. i id eſt, uita; quam quidam a corde ad cerebrum uſq. protendere uoluerunt. K Peruenuſte hic ait, uitam id eſt, animam in uentum abiiſſe, quod Latinis proprie Anima uentum ſignificet: atq. ipſa uitalis anima, quae uegetat corpus, uento comparatur, quod ceu uentus e nexu corporis euolet. Quemadmodum & hic, Didonem dilapſam in uentum, ac ceu furtim, nemineq. praeſentiſcente ex oculis in auram euanuiſſe, canit. Vbiq. ſ. ſibi conſtans, ac ex Platonicorum ſententia animae mortalitatem adſtruens, quam Epicurei, aliiq. nonnulli, una cum corpore interire, docebant.

DIDONE. MORTVA QVID. ACCIDERIT

Didone fatis perfuncta, mox ab Iarba Getulorum rege, Carthago occupatur. Anna, relicta Africa, in Melitam insulam fugit: ibiq. perhumaniter a Batto rege, qui tum illic regnabat, excepta, biennium habitauit. Verum, cum a Pygmalione, Annae, Didonisq. fratre, ob hospitium Annae praebitũ, bello Battus peteretur, eidẽ suadere coepit, ut alio se cõferret. Illa, naui conscensa, recto cursu in agrum Laurentum delata fuit: ubi tum, pacata Italia, Aeneas, ductaq. uxore Lauinia, affluentissimis Latinorum opibus imperabat. Offendit hic casu in litore cum uno Achate illum nudis pedibus ambulantem: qui Annam errantem ibi conspicatus, uix sibi credens, eam ipsam esse: tandem & agnouit, & agnitam allocutus est: auditoq. Didonis casu, secum eam in regiam deduxit, ibiq. manere iussit. Verum, cum forte Lauinia uxor, pellicem sibi eam ante oculos adductam, suspicaretur, Annae insidiari coepit. Quae a Didone in somnis monita, ut suspectum hospitium fugeret, per fenestram nocte dilapsa, ad amnem Numicium uenit, ac in eum se praecipitauit. Postridie insanis clamoribus per Laurentem agrum diu quaesita fuit: sed, cum praeter uestigia ad fluuium usque nil appareret, uisa est clamantibus ex fluuio clare respondere: Placidi sum nympha Numici, Amne perenne latens, Anna Perenna uocor. Itaque deinde pro dea coli coepit. Haec ita sufficiant, si prius monuero, plane fabulosam esse hanc, tam ingeniose a summo hoc poeta subtiliterq. excogitatam, tam splendide, atque erudite tractatam, de Aenea, Didoneq. tragoediam: cuius ueram historicamq. narrationem, si quis forte requirat, pag. 349. contextus explanationi insertam, inueniet. Hoc amplius, apud Ausonium, & Marullum, prosopopoeiam Didonis legere est, quam uterque luculentissime ex uetusto quodam Graecorum, εἰς τὸν εἰκόνα Διδοῦς, epigrammate, in linguam Latinam transtulit.

AENEI-

AENEIDOS·LIB·V

ARGVMENTVM

Aeneas, relicta Carthagine, in Italiam nauigans, ui tēpestatis in Siciliam defertur: ubi ab Aceste benigne exceptus, manibus Anchisae patris, quem superiori anno, eodem die, apud Drepanum sepeliuerat, anniuersarium sacrum facit, ludosq. ad tumulum eius instituit, suaq. uictoribus praemia decernit, nauali certamine uincit Cloanthus: Euryalus, Nysi dolo, cursu superat: Entellus senex, Daretē iuueniliter se iactantem, caestu uincit: sagittandi peritia superat Eurytion. prima tamen praemia, aetatis, dignitatisq. habita ratione, Acestae decernuntur, cuius sagitta in aerem emissa subito exarserat. Ascanius, in honorem Anchisae aui, cū primae nobilitatis pueris, equestres ludos, pugnamq. imaginariam exhibet. Interea Troiae mulieres, hortatu Iridis, longaeq. nauigationis taedio, ignem in classem coniiciunt, quattuorq. naues exurunt: ceterae, subita a Ioue immissa pluuia, incendio sunt ereptae. Nocte sequenti Anchises, Aeneae, filio in somnis apparens, Iouis uerbis admonet, ut Nautae consilium secutus, mulieres, imbellesq. senes in Sicilia relinquat: ipse cū iuuentutis robore, integraeq. aetatis flore in Italiam nauiget, Sibyllaeq. in primis antrum adeat: illius cum ductu ad se in campos Elysios esse peruenturum, ubi & posteritatis suae seriem, omniumq. instantium bellorum discat euentum. monitis itaque paternis morē gerens Aeneas, opidum in Sicilia condit, nomine Acestam. eo & matrum, & senum bello inutilium coloniam transscribit: ipse cū exercitus robore Italiā petit. Interim Neptunus, Veneris precibus exoratus, nauiganti Aeneae mare tutum praestat. Palinurus in tanta securitate somno succūbens, una cū gubernaculo in mare excutitur, eiusq. uicem supplet Aeneas. Atque haec quidem, summa est narrationis lib. v. cuius hypothesis, ex Homeri Iliados lib. XXIII. sumpta est, ubi, post interfectum singulari certamine Hectorē, Achilles Patroclo, amico suo cōiunctissimo, paullo ante ab Hectore caeso, magnificentissimum funus curauit, ludosq. & omnis generis, ut hic, certamina, instituit: nisi quod pro nauali certamine, equestre proelium; pro caestuum certamine, luctam instituisse Achillem, narrat Homerus.

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

NAVIGAT [a] Aeneas; Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios, una hospes Acestes:
Ludos ad tumulū faciunt; certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens delapsa [b] sagitta.
Iris, anum Beroen [c] habitu mentita senili,
Incendit naues, subitus quas uindicat imber.
In somnis, pater Anchises, quae bella gerenda,
Quoq. duce ad manes poßit descēdere [d] monstrat.
Transscribit matres urbi, [e] populumq. uolentem:
Et placidum [f] Aeneas Palinurū quaerit in undis.

a Hūc uers. nōnulli sextū faciunt.
b Al. Allapsa.
c Al. Iris nutricem habitu. Sed nō placet. Nōnulli, Iris tū Beroen.
d Al. narrat.
e Al. Vrbi matres.
f Al. placitum.

ALIVD. INCERTI

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aenean: tumuloq. patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum: Somnus Palinurum mergit in undis.

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

Manibus ad tumulum quincto celebrātur honores.

ALIVD

Quinctus habet ludos, & claßem corripit ignis.

ALIVD

Quinctus habet uaria tumuli spectacula patris.

Elegans hic liber est, & si minus quā ceteri, elaboratus. Continet ēt puerilis aetatis ludos, quos Homerus omisit. Forte, quod illic in armis; hic in otio: illic ad tumulum Patrocli admodum nuper ab Hectore caesi, hic ad Anchisae fato defuncti tumulum, exacto anno, maxima oīum Troianorū laetitia, sollēnes ludi celebrantur. Quare hic in publico, cōiq. ludorū gaudio, omnis aetatis mortales introducere uisum est.



NTEREA [a] medium [b] Aeneas iam classe tenebat
Certus [c] iter, fluctusq. atros [d] Aquilone secabat, [e]
Moenia [f] respiciens, [g] quae iam infelicis Elisae
Collucent flammis, [h] quae tantum accenderit ignem
Caussa, latet: duri [i] magno sed amore dolores
Polluto, notumque, furens quid femina possit,
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
Vt [k] pelagus [l] tenuere rates: [m] nec iã [n] amplius ulla
Occurrit tellus; maria undique, & undiq. caelum;
Olli [o] caeruleus [p] supra caput adstitit imber,

a *Dum ista Carthagine geruntur in luctu publico, et funus reginae curatur, exsequiaeq. parantur.* b *Inter Africam, et Siciliam erat, quae prima insularum in mari mediterraneo, Italiam petentibus occurrit.* c *Nauigandi in fatalem terram; a qua multis magnisq. tempestatibus septem fere annos, fuerat exclusus.* d *Ingruente a Septentrione procella, per quam Italiam consequi non poterant: uel, atros uento, ut ex specie genus intelligatur.* e *Nauigabat; per periphrasin.*
f *Carthaginiensium.* g *Eorum more, qui dulcem aliquem locum relinquere coguntur, quem numquam amplius sint reuisuri.* h *Incendio pyrae, in qua Didonis corpus cremabatur.* i *Non temere esse cogitabant Troiani, tantum ignem in urbe Carthagine lucere: sed cum apud se consideraret, quam indigne regina Aeneae fugam tulerit, & quam perdite eũ adamarit, facile ex antecedentibus quid lateat, augurabantur.*
K *Vbi altum ten. procul a litore prouectae.*
l *Maris profundum, a πελαγίζειν, aestuare, exundare; figurate pro, mari; sicut Rates, pro, nauibus, ponuntur.*
m *Improprie: non enim sunt naues hae, Rates: sed ex ratibus fabricatae,*
n *Homer. Odyss. 12. & uide Macr. l. 5. Satur, c. 7.*
o *Antistoechon est, robustioris soni gratia sic a poetis usurpatum.*
p *Caerul. pro nigro hic usurpatũ Tur. existimat, ut Gr. κυάνεον, dicunt. Hort. colorem uiridiorem, qui Glaucus dicitur, hic intelligi mauult: quem Latini ueteres, a caeli colore, Caesium appellarunt; tametsi caeruleum albo commistum, sua temperie, Glaucum efficere putent nonnulli: perinde, ut fului, & nigri temperamento, uiridis color miscetur.*

a Tenebras, & tempeſtatẽ inducens. b Horrorem nauigantibus incuſſit, & cum imminentibus tenebris ſẽper augmentatus fuit: notum eſt.n. tranquillo caelo animũ

Noctẽ,[a] hiemẽq. ferẽs, et inhorruit [b] unda tenebris.
Ipſe [c] gubernator [d] puppi [e] Palinurus ab alta:
Heu [f] quianam [g] tanti cinxerunt aethera [h] nimbi?
Quidue pater [i] Neptune paras? Sic deinde locutus
Colligere [k] arma [l] iubet, ualidisq. incũbere remis,
Obliquatq. ſinus [m] in uentum, ac talia fatur:
Magnanime Aenea, non,[n] ſi mihi Iuppiter auctor
Spondeat,[o] hoc ſperem Italiam contingere caelo.
Mutati [p] trãſuerſa [q] fremũt,[r] et ueſpere [s] ab atro[t]
Conſurgunt uenti; atque in nubem cogitur [u] aer.

ad ſerenam, nubilamq. lucem, & ingruentem noctem, aliter atque aliter affici. Quare & de rebus laetioribus, lucem: contra, de triſtiorib. noctem oboriri, dicere ſolemus. c Emphaſis. d Horroris ab inſurgente tempeſtate amplificatio a perſona Palinuri gubernatoris, qui, cũ trepidus deorum opem implorat, colligereq. uela tumultuarie imperat, omnem potiundae telluris optatae ſpem abijcit, niſi numinis alicuius fauore uertantur in melius uenti. e Qui locus gubernatoris eſt, clauum tanentis.

f Proſopopoeiam Palinuri ad Neptunum affingit, ad praeſentis diſcriminis amplificationem. Ellipſis eſt, uerbi, Fatur, Inquit, aut ſimilis alicuius uerbi. g Pontanus, Qui nam, legen. putat. Ser. tamen hanc lectionem agnoſcit; pro, Cur, interrogandi aduerbio. Et ſic ſcriptum uidi in 5. ſ. l.

h Nubes atrae, unde pluuiae oriuntur. Variae autem ſignificationis eſt, Nimbus, quas ſubinde, dum ferret occaſio, explicui. i Verecunda, ac modeſta expoſtulatio. K Vela contrahere, non penitus deponere. infert .n. Obliquatq. ſinus in uentum. l Quae Graeci, ὅπλα, dicunt.

m Velorum ſcilicet, q.d. Vela obliqua tendit. n Deſperationis plena oratio, qua ſignificat, tali aeris conſtitutione ſe in Italiam peruenire non poſſe. o Impoſſibilitatem, ſiue τὸ ἀδυνατον amplificat.

p Deſperationis cauſſa erat, tranſuerſus ab occaſu uentus.

q Enallage partium orationis; pro, Tranſuerſim.

r Elegans; ſed remota metaphora eſt, ab animali ad non animal.

ſ Ab occaſu: illi.n. uenti natura pluuij ſunt, ut Auſter, qui tepidus eſt.

t Ac proinde turbulento, & tempeſtuoſo.

u Congregatur. nam ex aere in liquorem coacto, aut ex liquore in ſublime eleuato, nubes gigni, exiſtimant phyſici.

Nec

Nec nos obniti [a] contra, nec tendere tantum
Sufficimus. [b] superat quoniam fortuna, sequamur: [c]
Quoq. uocat, uertamus iter. nec litora longe
Fida [d] reor fraterna [e] Erycis, portusq. [f] Sicanos:
Si modo rite memor seruata [g] remetior astra. [h]
Tum pius Aeneas: Equidem [i] sic poscere [k] uentos
Iamdudum, & frustra cerno te tendere [l] contra;
Flecte [m] uiam uelis, an sit mihi gratior ulla,
Quoq. magis fessas [n] optem dimittere naues,
Quã quae Dardaniũ [o] tellus mihi seruat Acesten,
Et patris Anchisae gremio complectitur [p] ossa?
Haec ubi dicta, petunt portus, & uela [q] secundi
Intendunt zephyri. [r] fertur cita gurgite [s] classis:
Et tandem laeti notae [t] aduertuntur arenae.

a Non ualemus obniti remis, neque tendere uelis aduersus insurgẽtem procellam. Vnde infert necessario, superãtis fortunae arbitrio nauim esse permittendam. b Hoc est, non satis sumus, aut nõ ualemus tãtum. Peruenuste, si Italici sermonis proprietatem inspicias. c Neque enim cum ea pugnandum. d Propter Acestis affinitatem. e Propter Erycem, Veneris, & Butae filium, fratrem Aeneae ὁμομήτριον. f Per epexegesin; ostendit, quae litora intelligat. Porro, de portu Sicano, supra notaui nonulla, pag. 339. Hic autem aduerte primam huius uocis syllabam communem esse. g Obseruata. h Ad quorum obseruationem nauigatur: de quibus uide Arat. in Phaenom. i Consilium Palinuri approbat Aeneas tribus de caussis, quae clarae sunt. K Vt Sicilia propter occiduum uentum petenda sit. A necessario. l Cum uento aduerso obluctari: ut supra, Nec nos obniti contra, nec tendere t. Sufficimus. m Nauiga obliquatis uelis in Siciliam. n Pro, Fessos socios; per metonymiam.
o Natum Egesta, Hippotis Troiani filia. p Imitatur Lucr. l. 1. Morte obita, quorum tellus complectitur ossa. Vide Macr. Sat. l. 6. c. 1.
q Prosperi nunc, uersis, flexisq. in Siciliam uelis, qui antea in recto cursu ab occasu transuersi, nauigantes ab Italia disiiciebant.
r Occidentalis .n. uentus est zephyrus, Euro perinde ad ortum oppositus ut Septemtrionali Boreae Notus a meridie flans.
s Mari profundo; per Tapinosin.
t Pro, Ad notam arenam, Siciliam scilicet, quae nota erat; nam superiori anno in ea patrem Anchisen sepelierat Aeneas.

At[a] *procul excelſo*[b] *miratus uertice montis*
Aduentum, ſociasq. rates, occurrit Aceſtes,
Horridus[c] *in iaculis, & pelle*[d] *Libyſſidis*[e] *urſae:*[f]
Troia[g] *Criniſo*[h] *conceptum flumine mater*
Quem genuit. ueterum non immemor ille parentũ
Gratatur[i] *reduces,*[k] *& gaza*[l] *laetus*[m] *agreſti*[n]

a *Sternit uiã ad congreſſum Aceſtis & Aeneae, quorũ illum uenationi per occaſionẽ operã dantem inducit: unde ab habitu uenationis decore eũ circũſcribit.* b *Aptiſſime hoc. nã, unde praeſentius, quã e ſummo mõte ſubiectũ mare cõtempletur Aceſtes? ut ſic Aeneae claßem aduentantem conſpiceret? Porro ex hoc loco, ſatis conuincitur, quod aperte Dionyſius ſcribit, Drepani eum appuliſſe: quae Siciliae pars montoſior reliquis exſiſtit.* c *Admirandus aut horribilis in iaculis.* d *Solent aũt heroes antiquitus ferarũ pellibus praecipueq. leonũ aut urſorum, delectari, ijſdemq. amiciri, ut apparerent horribiliores, ut Alexander Neapolit. lib. VI. c. 26. meminit. Et legimus l. 2. ſupra, Aenean, cum patrem efferre decreuiſſet, primum ſe leonis pelle instrauiſſe. Et hodie paſſim in Germania, alijsq. locis nonnullis mos eſt, ut nobiliores pellibus, uel lupinis uel urſinis ueſtiantur: fortaſſe ut priſcorum habitum imitentur, qui initio animantium pellib. pro indumentis utebãtur. Quin & Gen. 3. legimus, huiuſmodi tunicas ex pellibus factas, protoplaſtis primum datas, in uſum neceſſarium Poſtea in delicijs, tum claris uiris, tum uenatoribus, eſſe coeperunt pelles.* e *Patronimicõs, pro Libycae dixit: quod urſis alijsq. feris abundaret Libya. Miratur Plinius, cum in annalib. proditum ſit, Domitium Ahenobarbum, aedilem curulem, urſos Numidicos C, & totidem uenatores Aethiopas in circo dediße, Numidicos dictum fuiſſe: cum, in Africa urſos non gigni, conſtet.* f *Hoc eo dictum Tur. exiſtimat, quod feris abundet Libya, ac ideo pulcherrimae pelles inde afferebãtur.* g *Pro, Troiana: Aceſtem.n. ex Egeſta uirgine Troiana, & Criniſo, Siciliae fluuio, prognatũ ferut.* h *Sunt qui hunc flu. Crimniſum uocent, ex uet. librorũ auctoritate.* i *Pro, Gratulatur, ueteri obſoletoq. uerbo, ut ſupra Dido, Gratarc ſorori, l. IV. uerſu 478.* K *Incolumes poſt annum redditos.* l *Barbara lexis: Perſicum.n. uocabulum eſt, quo omnis opulentia ſignificatur.* m *Gaudens eos adueniſſe, praeſenti fortuna eos excipit. Vel exp. Laetus.i. inter ſuos ob regni nouitatem in magno honore habitus.*

n *Hinc ſatis colligere eſt, ea tempeſtate regni Siculi munimenta fuiſſe admodum tenuia. Nec tamen hoſpitis humanitatem aſpernatus eſt Aeneas.*

Excipit,

Excipit, ac fessos opibus[a] solatur amicis.
Postera[b] cum primo stellas oriente[c] fugarat
Clara dies, socios[d] in coetum litore ab omni
Aduocat Aeneas, tumuliq. ex aggere[e] fatur.
Dardanidae magni, genus alto[f] a sanguine diuũ,
Annuus[g] exactis completus mensibus orbis,
Ex quo relliquias,[h] diuiniq.[i] ossa parentis
Condidimus terra, maestasq.[k] sacrauimus aras.
Iamq. dies, ni fallor,[l] adest, quẽ semper[m] acerbũ,
Semper honoratum[n] (sic dij uoluistis) habebo.

a Quidam leg. hic Dapibus, pro Opib. quod in superiori uersu Opes complexus sit.

b Decori hic, ut ubique memor Virg. omissis ijs, quae otiose referentur, de Acestis humanitate, conuiuio, & id genus obuia beneuolentia; tum, quod ad hospitem Troiani sanguinis diuertat; tum etiã, quod ab eodem superiori anno summa cum humanitate exceptus fuerat, transit ad parasceuem sacrorum anniuersariorum patris, & certaminum publicorum, quae ex more ad mortuorum busta celebrabantur: auspicaturq. a temporis matutini descriptione periphrastica.

c effecerat, ut abijsse uiderentur: quae tamen semper fixae sunt.

d Militari more in concionem uocat eos, ut pronunciaret, quibus studijs aliquot dies essent transigendi.

e Lapidum aut terrae coaceruationem, qua tumulus muniretur, Aggerem hic uocat, ex quo Aenean ad Troianos loquentem inducit.

f A nobilitate & splendore gentis Troianae beneuolentiam capit. Priamus .n. & Anchises genus suum ad Iouem referebant.

g Anni periphrasis, qui ex XII. mensibus in orbem reuolutis constat.

h Vtrãmque, ut alibi monui, historiam adstruit, & eorum, qui Anchisen in Sicilia fato defunctum uolunt, & qui in Atho monte: unde, concremati ossa & cineres, quae Relliquias uocat, in Siciliam portasse, ibiq. condidisse, uideri potest.

i Dijs cari, & in felicium animorum coetum translati.

K Pro, nos maesti ob carissimi patris interitum, illi, ceu deo, aras consecrauimus, ad quas sacrificemus nunc.

l ob confusionem anni, quae erat apud maiores.

m Ob amissi parentis memoriam. Pietatis enim liberorum est, parentum mortem luctu prosequi.

n Anniuersaria memoria, propter eius apotheosin.

Hunc ego Getulis [a] agerem si [b] syrtibus exsul, [c]
Argolico ue [d] mari deprensus, & urbe [e] Mycenae:
Annua uota [f] tamen, sollemnesq. [g] ordine [h] põpas
Exsequerer, struueremq. [i] suis [k] altaria donis.
Nunc ultro [l] ad cineres, ipsius & ossa parentis,
Haud equidẽ sine mente reor, sine [m] numine diuũ,
Adsumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo [n] agite, & cuncti laetũ [o] celebremus [p] honorẽ:
Poscamus uentos: atq. haec [q] me sacra quotannis

a Epitheticῶς pro Libycis, a parte totum intelligẽs: sunt enim Libyae oppositae syrtes duae dispari magnitudine, pari tamen periculo: sic, ab attracta in cumulum arena, dictae: quibus modo rursus dispulsis eadem loca sunt in profundum praecipitia, adeo ut naues illapsas, suis uorticib. in gyrũ actas, absorbeant. b Amplificatio a maiori ducta a loci circumstantia. c Ad maiorem amplificationem addit calamitosae fortunae uocabulum Exsul. d Ionio. Plus id, quam in syrtibus. significat enim, etiamsi inter medios hostes esset, illum se diem festum, uel inuitis hostibus habiturum. Nec ab re Argolicum dicit, uolens infestissimorum hostium, ad Troiam ducum, patriam innuere. Et ut ad summum progrediatur, addit ipsas Mycenas, ubi ipse Agamemnon imperarit. Distabant autem Mycenae ab Argis, VI ∞. DCCC. passibus. e Singulari numero ait, Mycenae, pro, Mycenarum: ut Mycene, es. f Complosio exsta, geminata syllaba. g Epexegesi declarat, quae uocet Annua uota. h πόμπας Graeci, missiones exponunt, a πέμπω. Latinis porro hac uoce signatur, omnis sollemnis apparatus ad ostentationem & triumphi speciem. Vnde ludorũ, spectaculorum, sacrificiorum sollemnes, Pompae dicuntur, ἀπὸ τοῦ πομπεύειν. i. triumphare. i Pro, Instruerem. Est autem periphrasis uerbi, sacrificare: q. d. mactarem ad eius altaria hostias, ut diuo. K Congruis: uel, sibi debitis. l Praeter nostrum consilium, cum iter esset in Italiã. Quare addit, Haud equidem sine mente reor, sine n. diuum; ut scilicet, anniuersarium sacrum patri facerent. m Vide Chil. Adagior. cap. Non sine dijs. n Epilogus constans exhortatione ad sacra concelebranda. o Pro, Laeti celebremus. p non dicit, exsequias: uult. n. quasi a numine uentos posci. Vnde uentorum potestatem Anchisae h. tribui, Lactant. auctor est. q id est, rogemus, ut hic urbe felicib. auspicijs condita & templo Veneri genitrici, id genus sacri quotannis sibi fieri patiatur; ut. s. pro numine cultus, diuinos honores boni consulat.

Vrbe[a] uelit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina[b] boum uobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naues.[c] adhibete[d] penates
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.
Praeterea, si nona[e] diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radijsq.[f] retexerit orbem,
Prima citae[g] Teucris ponam certamina classis.
Quiq. pedum cursu ualet, & qui uiribus[h] audax:
Aut iaculo incedit melior,[i] leuibusue sagittis;
Seu crudo[k] fidit pugnam committere caestu,[l]
Cūcti adsint, meritaeq. exspectēt praemia palmae.

a Vrbē intellige, quā in Sicilia cōdidisse fertur, non eā, quā in Italia de Lauiniae nomine statuisse memoriae proditur.
b Singulis nauib. duos boues sua liberalitate donat Acestes rex. c Dat in naues, Latine dixit, eadē forma, qua Plaut. Aulul. Nummos in uiros distribuere. d Tum Troianos, tum Siculos, idq. uel propter communem patriam, uel, quod loci genij sint. his inter epulas sacrificari uult, ut moris fuisse quibusdam in locis priscis mortalibus comperio: & sane l. 3. Aen. idem fecisse Aenean in Strophadib. insulis legetis. e Alludere uidetur ad sacrū nouēdiale, in funerib. potētiorū fieri solitū. Vbi, primo die, mortuus domū suā referebatur, ac ibi aē dies 7. asseruabatur: octauo cremabatur: nono reliquiae sepeliebātur. Vnde, Pulueres nouēdiales apud Horat. & feriae inde Nouēdiales appellabantur, quod antiquitus nono quoq. die ad nouendialia sacrificia cōueniretur: nimirū ad sepeliendū mortuū aut foris, aut aliquādo domi suae. Vnde consuetudo irrepsit, ut dij penates in priuatis domibus colerētur. f Copia. g Velocioris nauis. h Hoc nōnulli ad pedū uelocitatē referunt: quā recte, aliorū esto iudiciū. Ego sane, si, quod sentio, proloqui liberū est, non dubitauerim, quin ad caestus certamē referatur, uersumq. ab hoc secundū, Seu crudo &c. huic statim subnectendū esse: quēadmodū, cōsultis uet. libris, cū eius uersus sn̄iam nō satis assequerer, didici. Hoc amplius, quo referāt cōiūctionē Seu, qui prioris sn̄iae sunt, nō intelligo: & in ludorū celebratione caestuū certamen, sagittariorū, ut manifestū est, certamē praecedit. i Praestātior. Vult autē hoc per Endyadin Ser. dictū, pro Iactu sagittarum, ut uacet cōiunctio enclitica Ve. Sed nimis, opinor, durum hoc fuerit. K duro. nam ex crudis boum tergoribus plūbo insuto cōficiebatur. l Clauae genus, pilas plumbeas corio bubulo insutas habens, a caedendo dictū: unde & cum diphthongo scribi debet. nā sine diphthongo, secundi ordinis, zonam illam uirgineam, quam maritus prima nocte dissoluere solet apud ueteres, significat.

Oro

Ore fauete[a] omnes, & cingite[b] tempora ramis.
Sic fatus, uelat materna[c] tempora myrto.
Hoc Helymus[d] facit, hoc aeui maturus Aceſtes,
Hoc puer Aſcanius: ſequitur quos cetera pubes.
Ille[e] e concilio multis cum millibus[f] ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
Hic[g] duo[h] rite mero[i] libans carcheſia[k] Baccho,
Fūdit humi,[l] duo lacte nouo, duo ſanguine[m] ſacro:

a *Tacendi periphraſis, ut ſupra aliquoties monui. Propert. Quiſquis ades, linguis uir mulierq. faue.*

b *Coronate capita frondibus, aut corollis ex arborum ramis contextis.* c *Veneri dicata, forte, quod ex ea, bina olei uiniq. genera fiant. Hort.* d *Anchiſae filius nothus, ut Lycophron ſcribit, qui cum Aceſte rege, in Siciliā miſſus eſt, comes Panopes, teſte Virg. hoc ipſo lib. Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymusq. Panopesq. Aſſueti ſiluis, comites ſenioris Aceſtae.*

e *Aeneas.* f *Numeri amplificatio decora.* g *Homer. Il. 250.*

h *Cur ex ſingulis duo, & cur unum, pro unius anima, non ſufficiat, rationem adferunt, quod duabus partibus homo, anima. ſ. & corpore, hoc corruptibili, illa immortali, conflatus ſit. Sed confer, obſecro, cum hoc loco uerſ. 305. lib. 3. Aen. ubi Andromache uni Hectori geminas aras ſacrauerat. Opinor equidem rationes non admodum obuias eſſe, etſi per ſe facillimae uideantur.*

i *Puro uino, non diluto, per metonymiam.*

K *Poculi genus, quod Graecis tantum notum fuiſſe exiſtimant, procerum & circa medium nonnihil compreſſum, mediocriterq. anſatum, uerum anſis a ſummo ad infimum pertingentibus, Aſclepiades a re nautica uocis etymon deductum arbitratur. Vide plura apud Macrob. l. 5. c. 21. Athenaeum l. 11. deinde Crinit. & Bayſium. Polluc. l. 1. Onomaſt. Apollonij ſcholiaſt. l. 1. Argon. Heſych. & Sophoclem. Pherecydes ſcribit, Iouem pro mercede concubitus Alcmenae aureum carcheſium dediſſe.* l *Fundi inferias ſignif. quas Gr. χοὰς, uocant. T.*

m *uictimarum. Porro, quare ſanguine, lacte, & uino Anchiſae parentatum ſit, has adfert rationes Hort. ut. ſ. per uinum diuinitatem, per lac caeleſtis animae puritatem, per ſanguinem, hominem aliquando mortalē fuiſſe, ſignificent. Romulum tamen lacte, non uino, libaſſe, Plin. l. 14. c. 12. auctor eſt. Numae regis etiam lex Poſtumio huiuſmodi lata eſt: Vino rogum ne reſpargito. Quod tamen ſanxiſſe illum, propter rei inopiam, notiſſimum eſt. Eadem lege, ex imputata uite libari uina dijs, nefas ſtatuit.*

Purpureosq.[a] iacit flores, ac talia fatur.
Salue[b] sancte parens, iterum[c] saluete recepti[d]
Nequidquã cineres,[e] animaeq.[f] umbraeq. pater- (nae;
Non[g] licuit fines Italos, fataliaq. arua,
Nec tecũ Ausoniũ, quicũq. est, quaerere[h] Tibrin.
Dixerat haec: adytis[i] cũ lubricus anguis[k] ab imis
Septem[l] ingens gyros, septena[m] uolumina traxit,

a Purpurei caloris rosas: idq. uel propter amabilẽ illius floris speciẽ; uel, quod purpurea rosa, Veneris sãguine tincta, in eius tutela esse credatur: uel etiam, quod, cum sanguinei coloris sit, uita in sanguine esse credatur. b Beneuolentia, a religione, & pietate erga patrem. c Ser. post Iterum censet distinguendum: quod, cũ sepeliret eum, dixerit Aeneas, Salue, & uale. d Alludere uidetur ad historiam Diomedis, qui cineres Anchisae, ablatos, restituere postea oraculo monitus fuit. e Hic iterum respicere uidetur ad eorum opinionem, qui Anchisae cineres, ab Aenea in Siciliam delatos, existimant: nisi quis malit hic Cineres, pro ossibus, aut corpore, accipi. Paullo supra tamen, Nunc ultro ad cineres ipsius, & ossa parentis Adsumus: utramque sententiam complectitur. Tametsi nil uetet simpliciter accipere, ut mortuus, crematus, & humatus in Sicilia credatur. f Iamblichus memoriae prodidit, Mercurium scriptum reliquisse, duas homini inesse animas; unam sensitiuam; alteram, rationalem. Quin & quattuor esse in homine animas, uegetatiuã, uitalem, sensualem, intellectualem, philosophi dixere, Vide Coel. lib. 15. c. 23 ant. lect. Porro antiquitus persuasum fuit, mortuorum umbras in sepulcris degere; atque hinc libamina, parentationes, & inferiae, quae sepultorum tumulis inferebantur. g Pathos; aetiologia exornat. h Diserte ait, Quaerere Tibrim, quem septem iam annos per maria, & terras summo studio quaesitum, nondum inuenire potuerit. i Penitissimis sacri tumuli locis; cõponitur hoc uerbum ab α, priuatiua particula, & δύω, ingredior, quasi dicas ἄδυτον, i. inaccessibilem locum. Vnde factũ est, ut pro secretiori loco tẽpli, ad quẽ nulli erat aditus, praeterquã sacerdoti, acciperetur. K Serpens exiuit e tumulo Anchisae, quod fausti, auspicatiq. ominis fuisse arbitrãtur. Porro hoc saepe usu uenisse cõstat, nõ solũ priscis illis tẽporib. ut & apud Sil. e tumulo Murrhi; sed & recẽtiori aetate Lutetiae Parisiorũ, ex Karlmanni, Gallorũ regis, sepulchro. Nasci eos putauit Pythagoras, si quãdo ex sepulcris emicuerit, e spinae humanae medulla putrefacta. l Septẽ ait, ob septenarij perfectionem, & dignitatem. m Pro, septẽ; quod satis familiare est poetis, ut s. numeri specie abutantur.

Amplexus

Amplexus placide [a] tumulum, lapsusq. per aras [i]
Caeruleae [b] cui terga notae, maculosus & auro
Squamam incendebat [c] fulgor: ceu [d] nubibus [e] arcus
Mille [f] trahit uarios aduerso [g] Sole colores.
Obstupuit [h] uisu Aeneas: ille agmine [i] longo
Tandem inter pateras, [k] & leuia pocula serpens, [l]
Libauitq. [m] dapes, rursusq. innoxius [n] imo
Successit [o] tumulo, & depasta [p] altaria liquit.
Hoc [q] magis incoeptos genitori instaurat honores,

a Leniter, benigne, ac minus infeste. b Describit serpentem a colore maculoso, ac in aurum fulgente; cuiusmodi in serpentũ squamis ubique uidere est. c Serpentis descriptionem comparatione ab Iride ducta illustrat, ac uelut ob oculos ponit. d Metaphora, a rei similitudine ducta. e Pro, In nubibus; per Ellypsin. f Certus pro incerto numerus: quod frequens est. g Neque enim umquam, nisi contra Solem oppositus, apparet, nec aliter creari potest, teste Arist. in Meteor.

h Et sane merito: cui enim non monstri simile uideatur, serpentem e terra exeuntem, aras depascentem, rursusq. eodem unde profectus esset redeuntem citra omnem circumstantium laesionem, aut periculum.

i Tractu, ductuq., ut aliquoties supra notaui, et praecipue lib. 3. ad h. uer. Inter opima uirum leni fluit agmine Tibris. Ab agendo scilicet, perquam uenuste dictum. K Non placet, quod hic quidam notat, Pateras has, esse ea pocula, quae paullo ante Carchesia appellata sunt. Nam, si Patera, a patendo denominationem duxit, Carchesiaq. sint pocula procera, & circa mediam partem compressa, ut supra monui, eam expositionem huic loco minime conuenire, quis non uidet? An uero existimare par est, tam ieiunum, uerborumq. inopem fuisse Virgil. ut, in re diuersissima, iisdem uti uocabulis, necesse habuerit? Non arbitror, & satis acta probant. Quin, ut hic supersedeam, affirmare non dubitem, simpliciter, ut aiunt, Pateras hic usurpari, & per Leuia pocula, Carchesia, prius instructa, intelligi.

l Serpens, hic particip. est, non nomen. m Leuiter gustauit.

n Quippe, qui nemini nocuerit.

o Irrepsit in tumulum, ubi hostiae flamma absumpta essent: nisi quis, Depasta altaria, malit intelligere, quasi ipse serpens ea depastus sit.

p Id est, tamdiu permansit, quamdiu cuncta aris superposita flamma consumeret. q Fausto hoc accepto omine Aeneas, parenti ab integro sacrificare aggreditur.

Incertus [a] genium ne [b] loci, famulum ne parentis
Eſſe putet. caedit [c] quinas [d] de more [e] bidentes, [f]
Totq. ſues, totidem nigrantes terga iuuencos:
Vinaq. [g] fundebat pateris, animamq. [h] uocabat
Anchiſae magni, [i] maneſq. Acheronte [k] remiſſos. [l]
Necnon [m] & ſocij, quae cuique eſt copia, [n] laeti
Dona ferunt, [o] onerantq. [p] aras, mactãtq. [q] iuuẽcos.

a Cauſſa ab integro ſacra inſtaurandi. b Vide plurima de his, apud Cenſorin. de die nat. c. 2. ubi cuilibet locum unum tantum genium aßignat: domibus uero coniugatorum binos. Vide ſupra lib. 2. pag. 279. quae de Genijs notata ſunt. c Tur. exiſtimat ſacra, dicta Solitaurilia, hic innui. d Ad numeri quinarij potentiam reſpexiſſe uidetur, quam nonnulli, rerum abditarum obſeruatores, maximam eſſe credunt, nec ſeptenario cedere, quamuis plurima de eo praedicentur. e Homer. Il. 250. f Vide quae notaui pag. 253. de bidentibus. g Hom. Il. 251. h Vel, ut propitia, fauensq. praeſentẽ beneuolentiam, & uota acciperet; uel, Vocabat; pro, inuocabat, tamquam ἀποθεώσει in deos relatam. Porro de ratione conclamandi, & uocandi animas in praecedentibus aliquoties memini. i Hoc cognomento epithetico cenſebantur penates dij Troianorum. K Ab inferis, Acherontem porro unũ ex decantatis illis inferorum amnibus, nemo eſt, qui ignoret: & lib. VI. fuſior de eodem inſtituetur explicatio. l Anchiſae animam ab inferis reuerſam. T. Vide Ser. Credebantur autem manes in ſepulcris infuſis libaminibus uictitare: id quod nunc maxime ueriſimile fuit, cum inde ſerpens erepens, & eodem ſe recipiens, uiſui obiectus fuiſſet. Sed, nil neceſſe eſt, omnia hic phyſice, aut allegorice expendere, ne abſurdae tandem cum ludibrio ſubſultent explicationes. m Principis inde pium exemplum optimi ciues ſequuntur; ac ſummo ſtudio certatim ſuo quiſque munere fungitur. n Alacres, & lubentes. o Dona ferre, hic dictum; pro, uictimas caedere ad aras, quidam uolunt: ſed, non conuenire, duplici ratione conuinci poteſt. Vna, quod praecedat, Quae cuique eſt copia (quod, Dona, pro muneribus oblatis, ſimpliciter accipi, ſatis oſtendit;) altera, quod unum idemq. bis dixiſſe ſuperuacanee, coargui poßet Virgilius: ſubdit enim, Mactantq. iuuencos; quod equidem cõuenĩetius, de uictimis caeſis exponi, arbitror. p Effuſam Troianorum in ſacra, quibus operabantur, liberalitatem, arguit: niſi malis mactatis iuuencis aras fuiſſe onuſtas, ut ſit hyſteron proteron. q Partim in altaribus pro uictimis concremandos; partim in epulis ſeruandos.

Ordine

Ordine ahena [a] locant alij: fusiq. [b] per herbam
Subijciunt uerubus prunas, & uiscera [c] torrent.
Exspectata [d] dies aderat: nonamq. serena
Auroram Phaethontis [e] equi iam luce uehebant:
Famaq. [f] finitimos, & clari nomen Acestae
Excierat. laeto complerant litora coetu
Visuri Aeneadas: [g] pars & certare [h] parati.
Munera [i] principio ante [k] oculos, circoq. [l] locantur

a Ollas, quas Graeci, χύτρας, uocant, ad aquam calefaciendã: ut & I. C. Paull. in L. cum de lanionis. §. Asinam. ff. de fund. instru. scriptum reliquit, his uerbis. Nec multum refert inter cacabos, & ahenum, quod supra focum pendet: hoc. aqua ad potandum calefit: in illis, pulmentarium coquitur. b Antiquam consuetudinem, qua epulum in funeribus, itemq. anniuersarijs sacris heroum dabatur, celebrat: c Assant iuuencorum uiscera. Viscus proprie dicitur, omne id, quod in animantibus sub corio est. Hinc, Viscerari, carnes distribuere: & Visceratio distributio illa carnis, quae in sacris sollemnibus, & clarorum uirorum funeribus fieri consueuit. d Perfectis rite sacris, transit obiter Virg. ad descriptionem temporis matutini, ac diei, in quem certamina pronunciata erant. Homerus uero Achillem suum libando per totam noctem fatigatum, sopori componit: quem deinde suauiter dormientem, ducum, ad tentorium conuenientium, strepitus, e somno excitat. Inde erectum illum sedentem, ac concionantem fingit; & paullo post equestri certamini, propositis praemiis, incumbentem: Virgilius autẽ pro equestri, nauale certamen supposuit; quod iam aggreditur. e Solares equos intelligit. Cur autem Phaethontis appellet, ex Ouidij fabula 2. Metam. clarum euadit. Fingũt enim, Phaethontem, precario Solis patris sui currum regendum accepisse, ac paullo post per gubernandi inscitiam, totum orbem conflagrasse: ipsumq. in Eridanum curru excussum: ob quod sorores eius macrore contabescentes in populos arbores conuersae sunt.

f Homer. Iliad. 252.
g Troianos; per antonomasiam, a duce Aenea.
h Pro, ad certandum; Graeca locutio.
i Quae scilicet uirtutem excitare possent.
K Imitatione Homerica, lib. 23. Iliad.
l Alludit ad Romanorum morem, qui suos circos ludis destinatos habebant.

In medio,

In medio sacri[a] tripodes, uiridesq. coronae,[b]
Et palmae[c] pretium[d] uictoribus, armaq., & [e]ostro
Perfusae[f] uestes, argenti, auriq. talenta:[g]

a Quales sacrari solent. S. Vel, tã pulchri, ut sacros credas. Respicit, opinor, ad Delphicũ tripodẽ, in quẽ Phoebus uaticinatura descẽdebat. Hic autẽ accipi eos putarim, pro illis aerijs, aut mensis tribus pedibus fultis. b Vt rei bellicae, sic & certaminum publicorũ, quondam erant coronae, uel potius corollae, ex herbis, uel arborum frondib. ramisue nexae: ut oleagineae, salignae, gramineae, laureae, myrteae, quernae, & quae ex apio, idq. genus alijs herbis fiebant. c Quae initio diu commune oĩum sacrorum certaminum praemiũ erat, cũ postea singuli ludi peculiares arbores, & herbas, quibus uictores coronarentur, sibi delegerint. Haec, ante laurũ, peculiariter Phoebo cõsecrata fuit, & uictoriae uerũ symbolum habitum, ea re, quod singulare quiddã huic arbori inesse uideatur, quod uiris fortib. & certaminum uictorib. peculiariter cõueniat. Neque .n. ut alia pleraque, si grauius onus ĩponas, quã ferre posse uideatur palma, rei pondere deorsum cedet, aut opprimi se patietur, sed aduersus idipsum insurgẽs incuruabitur, & quasi obluctãs uim afferenti oneri resistet, Auctor Plutar. 8. Symposiac. Fructus eius in Hispania, praesertim maritimis locis natae, mites sunt, cum contra in Africa dulcissimi sint, sed non durabiles. Omnium clarissimae sunt regiae palmae Babylone natae, in Bagoae horto, ubi Persarum regibus seruabantur olim. Alexandri milites, Plinio teste, palmis uiridibus in Gedrosis strangulati sunt. Tanta enim musteis suauitas est, ut mãdẽdi finis non sine periculo fiat. In primis autem Hierichuntem palmetis illustrem scriptores celebrant. Porro, cum pro uictoria Palmam usurpant, non id prima fit palmae significatione, sed metaphorica; quod scilicet uictoribus in praemium daretur.

d Praemium certaminis uicti: per appositionem, ut Gram. norunt.

e Ostrum ab ostreis dictum, color in glauco austerus, irascenti mari similis, & subrubens: unde, Vestis ostrina. Porro Cõchilium, murex ostrum, saepe in eadem significatione ponuntur.

f Periphrastice; pro, Vestes purpureae, aut certe non dissimiles.

g Carpense exemplar habet, Talentum: & rectissime, meo iudicio; cum postea in praemiorum distributione, uictori Cloantho, Aeneas, magnum dat ferre talentum: & quam facile librariorum incuria Talenta, pro, Talentum irrepere potuerit, facile norunt ij, qui, uel aliquando castigatoris munere functi sunt uel aliquantulum operae in ueterum librorum lectione posuerint.

Et tuba [a] commiſſos [b] medio canit aggere [c] ludos.
Prima pares ineunt grauibus [d] certamina [e] remis
Quattuor ex omni delectae claſſe carinae.
Velocem Mneſtheus [f] agit acri remige Piſtrin, [g]

a Veterum certaminum conſuetudinē oſtendit, Romanorumq. ī auſpicandis ludis morē, qui antequā ludos aggrederentur, tuba ſignum dabant, hoc eſt, claßicum canebant: ſiue, ut tum ſpectatores animis, oculisq. adeſſent; ſiue, ut, qui nondum cōueniſſent, iam undique ſine mora cōfluerēt. Quod & hodie ubiq. obſeruari uidemus. b Incoeptos. ſic, Pugnā cōmittere, i. inchoare, etſi non ignorē, aliter quoq. accipi. c Ex aggere, hoc eſt, editiori loco; ut clangor eius longius, & melius audiatur. d Hinc nauiū uaſtitatem colligere eſt. e Enallage numeri. f Vnus Aeneae comitum, qui ab Aſſaraco rege originem duxit, teſte eod. Virg. l. XII. Et genus Aſſaraci Mneſtheus. g Piſtrin, & Piſtricen (nā utrumq. in hac ſignificatione inueniri, mox oſtendam) belluam marinā, eamq. pilis ueſtitā eſſe tradunt, tāta etiam corporis magnitudine, ut ducenum cubitorum in mari Indico, Plinio teſte, reperti ſint: inter quas & balneae quaternum iugerum longitudine, & anguillae tricenos pedes longae recenſentur. Hanc autem belluam, Arato, Higynoq. teſtibus, olim pro ſigno in caelum translatam, idem, quod in mari nomen habuerat, nomen retinuiße Ciceronis in Arat. aliquot locis, clarum eſt. Ait .n. Spiniferā ſubtercaudā piſtricis adhaeſit, & trib. alijs aut quattuor locis, quos ſtudio hic omitto. Vnde non ſatis mirari poßum, Perottum, Piſtricen dici, negare auſum: praeſertim, cum eius rei locupletiſſimum teſtem Ciceronem legere potuerit. Nec uero Seruij, in libri 3. Aen. uerſ. 427. diſtinctionem admitto, qua, Piſtrin, ſemper de naui; Piſtricē de bellua marina intelligi debere aſſerit. Germanicus .n. Caeſar in Arato, pro caeleſti ſigno, Piſtrin, uſurpat: Auſter Piſtris agit duo ſidera: perlegit unū. Nāq. aries ſupra Piſtrin, piſcesq. feretur. Quod ipſum, nō dubito, quin a marina bellua nomē habeat: ut et tot alia ſidera, noīa ſua, ex terris, prout res earum fuerunt, ſuſtuliſſe, et īmutata retinere, ī cōfeßo eſt. Vnde effici exiſtimo, et Piſtricē, et Piſtrin, belluā marinā ſignificare. Quod autē Mneſthei naui, Piſtris nomē fuerit, idipſum, cū Nonio, Aldoq. ſeniore (quē immerito reprehēdit Erythraeus) reliquisq. Manutijs, a marinae belluae ſimilitudine ei īditū, aſſerere nō uereor: quātūcūq. alijs placeat, ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, Priſtin, nō Piſtrin hic legendum. Cōſului ſane ſuper hac re, ut et mihi ipſo, et alijs ſatisfacerē, ſex oīno uetuſtiſſimos, probatiſſimosq. ſ. libros, (inter quos et Carpēſe exēplar fuit,) in quib. mirum cōſēſum animaduerti: oībus hoc loco Piſtrin habētib. ſed l. 3. uer. 427. Piſtrix, excepto uno, qui Piſtris habebat.

Mox

Mox[a] Italus Mneſtheus, genus a quo nōi e Mēmi:
Ingentemq. Gyas[b] ingenti mole Chimaeram, [c]
Vrbis opus: triplici[d] pubes quā Dardana uerſu,
Impellunt: terno[e] conſurgunt ordine remi.
Sergeſtusque,[f] domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro[g] inuehitur magna:[h] Scyllaq.[i] Cloanthus
Caerulea:[k] genus unde tibi[l] Romane Cluenti.
Eſt[m] procul in pelago ſaxum,[n] ſpumantia contra
Litora: quod tumidis ſubmerſum tunditur[o] olim

a Repetitio eiuſdem perſonae, dedita opera facta a Virgil. ut ſ. Mēmiorum familiā origine & antiquitate donaret: quem & paullo poſt Sergiorum Cluentiorum gentem celebrat. b Secundae nauis ducē facit Gyan, uirum Troianum nobilem, cui a corporis robore nomen factum uidetur, quaſi γύιον: tametſi nonnihil ſcriptura uariat. c Nauis nomē ingenti mole & prodigioſae uaſtitatis; quale eſt etiam monſtrum unde denominationem accepit: Alludens, opinor, ad illud Heſiodi in Theogon. χίμαιραν μεγάλω, ubi eam ex Echidna & Typhione prognatam eſſe ſcribit, tribus capitib. terribilem, leonis, caprae & draconis. Quod & Homer. 6. Iliad. ſcribit, & Latine reddens Lucret. ſic canit: Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimaera. d Triremem deſcribit, per ἀναχρονισμὸν cum ſatis conſtet, belli Troiani tempore nondum eas fuiſſe uiſas.

e Pro, tribus ordinibus. ac per epexegeſin exponit, quid intelligat per Triplicem uerſum. f Tertius dux, cum Centauro ſua Sergeſthus, nobilis Troianus, & Aeneae comes erat. Hinc omnis familia Sergia nomen traxiße creditur. Hinc L. Sergius Catilina; hinc Sergius ille Paullus; haud dubie ortus fuit: ut & Sergius Galba Romanorum Imperator, reliquiq. Sergiae gentis uiri.

g Nauis nomen a Centauri effigie, quam in puppi depictam habebat.

h ſub. naui: ut Ter. in prologo Eu. Eas ſe non negat Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchū ſuam Ex Graeca. Pro, in fabulā ſuam Eunuchū dictā. Donat.

i Quartus dux, cum ſua naui Scylla, Cloanthos.

K nigra. nam caeruleum ad nigrum uergit.

l Per apoſtrophen ad Cluentium uariat orationem.

m Scopuli deſcriptio a ſitu & habitu uario, & mergorum uſu.

n Scopulus, interdum e fluctib. exſtans, nonnumquam ſub aqua cum nauigantium periculo latens.

o Subinde, interdum: ut Horat. lib. 1 Ser. ep. 1. Vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.

Fluctibus, hiberni[a] condunt[b] ubi ſidera Cori:[c]
Tranquillo[d] ſilet,[e] immotaq. attollitur unda
Campus,[f] & apricis ſtatio[g] gratiſſima[h] mergis.
Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice[i] metam[k]
Conſtituit ſignum nautis pater, unde[l] reuerti
Scirent, & longos ubi circumflectere curſus.

a *Quando hibernus fluctus maximus excurrit, cum maxime intumeſcunt maria, ac maritima etiã loca inundant.* b *Ampliſſime: nam, ubi ſeuere incipiunt, ſua rabie caelum nubibus plane obtegunt.* c *Venti; ſpecies pro genere. Corus autẽ uentus eſt ab occaſu ſolſtitiali ſpirans, (Argeſten Graeci, & Zephyron uocant,) a quo proxime ab aequinoctiali flat Fauonius. Corus cum exortu Arcturi, diebus fere XI. ante autumnale aequinoctium flare incipit: &, quia uicinus ijs eſt, qui ad Septemtriones habitant, fit, ut frigore etiam proxime ad illos accedat; maximeque interdum ſaeuiat: id quod, heu nimium, anno 1571. cum in Belgio eſſem, aliquot diebus, maxime cum periculo, fortunarumque deminutione, ac detrimento, uidi: cum paßim domus corruere, annoſas, ac mirae uaſtitatis arbores ſtirpitus euelli; alias (quod nimis radicatae erant) per medium cannae in modum frãgi, & aggeres in maritimis locis perrumpi, metu diuinae irae confecti, pauidiq. ciues adſpicere cogerentur. Paullopoſt, apud Louanienſes, ampliſſima D. Petri turris, lateris unius parte, uerſus orientalem plagam collapſa, horrendam diu ciuibus ruinam minitata eſt, ſed adhuc, immenſa Dei Opt. Max. clementia, immota ſtat, & multum, diuq. manſura ſperatur.* d *Cum mare tranquillum eſt.* e *Metaphora, ab animali ſumpta, ac ad non animal, ſcopulum ſ. translata, oſtendere conatur, tranquillo mari ſcopulum illum, ex ſumma aqua ita exſtare, ut procul conſpiciatur; quod alioqui pleno mari ſub aquis, ceu breuia, latet.* f *Saxi illius latitudinem intel. quaſi qer ſimilitudinem; oſtenditq. eius uſum, quippe ubi mergi ad Solem apricantur.* g *Gratus locus ad cõponendum ſe ad Solem. Venuſta metaphora ducta a tranquillo loco, ubi naues conſiſtere ſolent in tuto.* h *Aues ſunt aquaticae, quib. peculiare eſt, ſub aquis merſis urinando, aliquanto inde interuallo rurſus emergere. Vnde & nomen acceperunt.* i *Fortaße. quod illa arbor funeſta ſit, eoq. ludis funebrib. cõuenietiſſima. Quin & Didonem l. IV. induxit poeta ex ilice pyrum ſibi conſtruentem.* K *Terminũ, & finẽ, quo curſus dirigatur: quemadmodum unde curſus initium fiebat, Carceres, aut Repagulum dicebatur.* l *A caußa finali erectae ilicis, quae tanto interuallo eſſet cõſpicua, ſtãtib. circa repagula in procinctu ad proſiliendum, & curſum inchoandum.*

Tum

Tum [a] loca ſorte legunt : ipſiq. [b] in puppibus auro
Ductores [c] longe effulgent, oſtroq. [d] decori.
Cetera populea [e] uelatur fronde iuuentus;
Nudatosq. [f] humeros oleo [g] perfuſa niteſcit.
Conſidunt tranſtris; [h] intentaq. [i] brachia; remis
Intenti, [k] exſpectant ſignum: exſultantiaq. haurit [l]
Corda pudor [m] pulſans, laudumq. [n] arrecta cupido.
Inde, ubi clara [o] dedit ſonitũ tuba, finibus [p] omnes
(Haud mora) proſiluere [q] ſuis. ferit aethera clamor
Nauticus: [r] adductis [s] ſpumant freta uerſa lacertis.

a Proximũ fuit, ut loca ſortirentur duces, unde ad ſignũ effunderẽtur. b Obiter ad narrationis ſplendorem ducum, aut iuuenũ, breues proſopographias addit, ab habitu. c Duces certaminis; non gubernatores, ſed, domini. d Muricis, & conchylij liquor, artificum temperatura purpureus color fit, in uiolaceum tendens: accipiuntur tamen perſaepe pro ipſa purpura, ut dixi ſup. e Velantur remiges corollis populneis, quod ſcilicet uictoria in hoc certamine magna uirtute, magnisq. laboribus remigantium praecipue pariendi ſit: populus autem Herculi τῷ ἀκαμάτῳ, id eſt, omnibus laboribus indefeſſo, ſacra erat. teſte Virg. in Bucol. Populus Alcidae gratiſſima. f Vt ſi expeditiores ad remigium eſſent. g Oleo forte eos unxere, quod membra oleum recreet, firmetq. contra algores, corpusq. tepefaciat. Solẽt & pugiles luctaturi eo perfundi. ut firmiores redderẽtur, feſſiq. cum in flumen inſilirent (ut Romae ex Campo Martio in Tiberim) ne algore aquae corpus obrigeat. h Iugis, ſiue tabulis, in quibus remigatur. i Al. Nudataq. ut Pierius ex antiquo lib. eruit: ſex tamen ſcripta Aldi Manutij exemplaria in hanc lectionem conſentiunt, unum eſt, quod pro, Intenti, in ſeq. uerſ. Attenti, habet. K Animo, & corpore (ſ. qui intenta remis brachia habebãt) ad ſignum, quod exſpectabatur, intenti erant. l Pro, Exhaurit, i. euomet. ſubſiliunt. n. pauore, aut ſpe. Vel, (ut Caeſar Scal.) exhaurit ſpiritibus. m Metus, ne ſ. in extremis ſint pulſans corda eorum palpitantia, & inter ſpem, metumq. luctantia. n Spes obtinendae palmae, ſeu uictoriae. o Modulata cõpoſitio, rẽ fere ob oculos ponens, ut non narrare, ſed uidendam oſtẽdere uideri poſſit. p Loco, unde excurſus fiebat, qui alias, Carceres; alias, Repugnacula dici ſolet. q Metaphora, ab animali ad naues. r Hunc clamorem Graeci κέλευσμα, uocant. ſ Prius impetuoſius rapta fuit compoſitio: nunc lentior eſt, quod rei naturae, per ſe graui, ac laborioſae, ut ſic loquar, cõueniẽs eſt.

Infindunt [a] pariter ſulcos : totumq. dehiſcit
Conuulſum [b] remis, roſtriſq. ruentibus aequor.
Non [c] tam praecipites [d] bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntq. [e] effuſi carcere [f] currus:
Nec ſic immiſſis aurigae undantia [g] lora
Concuſſere iugis, [h] proniq. [i] in uerbera pendent.
Tum plauſu, [k] fremituq. uirum, ſtudijſq. fauentum
Conſonat omne [l] nemus: uocemq. incluſa [m] uolutāt
Litora: pulſati colles clamore reſultant.
Effugit ante alios, primuſq. elabitur undis
Turbā iter, [n] fremitūq. Gyas. [o] quē deinde Cloāthus
Conſequitur melior [p] remis, ſed pondere pinus [q]
Tarda tenet. poſt hos aequo diſcrimine [r] Piſtris, [s]
Centauruſq. [t] locum tendunt ſuperate priorem. [u]
Et nunc Piſtris habet, nunc uictam praeterit ingēs
Centaurus, nec una ambae, iunctiſq. feruntur

a Sic Ecloga 4. Quae cingere muris opida, quae iubeāt telluri infindere ſulcos, id eſt, findēdo incidere: uel, ut Pōp. Laet. hic notat. Infindunt, i. ualde findunt.
b Metaphora peruenuſta.
c Homer. Il. 256.
d Feſtinātes.

e Amplificat celeritatem, quam in praecedenti uocula, Corripuere, notarat. f Pro, Carceribus. g Large effuſa, & quodammodo fluentia, eleganti metaphora ſignificat lora. h Iugalibus equis.
i Elegans aurigae, flagello equos urgentis ad curſum effuſum, hypotypoſis.
K Feſtiua hypotypoſi certantium ſtudium, oculis ſubijcit: inſurgitq. hyperbolis, metaphoriſq. ad clamorem plauſum, his illiſq. fauentium oculis, indicatum, uelut ex tabella ob oculos ponendum.
l Echo ſignif. ut & ſeq. uerſ. m Incluſam uocem magno ſono reddunt.
n Id eſt, in ipſo principio.
o Hoc loco ſemel admonendum duxi, poetam uarietatis cauſſa, modo ipſos duces, modo pro ducibus nauium nomina uſurpare.
p Vel, remigandi peritior, figurate: uel, remis inſtructior quidem, at nauis pondere tardius mouebatur. Supra: Aut iaculo incedit melior, leuibuſq. ſagittis. q Materia, pro re: nauis. Et exp. Tenet; pro, tenetur, & retinetur ſuo pondere tarda pinus. r Interſtitio, interuallo.
ſ Mneſthei nauis. t Nauis Sergeſti. porro hi duces, cum aequis frontibus agantur, certatim alter alterum ſuperare contendunt. u Id eſt, tertium. nam Gyas primus, Cloanthus ſecundus: q.d. Priorem inter ſe.

Fronti-

Frontibus,[a] & longa ſulcant[b] uada ſalſa carina.
Iamq. propinquabant[c] ſcopulo,[d] metamq. tenebãt;
Cum princeps, medioq. Gyas in gurgite uictor,[e]
Rectorem nauis[f] compellat uoce Menoeten:
Quo tantum mihi dexter abis? huc[g] dirige curſum:
Lit[h] ama,[i] et laeuas ſtringãt[k] ſine palmula[l] cautes:[m]
Altum[n] alij teneant. Dixit: ſed caeca[o] Menoetes
Saxa timens, proram pelagi detorquet[p] ad undas.
Quo diuerſus[q] abis? iterum: pete ſaxa, Menoete:
Cum clamore Gyas reuocabat:[r] & ecce Cloanthũ

a Proris; per metaphoram. b Pro, nauigant; per periphraſim; & metaphoram. Sulcare.n. eſt ſulcos facere, & terram proſcindere aratro: nũc ait proſcindere, aut ſulcare uada ſalſa, pro, mare. c Occaſio interioris certaminis, inter Gyam, & Cloanthũ, qui proxime praecurrentis tergo inſtabat. d Saxo, in quo, ut meta, ſignum fixum ſtabat. itaque nauigando hoc luſtrandum erat. e Pro tempore ſcilicet, at non ita, ut iam in hoc certamine palmam eſſet meritus; reliquos enim modico interuallo reliquerat, qui eum conſequi & poterant, & etiam praeterire; quantumuis iam in curſu primus, ac metae proximus praecurreret.
f Chimaerae ſ. g Digito commonſtrat, quo torqueri nauem uelit Gyas, gubernatoriq. ſuae imperat. h Saxum proximum, quod circumlegendũ erat: apta translatione a ſolida continenti; quod pari modo hic ſcopulus pulſetur mari. i Pete, aut tene: quod ea, quae amamus, firmiter tenere ſoleamus. K Radat leniter fundum. l Palmulas uocant extremas remorum partes, quod quandã protentae palmae ſimilitudinem habere uideãtur. Hinc Catul. de Phaſelo: Siue palmulis Opus uolare ſorte, ſiue lĩteo. m Sunt ſaxa aſpera, & abrupta, quae nunc Cautes, nunc ſcopuli, dicũtur a Virgil. n q.d. Profundum alij petant, cum uictoriae periculo: at nos, quib. palma propemodum in manu eſt, tuto compendium nauigationis circa ſaxum teneamus. ne quis nos inter nauem, & ſcopulum occupet. o Hom. Il. 255. & ſane concinna, & uenuſta eſt translatio, nã exp. pro latẽtib. ſub aqua ſcopulis. p Dirigit ad profundum. q Quid. hic ita diſtinguunt. Quo diuerſus abis iterũ? petes. Menoete: Quidã ſic: Quo diuer. abis? iterũ pete ſa. Menoete. Primũ ĩperãtis eſt, alterũ admirãtis, tertiũ uero hoc, per ĩdignationẽ ĩterrogãtis. r His uerb. reuocabat Menoetẽ. A ſimilitudine fugiẽtiũ, qui aut fuga, aut diſceſſu reuocãtur. Cõſimili rõne, nimiũ a ſcopulo, ſaxorum latentium metu, exorbitantem Menoeten, a procurſu reuocat.

Respicit instantem [a] tergo, et propiora [b] tenentem.
Ille [c] inter nauemq. Gyae, scopulosq. sonantes
Radit [d] iter laeuum interior, [e] subitusq. [f] priorem
Praeterit, & metis tenet aequora tuta [g] relictis.
Tum uero exarsit iuueni dolor [h] ossibus ingens:
Nec lacrymis [i] caruere genae: segnemq. Menoetē,
Oblitus decorisq. sui, sociumq. [k] salutis, [l]
In mare praecipitem puppi deturbat ab alta.
Ipse [m] gubernaculo rector subit: ipse magister, [n]
Hortaturq. [o] uiros, clauumq. ad litora torquet.
At grauis, [p] ut fundo [q] uix tandē redditus imo est
Iam senior, madidaq. fluit in ueste Menoetes,
Summa petit scopuli, siccaq. in rupe resedit.
Illum & labentem Teucri, & risere natantem;
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus.
Hic [r] laeta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto, Mnestheoq. [s], Gyan superare [t] morantem.
Sergestus capit ante locum, scopuloq. propinquat:

a Vrgentē, & proxime a tergo haerentem. b Proxima, Enallage gradus: uel, etiā nō peccauerit, qui Propiora simpliciter accipiat. c Cloanthus. d Legit, & nauigat, inter dextram Gyae nauē, & laeuum scopulum. e Velociter subiens medium spatium, praecurrentem Gyan, non solum occupat, sed & praeterit, & anteuertit. f Hom. Il. 254. g Profunda, non pericula per saxa latentia.
h Dolorem autem uicti generositatis indicium esse, lib. 3. Georg. ostendit, ubi illum inter animosi equi signa commemorat. i A signis generosi animi, & excelsi, aliena imperitia palmam sibi praeripi indigne ferentis.
K Quorum salus agebatur, deiecto gubernatore. l Periclitabantur .n. quod per ipsum ducem, gubernandi imperitum, nauis gubernaretur: uel, quod, eo clauum tenente, nulla uictoriae adipiscendae spes superesset.
m Gyas. n Gubernator nauis. o Ad incumbendum remis, totis uirib.
p Suspendit parumper narrationem, & per occasionem obiter ad delectandum Menoetae fortunam refert. q Ellipsis praepositionis, Ex.
r Omissis praecurrentibus, perspicuo ordine ad reliquos duos transit, qui proxime sequebantur. s Dissyllabum est Mnestheo, per synaeresin, Eo, in unam syllabam contracto: idq. ex uersus necessitate.
t Inscitia gubernantis.

Nec

Nec tota tamen ille [a] prior praeeunte carina:
Parte [b] prior: partẽ [c] rostro premit aemula Pistris.
At [d] media socios incedens [e] naue per ipsos
Hortatur Mnestheus. nunc [f] nunc insurgite remis
Hectorei [g] socij; [h] Troiae quos sorte [i] suprema
Delegi comites: [k] nunc illas [l] promite uires,
Nunc animos, quibus in Getulis [m] Syrtibus usi,
Ionioq. [n] mari, Maleacq. [o] sequacibus [p] undis.
Nõ iã [q] prima [r] peto Mnestheus: [s] neq. uincere certo:
(Quãquã [t] o) sed [u] superẽt, quibus hoc Neptune dedi (sti:

a Sergestas non in tota praecedebat Mnestheũ, sed parte prorae tantummodo.
b q. d. sola prora eminebat nauis Sergesti.
c Centauri s. Pistris rostro ad uincendum aemula urget. d Hom. Il. 254. e In re ludicra duci, ceu in seria, decorem attribuit. f Repetitio uoculae, Nunc, mirum pathos habet.
g A memoria, & recordatione Hectoris eos ad festinandum hortatur, Hectoreos appellans, tamquam Hectoris uirtutem, & audaciam referentes; ut eos sibi conciliet. h Comi appellatione beneuolentiam captat, & ad uirtutem socios hortatur, commoda ante gestorum commemoratione.
i Troiae sorte supr. i. post excisam Troiam.
K Hom. Il. 254. l Emphaticῶs. m Pro, Libycis; neq. n. Syrtes in Getulis sunt, nec cõtra Getulos iacent, sed magis ad occidentalẽ plagã uergunt. Verum, si quis dicat ex parte totum intelligere Virgilium, cur errare iudicetur, non uideo. n Iuxta Charybdim. o Malea, Laconiae promontorium est, a rege quodam Argiuorum ita dictum, ut suo loco notaui.
p Non temere sic ait. nam mare, quo illud promontorium pulsetur, adeo est infestum, & importuosum, ut non nisi longissimo circumductu a nautis superetur: qui, ubi maxime se periculum euasisse existimãt; iamq. plane securos se, adeoq. liberatos credunt; rursus fluctus eos persequitur, retrahitq. in periculum ineluctabile, unde se expedire non possint.
q Verecunda studij extenuatio, ad uitandum dedecus, si postremus ad litus redeat. r Primas partes, seu uictoriam.
s Emphaticῶs, uolens innuere se non infimum inter Troianos duces esse.
t Pathos, per reticentiam: aut correctio uerecunda, non reijcientis quidem uictoriam, si contingat, at affectantis etiam: q. d. Quamquam non abnuerem uictoriam, atque utinam ea contingeret etiam.
u Per auersionem hoc ipsum rursus fortunae arbitrio relinquit: ostendens uictoriam non ab humanis uiribus, sed ab ipso Deo pendere.

Extremos[a] pudeat rediſſe. hoc uincite[b] ciues,
Et prohibete nefas.[c] Olli[d] certamine ſummo[e]
Procumbunt. uaſtis tremit ictibus aerea[f] puppis:
Subtrahiturq.[g] ſolum.[h] tũ[i] creber anhelitus artus,
Aridaq.[k] ora quatit: ſudor fluit undique riuis.[l]
Attulit ipſe uiris optatum caſus[m] honorem.
Namq. furens animi,[n] dũ prorã ad ſaxa ſuburget[o]
Interior,[p] ſpatioq.[q] ſubit Sergeſtus iniquo,
Infelix ſaxis in procurrentibus[r] haeſit.
Concuſſae cautes,[s] & acuto in murice[t] remi

a A turpi deterret ſuos. Occupet extremum ſcabies; mihi turpe relinqui eſt. Quem uer. luculentiſſime explanauit Aldus Manutius, Paulli F. in ſuis in Artem Horatij commentarijs. b q.d. hoc ſit uictoriae loco, nõ cõmittere, ut extremi redeatis. Eſt.n. nonnihil intra mediocritatem conſiſtere, ſi ſumma aſſequi nequeas. c Summum dedecus. d Hom. Il. 255. e Trãſit ad ſtudij in remigando amplificationem, cum relicta meta certatim carceres repeterent. f Non re uera aerea, ſed firma, fortis: ut, Iunctosq. temo trahat aereus orbes. g Remigum in remigando, agendoq. celeritatem oſtendit. h Mare intelligit. nam Soli appellatione omne id contineri uolunt, quod ijs ſubijcitur, quae aliquid ſuſtinent, & rei cuipiam ceu fundamẽtum ſubijciuntur. Eodem modo Ouid. ipſum caelum ſtellarum Solum uocat, Meta. lib. 1. Aſtra tenent caeleſte ſolum. i Perelegans certantium omni ſtudio de palma hypotypoſis. K Siccitatem faucium e calore notat: q.d. ſiccas, & ſiti exuſtas fauces. l Tamquam per riuos: more remorum. m Occaſio ipſa Mneſtheo, Cloanthoq. ſpem obtinendae uictoriae affert. n Pro, furens animo: ut, Diſcrucior animi, Amens animi: phraſes comicis, reliquisq. poetis familiariſſimae. o Leuiter urget, & dirigit. Sub n. in compoſitione minuit ſimplicis ſignificationem. ſententia autem haec eſt: Dum Sergeſtus, ſtudio euitandi cautes longius a ſcopulo procurrentes, proram aliquantulum in aliam partem dirigere conatur, in illas impegit, remosq. fregit. p Interior, pro, Siniſterior, hic dictum eſſe, putat Coel. l. 9. c. 10. quem S. ſeq. at Tur. ſic exp. Interior, i. qui breuiore ad metã ſpatio tendebat. q Agitur in ſpatiũ ſcopuloſum. r In mare e ſcopulo opinione longius porrectis, ac latentib. ut nauigantes facilius fallere potuerint. ſ Saxa latentia. t Saxi acumine. Cautes, ſiue ſaxa nunc Muricem uocat, trãslata ſimilitudine a piſciculo, quẽ Gr. κογχύλιον, nos Muricẽ appellamus, qui & inter oſtrea numeratur, & eius liquore purpureo ueſtes tinguntur. Hoc autẽ loco pro ſaxo aſpero uſurpatur, propter corticis, tum ſcabritiem, tum duritiem.

Obnixi

Obnixi[a] crepuere, illisaq. prora pependit.[b]
Con surgunt nautae, & magno clamore morantur:[c]
Ferratasq. sudes,[d] & acuta cuspide contos[e]
Expediunt, fractosq. legunt[f] in gurgite remos.
At laetus Mnestheus, successuq.[g] acrior ipso,
Agmine[h] remorum celeri, uentisq. uocatis,
Prona[i] petit maria, et pelago decurrit[k] aperto,[l]
Qualis[m] spelunca subito[n] commota columba,[o]
Cui domus,[p] & dulces latebrosa in punice[q] nidi,
Fertur in arua uolans, plausumq.[r] exterrita pēnis[s]

a Illisi, impactiq. remi uerberando dissiliere in partes. b Nutauit, librauit sese. Pompo. Haesit in latentibus saxis, seu libramēto pēdens. Hort.

c Retro agunt. d Sunt, qui hoc loco Trudes legen. putent, reclamante priori syllaba, quam, originis suae ratione, produci par est. Porro hoc instrumenti genus quoddam est, quo in re quapiam protrudenda utimur. Tacit. lib. 3. Quidam trudib. aut furcis inertem molē prosternere. e Nautica instrumenta, acutum in capite ferrum habentia, quib. utuntur ad loca nauibus opportuna exploranda. f Colligunt. Ceterum Sergesti exemplo hic monemur, ne temere nos periculo obijciamus, humani casus incōstantiā obliti: ut supra Menoetis exemplo, ad audendum, & ne nimis simus timidi; ubi res audaciam postulat. g Peruenuste humani ingenij naturam exprimit, quod successu alitur, ac redditur alacrius. h Actu, ab Agendo, ut supra monui saepius, & praecipue, ubi ait, Leni fluit agmine Tibris: nisi quis malit hic, pro remorum multitudine accipi. i Vicina litoribus. unde altum, est longe positum. K Haeret in natura maris; quod, quo a litore discedas longius, semper altius esse uidetur. Quare diserte ait, Decurrere ex alto mari ad litus. l Vbi nulli scopuli, nullae cautes erant. m Cōparatione a colūbae natura, uolatusq. ratione sumpta, amplificat, primū post successum superati Sergesti, uelocitatem: deinde aequabile cursum ad praeteruehendos Gyan, & Cloanthum. n Leui strepitu in praecipitē uolatū sedibus, nidoq. exturbatur columba. o Harum uolatus, initio uehemens est, & impetuosus, quo fit, ut durare nō possint, etsi in sui uolatus principio a paucis auib. superari posse credantur. p Metaphoricōs colūbaria, Domus colūbarū appellat, ut quid humani ingenij laude dignum, ijs tribuat. q Saxo; species pro genere. r Stridorē ingentē cōcitato uolatu edit: inde, quietior est, adeo ut īmotis alis transnare aerem uideatur. s Hoc male cū Exterrita iungit Ser. neq. n. pēnis suis exterrita dat plausum magnum: sed clamore, aut strepitu aliquo exterrita.

Dat tecto [a] ingentem; mox aere lapsa quieto [b]
Radit [c] iter liquidũ, celeres neque commouet alas.
Sic Mnestheus: sic ipsa fuga secat [d] ultima [e] Pistris
Aequora: sic illam fert impetus ipse uolantem.
Et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibusq. [f] uadis, frustraq. [g] uocantem
Auxilia, & fractis [h] discentem [i] currere remis.
Inde [k] Gyan, ipsamq. [l] ingenti mole Chimaeram
Consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro [m] est.
Solus iamq. ipso superest in fine Cloanthus:
Quem [n] petit, & summis adnixus uiribus urget.
Tum [o] uero ingeminat [p] clamor: cunctiq. sequentẽ
Instigant [q] studijs: resonat clamoribus aether.

a *A loco; nam, ut domesticae columbae sub tectis, ita siluestres ĩ arboribus nidulantur.*

b *Tuto, securo, & a periculis libero.*

c *Secat purum aerem.*

d *Hinc forte argumentum sumũt, qui Pristis, non Pistris legendum praecipiunt; quod scilicet Virg. sic scripserit, & hic ad Pristis nomen alludat, tamquam ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, formatum sit. Fateor: non inscitum illud est, nec inuenustum. Nec displiceret huiusmodi etymologia, si non ad eandem formam plurima alia, recte cogitata, recteq. scripta, peruerti posse intelligerem.* e *Trium nauium de uictoria certantium: nam Sergestus adhuc in cautibus luctabatur.* f *Vada breuia, sunt saxa sub aquae superficie ita latentia, ut nauigantibus non sint conspicua.* g *Neque enim ullus in medio mari aderat, qui uellet in ipso certaminis periculo ei auxiliari.*

h *Prouerbij speciem habet, pro eo, quod est, tenui praesidio niti.*

i *Venuste, ac festiue: nam magnae artis est, fractis remis nauigare, aut tendere quo uelis.*

K *Instat proxime praecurrenti Gyae, quẽ perleui momento occupauit, quod docto gubernatore orbatus esset.*

l *Expolitio: nauem scilicet Gyae ductoris.*

m *Gubernatore, quem paullo ante e puppi praecipitem dederat.*

n *Quem s. Cloanthum insequitur Mnestheus.*

o *Homer. Iliad. 260.*

p *Enallage generis; pro, ingeminatur.*

q *Spectatores in litore collecti, fauore Mnestheum sequentem exstimulabant.*

Hi [a] propriū [b] decus, et partū indignātur [c] honorē,
Ni teneant; uitamq. [d] uolunt pro laude pacisci.
Hos [e] successus alit. possunt, [f] quia posse uidentur. [g]
Et fors aequatis coepissent praemia rostris, [h]
Ni [i] palmas [k] ponto tendens utrasque Cloanthus,
Fudissetq. preces, diuosq. in uota uocasset.
Dij, [l] quibus imperiū pelagi, quorū aequora [m] curro,
Vobis laetus ego hoc candentem [n] in litore taurū
Constituam ante aras, uoti reus, [o] extaq. salsos
Porriciam [p] in fluctus, et uina liquentia [q] fundam.
Dixit: eumq. imis sub fluctibus audijt omnis

a Cloānthi socij, qui iā uictoriam prope manus tenebant. b Quasi iā certum uictoria parta, & proprium. c Sic exp. Hort. Cloanthi socij ualde īdigne ferunt, quod uictoriam, iam fere partam, sibi praeripi paterentur: maluntq. uitam deponere, quam uictoriae laudem amittere. Ser. paullo aliter, sed nō satis se explicat. Ego, hoc modo exponere, non dubitarim: Socij Cloanthi, illo successu, quem adhuc habuerant, adeoq. uictoria ipsa, quam certo sperare poterant, plane se indignos iudicant, nisi teneant, & tueantur partum honorem, ipsa certaminis uictoria. Porro, ut sic exponam, mouet unum Ciceronis exemplum, lib. 1. de Inuent. qui eodem plane modo uerbum, Indignari, intelligere mihi uidetur. Deinde, inquit, cum iam mitior factus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionem oportet, & dicere, ea, quae indignantur aduersarij, tibi quoque indigna uideri. d Ex pacto uitam cum laude mutare. Scal. e Posteriores Mnesthei socios, quos uincere aliena fortuna magis quam sua uirtute contingit. f Persuasum haberet se uincere posse, quod tergo Cloanthi haereret. g Sperantes uictoriam ex opinione spectantium. h Proris, ut aequatis frontibus currerent.
i Festiuum commentum, sed pium tamen, quo monemur, uictoriam non humanis uirib. sed diuino auxilio contingere. K Pro, palmam utramque.
l Beneuolentia, cum eos deos marinos uocat: q. d. Dij maris.
m Figuratum est, & rarum; sicut & illud, Nauigo mare.
n Candidum, cum alioquin ferrum candere dicatur.
o Debitor. unde uota soluentes, dicimus absolutos. hinc illud in Bucol. Damnabis tu quoque uotis, i. reos facies. p Porricere, uerbum est sacrificantibus sollēne, ut ex Verannio notauit Macr. Sat. l. 3. c. 2. ubi etiam rationem adsignat, cur in fluctus exta se porrecturum polliceatur, cum in aram, aut focum soleant porrici. q Vide uers. 776. h. lib.

Nereidum,

Nereidũ,[a] Phorciq.[b] chorus, Panopoeaq.[c] uirgo;
Et pater ipse manu magna Portunus [d] euntem
Impulit. illa noto citius, uolucriq. sagitta
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.
Tum satus [e] Anchisa, cunctis [f] ex more uocatis,
Victorem magna [g] praeconis uoce Cloanthum [h]
Declarat,[i] uiridiq.[k] aduelat tempora [l] lauro:
Muneraq.[m] in naues ternos [n] optare iuuencos,
Vinaq., & argenti [o] magnum dat ferre [p] talẽtum[q]
Ipsis praecipuos ductoribus addit honores:[r]

a Nympharum marinarum, Nerei, & Doridis, Hesiodo in Theogon. filiae hae fuerunt numero quĩquaginta.

b Hunc Hesiodus, Ponti, ac Terrae filium esse canit: alij, Thoseae, ac Neptuni filium produnt, teste Var. ac Corsicae, Sardiniaeq. imperasse: tandemq. ab Atlante nauali proelio uictum, mari haustum, & marinum deum factum fuisse.

c Vna filiarum Nerei. quam Hesiodus πανόπην, uocauit, ab aquarum perspicuitate, ὡς πᾶν ὄπτεσαν. d Portuum custos, & praeses, a Gr. Palaemon, a nostris Melicerta dictus. e Aeneae periphrasis.

f Ad imitationem sacrorum certaminum per praeconem loco edito sollemniter uictorem Cloanthum pronunciari iubet, ne sua laude uirtus defraudetur. g Clara, quae ab omnibus exaudiri potuerit. h Pronunciat: significantissima uoce usus est. i Forte non errauerit, qui hic Virgilium dissimulanter ad naualem Augusti de Antonio uictoriam respicere dixerit.
K Recte uiridi, tamquam semper uirenti, ut cui ne hieme quidem decidunt folia. l Caput: per synecdochen, pars pro toto. m Hoc, uel ad Declarat, uel ad Dat ferre, referri potest. Arguit autem optimi principis tum magnificentiam, tum effusam liberalitatem, in socios. n Tres in singulas naues. An uero illos duos intelligat, qui singulis nauib. paullo ante ab Aceste donati sunt, & unum a se in singulas naues additum, non ausim affirmare. o Hom. Il. 223. p Pro, Dat ferendum. Quinctil. l. 9. c. 3.
q Hinc satis liquet, supra, uers. 112. Talentum, non Talenta legendum esse: quod & ibi monui. Nisi forte malis, illud sic exponere, Argenti, auriq. talenta, tamquã duo fuerint; unum auri, alterum argenti, talenta. Sed nec hoc cõuenire uidetur: nãque hic unius dũtaxat talẽti mẽtio fit, alterũ uero desiderari uidebit, qui sic uolet. Nimis autem inique fecerit, qui tam grauem supinae obliuionis notã Virgilio inurat, quasi sui ipse memor non fuerit. r Munera honoraria amplissima, ac honorificentissima.

Victori

Victori chlamydem [a] auratã : quã plurima circum
Purpura Maeandro [b] duplici Meliboea [c] cucurrit:
Intextusq.[d] puer [e] frondosa [f] regius Ida
Veloces iaculo ceruos, cursuq. fatigat, [g]
Acer, anhelanti [h] similis: quem praepes [i] ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis [k] armiger uncis:
Longaeui palmas nequidquam [l] ad sidera tendunt
Custodes, saeuitq.[m] canum latratus in [n] auras.
At, qui deinde locum tenuit uirtute secundum, [o]
Leuibus [p] huic hamis [q] consertam, auroq. trilicem
Loricam, [r] quam Demoleo [s] detraxerat ipse
Victor, apud rapidum Simoenta sub Ilio [t] alto,

a *Vestẽ praetextam, eandemq. Phrygiã, i. acu pi ctã. T. Chlamys aũt uestis militaris breuior fuit, artiorque pallio. Quidã idẽ existimãt esse cũ paludamẽto: certe Macedones pro paludamento, chlamyde usos fuisse cõstat. Strabo chlamydis effigiem, & terrae habitabilis eandem fuiße, lib. 2. scribit.* b *Maeandrum, Nonio teste, hic intel. picturae genus, in labyrinthorum morẽ flexuosis ambagibus implexũ, quod oris chlamydum addi solet.* c *Pro, Meliboeensis.* d *Hom. Il. 123.* e *Significat Ganymedis imaginem, chlamydi fuisse intextam.* f *Ellipsis praepositionis, In.* g *Insequitur in uenatione.* h *Hypotyposis pueri a cursu fatigati.* i *Volans celeriter.* K *Aquilae periphrasis. Homer. autem canit eum a dijs ipsis raptũ ad pocillandum,* παρὰ τὸ οἰνοχοεύειν τῷ Διὶ. l *Aut mirantes, aut increpantes deos. Ser.* m *Non quidẽ, quod ipse latratus in pictura fuerit auditus, sed quod canum simulacra ita effigiata, ut latrantibus essent similia.* n *Pro, Ad auras; ut in auras exierit.*
o *Mnestheum intell. qui casu magis quam uirtute secundas partes in certamine nactus erat.* p *Mnestheo.* q *Squamis ferreis consertam, & tribus licijs per eas currentibus ornatam. T. Est autem hamus, ferreus circulus in loricis: quae inde Hamatae dici poßunt, quod catenulis consertis contextae sint hodie; etsi olim ex loris, crudoq. corio fieri solebant, ut supra monui, pag. 322.* r *Hom. Il. 261. inducit Achillem Eumelo thoracem donantem, quem ipse Astaeropaeo detraxerat.* s *Hosti Graeco, ad Ilium pugnante. Allusisse autem hic Virgilium censet Hort. ad Demoleonta, & Phlegraeum, centauros prodigiosi roboris.*
t *Graecorum imitatione, longam uocalem, alio sequente, contraxit. Quemadmodum & lib. 3. supra, Insulae Ionio in magno, diphthongum finalem, sequen. uocali corripuit.*

Donat habere [a] *uiro,* [b] *decus, & tutamē in armis.*
Vix [c] *illam* [d] *famuli Phegeus, Sagarisq. ferebant*
Multiplicem, [e] *connixi* [f] *humeris: indutus at olim*
Demoleus cursu [g] *palantes* [h] *Troas agebat.*
Tertia [i] *dona facit, geminos ex aere lebetas,*
Cymbiaq. [k] *argento perfecta, atque aspera* [l] *signis.*
Iamq. [m] *adeo donati omnes,* [n] *opibusq. superbi,*
Puniceis ibant euincti tempora [o] *taenis;* [p]
Cum [q] *saeuo e scopulo multa uix arte* [r] *reuulsus,*
Amissis remis, atque ordine debilis uno,

a *Pro, habendam, δίδωσιν ἔχειν. Graecorum more.* b *Mnestheo.* c *Amplificatio roboris Demolei, a signo: unde laus Aeneae celebratur, qui tantum uirum in pugna fuderit.* d *Homer. Il. 53. 270.* e *Varie complicatam: quia paulloante Trilicem dixit, quasi triplicem; nunc Multiplicem, per amplificationem.* f *Vt pondus & magnitudinem eius coarguat.* g *Vel hinc, robur Demolei colligas licet. neque.n. fieri potest, quin gyganteis uiribus homo fuerit, si ea armatus, Troianos fugientes, cursu persequi solebat.* h *In diuersum fugientes: deducta metaphora ab errantib. bobus: uel, ut nonnulli existimarunt, a palis castrorum huc illuc translatis,* i *Homer. Il. 258.* K *Cymbion, teste Didymo, poculi genus est oblongum & angustum, nauigio simile; quod Gr. κυμβὴν, appellat, inde hoc poculum κύμβιον. Sed Dionys. Samius, teste Athenaeo, idem putat esse Cymbion. cum eo, quod Homer. κισσύβιον, nominat, quod ex ciss.i. hederae ligno confici soleat. Macrob. Sat. l. V c. 21. perperam existimat ea ueteres ignorasse: cum apud Var. Cymbium; apud Andronic. Carchesium reperiatur: ut, Florem antlabant Liberi ex carchesiis. Nonius.* l *opere sculptili elaborata.* m *Homer. Il, 257.* n *Qui in certamine uicerant.* o *Capita, per synecdochen: id quod signum erat uictoriae.* p *In multis lib. legitur per 3. syllabas Taenijs, ut sit dactylus in sexta sede. sed, si uerum est, quod h. Ser. annotat, nihil ista circuitione opus est; existimat.n. Taena & Taenia dici posse. Est aūt, teste Festo, Taenia proprie fascia, quo caput ligatur: Graeca dictio est, quā sic Verrius exp. ut dicat esse laneū ornamētū capitis honorati. Ego tamē hic malim accipere pro tota uitta abusiue, cū proprie sint Taeniae, uittarū extremitates, quae ab infulis propendent, ut indic. Virg. l. 7. Fit tortile collo Aurū ingēs coluber, fit longae taenia uittae.* q *Trāsitio ad Sergestū in certamine ultimū: in cuius appulsus amplificatione mire disertus est Virg. & faciē incrustatae, tamquam ob oculos ponit.* r *id est, uirtute. Paul. Manut.*

Irrisam

Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat.
Qualis [a] ſaepe uiae deprenſus in aggere [b] ſerpens,
Aerea [c] quē obliquū rota tranſiit, aut grauis ictu
Seminecem liquit ſaxo, lacerumq. uiator,
Nequidquam longos fugiens dat corpore tortus,
Parte [d] ferox, ardensq. [e] oculis, & ſibila colla
Arduus attollens. pars [f] uulnere clauda [g] retētat
Nexantem modis, ſeq. in ſua membra plicantem.
Tali [h] remigio nauis ſe tarda mouebat:
Vela [i] facit [k] tamen, & plenis ſubit oſtia [l] uelis:
Sergeſtum Aeneas promiſſo [m] munere donat,
Seruatam ob nauem laetus, ſociosq. reductos,
Olli [n] ſerua [o] datur, [p] operū [q] haud ignara Mineruae,

a Comparatio uenuſta, a ſerpentis, rotarū ictu fracti, natura.
b in editiore mediae uiae loco, per quem uehicula aguntur.
A parte totam rotam uocat Aeream; nam rotarum circumferentiae dumtaxat ferreis laminis munitae ſunt. c In quibuſdam uet. ſ.l. Tractus. ſed haec lectio probata iamdudū eſt a ueris doctis, eamq. confirmant ſ.l.ſex. d Priore.ſ.nam lingua & capite ueneno armatus eſt. e Ab irae ſignis. f Poſterior pars ſaucia. g Metaphora ab animantib. quae pedibus utuntur. h Applicatio ſimilitudinis huius. q.d. ſimili ratione, lentius, propter remos fractos agebatur. i Homer. Il. 11.
K Expandit uela, ut ocius moueretur: Epanalepſis.
l Portum, nam ut portus, patens e mari aditus eſt, ſic Oſtia ſunt fluminum.
m Promiſerat enim antea neminem indonatum ex certamine abiturum. Itaque ſupererat, ut extremo ſuum quoque praemium daretur.
n Antiſtoechon, pro Illi. Porro & Sergeſtum ultimum, ſuo praemio donat, quod boni principis eſſe ſciret, fortunae & iniquitatem, & iniuriam beneficio aliquo lenire ac penſare.
o A ſeruando, non a ſeruiendo, dictos eſſe ſeruos, Tribonian. Theophil. & Dorotheus memoriae prodiderunt: quod.ſ. imperatores captiuos uendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent. In quoſdam.n. uictores ius belli exercere noluerunt; ſed captis ciuitatibus, ſub haſta uendere uictos malebāt: id quod Caeſarem in Gallia, Auguſtum in Salaſſis feciſſe obſeruaui.
p Homer. Il 256.
q Operum Mineruae.i. lanificij, & texturae fertur.n. prima colum, & fuſum inueniſſe Minerua.

Creſſa

Creſſa[a] genus[b] Pholoe,[c] geminiq. ſub ubere nati.
Hoc pius Aeneas miſſo[d] certamine, tendit
Gramineum[e] in campũ, quẽ collibus[f] undiq. curuis
Cingebant ſiluae: mediaq. in ualle[g] theatri[h]
Circus[i] erat: quo[k] ſe multis cum millibus heros
Conſeſſu[l] medium tulit, exſtructoq.[m] reſedit.
Hic,[n] qui forte[o] uelint rapido contendere curſu,
Inuitat pretijs animos, & praemia ponit.

a Cretenſis genere & natione, ſed mirum fortaſſe cuipiã uidebitur, cur Virg. hic ſeruam Cretenſem mulierem faciat, cum nulla olim gens libertatis amantior, quaeq. ſe pertinacius aſſeruerit in libertatem, tyrannosq. peius oderit, reperta fuerit, quam Cretenſes. Equidem non arbitror hoc temere a Marone factum; ſed uel iccirco eam induci, quod ad Troiam ex Idomenei caſtris capta fuerit ab Aenea; uel certe ab eodem, ob texturae peritiam, empta. b Graeca figura: ut illud lib. IIX. Qui genus, unde domo. c Seruae nomen h. alioqui etiã Arcadiae & opidum, & mons nemoroſus: ita, a Pholo Centauro, a quo Hercules perhumaniter hoſpitio exceptus fuit, cognominata. d Omiſſo: ſimplex pro compoſito. e ut aptum, propter ſoli aequalitatem; certaturis curſu. f Ergo & in collibus eram ſiluae. g Quae collibus media ſubijciebatur: circumquaq. n. colles erant, in medio ſpatioſo campo relicto ad procurrendum. h Theatri circus. i. ſpatium ſpectaculi. Ser. Certe non inconuenienter fecerit, qui poetam h. ad theatrum Romanum, aut alium locum, in quo ludi & ſpectacula edebantur, reſpicere dixerit. Erat id apud Romanos, hemicycli ſpeciẽ aedificatum, cui uela carbaſina obtendebantur, cum ex eo ludi ſpectarentur: Amphitheatra autem e duob. theatris forma rotunda conſtabãt. i Circum Maximum eum reſpicere, ex uocula Theatri uidetur innui. Is porro erat Romae, a Caeſare dictatore extructus, trium ſtadiorum longitudine, unius uero ſtadij latitudine; cum quaternum iugerum aedificijs, qui ad ſedendum CCLX. hominum millia continebat. Ibi ludi ſpectabantur. Forma ſpatij erat oblonga: in circuitu ſpectacula erant, in quibus equites & patres ſpectabant: in ſummo circi, Carceres erant, unde equi iuncti currib. proſiliebant: ad quam ſimilitndinem in circum theatri curſoret hic introducit Virg. K In quem circum & locũ ſpatioſum. l Metaphora a concilio, ad incedentem, in media frequentia, Aenean. m Stibadio. ſ. aut toro ibi praeparato, unde uideri, & exaudiri potuerit. n In hoc circo inter nobiles Troianos ſedens Aeneas.

o Homer. Il. 23.

Vndiq.

Vndique conueniunt Teucri, mistiq. Sicani.[a]
Nisus, & Euryalus primi;[b]
Euryalus forma insignis, uiridiq. iuuenta;
Nisus amore[c] pio pueri. quos deinde secutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores.
Hunc Salius simul, et Patron: quorũ alter[d] Acarnã
Alter[e] ab Arcadia[f] Tegeae[g] de sanguine gentis.
Tũ duo Trinacrij[h] iuuenes, Helym[i], Panopesq.[k],

a Siculi.
b Quorũ res gestas uide lib. 9. paullo post principium.
c Ser. existimat Pueri, cum seq. etiam iungi posse.

d Epirota. Acarnia n. pars Epiri. S. e Sed, utrũ ex his Acarnanẽ, Patronẽ ne, an Salium, uocet poeta, nemo, opinor, facile iudicauerit. Curtius sane scribit, Patronẽ quendã duc- Graecorum militũ, Dario fidißmum, in extremo aduersus Alexandrum proelio, regi suo salubre consilium aduersus insidias dediße, ut se in Graecorum castris cõtineret, nisi se Beßo Narbarzaniq. trucidandum uellet obijcere. f Bellicosißima semper haec gens fuit: sed auxiliarib. copijs, potius, quã suo Marte. Adeo ut prouerbio locum fecerint, Arcades imitari: quo in eos utimur, qui strenuam alijs operam nauant, suorum negotiorum obliti. Hi porro Graecorum primi in Italiam colonias misere. Aiunt hic, decẽ & septẽ aecates ante excisum Ilium, Oenotrum cũ fratre Peucetio, classe in Italiã delatum: hinc Euandrũ in Latium, Troiani belli tẽporib. uenisse: hinc Dardanum, uel in Italiam, uel in Samothraciã primum, inde in Phrygiã delatum. Ad hunc ẽt modum Hort. hic innui a Virgilio, conijcit, hinc ẽt Salios oriundos; mansisseq. eorum tum nomen, tum gentẽ apud Troianos: ac postea nauigasse. Vnde se hunc Salium, Arcadẽ agnoscere, in re tã dubia, ait Hort. Quod libenter equidem homini doctissimo assentior, donec certius quidpiam ex antiquis monumentis eruatur. g Sic malo, quã Tegeaeae sanguine gentis: quod Steph. Strabo, & Plin, eadem nominis huius significatione usi sint. Est n. genitiuus a nominatiuo Tegea, Arcadiae opido percelebri, cuius incolae aliquãdo Spartanos proelio uicerunt, & ad unũ oẽs occidernnt, Herodoto teste. Porro, & hanc lectionem probant antiqui l. sex: quib. accedit unũ Pierij exẽplar. h Siculi. Trinacria n. ut supra memini, Sicilia dicebatnr, a trib. suis promontorijs. i Helymo, & Acesti, ut supra ostẽdi, appellẽs in Siciliã Aeneas, occurrit, sed is grandaeuus fuit, & sex urbes condidit ibidẽ, uel, ut Ser. tres dumtaxat, inter quas, una fuit Helyma. Huius haud dubie filius hic iuuenis fuit, qui inter cursores numeratur cum Panope. K Hunc perinde ut Helymũ a uenationis studio, exercitioq. describit, nec dubiũ, quĩ praecipuae nobilitatis ĩter Siculos fuerĩt, cum eos senioris Acestae socios, et comites appellet.

a Inter quos ipse Aeneas medius sic locutus est.
b Vt etiam ignauissimos quosque ad uirtutẽ extimulet.
c Cretensia. Gnossos n. ciuitas Cretae praecipua, et Minois regia fuit.

Assueti siluis, comites senioris Acestae:
Multi praeterea, quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus [a] in mediis sic deinde locutus.
Accipite haec animis, laetasq. aduertite mentes:
Nemo [b] ex hoc numero mihi non donatus abibit:
Gnossia [c] bina [d] dabo, leuato [e] lucida ferro
Spicula, [f] caelatamq. [g] argento ferre bipennem. [h]
Omnibus [i] hic erit unus honos: tres praemia primi
Accipient, flauaq. caput nectentur oliua. [k]
Primus [l] equum phaleris [m] insignem uictor habeto.

Per antonomasiã autẽ a specie ad genus Gnosia spicula, uocat, Cretensia. d Singulis duo optimi pariter, ac nobilissimi generis spicula. e Laeuigato, candefacto, & splendescenti ferro triangulari fere. f Spiculum, Vegetio teste, telum missile est, cuius ferrum est triangulum, unciarum nouem, hastile pedum quinque, & semissis. Veteres Pilum neutro genere appellabant. Ad huius iactum exercebantur milites, ita ut arte, & uirtute directa, scutatos pedites, & loricatos equites saepe trãsuerberarẽt. Vnde Virg. l. 7. Aut lenta lacertis Spicula cõtorquẽt. Cic. fam. l. v. ep. XII. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineã Epaminondes non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquam ei percunctanti dictum est, clypeum esse saluum? Sic igitur hic accipitur: etsi interdum pro sagitta, interdum pro eiusdem ferro, aliquando etiam pro apum aculeis sumi constet. g Tectam, & insculptam. h Securim ex utraque parte aciem habentem, quam Gr. πελέκυν uocant. i Singuli, siue in primis, siue in postremis sint, duo spicula, unamq. securim, seu bipennem accipient. K Alludit ad Olympia, in quibus uictor olea coronabatur: ob id s. quod Olea, cuius uice hic Oliua ponit Virg. neq. cariem sentiat, neq. uetustatẽ, uolentes eo significare, pugiles, aut cursu certaturos indefessum, ac constantem animum habere debere: quod hic usuuenit; eaq. ratione Aeneã, tribus primis oleae coronam pronunciasse existimo. l Hom. Il. 252. m Equorũ ornamentis, quae sic ἀπὸ τῦ φαλῦ, i. illustri, uocãtur. Nõnumquã & nobiliũ, diuitũq. ornamẽta, Phalerae dicũtur, teste Liu. ab V. C. l. IX. qui tradit, comitia aedilicia Cn. Flauii Scribae, tãtũ habuisse indignitatis, ut pleriq. nobilium, aureos anulos, & phaleras deponerent. Horat. pro spetiosis uerbor. ornamentis usurpauit, cũ ait: Ad populũ phaleras, etc.

Alter

Alter Amazoniam[a] *pharetram, plenamq. sagittis*
Threicijs:[b] *lato*[c] *quam circum amplectitur auro*
Balteus,[d] *& tereti subnectit fibula*[e] *gemma.*[f]
Tertius Argolica hac galea contentus[g] *abito.*
Haec[h] *ubi dicta; locum*[i] *capiunt; signoq.*[k] *repēte*

a *Quasi Amazoniam, usitata figura. S. Verũ, quid si uere Amazoniã interpretemur? s. qua Amazones aliquando usae sint, ut laus sit pharetrae, ab exotica gente, quo nomine & rei sua dignitas, & pretium augetur. Sed unde, dicat aliquis, Amazonia pharetra ad Troianos, atq. adeo ad Aenean peruenit? Multorum, eorumq. non leuis censurae scriptorum testimonio cõstat, bello Troiano supremo, Memnonem ex Aethiopia, & Amazones ex Ponto suppetias Priamo uenisse, cum ab Hectore occisus Achilles interisset. Deinde accedunt & hospitalia Didonis munera, inter quae fuit & insignis, auroq. insignita pharetra: sed hoc nil ad poetae consilium, qui Aeneã, aut Troiana decora, aut spolia hostib. detracta, suis donantem fere introducit. Ergo uerisimilius est Amazonici belli tẽpore, cui Priamus multo ante interfuerat, cum Anchisa, huiusmodi Amazonica spolia Amazonis detracta fuiße, eaq. monomenta penes Aeneã, parẽte mortuo, mansiße. Meminit huius belli Hom. Il. 2. ac nos ẽt supra mẽtionẽ fecimus, l. 2. p. 238. Historiae summa haec fuit: Otreo, & Mygdone, fratrib. Hecubae, in Phrygia regnantib. Menalippe, & Hippolyte, Amazones, ualidis copijs in Phrygiam populabũdae uidebantur irrepturae; Illi, collatis castris, Priamoq. in subsidium aduocato, eas pepulerunt, insistentesq. prohibuerũt, ne regni sui limites transirent.* b *Epitheticõ: a specie ad genus. Aptissime tamen ductum epitheton ab ea gẽte, quae olim bellicosißima fuit habita, sagittisq. plurimũ ualuit.* c *Balteum, a forma, et materia accessoria describit.* d *Balteum uet. neut. gen. dicebant, auctore Festo. Vide Macr. l. 5. Sat. c. 17. Proprie cingulum militare est, uel zona bullis ornata; uel potius, lorum, unde arma depẽdẽt, quod Gr. τελαμῶνα, aut, ut alij, ζωςῆρα, uocant. Virgil. l. 12, uers. 490.* e *Ornamẽtum cinguli ad uestẽ subligãdã.* f *Gemma dicitur oculus uitis, quem primo emittit, ut alibi Virg. Turgẽt in palmite gẽmae. Quã quidã primariam uoculae huius significationẽ, quidam uero secundariam esse asserunt, ut s. translatione a lapillis pretiosis sumpta, sic rustici uitis oculos, qui in ea fructum ostendunt, appellare fuerint coacti uocabulorũ paenuria, ut innuere uidetur Cic. 3. de Orat. & Quinct. l. IIX. Hic autem pro lapillo pellucido, aut unione sumitur.* g *Innuit tertium praemium secundo, et primo uilius eße.* h *Hom. Il. 254.* i *Repagula intrant. Carceres autẽ is locus dicitur, unde cursus initiũ fit.* K *Ad prosiliẽdũ. hoc n. & animis, & auribus intenti stabant exspectantes.*

Corripiunt ſpatia audito, limenq.[a] relinquunt
Effuſi,[b] nimbo ſimiles: [c] ſimul ultima [d] ſignant.
Primus abit, longeq. ante omnia corpora Niſus [e]
Emicat, & uentis, [f] & fulminis ocior alis.[g]
Proximus huic, [h] longo ſed proximus interuallo,
Inſequitur Salius; ſpatio poſt deinde relicto,
Tertius Euryalus.
Euryalũq. Helymus ſequitur. quo[i] deinde ſub [k] ipſo
Ecce uolat, calcemq. [l] terit iam calce Diores,
Incumbens humero: [m] ſpatia etſi plura [n] ſuperſint, [o]

a Carceres, e quib. proſiliebant. b Elegans metaphora, qua admirabilem curſus celeritatem, uelocitatemq. indicat: hanc ſimul hyperbolice amplificat, ad metaphoram reſpiciens. c Hyperbole per comparationem. Vide Quinctil. lib. 8. c. ult. d Intuentur, auiditate uincendi. Peruenuſte curſorum certantium naturam explicat: nam uincendi ſtudio in ipſo iam curriculo, animus extrema ſpatia haurit. Simili figura uſus comicus, cum ait: Vorans uiam redi: celeritatem in obeundo negotio ſignificare uolens. Hic certe, in mente, in oculis hoc ipſum uerſatur, de quo certamen eſt: quare diſerte ait, ſimul ultima ſignant. e Hic Aiacis Oilei perſonam hic refert, Salius Vlyſſis, qui ſecundus e repagulis proſiliјt, apud Homer. Il. 23. f Gemina hyperboli Niſi uelocitatem amplificat, a natura uentorum, & fulminis, quorum celeritas omnem admirationem excedit. g Ab auium ſimilitudine, quarum in uolatu ſita eſt pernicitas. h Sic Cic. in Bruto: Duobus igitur ſummis, Craſſo, & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus. i Hom. Il. 254. K Poſt, pro, Sub, cum auferendi caſu: cum Ante, & Poſt ſcriptores reliqui cum accuſandi caſu uſurpent. l Homer. de Vlyſſe idem fere refert, niſi quod cum ueſtigia currentis Aiacis, pedibus pulſaſſe, canat. Virgilius, meo iudicio, plus ait, quam Homer. etſi non ignorem diuerſum ſentire alios. Nam, pedem in ueſtigiũ alterius uix ſubſtracti pedis immittere, minus eſſe eo, quod Diores hic Helymi calcem ferire dicitur, quis ſanae mentis negauerit? m Flexo humero. Quis et hoc minus eſſe dicat, eo quod Hom. de Vlyſſe ait, ſ. eum Aiaci flatum capite aſſudiſſe? In curſu, qui fatigatus, capite prope humeris alterius haeret, an non ei anhelitum afflaſſe dicendus eſt? Sic credo equidem, qui recte rem perpenderit, arbitraturum. n Si plus ſpatiј ſupereſſet, eum praeteriret, qui cum eo iuris i curſu ambigui fuit, cum ſimul ad metam peruenerint. o Ergo haud procul a meta aberant.

Transeat elapsus [a] prior, ambiguumue [b] relinquat.
Iamq. fere spatio extremo, fessiq. sub ipsam
Finem aduentabant; leui cum sanguine Nisus
Labitur [c] infelix; caesis ut forte iuuencis
Fusus, humū uiridesq. super [d] madefecerat herbas.
Hic iuuenis iam uictor ouans uestigia presso
Haud tenuit titubata [e] solo, sed pronus in ipso
Concidit immundoq. fimo, sacroq. [f] cruore.
Non tamen Euryali: non ille oblitus amorum: [g]
Nam sese opposuit [h] Salio per lubrica surgens.
Ille [k] autem spissa iacuit reuolutus arena.

a Ser. existimat licenter Virgil. & minus proprie loqui: at nos cum Hortē. aliter credimus, ea ratione, qua egredi, & exire dicimus. Nam cum uellet extremum Dioris in cursu conatum indicare, cum iam paribus prope uestigijs Helymus, & Diores mouerentur, subdit, si longius a meta absfuissent, potuisse Diorim emicuisse: id quod Elabi hic uocat, quasi in procursu a fronte eminere, & ceu ex eo loco longius labi. Atque haec quidem genuina poetae mens fuisse uidetur. Quod si quis aliter sentiat, hisq. probabilius quid adducat, id adeo non sum reiecturus, ut etiam amplectar lubens. b Ambigere, de locorum finib. proprie dici, norunt I. C. etsi grammaticorum uulgus aliter putet. Proinde, quando hic de loci ambiguitate in cursu certamen est, eandem expositionem tenendam censet Hort. c Ex Hom. Il. 23. ubi Aiax in occisorum boum sanguine labi inducitur. d Ex hoc, & simili apud Homer Il. 3. loco, constat, olim hostias ante certamina mactari solitas fuiße. e Tmesim hic ex Ser. sententia constituit Fab. Choemnic. quasi dicat, superfusus. Cui opinioni duo l. s. accedunt, habentes, Superfusus humum uirides madef. h. quamquam non sim nescius, uersum non constare: sed, quid non licet poetis? f Pro, Titubantia, per enallagen generis, i. trepidantia. Porro, h. locum imitatus Papinius, Chromin fingit axe detinentem Hippodamum: & alio loco, Idam introducit Parthenopeum crinib. arreptum a meta retrahentem. & sic uictoriam aperta ui sibi uindicantem, occupata meta. g Expolitio fimi immundi: ergo in sacro cruore, cum per lubricum consistere nequiret, concidit humi.
h Id est, Euryali turpitudinem, plurali numero, Ser. ait significari: sed errat: nam legimus in Cicerone: Pompeius, amores nostri: &, Est mihi in amoribus. P. Manut. i Sic apud Hom. Palladis fauore superat Vlysses. K Salius, qui proximus Niso haeserat in excursu.

Emicat [a] Euryalus, & munere uictor amici
Prima [b] tenet, plausuq. [c] uolat, fremituq. secundo.
Post Helymus subit, & nūc tertia [d] palma Diores.
Hic totum [e] caueae [f] consessum ingentis, & ora
Prima patrū [g] magnis Salius clamoribus implet:
Ereptumq. dolo [h] reddi sibi poscit honorem.
Tutatur [i] fauor Euryalum, lacrymaeq. decorae,
Gratior & pulchro ueniens [k] in corpore uirtus.
Adiuuat, & magna proclamat uoce Diores,
Qui subijt [l] palmae, frustraq. [m] ad praemia uenit
Vltima, si primi Salio reddantur honores.
Tum pater Aeneas, Vestra, inquit, munera uobis

a Proslit: etenim beneficio Nisi prolapsi, qui pedem Salio obiecerat, primus ad metam procurrit. b τὰ πρῶτα Ser. c Fauore spectatorū, per elegantes metaphoras, cum ait etiam, Fremituq. secundo. d Id est, tertius uictorum est Diores: uel, tertia uictoria est ipsi Diores, ut ἀκλιτῶς poeta, aut προσεδικῶς loquatur. e In ludicro certamine, ceu in re maxime seria, inuicē expostulantes iuuenes fingit: exemplo Homeri, apud quem Iliad. 23. Aiax & Idomeneus in curruli certamine ad altercationem usq. contendentes describuntur. f Caueam, ait per metonymiā, pro ipsis spectatorib. cum proprie locus sit, in theatro, uelis opertus, ex quo populus ludos spectabat. g Aeneae, & procerum Troianorum spectantium, quos hic Patres nuncupat, alludens, opinor, ad Romanor. Senatum, in quo Patres uocabantur, centum illi senatores, quos Romulus ad reip. curam elegerat, siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant, qui ad id idonei essent, ut auctor est Liu. l 2. ab V. C. in principio. Dictos Patres ob id Fest. scribit, quod agrorum partes tenuiorib. ex aequo, & bono assignabant, tamquā liberis suis, q. d. Partres. Graece autem πατὴρ dicitur, quasi παῖδας τηρῶν, i. ex se genitos seruans. h Nisi s. qui se ei currenti opposuerat. i Caussam quoque eandem reddit Papin. quamobrē omnium fauor in Parthenopeum inclinatior esset; Accessit, inquit, lacrymarum gratia formae. Etenim sic a natura comparatum est, ut uirtutes in uenusto corpore pluris aestimentur, quam in monstruoso, ac deformi.

K Proueniens, crescens.

l In locum proximum uictoriae uenit.

m Neque enim tum tertius sed quartus fuisset uictor: & nil, nisi bipennem, cum duobus spiculis habuisset.

Certa manẽt pueri:[a] et palmã[b] mouet ordine nemo.
Me liceat[c] casum[d] miserari insontis[e] amici.
Sic fatus, tergum[f] Getuli[g] immane[h] leonis
Dat Salio, uillis[i] onerosũ,[k] atq. unguibus[l] aureis.
Hic Nisus, Si tanta, inquit, sunt praemia[m] uictis,
Et te lapsorum miseret; quae munera Niso
Digna dabis? primam merui qui laude[n] coronam:
Ni me, quae Salium, fortuna inimica[o] tulisset.

a Nõ quod pueri re uera essent, sed ueterum exẽplo, qui adolescẽtes pueros uocãt: & quidem decore. eadẽ quippe ratione, iuuenes, Patres appellant senes. b Victoriam; signum pro signato, per metonymiam; uel, ut alij malunt, per synecdoch. c Ab honesto: simulq. declarat optimi principis munus erga afflictos. Cum enim uictores fere exsuperanti laetitia exsultent, & uicti consternato sint, maestoq. animo, dolor leuandus est aliquo praemio, ducis dexteritate. Quod hic egregie praestat Aeneas. d Alludi putat Ser.h. tamquam respiciat Aeneas ad id, quod paullo ante contigerat, ut s. caderet Nisus. Quod certe infra confirmatur, Et te lapsorum, &c. e Qui aliena fraude, non suo uitio, lapsus, ultimus ad metam peruenit. f Pro, tergus. Indifferenter n. eam uocem poetae, pro, pelle, usurpant. g Quidã per Ae diphthongum scribi uolunt, Gaetulus, persuasi Graeco textu apud Steph. ubi sic scribitur, γαιτοῦλοι. h Ingens. Lanuini auctore Macrob. Mane bonum dicebãt: atque hinc Latini, diuersa significatione, Immane uocant, quod malum, aut nocens est, quasi Minime bonum: quod modo pro ingenti, ut hic; modo, pro fero deinceps accipitur. i Densitate pilorum, & floccis, quales in iubis leonum uidemus. K Plus est, quam oneratum. φορτικὸν, intell. quod oneri est, & grauat portantem. Vt l.9. Euryalum tenebrae ramorum, onerosaq. praeda Impediunt. i. magni ponderis praeda. l Synaeresis.

m A minori ad maius: Si, inquit, Salio, qui in secundo cursu adhuc circa metam, priusquam ludibrio Nisi prolaberetur, proximas partes a primo tantum tenebat, tam luculentum praemium detur: quantum Niso debetur, qui primus emicuisset ad metam, nisi fortunae iniquitate per lubricum in terram corruisset? Disertissime argumentatur primo splendidius munus, quam secundo, deberi.

n Id est, uirtute: a seq. quod praecedit. S. aut, Laudabili facto.

o Infortunium transfert in ludibrium fortunae. Cum Salius dolo non uitio suo lapsus esset: qui certe dolus alteri prodeße non debuißet, ut doctißime tradunt I. C.

Et ſimul his dictis faciem oſtentabat,[a] & udo
Turpia membra fimo. riſit [b] pater optimus [c] olli:
Et clypeum [d] efferri [e] iuſſit, Didymaonis [f] artes,
Neptuni ſacro [g] Danais de poſte refixum.
Hoc [h] iuuenẽ [i] egregiũ praeſtanti munere donat.
Poſt, [k] ubi confecti curſus, & dona peregit: [l]
Nunc ſi cui uirtus, animusq. in pectore praeſens, [m]
Adſit, & euinctis attollat brachia palmis. [n]
Sic ait, & geminum [o] pugnae proponit honorem;
Victori uelatum [p] auro, [q] uittisq. iuuencum;
Enſem, atque inſignem galeam, ſolatia uicto.
Nec mora: continuo uaſtis cum uiribus effert
Ora [r] Dares, magnoq. [s] uirum ſe murmure tollit: [t]

a Id eſt, identidem oſtendebat, ut Aeneae ſimul affectus erga ſe concitaret: alioqui, inſolenter, & arroganter oſtẽdere ſignificat.
b Homer. Il. 257.
c Illi arriſit Aeneas: non autem, ut quid. exp. Olli iußit efferri clypeum.
d Sic & Idas apud Papin. clypeo donatur: Aiax autem Homericus bouem accipit pro praemio,
e In medium proferri. f Quid. lib. ſ. Dydimaeonis, habent. Ab artifice munus laudat. g Ab honorifica religionis commendatione munus celebrat, cum addit, detractum olim Graecis, & quidem de poſte ſublatum poſtea, qui Neptuno ſacer fuerit. h Hom. Il. 257. i Niſum, qui alioqui in curſu primas tenuiſſet. K Hom. Il. 259. l Diſtribuit. Eſt autem ellipſis, ſub. ſic fatur. m Promptus: q.d. Si cui inſit prompta animi alacritas. n Manibus; per ſynecdochen. o Duo diuerſa praemia, quorum unum uictori, alterum uicto cedat; non autem, ut quidam exp. duplex praemium, nam hoc uni ſoli cederet, non diuiſum. Sic ergo intelligo, duo praemia, & duos infantes unico partu editos, Geminos dicimus, non duplicem puerum, aut infantem.
p Ad hnuc modũ in Belgis, & Germania honorarij boues auro ornantur: quod hic uidemus a ueterib. etiam ſeruari ſolitum in certaminib.
q Solent enim habere laminas quaſdam auratas. unde illud: Aurata iuuencum Terga fatigamus haſta.
r Synecdochicῶs; pro, ſe extollit, & praedicat.
ſ Magna admiratione, & ſtupore Troianorum, & Siculorum ſpectantiũ.
t Effert ſe ſecundo rumore. Scal.

Solus

Solus [a] qui Paridem [b] solitus contendere [c] contra:
Idéq. ad tumulũ, [d] quo maximus occubat [e] Hector,
Victorem Buten [f] immani [g] corpore, qui se
Bebrycia [h] ueniens Amyci [i] de gente ferebat, [k]

a A signis inuicti roboris, & exercitati ĩgenij ĩ pugilatu, quod cũ Paride, & strenuo pugile olim se cõmitti cõsueuerit. b Hunc tradunt, cum editus esset primum, a parentib. in siluis, (quod Hecuba mater, facẽ se, qua postea Troia cõbureretur, in utero gestare somniasset) exponi iußũ, et clam Priamo ruri inter pastores diligenter fuisse educatũ. Accidisse uero postea, cũ adoleuißet, in urbe agonales ludos publice indictos. Quo, cum undique partim ad ostentandam uirtutẽ, partim praemij capiendi dulcedine pellecti, cõfluerent fortissimi quiq. pugiles: ipse Paris regi adhuc, regijsq. liberis, incognitus, ad sollẽnes quoq. ludos cõuenit. Hic, multis ab Hectore caestuũ pugna superatis, Paris audacia, et iuuenili robore fretus, cum eo ẽt cõgressus est. Diu uero in neutram partẽ se inclinante uictoria, Hectorem aiunt, tandem exclamasse, fratrem se agnoscere: quod, prolatis monumentis, ita cõpertum fuit. Vnde & nõnulli scriptores, Paridem, nõ Hectorẽ Troianorum fortißimum fuisse, affirmare nõ dubitarunt. c Anastrophe. d In Sigaeo, ludis funebrib. Hectoris. Nõ solum n. Priamus Hectori filio iusta persoluit ĩ Sigaeo, sed ẽt ludos ĩ eiusdem honorem ad sepulcrum illius ĩstituit; quib. Dares Buten uicit. e Enallage temporis; pro, occubuit. Neq. rursum locum ubi occubuit Hector, sed ubi cõditus est, intelligit. Nam ad muros urbis monomachia perijt Hector, Achillis dextra: in Sigaeo conditus est a Priamo. f Amyci filium, celeberrimum pugilem, qui semper uincere consueuerat. g Vasto, ingenti. h Bebrycibus ĩperabat Amycus Bithyniae rex, tenebatq. ea tẽpestate, qua Argonautae Colchos peterent, maritima. Quae aũt fuerit haec regio Bebrycia, qui determinate scripserit, adhuc uidi neminẽ. Steph. & Strab. l. 7. & 12. Bebryces populos esse aiunt, a Thracib. oriundos, ac eam partem Asiae incoluisse, quae postea Bithynia, et aliquando Mygdonia dicta sit. Isacius Tzetzes, Mysos esse, qui Bithyniae ĩteriores sint, existimat. Charõ antiquus scriptor, Lampsacenorũ regionẽ, antea Bebryciã dictã, affirmare nõ dubitat. i Amycus, Neptuni filius, Butae pater, Bebrycib. ĩperabat, Argonautarũ tẽpore. Hic neminẽ hospitem in regnũ suũ admittebat, iterue per idipsum facere permittebat, nisi primum caestibus secum congrederetur, auctore Flac. Argon. lib. 2. & 4. Tandem uero Pollux ab eo prouocatus, eum ĩterfecit, ut tradit Apollon. et Val. Flac. Epicharmus tamen, & Pisand. eum a Polluce uinctum dumtaxat, nõ interfectum. K Neq. falso: utpote qui Amyci filius esset; ex quo postea Eryx in Scilia procreatus.

Perculit,

Perculit,[a] & fulua moribundum[b] extēdit arena.
Talis[c] prima Dares caput altum in proelia[d] tollit:
Ostenditq. humeros latos, alternaq. iactat
Brachia protendens, & uerberat ictibus[e] auras.
Quaeritur huic alius:[f] nec quisquā[g] ex agmine tāto
Audet adire[h] uirum, manibusq. inducere caestus.
Ergo alacris, cunctosq. putans excedere[i] pugna,[k]
Aeneae[l] stetit ante pedes: nec plura[m] moratus,
Tum laeua taurum cornu tenet,[n] atque ita fatur:
Nate dea, si nemo[o] audet se credere pugnae,
Quae finis standi? quo me decet usque[p] teneri?
Ducere dona iube. cuncti simul ore fremebant[q]
Dardanidae, reddiq.[r] uiro promissa iubebant.

a Cōra fidem historiae scribere uidetur Virg. cū Butē hic a Darete uel interfectū, uel ad necē usq. caestib. fuisse pulsatum canit, nisi hunc locum sic accipiamus, ut bello Troiano Butes e Sicilia Troiam uenisse dicatur. Fuit autem hic Amyci filius, qui, patrè a Polluce occiso, in Siciliam profugit. ubi a Lycaste, nobili scorto, quae ob eximiam formam Venus dicta fuit, adamatut, ex ea Erycen sustulit. Vnde poeta in pr. l. huius litora Siciliae, fraterna appellauit, propter Erycen τὸν ἀδέλφον σοῦ ὁμομήτριον. Ponamus ergo Troiano bello Buten annis grandem in Phrygiam uenisse, ac sic cum Darete ad tumulum Hectoris in Sigaeo congressum, ab eo superatum fuisse. b Morienti similem. S. Vel, morti proximum.
c Tali fama celebratus, quod s. Paridis antagonista fuerit, & Butē exercitatissimum pugilem superarit. d Stolida iuuenum ferocia in Darete notatur. e Id quod plane ostentatorum est, & alte se uaneq. buccinantiū: cum uera uirtus, tacite robur, ac citra iactantiam spiret. f Qui s. cum eo certet. g Hom. Il. 175. h Congredi cū Darete. i Omnes pugnā detrectare ratus. K Fabric. Palma, legē. censet, ex uet. Grāmat. & l. antiq.
l Ingentē fastum ex hoc innui Don. ait. quod Dares ad pedes Aeneae accedere ausus fuerit, nimium s. elatus, neminē sibi antagonistā cōstitui: ac ob id ferocior. m Non amplius moratus. n Hom. Il. 37. ubi Epeus prouocator, consimili modo mulā tangit. o Violentum Daretis argumentū: Nemo mecum audet in arenam descendere: ergo uici, ac proinde mihi praemia debentur; licet ἀναιματί. p Tmesis.
q Metaphora; pro, magno clamore Daretis uerbis applaudebant.
r Quasi debita.

Hic

Hic grauis [a] Entellum dictis caſtigat Aceſtes,
Proximus ut uiridante toro [b] conſederat herbae:
Entelle, heroum quondam [c] fortiſſime fruſtra, [d]
Tanta ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona ſines? ubi nunc nobis deus [e] ille magiſter [f]
Nequidquã [g] memoratus Eryx? [h] ubi fama [i] per oẽm
Trinacriã [k] & ſpolia [l] illa tuis pendentia [m] tectis?
Ille ſub haec: [n] Non laudis [o] amor, nec gloria ceſſit
Pulſa metu: ſed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis [p] hebet, [q] frigẽtq. effetae in corpore uires.
Si mihi, quae quõdam fuerat, quaq. improbus [r] iſte

a Auctoritate pollens ob maieſtatem regiam & ſimilis aetatis prouidentiam. b Homer. Il. 75. c Cõmemoratio priſtinae uirtutis Entellũ ad certamẽ adhortatur.

d Quod nunc certamen detrectes inire cũ ferociente illo iuuene, tantopere ſe prae omnib. efferente, & praedicante. e Diuinus, ob ſingularẽ, quẽ ex pugilatu cõſecutus eſt, laudem. f Laudatiſſimi magiſtri ſui Erycis commẽdatione Entelli animum ſenilẽ excitat ad audendũ memorabile facinus. Nec uero mediocrem ſtimulum ad uirtutem habet ueteris gloriae recordatio. g Fruſtra deprecatus abs te tantopere, ſi nunc recuſes certamen, id quod Eryx numquã fecit, ut qui cum Hercule congreſſus ſit; ut paullo poſt leges. h Butae, & Lycaſtes filius, pugil celeberrimus, frater Aeneae ὁμομήτριον, ut duob. locis hoc ipſo lib. adnotaui. i A nominis celebritate, & ſignis ueterum uictoriarum exhortatio. K Siciliam; a triquetra inſulae forma, aut a trib. promontoriis. l Hom. Il. 141 m Alludit ad Romanor. morẽ, qui aediũ ſuarũ limina, affixis hoſtiũ ſpoliis, exornabãt. T. ex Pli. Solebãt aũt clari pugiles, & athletae ſpolia, uictis pugilib. detracta, ad oſtentationẽ in aedium portis figere, ut ſe ipſi celebrarent, & alios itẽ ad uirtutẽ excitarent. n Sub. Reſpondit: ellipſis. o Remouet a ſe ſuſpicionẽ ignauiae, metus, & τῆς ἀπατείας dedecus: transfertq. detrectionis cauſſam in ſenilis aetatis tarditatem, quae ſ. propter effetas frigido ſanguine uires rigidior eſt, minusq. ad rotundos caeſtus alacris.
p Simili querella, aetatisq. excuſatione utitur apud Achillem Neſtor Il. 23. q Metaphora; a ferro ad ſanguinem, qui quoniam in ſenecta fit frigidior, amittitq. de ſuo naturali uigore, fit, cur uires minuantur: nam ex eius calore contrahunt nerui ſuum robur. Hoc uerbo etiam Liu. 3. belli Pun. utitur: Num, inquit, ferrum hebet? an dexterae torpent?
r Daren, per antonomaſiam intelligit.

Exſultat

Exsultat fidens,[a] si nunc foret illa [b] iuuenta:
Haud equidẽ pretio [c] inductus, pulchroq. iuuenco,
Venissem: nec dona moror. Sic deinde locutus,
In medium geminos immani pondere [d] caestus
Proiecit: quibus acer [e] Eryx in proelia [f] suetus
Ferre [g] manum, duroq. intendere brachia [h] tergo.
Obstupuere [i] animi tantorum [k] ingentia septem
Terga [l] boum plumbo [m] insuto, ferroq. rigebant.
Ante omnes stupet [n] ipse Dares, longeq. [o] recusat.
Magnanimusq. Anchisiades [p] & pondus, & ipsa

a Suae uirtuti tãquã non extime scens iuuenilem Daretis ferociã. Ponitur autem hoc nomẽ in laude, cũ Confidens in uitio saepius poni soleat, auctore Cic. Tuscul.q.l.3. Qui fortis est, idem & fidens, quoniam Confidens mala loquendi consuetudine in uitio ponitur, & rursum Tusc.4. Et si fidentia, id est firma animi confisio, scientia quaedam est & opinio grauis, non temere assentiens: metus quoque est diffidentia exspectati & impendentis mali. Lib.quoque secundo de Inuent. sic ait: Fidentia pars est fortitudinis, per quam magnis & honestis in rebus, multum ipse animus in se fiduciae cum certa spe collocauit. b Emphatice, audacem, fortem, robustumq. se fuisse indicat. c Pro, praemio: quod sic apparet Virgilium intelligere, quia statim subijcit, Pulchroq. iuuenco. d Non ignoro esse nonnullos, qui & Iliad.l.23. sub πυγμῆς significatione hos caestus intelligant sed, ut l.3.Georg.p.88.monui, puto ibi Pygmachiae nomine, pugilatum, aut pugnorum certamen intelligi: cum nusquam expressa huius apud Graecos fiat mentio. e A personae dignitate, caestuum praestantiam arguit. f Pro, assuetus, consuetus, solitus. g Pro, conferre: simplex pro composito. h Vt supra, masculino genere Tergum pro cute, & bubulo tergore ponit: per quae tamen lorum notat, quo caestus brachijs implicabantur. i Cum stupore admirati sunt. K Ser. ait ad homines referi, non ad boues, & ideo distinguendum. l Pro, tergora, ut supra paullo: a materia, cum amplificatione. Papin. Nigrantia plumbo Tegmina nuda boum, uocat. m Fiebant.n. caestus ex tergorib. bubulis, quib. plumbum insutum erat. n Summo cum stupore miratur huiusmodi caestus Erycis. o Quid. leg. Recursat.i.resilit admiratione stuporeq.caestuum. At, si, Recusat, legere malis, expone, i. negat se tam ualidis tamq. grauib.caestib. pugnaturum esse. p Aeneas, tamquam dicat, Anchisae filius πατρωνυμικῶς, aut per antonomasiam.

Huc

Huc illuc uinclorum immensa uolumina[a] *uersat.*
Tum senior[b] *tales referebat pectore uoces:*
Quid, si quis caestus ipsius[c] *& Herculis arma*
Vidisset,[d] *tristemq.*[e] *hoc ipso in litore*[f] *pugnam?*
Haec germanus Eryx quondã tuus[g] *arma gerebat.*
Sanguine[h] *cernis adhuc, sparsoq. infecta cerebro.*
His magnũ Alciden[i] *cõtra stetit: his ego*[k] *suetus,*
Dum melior[l] *uires sanguis dabat, aemula*[m] *nec dũ*
Temporibus geminis canebat[n] *sparsa senectus.*[o]
Sed, si nostra Dares haec Troius arma recusat,

a Vt plus admirationis caestus habeant, facit eosdem Aenean manib. librantem, ut inusitatae magnitudinis ac ponderis arma. b *Entellus, senex miles.* c *Emphatice, a minori ad maius: q.d. Hi caestus uobis graues et magni uidentur: sed nihil ad Herculis caestus, quibus ille Erycẽ hoc ipso in litore (unde Eryci nomen factũ fuit proximo monti) uicit.* d *Tũ demum fuisset, quod obstupesceret Dares, reliquiq.* e *Recte Tristem ait, respiciens ad Erycem, ibi ab Hercule interfectũ.* f *Hercules ab expeditione Hispanica, relicto ibi Hispano comite, reuersus, Albericũ armentũ prae se agẽs, in Libyã trãsmisit, ubi Dercynũ et Alebionẽ Neptuni filios furti reos interfecit. Hinc in Italiã transiecit, atq. a Rhegio in Etruriã peruagatus; cũ taurum ex omni armẽto desiderasset, quẽ in Siciliã trasnaße acceperat, anceps cõsilij, diu haesit. Porro hunc Eryx exceptũ suis admiscuerat. Qua occasione perpulsus Hercules in Siciliã nauigauit. Verum, cum ab Eryce ter repetisset taurum suum, nec tamẽ redderetur, eũ inuadere proponit, uiq. suũ auferre. Ter igitur cum eo caestib. cõgressus, ad postremũ eum interfecit. Quare nõ modo taurũ recuperauit, sed & regno Erycis potitus est: et libertate incolis restituta, qua dũ uiueret Eryx, uti prohibebãtur, miraculi uisendi caussa, ad montẽ Aetnã processit. Porro ab hoc tauro, Italiae nomẽ inditum autumant, quod Tyrrheni, sua lingua, Italum uocarent taurum.* g *Apostrophe ad Aenean, cuius frater erat Eryx, ut saepe monui.* h *Erycis, ab Hercule occisi. Ser. ex Var. refert campum illum ad radicem Erycis Siciliae montis adhuc esse infecundum ex Erycis sanguine.* i *Herculem, ab Alcaeo auo, Amphytrionis patre.* K *Sub. Ferre manum in proclia, ut supra. 402.* l *Periphrasis, uirilis & robustae aetatis, qua nerui & robur adhuc uigebant: ut senij periphrasis, id quod sequitur, a signo, Aemula necdum &c.* m *Viribus pristinis aduersa et inimica* n *Pro, Canescebat.* o *Senectutem Aemulam uocat, teste Donato, quod, cum nihil per se possit, tamen inuideat uirtuti, & aliquid egregij agere uolenti corpori.*

Idq.

Idq. pio ſedet Aeneae, probat auctor [a] Aceſtes:
Aequemus pugnas: [b] Erycis tibi terga remitto,
Solue metus; & tu Troianos exſue [c] caeſtus.
Haec fatus, duplicẽ [d] ex humeris reiecit [e] amictũ:
Et magnos mẽbrorũ artus, magna oſſa, [f] lacertosq.
Exſuit, atque ingens media conſiſtit arena.
Tũ ſatus Anchiſa caeſtus pater extulit [g] aequos:
Et paribus palmas [h] amborum innexuit [i] armis. [k]
Conſtitit in digitos [l] extemplo arrectus uterque,
Brachiaq. ad ſuperas interritus extulit auras.
Abduxere [m] retro longe capita ardua ab ictu:
Immiſcentq. manus [n] manibus, pugnãq. laceſſunt. [o]

a huius certaminis. ſ. b Pro, Aeq. vrma: a conſeq. id quod precedit. S. ſic & uerſ. 425. Parib. armis. c Abÿce, et depone: quod ÿs forte aſſuetum Dareta ſuſpicaretur Entellus.

d Obollam exp. Ser. quam etiam duplicem, perinde ut chlamys, fuiſſe contendit. Certe Obolia militũ erat ueſtis, ſicut & Laena auctore Nonio, quã Gr. χλαῖναν, uocant: atque haec pallÿs hieme maxime ſuperinduebatur. Erant & Saga uilloſa, quas item Laenas appellabant, & Amicula. Certe, ut eſt, Duplicem amictũ, militarem hic intelligere uidetur, quo reiecto ad pugnã ſit futurus expeditior. e Al. Deiecit: quomodo ſe in multis ſ. l. inueniſſe teſtatur. Vnum etiam Aldi Manutÿ s. exemplar, Deiecit, habet: reliqua omnia, ut & Carpenſe, Reÿcit: quae mihi melior lectio uidetur. f Hypermeter uerſus. Quidam tamen l. s. inclinatiuam hanc particulam non habent. in quib. Magna oſſa, lacertos: uidetur per appoſitionem eſſe dictum. g Decore hoc Aeneae tribuit, quippe pio & aequo principi, qui neutri uelit eſſe iniquus. h Manus, & brachia, quibus adnectebantur caetus, loris bubalis, ÿq. ualidis. i Caeſtuum innectendi rationem, ex uet. marmorib. hãc ſe eruiſſe ſcribit Choemnic. Coria bubula, inquit, quibus plumbum ferrumue ĩſutum erat, articulis manus in uolam flexae circumdata, &, ut pondus ſuſtinere ferientium manus ualerent, illigata erant. K Caeſtibus aequalib. l In digitos arrectus, quod tanto facilius & fortius percutit aduerſarium, quanto fuerit corporis proceritate ſublimior. Donat. hic. m Nã ſolent pugiles dextra petentes aduerſarium caput ab ictu in laeuam lõgius deflectere, ne feriãtur. n Vocum colluſio, ut apud Homer. Iliad. 23. χερσὶν χεῖρας. o irritant lentius: ut in ludis & certaminib, primis ſtatim prooemÿs fieri ſolet, priuſquam animi incaleſcãt: ut norunt ÿ, qui aliquando Norobergae, aut Francofurti, publica digladiatorum uidere certamina.

Ille pedum[a] melior motu, [b] fretusq. iuuenta,
Hic membris, & mole [c] ualens: ſed tarda tremēti
Genua[d] labāt: uaſtos quatit aeger anhelitus[e] artus.
Multa uiri nequidquam inter ſe uulnera [f] iactant:
Multa[g] cauo lateri ingeminant,[h] et pectore uaſtos
Dant ſonitus, erratq. [i] aures, & tempora circum
Crebra manus: duro crepitāt ſub uulnere[k] malae.[l]
Stat grauis[m] Entellus, niſuq. [n] immotus eodem,
Corpore tela[o] modo, atq. oculis uigilātibus[p] exit.[q]
Ille, [r] uelut celſam oppugnat qui molibus[s] urbem,

a Addit obiter perſonarū deſcrptiones: huius ab agilitate & motu corporis, aetateq. iuuenili: Entelli uero, a uaſtitate corporis robuſti & ſenectae, quae quanto inuenta tardior eſt, tanto plus gloriae ex uictoria ei cōciliatur. b Agilitate ī occurſu recurſuq. c pro, mēbrorū mole: ut, Molēq. & montes. d Proceleuſmaticus pro dactylo. e nam ob pulmonis inualetudinem, ſenibus ſpiritus, anima & anhelitus breuiores aegrioresq. ſunt: id quod etiam apparet in laborantib. ualetudine aduerſa, propter pulmonis languorem ex corporis fracti infirmitate. Atque hinc fit, cur citius ſenes ambulando agendoq. quam iuuenes defatigentur. f Vulnus non ſolum de laeſa ruptaq. ab ictu carne dici, uerum etiam de ictu aut uerbere, ex hoc uerſu collige: cum ait, Nequidquam iactant uulnera. g Anaphora. h Alios poſt alios ictus ingerunt. i Metaphora ab animātib. ducta, qua ictus fallentes circa pugnantium capita, impactosq. tēporib. denotat. K Ictu: ut paullo ante, Vulnera iactāt nequidquā. l Homerica imitatio ex Iliad. ⸸ ubi Euryalus cum Epeo pugnās in mala uulnus accipit. m Innuit multis annis exercitatum ſenē, grauē atq. immotum ſtare, neu ictib. Daretis perterritum, huc illuc diſcurrere, aut reſilire. n Immobilitatē conatus & laboris exaggerat in ſene exercitato, cum eodē niſu quaſi indeſeſſā, pariq. adſiduitate aduerſus adoleſcentē cōſiſtere, atq. ipſos ictus caeſtus a uertice uenïētes declinantē euitantemq. eum facit, ut Dareten ſ. ipſe quietus ac recens defatiget. o ictus caeſtus Daretis. p Curā attentiſſimam in auertendis declinandisq. ictib. innuit. q Vitat, declinat, effugit. Cic. in Catil. Tuas petitiones parua quadam declinatione, et (ut aiūt corpore effugi. Sed non inuenuſta eſt haec ſignificatio uerbi Exit: nam, qui ictum a uertice uenictē uitat, ea linea ſe ſubducit, ſubtrahitq qua uenit ictus. Hoc etiam imitatus eſt Papin. Ecce iterum, inquit immodice uenientē eludit & exit. r Daretis ſtudiū initum, in oppugnādo Entello amplificaturus, cōparationē addit plane hyperbolicā. ſ Machinis.

Aut

Aut montana sedet [a] circum castella sub armis,
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq. pererrat
Arte locum, & uarijs assultibus [b] irritus [c] urget.
Ostendit [d] dextram insurgens Entellus, & alte
Extulit: ille [e] ictum uenientem a uertice uelox
Praeuidit, celeriq. [f] elapsus corpore cessit. [g]
Entellus uires in uentum [h] effudit: & ultro [i]
Ipse grauis, [k] grauiterq. ad terram pondere uasto
Concidit: ut [l] quondã caua [m] cõcidit aut Erymãtho, [n]
Aut Ida [o] in magna radicitus eruta pinus. [p]
Consurgunt studijs [q] Teucri, & Trinacria pubes:
It clamor caelo: [r] primusq. accurrit Acestes:

a Pro, circumsidet in armis. b Assultus hic pro oppugnatione usurpatur: qua uoce adhuc Galli, paucis immutatis litteris, utuntur, dicẽtes, Assault. c Operam ludens, frustraq. laborans Dares. d Dextram minatus, in pedes insurrexit, ut grauius Daretẽ certo ictu feriret. Quod sic Val. Flac. ait: Emicat hic, dextramq. parat, dextramq. minatur.

e Dares, qui Entelli gestus notat. f Hom. Il. 143. g Ab ictu.

h Prouerbiali forma, significat Entellum aberrare a corpore Daretis.

i A nemine impulsus. Aliter Ser. sed non satis conuenienter.

K Peruenusta similium dictionum repetitio.

l Hom. Il. 181. cui hoc fere peculiare est, ut maximarum arborum ruinis, fortium uirorum casus aequiparet.

m Vetustato excauata, annosa, quae non securibus, sed carie exesa, uel sponte, uel uenti procella acta cecidit.

n Species pro genere: ut & in Ida. Erymanthus autem Arcadiae mons est, arboribus densus, & horridus, in quo Hercules aprum prodigiosae magnitudinis, omnia circumcirca uastantem, interfecit, qui & inde Erymanthius aper dictus fuit: uel, ut alij, uiuum ad Eurystheum regem perduxit. o Aptior futura uidetur comparatio, si de Troiae monte Ida, non de eo, qui in Creta est, intelligamus, etiamsi ille ab hoc nomen acceperit. Nam ab ijs, quae familiaria nobis, & domestica sunt, frequentius ducimus comparationes, quam ab ijs, quae sunt nobis extranea, & peregrina. p Amplificatio casus a comparatione hyperbolica.

q Fauoribus, & commiseratione Entelli.

r Pro, Ad caelum; octauo casu, hyperbolice.

Aequumq.

Aequaeuumq. ab humo miſerans [a] *attollit amicũ.*
At non tardatus [b] *caſu, neque territus heros,* [c]
Acrior [d] *ad pugnam redit, & uim ſuſcitat* [e] *ira.*
Tum pudor [f] *incendit uires, & conſcia uirtus:*
Praecipitemq. [g] *Daren ardens* [h] *agit aequore toto,*
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.
Nec mora, nec requies. quã [i] *multa grãdine* [k] *nimbi* [l]
Culminibus [m] *crepitant: ſic denſis ictibus heros* [n]
Creber [o] *utraq.* [p] *manu pulſat,* [q] *uerſatq. Dareta.*
Tum [r] *pater Aeneas, procedere longius* [s] *iras,*

a *Caſum eius deplorans: ut lib. 10. Ingemuit miſerans grauiter, dextramq. tetendit.* b *Homer. Il 52.* c *Entellum honorifica Antonomaſia Heroem uocat.* d *Tria recenſet potiſſimum, quae animũ Entelli ad longe acriorem pugnam excitarunt: iram, pudorem, & ſibi conſciam uirtutem.* e *Ex Peripateticorum ſententia, qui iram fortitudinis cotem eſſe docent, & uirum ſibi uideri negant, qui iraſci neſciat, auctore Cic. Tuſc. 4.* f *Pudorem in uicto, generoſi animi indicium eſſe, teſtatur poeta l. 3. Georg. dum equi animoſi notas recenſet.* g *Motu celerem.* h *Metaphora perelegans, ut & in Praecipitem.* i *Pro, quam multo nimbo grando praecipitatur.* K *Eodem modo Hom. lapidum iactus utrimque in proelio prouolantium niuib. hibernis comparat: unde, non dubito, quin comparationem hanc deſumpſerit Virg. Iliad. 12.* l *Hyperbolica comparatione, uerbera ab Entello Dareti inflicta, amplificat, quam adeo apte rei applicauit, ut nata huic loco, non quaeſita, uideatur.* m *Tectis: ſynecdochice.* n *Rurſum per antonomaſiã honorificentiſſime Entellum appellat.* o *Addit Creber, i. crebro, atq. idẽtidem duplicans uerbera, ut ueterani pugilis impetũ, & ardorẽ, ex lapſus ignominia concitatum, hypotypoſi oculis ſubijciat.* p *Plus id, quod praecedit, Denſis ictib. & quod paullo ante ait, Nunc dextra ing. ict. nunc ille ſiniſtra: hic utraque manu ſimul.* q *Spectant & haec duo uerba, & frequentem actionem, ne quid amplificationi deſit.* r *Homer. Il. 260.* ſ *Nam cum ludicrum certamen ſit, & tantum exercitij cauſſa inſtitutum, indecorum foret tragicam ſpeciem admiſcere, perinde ut in re ſeria. Neque n. hic de uita certamen erat, ſed de praemio propoſito, uter ſ. tolleret: quamquam inter Herculem, & Erycem, Pollucem, & Amycum, de capite certabatur: quod ſic iniuria accepta exigeret. Itaque, ne hic funeſti quid per iram admittatur, inducit Virgilius Aenean ſubtrahentem Dareta, pugnamq. dirimentem.*

Et saeuire animis Entellum haud passus acerbis:
Sed finem imposuit [a] pugnae; fessumq. [b] Dareta [c]
Eripuit, mulcens dictis; ac talia fatur:
Infelix, [d] quae tanta animum dementia cepit?
Non uires alias, conuersaq. numina [e] sentis?
Cede deo: [f] dixitq., [g] & proelia uoce diremit.
Ast [h] illum fidi [i] aequales, genua aegra trahentē,
Iactantemq. utroq. [k] caput, crassumq. [l] cruorem [m]

a Sic etiā Papin. inducit Tydeum & Hippomedontem, Adrasti iussu, cohibentes, constringentesq. manus Capanei, ne Alcidamantem caestibus enecet. Verba poetae illius, quod multa eßent, hic omisi: qui ea uolet, inde petat. b Oneratum, & emollitum caestibus. c Graecus genitiuus: sunt & id genus plurima alia, quae duplicem patiuntur inflexionem, ut Chremes, is, & Chremetis: Laches, is, & Lachetis: sic Dares, is, Daretis, Dareta, Darete; ut, Praecipitemq. Daren ard. ag. aeq. toto. d Homer. Il. 75.

e Vt cuique genium, ceu numen, tributum intelligamus, qui uires suppeditet, & fortunam fingat. Huius quoque beneficio alius alio creditur eße fortunatior. f Plutarch. in lib. de Audiendo, auctor est, hoc prouerbium, inter Graeciae sapientum oracula celebratum, ἕπȣ θεῷ, i. sequere deum: putatq. huius hanc esse seneentiam, Obtempera rationi: quasi unicuique oraculi uice eße debeat, quidquid in pectore dictet ratio. Hinc illud Menandri, ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ὁ θεὸς, i. animus noster nomen est. Et Cic. 3. de Finib. auctor est, inter sapientum praecepta prouerbij loco celebrata, Parere, & sequi deum, Se noscere, & Nihil nimis. Fortaßis allusit ad illud, Nil sine deo. Nihil n. in rebus humanis citra numinis uoluntatē secundum est, aut felix. Quin, si ad illud θεομαχεῖν, respexisse dicam Virg. non uideo, quod inconueniens committam. Cum deo n. pugnare, certamenq. suscipere uidetur, qui cum potentiore, quam ipse sit, congreditur. g Quidam hic Que, abundare tradunt: ego Graecam phrasim magis, quam Latinam loquendi consuetudinem, obseruasse existimo: uel, plane poetice eum dicere uoluisse, q.d. Dixitq., diremitq. h Daretem socij ex arena ad naues prope exsanguē ducunt. Hom. idē fere de Euryalo, ab Epeo superato, canit, quē socij pedib. per circum traxere. i Fidi aequales, i. amici sui coaetanei; quod Hom. ait, φίλοι δ᾽ ἀμφέσαν ἑταῖροι, &c. quae uide apud illum. K Hom. ἑτέρωσε: modo huc, modo illuc, mortuo similis. l Spißum, Homer. αἷμα παχὺ πτύοντα, i. sanguinem crassum exspuētem, seu euomentem. m Sic & apud Hom. Euryalus uictus cruorem ore reiectans, a socijs ad naues ducitur.

Ore reiectantem, miſtosq.[a] in ſanguine dentes,
Ducunt ad naues: galeamq.[b] enſemq. uocati[c]
Accipiunt: palmã[d] Entello, taurumq. relinquunt.
Hic uictor ſuperans[e] animis, tauroq. ſuperbus,
Nate dea, uosq. haec, inquit, cognoſcite[f] Teucri,
Et mihi quae fuerint[g] iuuenili[h] in corpore uires,
Et qua ſeruetis reuocatum[i] a morte Dareta.
Dixit: & aduerſi contra ſtetit ora iuuenci:
Qui donum[k] adſtabat pugnae: duroſq. reducta
Librauit[l] dextra media inter cornua caeſtus[m]
Arduus,[n] effractoq.[o] illiſit in oſſa cerebro.

a Hoc conuenienter, ex ſe, addit Virgil. cum Homer. nec alius quiſquam huius meminerit. Neque uero, ſi bene rem conſideres, aliter fieri potuit, cum caeſtibus undiq. emollitus, & quaſi fractus membra grandiora, nedum dentes, fere uacillarent: unde perſpicere licet, num facile ſanguini miſceri potuerint. b Polyſyndeton. c Sponte n. non ueniebant. pudore Daretis uicti. d Palmae mentio nulla facta fuit: ſed haec erat commune omnium certantium praemium, quamuis aliud proprium eſſet. T. ex Plutar. Neque enim libenter conceſſerim, uictoriam hic ſimpliciter per Palmam declarari: quamuis hoc nonnulli adſtruere conati ſint, ex uulgatiſſima Palmae pro Victoria uſurpatione, per metonymiam inducta. e Exſultans ſpiritus ferocia, ex uictoria. f Diſerte cum decoro perſonae, ſenilis aetatis ingenium in Entello depingit. Eſt n. ea aetas natura arrogantior, propter rerum uſum, et experientiam, quam cum auctoritate maiorem dicendo reddunt, quam fortaſſe fuerit, cum ſciant a nemine ſe reprehenſum iri. Quod & Horat. in Arte poetica, non minus uenuſte, quam uere, ſenib. tribuit, cum ſic canit: Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero: cenſor caſtigatorq. minorum. Itaque hic etiam Virg. ſenilis naturae non ignarus, Entellum, magnificum ſuae uirtutis oſtentatorem, propriaeq. laudis buccinatorem, ab hoc ſenectutis facinore, facit, & introducit. g Amplificatio maioris a minori. h Cariſius legendũ ait, Iuuenali. i Aeneae beneficio, iã ſub cultro, ut aiunt, uerſantẽ, caedi ſubtractum. K Per appoſitionẽ: praemium uictori. l Quaſi collimans, ne ictus falleret, ſed certus foret. m Enallage numeri: cũ ille unum dũtaxat caeſtum habuerit. n Entellus ingens, caeſtum illiſit in oſſa: hoc eſt, in frõtem, inter duo cornua mediã, quo ictu cerebrum ita fuit fractum, ut ẽt humi conciderit. o Hypallagen hic fingit Ser. ſed, cum ſenſus ſit perſpicuus, & nullo modo perturbatus, quid neceſſum ſit, non uideo.

a Homer. Il. 34.

b Maximo artificio, sono uerborũ exprimit: id quod huic poetae peculiare esse uidemus, ut semper, quoad eius fieri potest, rebus uersum suum attemperet.

Sternitur,[a] exanimisq. tremẽs procũbit humi bos.[b]
Ille super [c] tales effudit pectore uoces:
Hãc tibi Eryx[d] meliorẽ[e] animã [f] pro morte Daretis
Persoluo: hic [g] uictor caestus, artemq.[h] repono.

Monosyllaba dictio, etsi in aliјs uitupere-tur, in animantium tamen nominib. non modo permissum esse in fine, sed & summae artis iudicari eam compositionem disertissime tradit Erythraeus, et Cor. Valerius. l.3. Aen. dixit, Inuenta sub ilicibus sus. Horat. quoq. Nascetur ridiculus mus. Vnde miror Seruium, pessimũ hunc uersum esse, quod monosyllabo exeat, scriptũ reliquisse: immo potius, si dicere fas est, pessimũ eius iudicium, qui tam insulse iudicet, de tanti poetae uersib. c Ellipsis est, q.d. Entellus super caesum Eryci taurũ, sic locutus est. d Athletice sane, quippe qui magistro suo hunc honorem acceptum ferat, a quo tã egregie institutus, multas pugillari certamine uictorias habuerit. e Alludere uidetur ad hostias succidaneas, de quibus & prouerb. δευτέρων ἀμεινόνων. T. f Animalẽ hostiã intellig. de qua uide Macr. Sat. l.3. c.5. & ea, quae notaui ĩ l. IV. pag. 353. Porro, ut caussam hostiae animalis redderet, ipso Animae nomine utitur: deinde ut nuncupatũ uotũ coarguat, addidit, Persoluo, quod de uoti reo proprio dicitur. g Ad postem Herculis, more reliquorum pugilũ, quibus id moris erat. h Pro, Sepono, colloco, uel simplici Pono. Repono n. aliud includit; nisi forte uelit Reponere, pro, Restituere, tãquam debitum, ut Seneca ad Lucil. scribens, hoc uerbum subinde accipi docet, & Plaut. in Persa: Nummos sexcentos des mihi, quos tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo. Porro hic ad ueterem athletarum cõsuetudinẽ alludit poeta. His n. per aetatẽ permissum erat, a gladiatorio munere cessare: ac ĩ perpetuae uirtutis, strenuaeq. aliquãdo naturae opere testimoniũ, uirgula donabãtur, cui Rudis nomẽ erat: unde hoc modo dimissi, Rudiarij dicebãtur. Ab hoc ritu, translatione sumpta, postea, qui quouis modo ĩ otiũ restituebãtur, uel ob aetatẽ, uel ob corporis, animiq. inualetudinẽ, rudẽ accepisse, rudeq. donati esse dicti sunt, quod ex Horatij ad Maecenatẽ epistola manifestũ est, ubi sic canit: Iris spectatũ satis, & donatũ iã rude, quaeris Maecenas, iterũ antiquo me includere ludo. Quã metaphorã, scriptor Chil. Adag. lepidiorẽ futurã, si lõgiuscule trãsferatur, existimat: ueluti, si quẽpiã adhortari quis uelit, ut tãdẽ aliquãdo a studiorũ laborib. abstineat, sibiq. rudẽ ĩpartiat. Porro, quod ad gladiatores attinet, ij post ea tẽpora uolẽtes suo munere defungi, arma ad postẽ, Herculi, ut praesẽti deo, suspendere, cõsecrareq. solẽt: hoc facto significantes, arti se digladiatoriae ualedicere, alijsq. permittere. Quod & ipsũ eadem epist. testatur Hor. cũ ait: Veianius armis Herculis ad postẽ fidis, latet abditus agro.

Pro-

Protinus [a] Aeneas celeri certare ſagitta
Inuitat, qui forte uelint, & praemia ponit:
Ingentiq. manu [b] malum de naue Sereſti [c]
Erigit: & uolucrem traiecto [d] in fune columbam, [e]
Quo [f] tendant ferrum, malo ſuſpendit ab alto.
Conuenere uiri: deiectamq. [g] aerea ſortem
Accepit galea: & primus clamore ſecundo
Hyrtacidae [h] ante oẽs exit locus Hippocoontis. [i]

a Homer. Il. 262.
b Magna ſuorũ multitudine malum erigit. Hort. Ergo altum, & graue fuiſſe oportet.

c Caue putes, Sergeſti eum intelligere nauem. Nam alius eſt Sereſtus, alius quoque Sergeſtus, ut lib 12. uer. 561. oſtendit Virgilius, utrumque eodem uerſu complectens. d Pro, Extenſo.
e Columbam autem, cur figi iuſſerit in malo, cum ea Veneri ſacra ſit, non abs re dubitari poteſt. Sed reſpondet ex Vrbano Pompon. Laetus, quem alij perperam Pomponium Sabinum nominant, aues omnes alicui ſacras eſſe, ac eadem ratione ab omnibus uolucribus abſtinendum fuiſſe Aeneae, ſi id ſpectare uoluerit. Verum columbam prae ceteris elegiſſe, quod matrem Venerem, ſi ob id ſibi ſuccenſeret, a ſe filio facilius placatum iri, cognoſceret. f Pro, in quam, teſte Ser. nam ſaepe ponit Virg. aduerbia pro nominib. ut, Genus unde Latinum. l. 1. ten. in pr.
g Homer. Il. 262. ubi etiam ſagittariorum ſortes in aenea galea uoluuntur. Et Iliad. δ. cum placuiſſet Troianum bellum, ſingulari Paridis, et Menelai certamine decidi, ſortes in galeam aeream mittebãtur, uter prius haſtam emitteret: ſed Pandarus Palladis hortatu foedus uiolauit, & ſagitta uulnerauit Menelaum, ut latius apud Homer. d. l.
h Homer. tradit Aſium Hyrtaciden ex Ariſba, et amne Scellente ad Troiam ueniſſe ſuppetias Priamo: ſed cum differentiae cauſſa patris nomen addat, ac poſtea iuuenem eum uocet, dubitari non immerito poteſt, is ne fuerit, an alius ab eo diuerſus, Hyrtaci nepos. i Thrax ergo fuit hic Hyrtacides iuuenis: cum eum Hippocoontis filium faciat. Homer. Il. x. ubi narrat Rheſi Thracum regis ad Troiam caedem, Hippocoontem patruelem eius ab Apolline excitatum refert, poſtquã Diomedes, & Vlyſſes equos abduxerat; ſociosq. & ducem adhuc palpitantes inueniſſe. Proinde huius Hippocoontis Thracis filiũ Hyrtacidem hic intelligi poſſe, Hort. exiſtimat. Habebis aliũ Hyrtacidem l. 1x. ſed illud nomen patronymicum eſt ab Hyrtace, Troiano quodã nobili, ex Ida mõte, qui pater Niſi fuit, unius comitũ Aeneae: quãquã & hic quoq. Hyrtacides, comes Aeneae fuiſſe uidetur. Sed nihil hic ſtatuo in re tam obſcura.

Quem modo [a] nauali Mneſtheus certamine uictor
Conſequitur, [b] uiridi Mneſtheus euinctus oliua, [c]
Tertius Eurytion, tuus [d] o clariſſime frater
Pandare; [e] qui quondam iuſſus [f] cõfundere foedus,
In medios telum [g] torſiſti primus Achiuos.
Extremus, [h] galeaq. ima ſubſedit Aceſtes,
Auſus & ipſe [i] manu iuuenum [k] tentare laborem.
Tum ualidis flexos [l] incuruant [m] uiribus arcus

a Mneſtheus modo uictor ſecundus in certamine nauali.

b Secundus exſilit e galea Mneſtheus, quẽ paullo ante in nauali certamine uictorem fuiſſe, ait poeta; utpote qui ſecundus in ordine uictor fuerit, non quidem principalis, quem Cloanthum fuiſſe ſciebat. Proinde non eſt, cur Virgilium hic incogitantiae arguant quidam, putantes eum ſui oblitum fuiſſe, ſed falluntur. An non aduertunt, plures uictores in unoquoque horum certaminum, praeterquam in caeſtuum pugna, fuiſſe declaratos? an non plura conſtituta fuiße praemia? Quid, obſecro, ſibi uolunt haec poetae luce clariora uerba: Omnibus hic erit unus honos: tres praemia primi Accipient, &c? an hic de uno dumtaxat uictore, an de uno praemio uerba fiunt? Non arbitror equidem: etſi nonnulli ſic malint. c Pro, Olea, uictoriae ſigno.

d Per apoſtrophen, in hiſtoriam Pandari dilabitur, qui, cum ita conueniſſet inter partes, ut Troianum bellum ſingulari Paridis, & Menelai certamine definiretur, Mineruae iuſſu foedus uiolauit, mittendo ſagittam in Menelaum.

e Lycaonis filius, Eurytionis frater, idem ille, qui a belli artibus ab Homero celebratur Iliad. δ. qui e Lycia ad Troiam uenerat. Meminit poeta cuiuſdam Pandari lib. IX. qui pro portis caſtrorum fortiter pugnando occubuit.

f A Minerua, os habitumq. Laodoci Antenoridae mentita.

g Sagittam, ut ex Homero conſtat.

h In poſtremis collocat Aceſtem regem, ut fortunae, quae ſortes regit, arbitrio, ita eueniſſe credatur. Quare & caeca pingitur, quippe quae neminem reſpicit, cum alioqui humano iudicio regem conueniret priuatis omnibus praeponi. i Ipſe quoque, quamuis eſſet aeui maturus.

K Certamen ſagittariorum, quod multis nominibus ſolis iuuenibus relinqui oportet.

l Incuruos flectunt, debuit dicere. m Intendunt.

Pro se quisque uiri,[a] & depromũt tela pharetris:
Primaq.[b] per caelum, neruo stridente,[c] sagitta
Hyrthacidae iuuenis uolucres [d] diuerberat auras:
Et uenit, aduersiq. infigitur arbore [e] mali.
Intremuit [f] malus, timuitq. exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.[g]
Post [h] acer Mnestheus adducto [i] constitit arcu
Alta petens, pariterq. oculos, telumq. tetendit.
Ast ipsam miserandus [k] auem contingere ferro
Non ualuit; nodos, & uincula [l] linea rupit,[m]
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa Notos, atque atra uolans in nubila fugit.

a Ad uirtutem, & uim, non ad sexum respicit.
b Ordine certamẽ sagittis auem petentium aggreditur. Variat interim hoc uno ab Homero, quod primum, qui hic telum torquet Hyrtaciden, a funẽ, & columba aberrantem faciat, ac malum dumtaxat, in quo columba fixa erat, diuerberantem inducat: cum Teucer Homericus, qui primam eiaculatur sagittam, primo teli coniectu funem ruperit: quod Virg. secundo tribuit, ea re forte, ne uno atque altero iactu, ludus statim sine ulla exspectatione finiatur: quod sic fieri necesse uidebatur, ad inducendam illam inopinatam, ac tristem catastrophẽ, quam prodigij ratio exigebat.
c Perquam significanter, & uenuste.
d Frustra emittitur, cum nec funem, nec columbam tangeret, quamuis malo infixa fuerit.
e Hoc Ser. ea figura dictum putat, qua alibi, Lustra Auentini montẽs; alij; ea forma, qua dicimus, Crater argenti.
f Ab effectu uiolentiam iactus arguit.
g Virtutis admiratione fauentium clamores oriuntur.
h Homer. Iliad. 262.
i Hypotyposis collimantis sagittam suam in columbam.
K Quia uictoria caruit. Sic supra uer. 329. Labitur infelix: de eo, qui uictoria excidit, quae in promptu esse uidebatur.
l Periphrasis funis.
m Est & haec Homeri fictio: apud quem Teucer, uincula, quibus delegata erat columba, rumpit,

Tum rapidus [a] iamdudum arcu contenta [b] parato
Tela tenens, fratrem [c] Eurytion in [d] uota uocauit: [e]
Iam uacuo laetam caelo ſpeculatus, & alis
Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.
Decidit exanimis, uitamq. [f] reliquit in aſtris [g]
Aerijs; fixamq. [h] refert delapſa ſagittam.
Amiſſa ſolus [i] palma [k] ſuperabat [l] Aceſtes:
Qui tamen aetherias telum contorſit in auras,
Oſtentans [m] artem [n] pariter, [o] arcumq. ſonantem.

a Merionis partes, apud Hom. donat hic Eurytioni Virgil. qui auem in ipſo uolatu figat, perinde ut ille.

b Hypallage eſt, q.d. tenens tela parata in arcu contento, id eſt, intento ad eiaculandum.

c Pandarum ſcilicet, quem ſagittandi peritia parem fere Apollini facit Homer. d Nam apud Lycios colebatur, quaſi heros. S.

e Sic Meriones Apollinem in uota apud Homer. uocaſſe ſcribitur.

f Docet inter uolandum auem effudiſſe uitam, ſic ut eam in aere reliquiſſe uideatur. g Alludit ad ueterem ſacrificij ritum, quo ſtellis aues immolabantur. Vide Macr. Sat. l. 3. c. 8.

h Hoc loco auis una cum ſagitta decidit: cum Merionae ante pedes in terram delapſa ſagitta, auis in ſummum mali praeceps cadat, unde paullo poſt deorſum in terram decidit.

i Certamen ſagittariorum abſoluturus, parta iam ab Eurytione uictoria; cum ſupereſſet adhuc rex Aceſtes, arcum intentum iamdudum tenens, dedita opera eum in auram torquentem inducit ſagittam: ut uidelicet nō otioſum iactum poſtea congruat.

K Victoria; ſignum pro ſignato, per metonymiam.

l Pro, ſupererat: ut apud Cic. Deq. eo, quod ipſis ſuperat, alijs gratificari uolunt.

m Ad artis oſtentationem refert, telum in ſummitatem uacuam mali, in qua columba haeſerat, torquere. Id enim, quia in auras ſublato ſcopo emittebatur ſagitta, oſtentationem artis hic uocat: alioqui iaculum in altum torquere, artis non eſt. n In geſtu manifeſtam.

o Sic habent uetuſtiſſimi quique l. ſ. ut ſcilicet ratione hepthemimeris h. ſyllaba breuis, producatur. Nec neceſſum arbitror, hic legere. Pariterq. arcumq. ſonantem: ut quoſdam uoluiße uideo. Quaſi uero Virg. hic dumtaxat, ſua hepthemimeri uſus ſit, non autem alijs plurimis in locis: ut, Et furijs agitatus amor, & conſcia uirtus. uerſ. 872. & plurimis alijs locis.

Hic

Hic [a] oculis subito [b] obijcitur: magnoq. futurum
Augurio [c] monstrum, [d] docuit post exitus ingens:
Seraq. [e] terrifici cecinerunt omina [f] uates. [g]
Nãque uolans liquidis in nubibus arsit [h] harũdo, [i]
Signauitq. [k] uiam flammis, [l] tenuesq. recessit

a Aduerbium, Hic, hoc loco trãsitionis, ac nouae ab integro narrationis, formam habet, & uidetur significare, Tum, uel, Iam tum. b Ex occasione coniecti teli in uacuas auras, transit ad obiecti prodigij narrationem.

c Augurij uocabulo, pro prodigio hic utitur Virg. etsi plurimum inter haec uocabula intersit.

d Monstrum, a monstrare deriuant grammatici, quod scilicet aliquid ante euenturum monstret, ac denunciet: ac omne id, quod contra rerum naturam fit, aut nascitur, significare uolunt.

e Grauia: ut Sallust. Serum bellum in angustijs futurum. T. pro, Dira, exp. cum mox incensis nauibus illius diri portenti fides repraesentata sit. Omißis porro his duabus explicationibus Turnebi, & Seruij, tertia Hortensij non inuenusta esse uidetur, qua ille Sera omnia; pro, futura, ac postea euentura exp. Nam Serum id dicitur tempus, quod exacto tempore maturo, tandem languidiuscule, & in postremis apparet. Ita Serum diei, Serum noctis, Seram senectutem, & Sero adesse dicimus: cur ergo Sera omnia, quorum euentum ludorum exitus, iam tandem arguerit, exponere non poßumus? Equidem debere, nedum posse, existimo: tu, si lubebit, reliquas expositiones per te ipse considerato.

f Omen, quasi Oremen, quod ore fiat, dictum esse, supra monui: media uox est, & in bonam, & in malam partem usurpari solita.

g Attentio ad prodigij enarrationem ab auctoritate uatum circa interpretationem ominis. Apud Stat. Pap. emissa sagitta ante pedes Adrasti recidit, quod ita omen interpretabantur uates, omnes Argiuorum duces, praeter Adrastum, ad Thebas occubituros eße: id quod ita accidit.

h Telum Acestis ardens, ac caudam secum trahens, quid portenderit, haud obscure indicat poeta, cum exitum id satis docuisse, canit. Flamma in uertice Ascanij lib. 2. Ardens, quid denunciarit, suo loco supra indicaui.

i Sagitta: materia pro re. Solebant enim ex harundine praestantißimae sagittae fieri,

K Longam, quasi igneam caudam in ipso casu traxit.

l Videtur ad naturam acontiae alludere, quae a Latinis, Iaculum dicitur, numeraturq. inter repentina sidera.

Consumpta

Conſumpta in uentos.[a] caelo [b] ceu ſaepe refixa
Tranſcurrunt, crinemq.[c] uolantia ſidera ducunt.
Attonitis haeſere animis, ſuperosq. precati
Trinacrij, Teucriq. uiri; nec maximus omen
Abnuit[d] Aeneas, ſed laetum[e] amplexus Aceſten
Muneribus cumulat[f] magnis, ac talia fatur:
Sume,[g] pater: (nam te uoluit rex magnus Olympi

a Euanuit.

b A ſimili, comparatione ducta a natura ſtellarum quarundam cadere apparentium. Etenim, cum illae fixae caelo haereant, ut e ſuis ſedibus moueri nequeant, nimio alimento tracti humoris, igneam uim abundantia reddunt, tum, cum decidere creduntur, ut apud nos quoque, ait Plin. idipſum luminibus accenſis, liquore olei notamus accidere. Lucret. exiſtimat uentum eſſe, qui, cum altiora petat, aethereum ignem ſecum torquet, qui imitetur ſtellas cadentes: Hinc Ouid. Quae ſi non cecidere, poteſt cecidiſſe uidere. Cum igitur Virg. ſtellas, aut ſidera refixa dicit, communem uulgi ſenſum, ac iudicium ſecutus eſſe uideri poteſt, ut poetis mos eſt.

c Capilli ſpeciem ipſo caſu referentia.

d Deceptus errore Aeneas, infauſtum omen pro felici approbat, quod, ut dirum auerſari debeat, Celeritas autem uolantis ſagittae, celeritatem etiam euentus portendit. T.

e Ipſe laetus, aut potius laetitiam ſimulans, ne, ſi triſtiorem ſe oſtenderet, publicum gaudium perturbaret.

f Venuſte, Cumulat; pro, copioſe, & largiter eum donat. Vnde Cumulatas opes, pro copioſis legimus: tamquam nullo neque numero, neque pondere, ſed cumulo infuſas, ac aceruatim, & cumulate congeſtas. quod reſipit prouerb. σῶρον ἀγαθῶν, id eſt, cumulus, ſiue aceruus bonorum, de immenſis opibus dici ſolitum; ut & δάτος ἀγαθῶν.

g Percipe. Contra uatum praedictiones fingit omen ad Aceſten pertinere, & illud ſuo arbitrio interpretatur. Quod ea re ſic fingere Aeneam paucis innui ſupra in eo uerſu, Abnuit Aeneas: ut ſuorum animis praeſentem curam, & ſolicitudinem ex oſtento iniectam eximat: quamquam alias plus aequo, & ad ſuperſtitionem uſque auguriorum ſtudioſus.

Talibus auſpicijs [a] exſortem [b] ducere honorem)
Ipſius Anchiſae [c] longaeui hoc munus habebis,
Cratera [d] impreſſum [e] ſignis, quem [f] Thracius olim
Anchiſae genitori in magno munere Cyſſeus
Ferre ſui dederat monumẽtum, [g] et pignus amoris.
Sic fatus, cingit [h] uiridanti [i] tempora lauro: [k]
Et primum [l] ante oẽs uictorem appellat Aceſten.
Nec bonus Eurytion praelato inuidit honori:
Quamuis ſolus [m] auem caelo deiecit ab alto.

a Prodigium ardentis ſagittae Auſpicia nunc appellat, quaſi ſigna ſuadẽtia aliquid fieri.

b Praemium extra ordinẽ. Hoc autem erat honorificentiſſimum. Quaſi dicas praemium extraordinarium, ſine ſorte, aut extra ſortem. Neque enim funem, malum, aut columbam fixerat Aceſtes, quare nullum ei praemium debebatur. Sed hoc oſtentum a dijs profectum uult Aeneas, ut ſcilicet extraordinarium, &, ut ita dicam, primum Aceſtes honorẽ obtineret, ſummumq. quaſi iuſtus uictor, praemium.

c Laus populi, a perſonae qualitate: quam ut minime uulgarem oſtendat, addit emphaſim pronominis, Ipſius.

d Homer. Iliad. 67.

e Apprime eleganter, Impreßum ſignis; pro, cui ſigna impreſſa erant, & imagines a reliqua planicie exſtantes, inſculptae.

f Maior poculi laus, et commendatio, a praeſtantioris perſonae dignitate, unde, ad Anchiſen, fuerit profectum. Fuit hic Cyſſeus, Thracum rex, Dymantis frater, Hecubae pater; a quo ipſe Cyſſeis dicta eſt. & Cyßeus, Liber pater, ἀπὸ τοῦ κισσοῦ, i. hedera, ſed tum ſine ypſilo ſcribitur. Vide de Cyſſeo, & Archela, Higyn, c. 219.

g Quod Anchiſen illius admoneret: eſtq. ea, quae ſtatim ſequitur, expolitio ſuperiorum. fere eadem repetuntur uerſu ab hoc 33.

h Quoniam uictorem in hoc certamine Aceſten declaraturus eſt.

i Participium ſine uerbi origine. pro, perpetuo uirenti, ſeu uiridi: quod illi arbori numquam decidant folia, ut nonnullis alijs. Proinde, epithetice eam ſic appellat.

K Alludit ad Pythia, in quib. uictor corona laurea coronabatur.

l Pleonaſmum hic conſtituunt nonnulli, tãquã Primum ſuperſit, & ſuffecerit dixiſſe, Ante omnes Aceſten uictorẽ declarat: ſed uide, num pro Primo, aduerbialiter ſumi uoluerit Virg,

m Et ſic primum illi praemium deberetur,

Proximus

Proximus ingreditur donis,[a] qui uincula[b] rupit:
Extremus, uolucri[c] qui fixit harundine[d] malum.
At pater Aeneas,[e] nondum certamine missso,[f]
Custodem[g] ad sese, comitemq. impubis[h] Iuli[i]
Epytiden[k] uocat, & fidam sic fatur ad aurem:
Vade age,[l] & Ascanio, si iam[m] puerile paratum
Agmen[n] habet secũ, cursusq. instruxit[o] equorum,

a ad dona. b Periphrasis Mnesthei, qui funem diuerberauerat. c Periphrasis Hyrtacidae, qui malum confixerat. d Telo, aut sagitta, per metonymiam. e Transitio ad puerorũ ludum, qui ab Homero praetermissus est. Voluit.n. Aeneas, in anniuersarijs patris sui ludis, omnis aetatis publicam laetitiã exhibere. f Pro, dimisso: simplex pro cõposito. g Modo Custodẽ, modo Comitẽ uocat Epytiden, quẽ Hom. Il. ρ. Praeconẽ Anchisae uocat. Porro donat hic Romanã in re militari consuetudinẽ antiquitate, quibus mos erat, tironib. primo anno rudimentorum militiae custodem uelut paedagogum adiungere, a quo regerentur, instruerenturq. in disciplina militari: a quo, ordines ductare, uertere, hostem ab equo deijcere, ex uno equo in alium; modo dextra; modo sinistra; desultoria leuitate insilire, & id genus alia docerentur. Quin & nostra aetate non modo in disciplina militari, sed & in litteris addiscendis, principum & nobilium uirorum liberis, cum uelut a lacte depulsis, formatores & praeceptores docti adiunguntur, a quibus illi bonos mores ciuilemq. uitam addiscant. Diserte autem Virg. Epytiden Ascanij paedagogum facit: quasi Epitaden. aut Epiteden, a uerbo ἐπιτηδεύω, i. exerceo, instituo: apposite a re, & officio paedagogi nomine ducto. Quamquã, haud me latet, paenultimam, ἐπιτηδὴς per η scribi, eoq. produci.

h Innuit ad pubertatem usque sub tutela & imperio paedagogorum pueros olim fuisse: deinde sui iuris fieri solitos.

i Ascanij filij Aeneae, qui alio nomine Iulus dicebatur.

K Quaedam exemplaria hic Euritiden, quaedam Iphitiden, habent: sed utraque male, cum apud Homer. Iliad. ρ. eiusdem huius Epytidis, descriptio sit: ubi aperte Ηπυτίδης, patronymicum esse patet, pro Epyti filio, Periphante. l Mandat Epytidi, ut suo iussu Ascanius puerorũ agmen instructum in circũ secum producat. m Hinc apparet, quod alioqui dubiũ uix erat, ante eidem imperatũ ab Aenea fuisse per Epytiden, instruere ad umbratile & ludicrum certamen suos coaetaneos. n Multitudo militum: sic ab agendo dictum, quod perinde ut labentis aquae cursus agatur.

o Per epexegesim exp. quale Agmen intelligat.

Ducat auo[a] turmas,[b] & sese ostendat[c] in armis.
Dic,[d] ait. ipse omnem longo decedere[e] circo[f]
Infusum[g] populū, et campos[h] iubet esse patentes.[i]
Incedunt pueri, pariterq. ante ora[k] parentum
Frenatis lucent[l] in equis. quos omnis euntes
Trinacriae mirata fremit,[m] Troiaeq. iuuentus.
Omnibus in morem tonsa[n] coma[o] pressa corona.[p]
Cornea bina ferunt praefixa hastilia[q] ferro:
Pars leues humero pharetras. it pectore[r] summo
Flexilis[s] obtorti per collum circulus auri.

a Anchisae. s. in eius honorem. b Turma, auctore Vegetio l. 2. c. 14. equitū proprie est, & 32. equites complectitur: cui qui praeeras Decurio dicebatur. Et, ut centum pedites ab uno Centurione sub uno uexillo regebātur: sic 32. equites. c Non solum uero, ut uideatur, sed etiam ut in armis ludicri certaminis spectaculum exhibeat. d Similem synonymi repetitionem habes l. IV. VI. & XI. & apud Ter. Andr. Cedo, cuium puerum huc apposuisti, dic mihi. Quidā hic leg. Sic ait: sed nec ueterū librorū fulta auctoritate haec lectio, nec ulla ratione tolerari posse animaduertat, qui diligenter eā considerabit. e In latera, in frontē tergumq. recedere, ut s. spatium in circo esset cōcurrendi inuicem ad iustae ueraeq. pugnae speciē. f alludere uidetur ad Rom. morē, qui suis ludis destinatos habebāt circos. g Metaphorice, nā cū sagittariorū ludus certaminib. finē imposuisse uideretur, undiq. populus in circū se infuderat. h iubet populū discedere, ut cāpus pateat. i Vacuū esse camporum spatiū. i In conspectu parentū. K Armis splendescentib. l Applausu ac fauore prosequitur pueros in equuleis procedentes in circum. m Hypallage, pro, tonsa coma, corona. i. galea pressa erāt: quod antiquis mos esset pueritiā egressis tondere capillitiū, ac ad aras numinis alicuius deponere. n Nota sex cōtinuas dictiones A litera terminatas, quae aequalitate & similitudinē habitus declarāt. o Pro, Galea: ut apud Homer. Il. λ. στεφάνη, legitur, i. corona. p E corno, ligno durissimo, facta non aūt e cornu, quod non existimē memoriae proditum, tantae proceritatis aut rectitudinis umquam reperta fuisse cornua, ut ex ijs hastae fieri possent: quamquā non ignorē monocerotibus mirae proceritatis cornua esse, qualia apud Parisios in D. Dionysij opido, et Venetijs in Thesauro D. Marci uisuntur: sed non arbitror tanti esse ulla uirorū, nedum puerorum certamina, ut ex huiusmodi cornib. hastas aptare expediat. q Tradunt poetā hic celebrare equestrē puerorū ludū, quē Caesar August. hmōi honorib. affecit ut singulis Troianā galeā, binaq. hastilia donarit. r Pectoris et colli cōfinio. s Aurei torquis periphrasis.

Tres [a] equitum numero turmae, terniq. uagantur
Ductores: [b] pueri bisseni [c] quemq. secuti,
Agmine partito fulgent, paribusq. magistris. [d]
Una [e] acies iuuenum, [f] ducit quam paruus ouantē [g]
Nomen aui referens Priamus, tua [h] clara Polyte
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, [i] uestigia [k] primi
Alba pedis, frontemq. ostentans arduus albam.
Alter Atys, [l] genus unde Atyi [m] duxere Latini,

a Alludit ad Romuli tempora, quibus Romani equites in tres centurias diuisi erant, teste Liu. l. 1. ab V. C. Una Rhamnēsis, a Romulo: altera, Tatiensis, a T. Tatio Sabinorum rege: tertia Lucerum centuria, a Lucumone, ut nonnulli autumant. b Quos uocant Decuriones, auctore Vegesio l. 2. c. 14. c Fuit ergo puerorum haec turma in duodenos restricta. d equitum.n.dicebantur magistri. e Acierum a ducib. qui praeerant, diuisis. f Non est, quod se tam operose hic torqueat Ser. quod Pueros, aliquādo Iuuenes uocet Virg. quasi hi maturiores aetate quā priores fuerint. nā hoc fit per copiā orationis uertēdae. g Laetū, nō ouantē, quō solēt ij, qui modicā uictoriā habuerāt. h Apostrophe ad Polyten, Priami filiū, quē poeta l. 2 ostēdit in patris cōspectu a Pyrrho fuiße interfectū: Cato in Originib. tradit cū Aenea in Italiam uenisse, atq. ibi opidum Polytoriū cōdidisse: quod Ancus Martius rex postea captum, incēdi iussit, ne saepius rebellandi materiā exhiberet. At noster hic poeta, cum Priamū Italos aucturum scribit, non obscure innuit Politoriū ab eo postea cōditū, ac de patris Polytis nomine sic appellatum fuisse. i Hom. Il. 255. K Pro, uestigia prima pedum alba. In magno.n. pretio habentur, quib. quattuor pedes albi sunt, adeo ut apud Belgas nōnullis locis uectori uectigalium immunitatē praestēt. l Secundus fuit Atys, cuius genus, nobilitatē, et parētes praetermittit, sed eū ab origine & principio nobilissimae ac principis familiae Romanae laudat. Adulatur Augusto, cuius genus inter Romanas familias antiquissimum esse contendit: adeoq. eius matrē Attiā inde ortā, & quasi Atyā ita appellatā. Fuit & Atys quidā alius, hoc multo uetustior, unus filiorū Herculis ex Omphale, qui multa memorabilia praestitit, quae uolēs hic omitto, quod longa nimis sit eorum enarratio. m Sic ex Pierio legendum existimo, per synaeresin, pro Attij. matremq. Augusti, ad cuius familiam hic alludit Virg. Attiā, non Acciam fuisse appellatam. Sunt tamē, qui Atyi, scribant, quod Atys ypsilon habeat.

Paruus Atys, pueroq.[a] puer dilectus Iulo
Extremus,[b] formaq. ante omnes pulcher[c] Iulus,
Sidonio[d] est inuectus equo: quem candida Dido
Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris.
Cetera Trinacrij[e] pubes[f] senioris Acestae
Fertur equis.
Excipiunt plausu[g] pauidos, gaudentq.[h] tuentes
Dardanidae, ueterumq. agnoscunt ora[i] parentũ.
Postquam omnem laeti consessum, oculosq. suorũ
Lustrauere in equis, signum[k] clamore paratis
Epytides longe[l] dedit, insonuitq.[m] flagello.

a *Paranomasia, siue uocum collusio, quamuis in eadem significatione; ab amicitia Iuli, siue Ascanij.*

b *ordine extremus, forma primus.*

c *Hunc studio in extremis collocat, ut supra Acesten, quod memorabile quippiam de eo scribere proposuerit. Et fere ubique in Virg. animaduerte, quod, ubi de uirtute certamen est, semper in postremis collocet principes.*

d *Sidone natum, quem Dido secum ex Tyro & Sidone adduxerat, Ascanioq. donarat.* e *Diuersimode hic legitur: alij enim Trinacrijs, quidam Trinacrae, nonnulli Trinacriae, ut Carp. quas omnes lectiones, etsi uersus sententia patiatur, nulla tamen poetae sensui accommodatior esse mihi uidetur, quã ea, quae Trinacrijs habet. Etenim, cũ decurionibus suos cuiq. peculiares equos assignauerit, ut in ceteris diuersitatem coarguat, Trinacrijs .i. Siculis eos equis fuisse uectos, dicere uoluisse (ut alijs, quod lubebit, interim sentire liceat) mihi uidetur. At, si sic exponas: Cetera pubes Trinacrij senioris Acestae, fertur equis: quid hoc, obsecro, noui est? an pedites in circum prodirent, cum equestri certamine decertaturi sint? Non arbitror sane Maronem sic se explicaturum, uel si nunc reuiuisceret.*

f *Iuuentus, per Metonymiam, nam signum pro signato ponitur.*

g *gloriae cupiditate sollicitos: ut, Corda pauor pulsans. S.* h *Intuentes: simplex pro composito.* i *Vultus, per synecdochen.* K *Hoc ex ueteri Romanor. more, apud quos magistratus aliquis ludis praesidens, ex superiori loco auspicandorum ludorum signum dabat, teste Sueton. in Nerone.*

l *Ex interuallo, sed seorsum a turmis semotus.* m *Cũ in re militari, uel tuba, uel buccina signum fiat, hic in re ludicra, umbratiliq. proelio, clamore & flagelli sonitu a paedagogo & custode, paratis ad certandum pueris datum fuisse Virg. canit.*

Olli

Olli discurrere pares, atque agmina terni
Diductis [a] soluere [b] choris: [c] rursusq. uocati
Conuertere [d] uias, [e] infestaq. tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosq. recursus
Aduersis spatijs; alternosq. orbibus orbes
Impediunt; pugnaeq. cient simulacra sub armis.
Et nunc terga fugae [f] nudant, nunc spicula uertunt
Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam [g] Creta fertur Labyrinthus [h] in alta,
Parietibus textum caecis [i] iter, ancipitemq.
Mille [k] uijs habuisse dolum, [l] qua signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
Haud [m] aliter Teucrum nati uestigia cursu
Impediunt, [n] texuntq. fugas, & proelia ludo,

a Separatim in aciē collocatis.
b Separauere agmina sua: uenuste.
c Aciebus. uocati autē, ictu flagelli id est uirgae in morem flagelli sonantis.
d Ad rationem conuertendi ordines ex suo loco, restituendiq. illico acies.
e Quemadmodum in choris. fortaßis allusit ad euolutiones per decuriam, & iuga, cuius speciem, Persicam, uel Cretensem, choream appellabant.
f Ad fugam. Quid. leg. Fuga.
g Homer. Iliad. 143.
h Comparatio ducta a flexuosis Labyrinthi erroribus, quam sumpsisse uidetur ex Catulli Argonau. Erat autem in Creta hic Labyrinthus a Daedalo instructus, portentosissimum, ac maxime stupendum opus, itinerum amfractibus, & ambagibus occursus, recursusq. inexplicabiles continens, crebris foribus ad fallendos exitus, & ad redeundum semper in eosdem errores. Ad hoc exemplar apud Belgas, & Germanos, uidi plurimos hortos fuisse constructos: in quos si solus admittare, uiarum tam uarijs ambagibus continuo innecteris, ut, qua potißimum exeas, uel si totos dies erres, inuenire non poßis.
i Hypallage; pro, caecum textis parietibus.
K Numerus certus pro incerto, q. d. multis.
l Ambages, & amfractus, qui in errorem inducant.
m Amplificatio similitudinis.
n Implicant, intexunt.

Delphinum

Delphinũ [a] similes, qui per maria humida [b] nando
Carpathium,[c] Libycumq.[d] secãt, ludũtq. per undas.
Hunc morem [e] cursus,[f] atq. haec certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit, & priscos [g] docuit celebrare Latinos.
Quo [h] puer ipse modo, [i] secum quo Troia pubes,

a *Alia cõparatione puerorum ludum illustrat, s. delphinũ in mari colludentium discursibus. Sed & erudite, & ad rẽ accommodate. nam animal hoc est homini amicissimũ, & musica symphonia apprime delectatur: ita, ut nauibus etiam in mari se offerat aliquando, exsultans, alludensq. ad eas: qua ex re periculum nautis esse posset, nisi continuo, eiectis uasis uacuis, delphinis ludendi materiã suppeditarent: non quidem ex nocendi studio delphinorum, quos hominib. per se amicissimos esse constat, sed ex belluae magna, exuberantiq. laetitia, cum hominibus obuia fit. Porro Arionis cytharoedi a delphino excepti exemplum celebratius est, quam ut hic referatur. Velocissimi cursus, aut potius natatus animal est, ac nisi multum infra rostrum os illi foret; in medio paene uentre, nullus piscium eius celeritatẽ euaderet. Fame impulsi, cum piscem fugientem, in ima uada persecuti, diutius spiritum conclusum tenuere, quasi arcus neruo eiecti ad respirandum emicant, ac tanta ui exsiliunt, ut uela nauium uento passa transuolent. Plura uide apud Plin. l. 9. cap. 8. Illud addendum, esse etiam instrumentum ferreum, aut plumbeum, ad simulacrum delphinis effigiatum, quo in nauali certamine uti cõsueuerunt bellatores: inde apud Thucydidem dicti, Delphinophori.*

b *Ad* ὑγρὰ κέλευθα, Homeri, *respici existimat Ser.* c *Quod a Carpatho insula inter Aegyptum, & Rhodum sita, nomen habet.*

d *Mare Africum intelligit. Etenim, ut pro Africa tota, Libya saepenumero: ita Libycum pro Africo mari indifferenter, figurateq. usurpatur.*

e *Finem huic puerorum equestri certamini facturus, qua origine, & per quos populos postremo ad Romanos peruenerit hic mos puerorum concurrendi in armis equestri proelio.*

f *Quidam leg. Hunc morem, hos cursus: quomodo Pierius, & Fabric. & uet. lib. legendum omnino censent: ego hanc lectionem retinui, quod sex lib. s. eam confirment.*

g *Qui ea loca tenuerant, ubi Alba postea fuit condita, nullo ante Romam conditam.* h *Tmesis.*

i *Id est, quomodo nunc exhibuit ipse Ascanius, ita Albani postea docuere suos incolas: quos Virg. priscos Latinos uocat.*

Albani docuere suos. hinc [a] maxima porro [b]
Acccepit Roma, & patrium [c] seruauit honorem:
Troiaq. nunc pueri Troianum dicitur agmen.
Hac celebrata [d] tenus [e] sancto certamina patri.
Hic primum fortuna [f] fidem mutata [g] nouauit.
Dum uarijs tumulo referunt sollemnia ludis,
Irim [h] de caelo misit Saturnia Iuno [i]
Iliacam ad classem, uentosq. adspirat [k] eunti,
Multa mouẽs, nec dũ [l] antiquũ saturata [m] dolorẽ. [n]

a Ex Alba, uel, ab Albanis acceperũt Romani.
b Post longum interuallum.
c Troianũ nomen multis saeculis is ludus seruauit. Pyrrhicam uulgo appellatam, hanc Troiam, contendit Suet. Durauit porro hic ludus, Troia dictus, usque ad tempora Claudij Caesaris, ut auctor est Tacit. lib. XI. Sedente, inquit, Claudio Circensib. ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiae certamen inirent, interq. eos Britannicus, imperatore genitus, & L. Domitius, adoptione mox in imperium, & cognomentum Neronis adscitus, fauor plebis acrior in Domitium, loco praesagij acceptus est.
d Epilogus certaminum anniuersariorum ad Anchisae tumulum. Sed, ut plerumque, (ut in prouerbio est) extremum gaudij luctus occupat: ita hic quoque occasio ad turbandas res laetiores sternitur.
e Tmesis; pro, Hactenus.
f Id est, Alia fortuna euenit. Scal.
g Sequitur enim Palinuri mors.
h Homer. Iliad. 16.
i Cuius nuncia dicitur, forte quod pluuiam praesagiat, quae in aere gignitur, cui praesidet Iuno.
K Physice hoc dictum scribit Hort. quod, cum Iuno aeri praesideat, eum Virg. Iridi uentos adspirare fingat, ut celerius se moueat. Sed, hic non inconuenienter quaeri existimo, cur, cum lib. I. Aen. Aeolum uentorum caussa, rogare debuerit, ad disijciendam Aeneae classem, huic tamen in uentos potestatem habere fingatur. Hoc tibi, ut exercendi ingenij materiam habeas, discutiendum relinquo.
l Nondum saturata poenis, quas dolor eius iam sumpserat.
m Quid. leg. Exsaturata: quod sane uehementius est. Sed hanc lectionem probat Pier. & sex praeterea uet. s. l. Aldi Manutij, P. F. A. N.
n Pro, Saturata dolore; figurate.

Illa [a] uiam celerans [b] per mille coloribus arcum,
Nulli uisa [c] cito decurrit tramite uirgo:
Conspicit ingentem concursum, [d] & litora lustrat:
Desertosq. [e] uidet portus, classemq. relictam.
At procul in sola [f] secretae [g] Troades acta [h]
Amissum Anchisen flebant: cunctaeq. profundum
Pontum [i] adspectabãt flentes, heu [k] tot uada fessis,
Et tantum superesse maris. uox omnibus [l] una:
Vrbem orant: taedet pelagi perferre laborem.
Ergo [m] inter medias sese haud ignara nocendi
Conijcit, & faciemq. deae, uestemq. reponit: [n]

a Homer. Il. 16.

b Pro, Celeriter per uiam abiês. Prisca fuit I. C. ueterum formula, & loquendi modus, ut &, Vade uiam, Abi uiam, & similia, quae festiue pro Mur. ridet Cic.

e Siue, quod dea introducatur, qua specie mortalibus conspicua non fuit: siue, quod per celeritatem a nemine uisa fuerit.

d Troianorum, ac Siculorum circa tumulum Anchisae, qui haud procul a litore aberat.

e A nautis, & reliquis Troianis, qui simul omnes relicta classe, ad ludos sollemnes, & anniuersarios Anchisae confluxerant.

f Deserta. sic Terent. Venit meditatus e solo loco.

g τὸ πρέπον seruat, ut eius mire obseruans est. Indecorum enim uideri poterat, honestissimas matronas in publicis spectaculis uiris misceri: tum etiam, matronarum erat in exsequijs pullatas solutis crinib. mortuos lugere, ut alibi testatur Virg. Et circum Iliades crinem de more solutae.

h A loco, ubi se continebant matronae, Anchisen lugentes. Ἀκτὴ autem Graece, litus signat: q. d. Solae in deserto litore, per hypallagen.

i Mare; species pro genere.

K Sermocinatio. Tribuitur enim matronis Troianis diutina nauigatione fractis querellarum plena oratio.

l Omnes idem pariter conquerebantur, tamdiu s. se mari terraq. iactari, nec quietem habere posse.

m Oblata scilicet occasione ad naues incendendas adhortandi, quod facile persuasum uidebatur, cum iam peregrinandi taedio afficerentur.

n Pro, Seponit, ut s. aliam fa. & uest. accipiat.

Fit [a] Beroe, Iſmarij [b] coniux longaeua [c] Dorycli; [d]
Cui genus, [e] & quondam nomen, natiq. fuiſſent:

a Haec oīa eò pertinēt, ut oratio Iridis, aſſumpta perſona Beroes, ad fallendum ceteras mulieres plus haberet auctoritatis. b Etſi uideo eſſe in antiquis libris ſex, atque adeo in Carpēſi illo probatiſſimo exemplari, Marij: nihil tamen mutandum cenſeo; primum quod Ser. ſic legiße animaduertā; deinde, quod oēs adhuc uiros doctos, Pōponio Laeto, paucisq. alijs exceptis, hāc lectionē retinuiſſe uideā. Qui, Marij, legunt, adiectiuū a mōte Maro in Thracia, deducūt, q.d. Thracij Dorycli uxor. Fuiſſe aūt hūc mōtē, cui Maros nomen faciunt in Thracia apud Ciconcs, Homer. innuit Odyſ. l. 9, ubi Maronē, Euāthei, ut ipſe canit, uel, ut alij, Cupithi filiū, Vlyſſi utrē caprinū dulciſsimo uino plenū (cuius unū poculū uiginti aquae metretas ſuſtinere poterat) dediſſe canit. Etenim Maron ipſe a Maro mōte, & Maroneis uinū dicebatur, in quo praeſtantiſsima uina naſcebātur. Quin & Maroneā, Ciconū itē ciuitatē, a Maro mōte, cui ſubiecta eſt, nomē habere, nō dubito: quāuis Suidas, Iſmaron, Thraciae opidū, ut Plin. appellat, nō Iſmarus, cū Maronea idē eſſe aſſerat. Plin. certe duas diuerſas, diſtinctasq. urbes facit. Iam uero, ut aliā lectionē ēt examinem, quid obſtet, quominus Iſmarij, legere poſſimus? an non, ut a Maro Marius, ſic ab Iſmaro Iſmarius deducitur? an non & hoc adiectiuum, pro, Thracij Dorycli, exponi poteſt: Opinor equidē, nō ſine exēplo: nā & paullo ſupra Libycum mare, pro Africo uſurpauit, ut fere ſolet pro toto partem ponere. Sed, ne fallaris, admonēdū te duxi, ne Pomponij Laeti, & aliorū idē hoc loco docentium opinionem ſequaris. Ait ille Iſmarum, non montem, ſed opidū dumtaxat Ciconum eſſe: ecce tibi ex hoc ipſo poeta argumentum, l. 2. Geor. uerſ. 26. quo talē doctrinā confutes, ſic enim canit: Iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atque olea magnū ueſtire Taburnū. Vt plura addā, nec tempus permittit, nec inſtituti mei ratio patitur: cetera per te ipſe collige. c Grādaeua. Tradunt Virg. hic ad Beroen Epidauriā, unā nutricum Semeles alludere, in quam Iuno fertur aliquando ſe transformaſſe, cum pellicem Semelem ulciſci uellet d Quisnā fuerit hic Doryclus, nō ſatis cōſtare arbitror, etſi nonnullos affirmare intelligā, hunc fratrē Phynei, Thraciae regis, fuiſſe. Nam & apud Pauſan. in piſtura Polygnoti, & nonnullos alios Doryclus, ſiue hic, ſiue alius, inter Priami regis liberos recenſentur: & Homer. Iliad. XI. meminit Dorycli, nothi ipſius Priami, ab Aiace, cū nonnullis alijs pugna interfecti. uerba eius haec ſunt: Αἴας δὲ Τρώεσιν ἐπάλμενος εἷλε Δόρυκλον Πριαμίδην νόθον υἱόν. &c. e A genere, & auctoritate, ut dicenti dignitas concilietur.

Ac

Ac sic[a] *Dardanidum mediam se matribus infert:*
O miserae,[b] *quas nō manus, īquit, Achaica*[c] *bello*
Traxerit ad letum patriae[d] *sub moenibus: o*[e] *gēs*
Infelix, cui te exitio[f] *fortuna reseruat?*
Septima[g] *post Troiae excidiū iā uertitur*[h] *aestas:*[i]
Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita[k] *saxa,*
Sideraq.[l] *emensae ferimur; dū per mare*[m] *magnū*[n]
Italiam sequimur[o] *fugiētem,*[p] *et uoluimur undis.*

a *Facta Beroe, id est sumpta facie, habituq. Beroes.*
b *Exhortatoria Iridis sub Beroes persona oratio, ad inducendum scilicet mulieres Troianas, ut naues incendant. Constat exordium beneuolentia, cum eas, Miseras, uocat, praesentemq. earundem fortunam deplorat, ac affectus a circumstantijs concitat.* c *Graecorum copiae ad Troiam oppugnandam missae.* d *Pathos, a loco, pro, Troiae.*
e *Non exclamantis, sed dolentis est.* f *Non, regno, sed, exitio.*
g *Ser. existimat Virgilium, si diuturnior illi uita contigisset, hunc locum fuisse emendaturum, quod scilicet non satis exactam, ut ipse putat, temporis rationem habuerit. Possunt tamen Seruij obiectiones dilui, si Aenean diutius post patris mortē in Sicilia mansisse intelligamus.*
h *Vt in fi. l. primi: Nam te iam septima portat Omnibus errantem terris, & fluctibus aestas.* i *Annus; pars pro toto. Dionysius tamen secundo anno post Troiae excidium, in Italiam uenisse Aenean, memoriae tradidit. Sed Virg. uolens Vlyssis nauigationem per omnia effingere, ut nimir. fortis et tolerantissimi principis exemplar in Aenea proponeret, plures annos eius erroribus tribuit: ac ex decennali Vlyssis, septennalem Aeneae affingit, alludens, opinor, ad istius numeri mysterium.*
K *Vt supra, Inhospita syrtis.*
l *Quibus terrae peragratae subiacent, quorum supra uerticem, latitudinem, & longitudinem praeternauigarant.*
m *Mediterraneum intel. inter Africam, & Europam medium.*
n *Imitatur Lucret. Dum mare per magnum: uel dixit, ut Homer. ἅλα δῖαν. Tur.* o *Diserte utrumque coniunxit, utpote sensui communi se accommodans: cum semper retrorsum, aut prorsum, aut laeuorsum ui tempestatis pellerentur. Ac ideo recte Italiam fugientem dicit, quae uisa fuit retro fugere, quod paullatim propius adnauigando, eam tamen adsequi nequirent.*
p *Sic l. 6. Iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.*

Hic [a] Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes.
Quid [b] prohibet muros iacere, [c] et dare ciuib' urbẽ?
O patria, et rapti nequidquam [d] ex hoste penates,
Nulla ne iam Troiae dicentur moenia? nusquam [e]
Hectoreos [f] amnes, [g] Xanthũ, & Simoenta uidebo?
Quin agite, & mecũ infaustas [h] exurite [i] puppes. [k]
Nam mihi Cassandrae [l] per somnum uatis imago

a Ab opportuno sua det in Sicilia manendum esse.

b Sic Mediceus l. & reliqui, quos ego uidi, scripti omnes; quamquam non desint, qui Quis, legendum asserant. quo modo & Carp.

c Pro, Fundamenta murorum iacere.

d Nam frustra poterant penates ex urbis Troiae incendio erepti uideri, quod nullam adhuc ciuibus suis salutem attulißent.

e Sic Aldini sex uet. l: Numquam uero legisse se Pierius auctor est in Romano codice antiquo, ubi & pro, Amnes, Manes inuenit, quod facillime accidere posse, per litterarum transpositionem, nemini dubium esse puto.

f Pro, Troianos, per antonomasiam, tragicam, & plane patheticam.

g Refricat illius memoriam adhuc satis recentem, earum rerum, quae in Epeiro apud Helenum uiderat, nimirum fluuios, de nominib. Troianorum amnium nominatos, & plura alia.

h In quibus toties periclitatae fuißent, infeliciterq. nauigassent.

i Quoniam paullo ante, ut manendi desiderium excitaret mulierculis, de noua in Sicilia urbe condenda, proposuerat, quo id facilius obtineant, prius expedire uidebatur, exuri classem, qua amissa omnem discedendi facultatem ablatam existimarent.

K Naues; per synecdochen. Sunt porro, qui classem Aeneae, non in Sicilia, sed in portu Caietano combustam ferunt: atq. eidem nõ a nutrice Aeneae, sed ἀπὸ τοῦ καίειν, Caietae nomen factum.

l Cui toties cum summo rerum suarum detrimento fidem abrogarant, sed lib. 3. uersic. 181. Anchises, deplorat se antea semper Cassandrae uaticinia pro uanis habuisse, cum ait: Sola mihi tales casus Caßandra canebat. Hic ergo cum superiore anno ab Anchisa confirmata, et approbata fuerint eiusdem uaticinia, eius uatis religionem matronis iniicit; ne temere eius prodigia reiiciant, ut saepe antea maximo suo damno fecerant.

Ardentes dare uisa[a] *faces : hic quaerite Troiam :*
Hic[b] *domus est, inquit, uobis. nunc*[c] *tẽpus agi*[d] *res:*[e]
Nec[f] *tantis mora prodigijs:*[g] *en*[h] *quattuor*[i] *arae*[k]
Neptuno. deus[l] *ipse faces, animumq. ministrat.*
Haec memorans[m] *prima insensũ*[n] *ui corripit ignẽ,*

a Nõ affirmat sibi quidem a Cassandra datas esse faces, sed dari uisas, ut s. uerborum ambiguitas errorẽ pareret, ac matronas in eã partẽ inclinaret, ĩ quã alioqui per se pronae erãt. b Repetitio particulae, Hic, addit uehemẽtiã orationi. c Cũ Troiani oẽs, & Siculi ad ludorũ spectacula abierint: nũc sine ĩpedimẽto ignẽ in naues cõijcere poteritis. d In alijs Agit res, lectũ intelligo in peruetusto quodã exẽplari, quẽadmodũ & Aldini tres habent: reliqui, Agi res. e Non, Troiã excitare, ut Ser. sed classem exurere, ne facultas sit in posterum abeundi alio. Est autem haec uenusta phrasis, cui similem habet Ouid. de Remed. Amoris : Cedit Amor rebus : res age, tutus eris. f Ellipsis uoculae, Sit, aut similis. g In bonam partem usurpatur : quasi dicat, non est cunctandum his obsequi uisis, aut monitis per somnum. h Alia confirmatio, a coniectura de numinis uoluntate, quod ignem praesentem uidebatur praebere. Nam, cum arae ad tumulum Anchisae aliquanto interuallo adstarent, in quibus paullo ante hostiae mactatae fuerant : id quod religionis caussa positum illic fuerat, interpretatur Iris in suum commodum, tamquam deus ignem illum classibus Troianorum cremandis destinasset.

i Cur autem quattuor potissimum fuerint, conijcere licet ; forte, quod aqua quattuor elementorum sit optimum, in qua Neptuni regnum constituitur ; uel etiam, quod ex quorundam philosophorum sententia, quaternarius perfectus sit numerus. Vnde etiam ijs ipsis iurisiurandi nata fuit religio, ut per quaternitatem, ut ita loquor, animae, (mentem, scientiam, opinionem, sensum,) ex qua omnia uitam hauriunt, iuramentum conciperent.

K Aras intelligit a Cloantho ibi positas, quas cum ab alijs nauali certamine se superatum iri conspiceret, expansis palmis, Neptuno uouit.

l Neptunus. m Facti celeritate consilij moram praeuenit.

n Mediceus lib. Infectum, habet pro, Infensum, quod sane uenustum est, quasi dicat, inimicum materiae picatarum nauium. Sed nec hanc lectionem improbare possum, tamquam per hypallagen dicat, Infensum ignem, pro, ipsa infensa ignem corripit : sic habent s. l. sex, qui sunt apud Aldum Manutium, P. F. A. N.

Sublataq. procul dextra connixa coruscat,[a]
Et iacit. arrectae[b] mentes, stupefactaq.[c] corda
Iliadum. hic una e multis,[d] quae maxima natu,
Pyrgo,[e] tot[f] Priami natorum regia nutrix:
Non Beroe uobis, non haec Rhoeteia,[g] matres,
Est Dorycli coniux. diuini[h] signa decoris,
Ardentesq. notate oculos, qui spiritus[i] illi,
Qui uultus, uocisq. sonus, uel gressus[k] eunti.
Ipsa[l] egomet dudum Beroen digressa reliqui
Aegram, indignantem,[m] tali quod sola[n] careret
Munere, nec meritos Anchisae inferret honores.
Haec effata.

a Ducem se praebet Iris ad hostilia inferenda, ut agnita diuinitate, ad exemplũ reliquae matres incitarẽtur, quasi diuinitus admonitae.
b Aeschiologia in trãslatione.

c Epexegesis eius, quod praecessit, Arrectae mentes. d Spectat hoc ad auctoritatem Pyrgus, quod regia nutrix fuerit. e Ellipsis uerbi, Ait, aut similis. f Quinquaginta: ut patet lib. 2. Aen. Quinquaginta illi thalami, &c. & ex Homero multis locis.
g Troiana: a Rhoeto Troadis promontorio.
h A signis manifestis. i Odor; ut, Diuinum uertice odorem Spirauere. S. Verum ego cum Hort. per, Spiritus, hic libentius acceperim, ferociam, & animosum pectus. Nam ab accidente statim notauit iram, quam sequitur impetus uiolentus. Et in uultu maxime elucent signa ferocis spiritus, & animi. K Vt lib. 1. Et uera incessu patuit dea.
l Ab alio signo antecedente. Neque enim potest Beroe simul in castris, & hic esse: atqui ego eam ibi paullo ante reliqui.
m Indigne ferentem, quod sola Anchisae anniuersarijs interesse non potuerit, ob aegrotationem. Quod sic exponam uoculam, Aegram, moueor hoc argumento, quod scilicet, aegritudo, quae proprie animi est, teste Cic. Tusc. 3. (quamquam haec differentia nonnumquam confunditur.) excusationem Beroi non praestitisset absentandi se ab anniuersarijs. Cic. tamen lib. 1. de Diu. Aegrum, etiam ad corpus refert, cum ait: In eo opido ita grauiter aeger fui, ut omnes medici diffiderent. & Tusc. 3. Corpus etiã si mediocriter aegrum est, sanum non est.
n In alijs; Quae sola. in nonnullis; Quo sola. In uno Aldi Manutij, P. F. A. N. Quod: in reliquis, Quae.

At matres primo[a] ancipites,[b] oculisq. malignis[c]
Ambiguae, spectare[d] rates, miserũ[e] inter amorẽ[f]
Praesentis terrae,[g] fatisq. uocantia[h] regna:
Cum dea[i] se paribus per caelum sustulit[k] alis,
Ingentemq. fuga secuit sub nubibus arcum.[l]
Tum uero attonitae monstris,[m] actaeq. furore[n]
Conclamant,[o] rapiuntq.[p] focis penetralibus[q] ignẽ.
Pars spoliant aras, frondem, ac uirgulta, facesq.

a Ante cognitum numen.

b Dubiae, sed fere per suasae. Nã, ut Ter. act. 1. sc. v. ait, Dum in dubio est animus, paullo momento huc illuc impellitur. c Dubijs; ut lib. VI. Quale sub incertam lunam sub luce maligna. Dubios oculos hic porro intelligi puto, qui propter perturbationem animi inter ueram aliquam rem, & falsum commode distinguere non possunt. d Enallage modi; pro, Spectabant; ut poetis, & historicis frequens est. e Id est, magnum, teste S. aut quo efficerentur in dies miseriores: quomodo apud Terent. exponitur illud: Eam misere amabat, id est, uehementer, & ualde anxie.

f Nam amor pr. terrae, suadebat: contra, fatalis terrae exspectatio dissuadebat incendi naues. g Siciliae scilicet, in qua Anchisen superiori anno sepelierant. h Italica scilicet, ex fatorum constitutione sibi promissa. i Iris, quae paullo ante Beroes formam, & habitum assumpserat. K Homer. Il. 204. l Caelestem scilicet, Iridi cognominem, de quo saepius dixi abunde. m Miraculis, ac prodigijs: quod s. a caelesti numine in Beroes formam transmutato, & ignis in naues esset iniectus, & ipsae ad eius exemplum animatae essent.

n ἐνθουσιασμῷ, ab Iride concitatae, cuiusmodi a dijs afflatis immitti solet. o Ducta metaphora a re militari. Nam in castris interueniente hoste, ad arma conclamatur: aut, si castra mouenda sunt, & signa, ad uasa conclamari solet, ut apud Caes. lib. 1. de bel. ciu. uidere est. Ad hoc exemplum ergo matronae hostile facinus incoepturae conclamant ad inuadendas naues, perinde atq. ad urbis oppugnationem.

p Haeret in metaphora, ac collatione rei militaris, in qua ubi ad arma conclamatum est, ἄγουσι καὶ φέρουσι, parta maxime uictoria: id quod hic fieri quoque uidemus. q Focis sacratioribus, quos Aras uocant: id quod statim per expolitionẽ subnectit. Penetralia autẽ adiectiue usurpat, pro, castis, puris, ac a profano usu semotis. Substãtiue aũt, Penetralia sunt, loca secreta, & in uniuersum omnia ea, quae in intimo recessu sunt.

Conijciunt.

Conijciunt.[a] *furit immissis Vulcanus*[b] *habenis*[c]
Trãstra per,[d] *et remos, & pictas*[e] *abiete*[f] *puppes.*
Nuncius Anchisae ad tumulum, cuneosq.[g] *theatri*
Incensas perfert naues Eumelus:[h] *& ipsi*
Respiciunt atram[i] *in nimbo uolitare fauillam.*
Primus[k] *& Ascanius, cursus ut laetus equestres*
Ducebat, sic acer equo turbata[l] *reliquit*
Castra;[m] *nec exanimes*[n] *possunt retinere magistri.*[o]

a In naues. b Ignis; per metonymiam. Estq. remota metaphora in Furit. c Metaphora a retinaculis, quibus equi reguntur. d Anastrophe: & proceleusmaticus pro dactylo in quincta sede. e Simulacris, figurisq. animantium, aut diuorum. ut intelligamus, ignem ne diuorum quidem simulacris pepercisse. Pathos ab impio. f In abiegnis nauibus. Metonymia, & synecdoche: Puppis, pro tota naue.

g Metaphora ad multitudinem in theatro collectam. Est enim prodrie Cuneus multitudo peditum, quae cum acie coniuncta, principio fronte angustior, deinde paullatim procedit latior, atque hostium ordines perrumpit, quod a multis simul in unum locum tela conijciantur. Militari uoce, Porcinum caput, uocatur.

h Hunc trepidationis, ac tumultus, ad naues nuncium facit. significat autem bellicosum, ἐυμηλὴς καὶ ἐυμηλιος: unde hoc nomen deductum uidetur. Fuit & alius multo antè Eumelus, unus ex Helenae amatoribus. Ab Homero etiam recensetur alius quidam Eumelus, Admeti, & Alcestidis filius, qui ex Pyrrhoebia ad Troiam inter Graecorum duces, cum undecim nauibus uenit.

i Immo potius candentem fauillam: sed in nimbo atro, id est, fumo nigro, in quo flamma, ac fauillae elucescunt.

K Primus accurrit Ascanius, quod commodum eius interciperetur. Nauibus enim exustis in fatalem terram sibi debitam nauigare non poterat.

l Vel, ipse turbatus; uel, castra turbata stulta muliercularum temeritate.

m Classem: ut lib. III. Nos castra mouemus.

n Metu periculi anxij paedagogi, ne in discrimen impudens rueret, cum scilicet incendium classis, iniuriae hostilis speciem praeseferret.

o Modo magistros, modo custodes uocat, quos Graeci, παιδαγογοῦς, dicunt.

Quis

Quis [a] furor iste nouus? [b] quo nũc, quo tẽditis, ĩquit?
Heu miserae ciues, non hostem, inimicaq. castra
Argiuum, [c] uestras spes [d] uritis. en ego [e] uester
Ascanius. galeam ante pedes proiecit [f] inanem,
Qua ludo indutus belli simulacra [g] ciebat. [h]
Accelerat [i] simul Aeneas, simul [k] agmina Teucrũ.
Ast illae [l] diuersa metu per litora passim
Diffugiunt, siluasq., & sicubi concaua [m] furtim
Saxa petunt. piget incoepti, lucisque, [n] suosq. [o]
Mutatae agnoscunt; excussaq. [p] pectore Iuno [q] est.

a Expostulatoriae orationis exordium abruptum, ab obiurgatione. Perpetuae interrogationes, & ellipseis intẽdunt effectus.

b Quod matronae suas ipsae naueis incendant, a quibus sua ipsarum salus pendeat. c Argiuorum, per syncopen. Quod honeste, & utiliter fieret. Pium enim pro aris, & focis pugnare, hostiq. damnum dare.
d Naues, in quibus spes uestrae positae sunt: uidelicet perueniendi ad regna, & sedes quietas. e Se nominat, quis sit: ut scilicet auctoritatem sibi, tum puero, tum armis tecto conciliaret, & sic ab incoepto retraheret, quas obiurgatione nihil motas fuisse uidebat.
f Procul ab se capiti detractam galeam abiecit: id quod indignantis est.
g Graeci nomini etymon reddidit. Illi enim imaginarias, & umbratiles pugnas σκιομαχίας uocant, q. d. pugnam contra umbras.
h Lucret. l. 2. Componunt, complent, belli simulacra cientur.
i Grandiorem statim aetatem adiungit, ad compescendas aeque pertinaciter furentes ad incendendam clasſem. K Simul, hic; pro, Tum, accipitur. l Quod maturior aetas, ac heroica dignitas in magistratu, tum metum, tum auctoritatem conciliet.
m Sub. Sunt, uel Patent, aut occurrunt in fuga: per Ellepsin.
n Huius uitae: uel, propter taedium nauigationis, uel propter furorem fanaticum, quo incitatae nefas magnum fuerant ausae.
o Ciues populares, quos modo enthusiasmo actae agnoscere nequibant.
p Causſam addit, qua illas apud se non fuisse arguit, ac modo extra se positas, iam demum ad se redisse, cum eas Iunonis numine correptas fuisse, ac modo eam excussam dicat.
q Furoris caussa. Alludit ad Phoebadum, & Sibyllarum enthusiasmum, quae, Phoebi spiritu correptae, ac furore diuino extra se actae, horrenda uaticinabantur: deo uero excusso, ad se redibant.

Sed non iccirco flammae, atque incendia uires
Indomitas [a] posuere. udo [b] sub robore uiuit
Stipa [c] uomens tardum [d] fumum: [e] lentusq. carinas
Est [f] uapor, & toto descendit corpore [g] pestis: [h]
Nec uires heroum, infusaq. [i] flumina [k] prosunt.
Tum pius Aeneas humeris [l] abscindere [m] uestem,
Auxilioq. uocare deos, [n] & tendere [o] palmas. [p]
Iuppiter [q] omnipotens si nondum exosus [r] ad unum
Troianos, si quid pietas [s] antiqua labores
Respicit humanos: da flammam euadere classi
Nucn pater, & tenues [t] Teucrum res eripe leto: [u]
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, demitte, [x] tuaq. hic obrue dextra.
Vix haec ediderat, cum, effusis imbribus, atra

a Forte ad Homericum illud ἀκά μαтον πῦρ respicit, Iliades quincta lib. 1 indefessus & insatiabilis ignis. b aquis uicino. c antique dixit. est enim a stipando: quod ea naues stipentur. Graeci σύπειον uocant, a ςύφω, quod obturo signat. d Qui non cito emicat, utpote densior & ex materia uda. T. e In humidis. n. aqua marina ratib. linum etiam & stupa concepta flamma incipit fumare. Sed sane pereleganter fumi naturam paullatim in densiorem nubem crescentis expressit. f Edit, consumit. g Corpore nauis. s. h Incendium, καταχριςκῶς. i Haec omnia ad incendij amplificationem spectant. K Synecdochicῶς, pro aqua. l Pathos, a gestu indignantis, & pia precatione ad incendij uim a nauibus arcendam. Teste autem Virg. Aeneae pietatem ostendit, cum eum indicat existimare ob scelus, flagitiumq. alicuius Troianorum illud incendiū exortum esse. m Infinitis uerbis, pro praeteritis imperfectis indicatiui utitur, per Enallagen modi: quae figura narrationib. accommodatissima, Liuio, Caesariq. & omnib. historicis persamiliaris est. n Homer. Il. 17. ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε. o Extendere; simplex pro composito: q. d. expandebat manus ad deos, p Manus, per synecdoch. q Breuis condicionali propositione constans precatiuncula, a contrarijs. Si merui malū, perde; si non, serua. r antique, pro odisti. s Modeste refricat suam in deos, parentemq. pietatem. t Metaphorice, accisas bello, incendio urbis, captiuitate, & naufragio. u Letum hic, pro internecione usurpat, per acyrologiam, cum improprie res anima uacantes, morti, aut leto, eripi dicantur. x Vt supra, l. 2. Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.

Tempestas sine more[a] furit,[b] tonitruq. tremiscũt[c]
Ardua terrarum,[d] & campi; ruit aethere toto
Turbidus imber aqua, densisq. nigerrimus austris:
Implenturq. super puppes, semusta madescunt
Robora;[e] restinctus donec uapor omnis,[f] et omnes,
Quattuor amissis, seruatae a peste[g] carinae.
At[h] pater Aeneas, casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat, uersans Siculis ne resideret aruis;
Oblitus fatorum;[i] Italas ne[k] capesseret oras.
Tum senior[l] Nautes,[m] unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaq. insignem reddidit[n] arte,
Haec responsa[o] dabat, uel quae[p] portenderet ira[q]

a Sine exẽplo, praeter solitum morẽ, uel praeter modum. b Effusum imbrem copiosissimum ĩdicat; quod metaphoris perelegãtibus amplificat. c Amplificatio hyperbolica, quae alijs, atque alijs synonymijs ad summum usque crescit. d Periphrastice, pro, montibus.

e Naues, per metonymiam.

f Perelegans collusio in Omnes.

g Pestis catachristicω̃s, pro, incendio, ut supra uer. 683.

h Non tam Aeeneas, accepto damno perturbatur, quam quod post longam iactationem amissis nauib. Italia arceri uideatur: sic, ut dijs, & uentis iratis fatalem terram petere debere uideatur.

i oraculorum. K Pro An. l Senile consilium ab aetate, prudentia, & religione commendat. m Alludit forte ad historiam, qua Sp. Nautius (familia, ab hoc Aeneae socio nata) cum Menenio Agrippa popularem tumultum in secessione Auentina sedauit. Vide Dionys. & Liu. Fuit autem hic ille Nautes, cuius l. 3. pag. 319. & 329. memini: cui. s. sacrificante Aenea in Italia, occurrẽs Diomedes, oraculis impulsus, Palladium Aeneae restituendum tradidit. Quare & subiungit hic poeta, hanc Nauten a Minerua institutum. Porro ab hoc inde Nautiorum gentem Romae, sacrorum Mineruae ministerijs initiatam fuisse, non Iuliam, nonnulli memoriae prodiderant. n Virtute.

o Respicit ad diuina oracula, quae a Minerua imbiberat.

p Denunciaret. factum uerbum a Porro & Tendere

q Vt classis incendium ortum fuit a Iunonis ira in Troianos, quae semper Troianis infesta fuit, ne. s. in fatalem terram ueherentur.

Magna deum, uel quae fatorum posceret ordo.
Isq. his Aenean solatus [a] uocibus infit: [b]
Nate dea, quo fata trahũt, retrahũtq., [c] sequamur:
Quidquid erit, superanda [d] oĩs fortuna [e] ferẽdo est.
Est tibi Dardanius [f] diuinae [g] stirpis Acestes.
Hunc cape consilijs socium, & coniunge uolentem.
Huic trade, amissis [h] superant [i] qui nauibus, et quos
Pertaesum magni incepti, rerumq. tuarum est:
Longaeuosq. senes, ac fessas aequore matres,
Et quidquid tecũ inualidum, metuensq. pericli est,
Delige, & his habeant terris sine moenia fessi.
Vrbem appellabunt permisso [k] nomine Acestam. [l]
Talibus incensus dictis senioris amici.
Tum uero in curas animus [m] diducitur omnes:

a Pro, Solaturus. Enallage tẽporis.

b Incipit, orditur, loqui incipit.

c Optimi cõsilij auctor est Nautes, dum necessitati fatali parẽdum esse suadet. Etenĩ, quod fatis semel placuit, id licet euitare nemini, teste Homero Odyss. 5. d Quae fata sequenda, quamq. necessitatem boni consulendam dixerit, explicat, cum in aduersis, contra ea, quae euitare nequeas, optimum remedium ẽse tolerantiam, docet: atque hac sola omnem, quantumuis grauem, aduersitatem superari.

e Fortunam Homer. ignorasse uidetur, cum nusquam eius mentionem faciat, sed fato uel Parcae omnia regenda committit. Vide Macrob. lib. 5. cap. 16.

f natus enim Criniso fluuio & Aegesta, Phoenodamantis, uel (ut alij) Hippotae Troiani filia.

g Siue, quia Troianorum regum Iuppiter auctor fuerit: siue, quod Criniso fluuio genitus: nam fluuiorum genios, inter minorum gentium deos recenseri traditur.

h Exustis quattuor nauibus, qui supersunt.

i Supersunt: ut supra uers. 519. Amissa solus palma superabat Acestes.

K ab ipso Aceste.

l Ab etymo & collusione nomine regis Acestis sic quidem: sed haec urbs Segesta appellata fuit, ut supra memini.

m Melius & figuratum magis Animum: quo modo in duob. u. l. scriptum uidi. Carp. Animo legit: tres alij, Animus.

Et nox

Et nox[a] atra polum bigis[b] subuecta tenebat.[c]
Visa dehinc caelo facies delapsa parentis
Anchisae subito tales effundere uoces:
Nate, mihi uita quondam, dum uita manebat,
Care magis nate Iliacis exercite fatis,
Imperio[d] Iouis[e] huc uenio, qui classibus ignem
Depulit, & caelo tandem miseratus ab alto est.
Consilijs pare, quae nunc pulcherrima Nautes
Dat senior; lectos iuuenes, fortissima corda,
Defer in Italiam. gens[f] dura, atque aspera[g] cultu
Debellanda[h] tibi Latio est. Ditis[i] tamen ante[k]
Infernas accede domos, & Auerna[l] per alta

a quasi maior caussa cogitationis. b Luna nocti ac humidis praeest: biga uehi fingitur, cū reliquis quadrigae tribuātur: Has duae puellae siue nymphae trahūt propter perpetuā uirginitatem Dianae, quae cum Luna ac Proserpina eadem est. c Transitio ducta a descriptione temporis nocturni ad oraculum Anchisae. Spectat autem illud huc, ut Nautae consilium patris testimonio confirmetur, & ut inde discat Aeneas, quae prius, quae posterius illi sint in Italia gerenda, ne quid tum praeter spem illi eueniat. d Hom. Il. 15. e Attentio ab auctoritate Iouis, a quo missum se ad Aenean filium dicit, ut s. ostendat eum adhuc dijs curae esse, nec odio haberi a Ioue.

f Loquitur de Rutulis & boriginib. Tyrrhenisq. aduersus quos bellum illi gerendum sciebat.

g unde lib. 9. Natos ad flumina primum Deferimus, saeuoque gelu duramus, & aestu.

h Perquam uenuste: nam certissimam uictoriam promittit, uerbo Debellandi. i Plutonis, qui ob id Dis appellatur, quod opes e terra effodiantur; uel quod in terram redeant. Vnde Pluto apud Claudian. Semperq. tenemus, Quod superi tenuere semel.

K Hoc ita, ne ordo perturbetur. Nam statim, cum in Italiam appulisset, Sibyllae ductu inferos petijt, ut l. 6. latius.

l Monstrat loca, per quae descensus patet ad inferos in Italia. Auernus aūt & Lucrinus, duo lacus sunt, in sinu Baiano, ita uicini, ut maximis tempestatib. coniungi interdum solere dicantur. Dictusq. Auernus, quasi ἄορνος, ut Virg. alibi testatur, quod aues superuolantes per taetrū sulphureūq. odorem emoriantur. Quare illac iter ad Ditis cōcaua esse poetae finxerunt.

Con-

Congreſſus [a] pete nate meos. non [b] me impia nāque
Tartara habēt, triſtesq. umbrae: ſed amoenu piorū
Concilia, Elyſiumq. [c] colo. huc [d] caſta [e] ſibylla
Nigrarum [f] multo pecudum te ſanguine [g] ducet. [h]
Tū genus [i] oē tuū, &, quae dentur moenia, diſces.
Iamq. uale: torquet medios [k] nox humida [l] curſus: [m]
Et me ſaeuus [n] equis oriens afflauit anhelis. [o]
Dixerat, [p] & tenues fugit ceu fumus [q] in auras.
Aeneas, quo deinde [r] ruis? quo proripis, inquit?

a Colloquium. b Per antipophorā id occupat, quo terreri potuiſſet Aeneas, (nimirum de Tartaro, qui impiorū carcer eſt,) ut ſcilicet alacriorem, expeditioremq. eum ad iter capeſſendum reddat. c Beatorum animorum domicilium, quo, corpore ſoluti, migrare dicuntur: de quo in lib. ſeq. plura dicenda erunt, & opportuniora. d Docet quo modo in ea loca penetraturus ſit. e Propter uirginitatem. ſunt enim ſibyllae Apollini ſacrae, cuius afflatae ſpiritu horrenda canunt oracula. Ser. caſtam appellari exiſtimat, quod fingunt eam poetae Apollini concubitum negaſſe. f Nam furuis hoſtijs dij inferi placantur. H. St. legit, Nigrantum. g Mactatis multis pecudib. de qua re latius lib. ſequenti. h A facili, & opportuno. i Huius rei cauſſa ad inferos ducitur, & praecipue ad habendum cum patre colloquium. K Mediam noctem intel. cum Sol ſub terra lineam meridionalem tranſierit. A prima autem noctis hora Romanis dies incipiebat: quae inde conſuetudo adhuc apud Gallos, Germanos, atque adeo omnes tranſalpinos perdurat, ut ſcilicet diei horas a medio noctis praecedentis numerari incipiant. etſi interim non ignorem, totius Germaniae, ſolos Nerobergenſes, & Suabacenſes, diuerſum a reliquis gubernandi horologij morem obtinere. l Homer. etiam plurib. locis eodem modo ait, ὑγρὰ νὺξ. m Macrob. Sat. lib. I. autumat poetam his uerbis admonere, & innuere, diem a ſexta noctis hora oriri; cum dicat Anchiſes, mediam noctem lapſam, iamq. inſequentem coepiſſe diem, qua mox oriturus ſit Sol. n Violentus, cuius acceſſu paullatim diſparent tenebrae, ita ut umbris amplius locus non ſit. o Feſſis, ſpiritum prae nimio labore trahentib. Periphraſis eſt, aduentantis diei. Solem enim quadrigis uehi poetae fabulantur, a quattuor equis, quorum haec ſunt nomina, Pyrois, Eois, Aethon, & Phlegon. p Hom. Od. 96. q Sic etiā apud Hom. Il. ⊥. Patrocli anima uelut fumus euaneſcit. De quo loco, uide Macr. l. 5. Sat. c. 7 r Declarat naturalem filij in patrem ſtorgem, ſeu amorē, qui patrem complecti, & cum eo colloqui deſiderabat.

Quē[a] fugis? aut quis te noſtris cōplexibus arcet?
Haec memorans, cinerē, et ſopitos[b] ſuſcitat ignes:
Pergameūq.[c] Larē,[d] & canae[e] penetralia Veſtae[f]
Farre[g] pio, & plena ſupplex[h] ueneratur acerra.[i]
Extemplo[k] ſocios, primumq. accerſit[l] Aceſten:
Et Iouis imperium,[m] & cari praecepta parentis
Edocet, & quae[n] nunc animo ſententia conſtet.

a *Emphaticῶs: filiū ſcilicet, non alienum.* b *Tranſlatum ab animali ad nō animal, ad ignem Veſtae ſcilicet, qui ſacer erat, & cineribus conditus, quodammodo dormire poteſt uideri.* c *Troianum; per antonomaſiam.* d *Deum tutelarem, Veſtam, in cuius tutela Troia fuiſſe credebatur. Cic. Lares uocat daemones, medios inter deorum eminentiſſimam naturam, & humanam. Hos Appuleius modo Genios, modo Lares nominat: quos ueteres, preces noſtras ad Deum perferre, & illinc rurſum ad nos diuina dona, reſponſaq. deferre exiſtimarunt. Lari itaque Aeneas, quem ſecum ex urbe extulerat, nunc ſacrificat, eumq. religioſe ueneratur.* e *Antiquae, aut ob ignis fauillas.* f *Seruij rationem, cur ſ. Veſtam farre uenerari conſueuerint, non ignoro: &, quia non admodum placet, hanc ex Plotini doctrina deductam ſubijcio: Id ideo fieri ſolere, quod Veſta, & Ceres, pro anima terrae haberi conſueuerint, unde fruges, & herbae, quibus uictitamus, enaſcuntur: quemadmodum & ture, ac roſarijs, ueteres illi ſacrificare ſolitos, ex Plauti Aulular. conſtat.*

g *Exponit, quem Larem Troianorum intelligat, uidelicet Veſtam, quam ſecum Troia extulerat, ut ſupra, Aeternumq. adytis penetralib. ignem. Erat enim Veſta, ignis perpetuus, qui poſtea religioſe apud Romanos, conſecratis etiam uirginib. ſeruabatur inexſtinctus.*

h *Supplices ueteres Veſtae ſacrificare ſolitos etiam Plutar. confirmat, cum ait,* ἱκέτης τῆς ἑστίας, *id eſt, ſupplex Veſtae.*

i *Arcula, in quam tus reponi ſolet, Turibulum uulgo appellant. Quoniā autem terra (cuius una cum Cerere, Veſta fuit anima exiſtimata) odoriferarum herbarum parens eſt, ueterib. mos erat, lari ture, & floſculis ſacrificare, & quidem in foco, ubi ignis ſopitus iacebat. Quare etiam ſignificanter addit, Plena acerra Aenean ueneratum eſſe Larem Pergameum.*

K Hom. Il. 266. l *Vocari curat. Cic. ad Q. frat. Pompeius ſe cōparat, homines ex agris accerſit.* m *Vt Troianos, qui exuſtis quattuor nauib. ſupererant ad manendum in Sicilia uolentes reddat, Iouem caelitus id mādaſſe per Anchiſen ait.* n *Velle nimirum ſe urbem ſtatuere in Sicilia, in qua aliquam Troianorum partem fato relinquat.*

a respexit ad morē Romanū. transscripti enim in colonias deducebantur.
b Troianas mulieres, diuturna nauigatione fractas.

Haud mora consilijs, nec iussa recusat Acestes.
Transscribunt[a] urbi matres,[b] populumq. uolentem
Deponunt,[c] animos nil magnae laudis egentes.
Ipsi transtra nouant;[d] flāmisq. ambesa[e] reponunt[f]
Robora[g] nauigijs; aptant remosque, rudentesque;[h]
Exigui numero, sed[i] bello[k] uiuida uirtus.
Interea Aeneas urbem designat[l] aratro:[m]
Sortiturq.[n] domos: hoc Ilium,[o] et haec loca Troiae

c Quasi onera de nauib. Quidam distinguunt post Volentem: ut sibi dicerentur deponere animos. i. submittere se inertiae. d Pro, Renouant: ut supra l. IV. Aen. Fundantem arces & tecta nouansem Conspicit. Alioqui et agriculturae & I C. uocabulum est. Cic. l. 2. de Or. Agro non semel arato, sed nouato & iterato. e Pro, semusta: ut supra, Semusta madescunt robora. f Eximunt, & seponunt. g Asseres roboreos. h Polysyndeton, & hypermetrum. i Explicat, quos dixerit occupatos esse in reficiendis nauibus. Paucos quidem, sed delectos ad bellum iuuenes, qui gloriae in Italia adipiscendae exspectatione alacres, summo studio incumbebant in id, ut reparata classe, in Italiam, quam primum daretur opportunitas, transijcerent. K Ad bellum: octauo casu. l Videtur dedita opera Virg. hanc descriptionem addidisse, ut s. ueterem ducendi muros consuetudinē, celebraret. Porro tradit in Origin. Cato, apud ueteres muris locū designaturos, in condendis urbibus, hunc fuisse morem, ut aratro taurum dextrum, uaccam sinistram intrinsecus iungerent: atque ita ducebant sulcum, ut togae parte incincti, capite uelati, parte succincti tenerent stiuam, glebasq. omnes introrsum eijcerent. Atque ita ducto sulco loca muris designabant. Ast, ubi in urbem ingressus esset, ibi aratrum leuatum portabant: unde, a portando, Portae nomen inuenere. Quin & in euertendis urbibus, aratrum inducebatur. Quod satis etiam Horat. Od. 1. innuit, cum ait: Imprimeretq. muris hostile aratrum Exercitus insolens. & Cic. Phil. 2. Vt uexillum uideres, & aratrum circumduceres: cuius quidem uomere portam Capuae paene perstrinxisti, &c.
m Ne mireris. olim. n. aratra condendis etiam urbib. adhibebantur. De quo uide Coel. l. 26. c. 5. n Sorte partitur, & distribuit. o Aeneas locis in Sicilia condendae urbi destinatis, Troiana nomina facit, ut nō iam exsilium, sed patriam praesentem imaginarentur transscripti.

Esse

Esse iubet. gaudet regno[a] Troianus Acestes,
Indicitq.[b] forum,[c] & patribus[d] dat iura uocatis.
Tunc uicina[e] astris Erycino in uertice sedes
Fundatur Veneri Idaliae:[f] tumuloq.[g] sacerdos,
Et lucus[h] late sacer additur Anchisaeo.[i]
Iamq. dies epulata nouem[k] gens omnis, & aris
Factus honos:[l] placidi[m] strauerunt aequora uenti:
Creber et adspirans[n] rursus uocat Auster[o] in altũ.
Exoritur procurua ingens per litora fletus:
Complexi inter se noctemque, diemq. morantur.
Ipsae[p] iam matres, ipsi, quibus aspera[q] quondam
Visa maris facies,[r] & non tolerabile numen,

a Nõ quod per Aeneã regnaret, sed quod noua urbe, & Troiani sãguinis ciuib. regnũ suum per Aenean auctum esset.

b sic & Liu. Indici finitimis spectaculũ iubet.

c locum, & tempus agendorum negotiorum: conuentus qui dicitur.
d Vt ciuitas consilio & legib. conseruetur, legit senatum aut senatores, quos Patres appellat.
e Quib. noua haec Resp. regatur & muniatur.
f In monte. Quidam tamen Erycem ἀκρόπολιν faciunt, alÿ montem. Sed, ut ut est, monti Eryci, ab Eryce ibi sepulto nemen factum fuit: in quo Aeneas Veneri matri sacellum erigi iußit.
g Epithetice, ab opido Cypri Idalio: quasi dicat, Cypriae.
h Ne quid praetermisisse uideatur Aeneas, patri Anchisae, ut diuo terrestri, sacra instituit, antequam ex Sicilia decedat: sacerdotem; qui sacra statis diebus obeat, & lucum; cuiusmodi aris & templis extra urbes amoenitatis caußa adiungi solent.
i Alludere uidetur ad morem Rom. & templum Iuleum, quod & flaminem & lucum habuit. Fab.
K Pro, Anchiseio: ut l. IV. Cineri promissa Sichaeo: pro, Sicheio: & Ouid. Sepulcrum Orphacum, pro Orpheio. l Alludit ad nouendiale sacrum.
m Ad aras religiose sacrificatum fuit. Vnde etiam dÿs placatis statim secundus uentus insecutus fuit. n Ab opportuno. Mare tranquillum, & uentus secundus ad nauigandum inuitant. o Fauens & secundus ex Sicilia Italiam petentibus. p Qui Italiam e Sicilia petentib. prosper est.
q Respicit ad id, quod supra dixit, Pontum adspectabant flentes.
r Sic l. 9. Vultum salis placidi, dixit.

a Ecce tibi, incōſtātiā mulierū ingenium. Nolunt, ubi uelis, ubi nolis, cupiunt ultro; ut recte putat Gnatho ille apud Ter. Eu. act. IV. ſc. VII. Vnde & Hecyr. act. 3. ſc. 1. eas pueris ſimiles eſſe ait Parmeno.

Ire uolunt,[a] omnemq. fugae[b] perferre laborem.
Quos bonus[c] Aeneas dictis ſolatur amicis,
Et conſanguineo lacrymans[d] commendat Aceſtae.
Tres Eryci[e] uitulos, & tempeſtatibus agnam[f]
Caedere deinde iubet, ſoluiq. ex[g] ordine funes.[h]
Ipſe[i] caput tonſae folijs euinctus oliuae[k]
Stans procul in prora pateram tenet, extaq. ſalſos
Porricit[l] in fluctus, ac uina liquentia fundit.
Proſequitur[m] ſurgens a puppi uentus euntes.
Certatim ſocij feriunt mare, & aequora uerrunt.
At Venus[n] interea Neptunum exercita[o] curis

b profectionis. c Vere bonus, qui non grauetur eos nunc moeſtas ob ſuorū diſceſſum benignis uerbis conſolari, quos pro ſua auctoritate ob inconſtantiā acerbius caſtigare potuiſſet. d Aliud in ſuos pietatis argumentū, quod lacrumas fundat, & diligenter eos Aceſtae cōmendet, ut deinceps in tutelam acceptos, ut ſuos ciues tueatur. e Fratri ὁμομήτριῳ diſcedens religioſe ſacrificat. Nam antiquis mos erat, ut oram ſoluturi, uel tempeſtati uel dijs maris ſacrificarent. f Sic & Horat. in Epod. uouet tempeſtatibus agnam. g referri ad illud, caedere, ait Ser. ut ſit ſententia, Caedere iubet ex ordine & ſolui funes. Sed ſane dura haec fuerit traiectio. h Prymneſia & nauticas funes, peracto ſacrificio curauit legi, anchorasq. ſubduci. i Aeneas ſ. hoc.n. imperatoris erat, ut, priuſquam claſſis moueretur, pro ſuorum ſalute preces funderet, & e ſumma naui dijs maris libamina daret. K Oleae: figurate, ut ſaepe antea. l Sic & Macrob. Sat. l. 3. c. 2. legit, & utitur praeterea hoc uerbo Liu. l. 9. Secūdi belli Pun. cū ait: Cruda exta, caeſa uictima, uti mos eſt, in mare porricit. Quāuis alij imperite & hic, & apud Liu. Proijcit, legendū eſſe aſſerāt. m Hom. Il. 11. n Notandū hic exiſtimo, Virg. ut initio narrationē ſuā, q̄ Troiani e Sicilia in Italiā ſoluerēt, cōſilio Iunonis & Aeoli, de excitāda tēpeſtate, et diſijciēda Aeneae claſſe, orſus fuit: ita hic, ultimum nauigationis e Sicilia, a Veneris et Neptuni conſultatione, de pacando mari, ut ſalua & incolumis claſſis aliquando in Italiā appellere poſſit, abſoluere. o Atque etiā libro 1. Iuno fuit curis exercita, quō Aeneae in Italiā profectionē impediret, eodē modo, quo nunc hic Venus ſollicita eſt, quomodo potiſſimum a Neptuno impetret, ut filio ſuo Aeneae mare tutum praeſtet.

Alloquitur, talesq. effundit[a] pectore questus:
Iunonis[b] grauis ira, & inexsaturabile pectus
Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnes:
Quam[c] nec longa dies, [d] pietas[e] nec mitigat ulla:
Nec Iouis imperio,[f] fatis ue infracta quiescit.
Non media de gente Phrygũ exedisse [g] nefandis
Vrbem odijs satis est, poenam[h] traxisse per omnem
Relliquias[i] Troiae. cineres, atque ossa peremptae[k]
Insequitur. caussas[l] tanti[m] sciat illa furoris.[n]
Ipsa mihi [o] nuper[p] Libycis, tu testis in undis
Quam molem[q] subito excierit, maria omnia caelo
Miscuit,[r] Aeolijs nequidquam[s] freta procellis,[t]

a Sub. cum dolore: ut illud, lib. 6. Fuditq. preces rex pectore ab imo
b Attentio, a caussa, cur supplex Neptunum precib. sollicitet.
c Amplificatio odij a tempore & pietate Aeneae.
d quae aegritudinem adimit hominibus, ut ille ait.
e quae etiã in hostibus affectus concitare solet.
f Plus hoc est, quam quod praecessit, itaq. amplificatio gradatim ad summum tendit, sed longe maxima sane est amplificatio, eã nihil curare Parcas, quarũ imperio etiam ipse diuũ pater, atque hominum rex, subsit.
g Atrox sane metaphora.
h Vetus lectio et distinctio: Nec poenã trax se per oẽm Relliquias: Troiae cineres atq. ossa peremptae Insequitur. Sic & alibi, Vixset, pro Vixisset, legitur.
i Aenean, eiusq. fugae socios.
K Euersae Troiae.
l eae sunt, quas Iuno exsequitur lib. 10. nimirum palmam deformae praestantia abiudicatam, & similia, quae inde petes.
m Q. d. uiderit, cur tam furiose illos exagitet. Modesta reprehensio est, caussae non satis honestae, ob quam tam atrox odium in illam gentem susceperit.
n Doloris. s. per Auxesim.
o Innuit sibi fieri, quae Aeneae filio facta sit iniuria.
p Ab exemplo alterius iniuriae, cuius etiam testem ipsum Neptunum praesentem citat, ne ficta uideatur querellarum excusatio.
q Tempestatem in mari.
r Ab amplificatione tempestatis, quae tanta fuerit, ut omnia perturbarit: quod per prouerbiale illud schema uenuste significatur, quod Liu. sic usurpat: Mare, inquit, caelo confundere uidebantur. & Virg. alibi, Miscere sacra profanis.
s Frustra imploratis uentorum furorib. quod. s. Aeneas incolumis euaserit, perleui accepto damno.
t Ventis, qui sub Aeoli imperio tenentur.

In regnis hoc ausa tuis.[a]
Pro[b] scelus, ecce etiam, Troianis matribus[c] actis
Exussit [d]foede puppes, & [e] classe subegit [f]
Amissa socios ignotae [g]linquere terrae.
Quod superest, [h] oro liceat dare tuta per undas
Vela tibi; liceat Laurentum [i] attingere [k] Tibrim:[l]

a A loco, ad concitãdum aduersariae odiũ: Audax.n. mehercle facinus, ne dicam temerariũ, ĩ alieno regno sibi ius in hostẽ usurpare, illudq. licẽter, adeoq. ĩpune, perturbare. b Pathetica exclamatio, in recens, adeoq. nuperũ admodũ facinus. c In furorem: uel, adactis, impulsis. d Exurendas curauit per Iriden, Beroes habitum mentitam. e Iunoni imputat, quod in Sicilia imbellem multitudinem, quae nauibus supererat, relinquere cogatur. f Pro, coegit; ut & apud Sallust. usurpatur hoc uerbum: Auxilio, inquit, multos mortales falsos fieri subegit. g Pro, ignobili. non enim ignota, ad quam bis Troiani uenerant. h Petitionis propositio. i Possessiue, ut uocant grammatici: Alij leg. Laurentem, adiectiue. K Peruenire ad Tibrim, pro, in Italiam; cuius ille flu. est. Veteres earum regionum, quae intra Tibrim, & Circeos montes mari proximos clauduntur, angustias, Latij nomine consuerunt: inde deducto etymo, quod Saturnus filij tyrannidem fugiens, illic sub Iano tutus latuisset. Ab initio Siculos, ut indigenos, hoc soli tenuisse quidam tradunt: etsi non desunt alij, qui hos Siculos eosdem cũ Ligurib. fuisse, opinantur, et ab Aboriginib. inde fugatos. Hi enim Aborigines, ijs temporib. cum Troiani primum in eas terras appellerent, hanc regionem habitant, alijs atque alijs populis, diuersis illuc casib. delatis, ante in soli societatem receptis: gens bellicosa erat, ac inde soli pomeria finesq. propagarunt ad Lirim flu. usque. Quidam uero Latinos esse dictos uolunt, a Latino Albanorum rege: plures ab alio Latino, Lauiniae patre, qui id tẽporis in Latio regnũ tenebat, cũ Troiani illuc deferrẽtur. Sed, quam illi uere sentiãt, satis ex Orpheo liquet, qui unus Argonautarũ, nauẽ Argo appulisse in Latinorũ fines canit. Quod si ita est, ut nemo sanae mẽtis negare põt, cõstat Latinorũ nomẽ multo uetustius esse, quã ut a Latino, Lauiniae patre, deriuatũ sit. Regnarunt.n. ab initio in Latio, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, quem deinde secutus est Latinus, cuius regni tẽpore Troianorũ appulsus in hanc terrã incidit. Sunt aũt nõnulli alij, & hi fortasse aliquid dicere uideri possunt, qui Latinorũ nomen, a Latino, Herculis filio, deductũ asserunt. Sed nil affirmo. l Oritur hic flu. e montib. Appeninis, uerũ in ipso cursu multis flum. augetur: partim per Tyrrhenos, Vmbros, partim per Sabinos, et Latinos, seu Laurẽtes, in mare deuoluitur. Vnde et Laurentũ Tibrim ait Virg. quod per eorum agrum currat.

Si concessa[a] peto, si dant ea moenia Parcae.[b]
Tum Saturnius[c] haec[d] domitor[e] maris edidit alti.
Fas[f] omne est Cytherea meis te fidere regnis;
Vnde genus ducis.[g] merui[h] quoque: saepe[i] furores
Compressi, & rabiem tantam caelique, marisque.
Nec minor in terris[k] (Xāthū,[l] Simoentaq. testor.)
Aeneae mihi cura tui. cum Troia Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris,
Millia[m] multa daret leto; gemerentq.[n] repleti

a *A possibili: q. d. si licita peto, & debita haec Troianis sit terra.*
b *Deae infernales quae uitas hominibus dispensare fingantur: antiphrastice sic dictae, quod nemini parcant.* c *Saturni filius Neptunus.* d *Neptuni responsum ad beneuolentiam & reconciliationem Troianorum compositum, in quo obiter probat exemplis, numquam Troianis se aduersatum: quinetiam Aeneae praesens auxilium attulisse, licet in muros urbis suis manib. excitatos coniurasset.*
e *Saturni periphrasis cum antonomasia coniuncta. Fuit.n. Saturni filiorū unus, cui in diuisione regni paterni, maris imperium sorte obuenit: quod quidem ob id a poetis sic finxisse tradunt poetas, quod Neptunus primus mare nauib. sit ingressus.*
f *Quid. distingunt post Fas: ut s. Omne iungatur cum Fidere.*
g *Alludit ad fabulam, qua Venus dicitur orta ex Caeli uirilib. a Saturno filio amputatis, & in mare proiectis.*
h *In ijs quae feci, merui hoc. ut fideres mihi. Quidam hic Metui, leg. ut sit sententia, Ne. s. malū, aut damnum in meo regno aduersariorum iniquitate Troiani acciperēt. Et unū omnino uidi exēplar uet. in quo sic scriptum erat: nec fortasse male, quamuis alia sententia magis obuia uideatur.*
i *Fluctus uentorum atrocitate turbatos, per metaphor. ab homine ad mare. Quid autē, si per Furores, Iunonis atrox nocendi studium intelligamus, cuius furentis prudens & sciens supprimit nomen? Sane non minus uenusta erit oratio, si hoc modo intellig. Nā fluctuum atrocitate uentorum excitatum impetum, sequenti uersu enarrat, cum Rabiē caeli marisq. ait. Tu interim, quod uidebitur, sequere: malo.n. ingenij te libertate uti, quae omnib. permißa est, modo rationis freno obediat* K *Homer. Il. 214.*
l *Per prosopopoeiam Troianos flu. testes citat, ad quorum ripas Aeneam Achillis manib. subtraxerit, alioqui occubiturum.*
m *Homer. Il. 232.* n *Metaphora ab animali ad non animal.*

Amnes; nec reperire uiam, atq. euoluere [a] posset
In mare [b] se Xanthus: Pelidae [c] tunc ego forti
Congressum Aeneā, nec dijs, nec uiribus aequis, [d]
Nube caua eripui: cuperem [e] cum uertere ab imo
Structa [f] meis manibus periurae [g] moenia Troiae:
Nunc quoq. mens eadē perstat mihi: pelle timores.
Tutus, quos optas, portus accedet [h] Auerni.
Vnus erit tantū, amissum [i] quem gurgite quaeret.

a Reddit Scamandri cum Achille expostulantis uerba apud Homer. lib. xx. Iliad. οὐ δέ τι πῆ δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν.

b *Ex Hom. Il.* φ. *ubi Achilles introducitur tantum Troianorum numerum occidens, ad Xanthum flu. ut cadaueribus obstructus fluuius aquas suas in mare euoluere non posset.* c *Pelei filio, Achilli. poetice autē cum datiuo solo, cum reliqui cum ablatiuo, & praepositione usurpent.*

d *Aequis, duob. iunctum, at diuersa significatione. Dijs nō aequis, i. aduersis. Virib. non aequis, i. non aequalibus, imparibus.* e *Hoc ad Aeneae cōmēdationē facit, cui parcēdum existimauerit Neptunus, uel propter propinquitatis ius, uel propter uirtutis, pietatisq. existimationē, quāuis una cum Apolline in euersionē Troiae, propter Laomedontis perfidiam iurasset.*

f *Homer. Iliad.* 236.

g *Pro, periuri Laomedontis moenia, qui praemium dijs pactum persoluere recusauit.*

h *Quod sic euenit. nam circa Cumas, quae uicinae sunt Lucrino, & Auerno lacubus, classis Aeneae appulit.*

i *De Miseno intell. Ser. unde illud l.* VI. *Inter saxa uirum spumosa immerserat unda. Ego, salua uiri doctissimi gratia, de Palinuri morte intelligi malim, illudq. quod sequitur, Vnum pro multis dabitur caput: expolitionis gratia subiectum. Etenim, quod S. hoc primum de Miseno accipit, secundum uero, de Palinuro, quis hoc cum Virgilij mente congruere existimet? cum ea ratione, non unus dumtaxat, sed duo perijsse intelligantur: quod si significare uoluisset, non dubium, quin satis expresse declaraturus fuerit. Adde, quod, si de Miseno intelligas, cum eo, quod praecessit, pugnare uidebatur. Neque enim Misenus Cumis desideratus fuit, ut Palinurus, sed in Italiam peruenit. Quare diserte Virg. ait, Vnus erit tantum, qui portus Auerni non accedet. Taxatiue; Palinurum intelligens, qui, ante quam Cumarum allaberentur oris, e puppi, fraude Somni, decidit: quem Aeneas amißum quaesiuit in gurgite.*

Vnum

Vnum [a] *pro multis dabitur* [b] *caput.* [c]
His ubi laeta deae [d] *permulsit pectora dictis;*
Iungit equos [e] *curru* [f] *genitor;* [g] *spumātiaq.* [h] *addit*
Frena feris, [i] *manibusq. omnes effundit* [k] *habenas.*
Caeruleo per summa leuis uolat aequora [l] *curru.*
Subsidunt undae; tumidumq. sub axe tonanti [m]
Sternitur [n] *aequor aquis; fugiūt uasto aethere nibi.*
Tum [o] *uariae* [p] *comitū* [q] *facies, immania* [r] *Cete,* [s]

a *Anaphora in repetitione uocis ad figurandam orationem.*
b *Sacrificij loco: quod de Miseno dici non potest, quippe qui non insons, sed culpabilis fuerit, ob impietatem in deos. Nam, cum litui cantu cum Tritone certare ausus fuisset, uictus, meritas suae impietatis poenas persoluit. sed interim suum cuique permitto iudicium.* c *Synecdochice, q.d. Vnus sociorum pro omnium salute mihi litabitur.* d *Veneris, cum qua sermonē conferebat.* e *Vitulos marinos, pirocas, & similia animalia marina, quibus Neptunus inequitare fingitur.* f *Neptuni currum describit Hom. Od. 5. Porro hic Curru, pro, Currui, ait.* g *Neptunus: siue, quod Oceanus omnia flumina gignat, ac recipiat: siue, quod aqua, ut elementorum praestantissimum, oīa producat.* h *Omnia ad similitudinem in terra equitantium narrātur.* i *Equis. S. aut pro epitheto, cum dura sit antecedentis repetitio. Sic l. 2. Aen. Equum Durateum, ferum uocat: Inq. feri curuam compagibus aluum Contorsit.* K *Metaphora a liquidis ad habenas: supra dixit, Furit immissis Vulcanus habenis.* l *Ho. Il. 137.* m *Sub axibus currus in ipso curru stridentib. Remota metaphora, a caelo ad rotarum aexs.* n *Paullo supra, Placidi strauerunt aequora uenti. Porro, quae hic sequūtur, ad dignitatem, maiestatemq. numinis amplificādam spectant. Insecuta est illico maris trāquillitas, ac aeris serenitas, pulsis caelo nubibus, unde orientes uenti, maria turbāt, miscentq.* o *Tribuit Neptuno oīa regia insignia, & decora, equos, currum, sceptrum, nympharum, deorumq. marinorū satellitium.*
p *Varias comitum facies, ait, pro, uarijs comitibus.*
q *Ipsius Neptuni scilicet.*
r *Ingentia: ut, Dorsum immane mari summo.*
s *Marina bellua multo maxima, sexcentorum pedum longitudinis, trecentorum uero & sexaginta latitudinis, si Plinio credimus, qui lib. 32. c. 1. huiusmodi animalia Arabiae flumen intrasse scribit. Belgae eos, quod in mari procumbant instar ualli, sua lingua, VValuisch, uocant.*

Et se-

a Melicertam Athamantis, & Inus filiũ, una cũ matre in mare praecipitatũ, fabulantur poetae ĩ deum maris fuisse conuersum, et a Graecis qui dẽ Palaemona, a nostris Portunum uocari.

Et senior Glauci chorus, Inousq. Palaemon,[a]
Tritonesq. citi, Phorciq. exercitus omnis.
Laeua[b] tenẽt Thetis, & Melite, Panopeaq. uirgo,
Nesaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.
Hic[c] patris Aeneae suspensam[d] blanda uicissim
Gaudia pertentant[e] mentem. iubet ocius[f] omnes
Attolli malos, intendi brachia[g] uelis.[h]
Vna omnes fecere pedem,[i] pariterq. sinistros,
Nunc dextros soluere sinus:[k] una ardua torquent.
Cornua,[l] detorquentq.: ferũt sua flamina clasșem:
Princeps[m] ante omnes densum Palinurus agebat[n]
Agmen: ad hunc alij cursum contendere iussi.

b Sexum imbecilliorem sinistrae parti prudenter applicat.

c Grata caeli, marisq. tranquillitate laetitiam cepit Aeneas: quod secundam, & prosperam nauigationem in Italiam nunc tandem aliquando promittere uiderentur.

d Antheae dubiam, & sollicitam de nauigationis euentu, & caeli facie.

e Tacite innuit animo gaudium suppressisse Aenean, id quod prudentis est, qui in secundis insolescere, aut in aduersis rebus animo deijci non debet.

f Ne scilicet oblatae occasioni ipse desit.

g Antemnas intelligit, quibus expansa carbasorum cornua, brachiorum speciem habent.

h Al. Remis; ut supra, Intentique brachia remis, Intenti exspectant signum.

i Funem, quo uelum tènditur; qui, Pes uocatur. Vnde, Facere pedem, p. pro, Velum tendere.

K Velorum laxas, ac fluxas partes, quae uentorum flatibus intumescunt.

l Velorum carchesij utrumque latus, quae Cornua dicuntur, a figura sua.

m Vt supra; Primus ibi ante omnes &c.

n Gubernabat classem, praecurrens alijs sua naue, secundum quam alij nautae cursum suum dirigere iubebantur.

Iamq. fere [a] mediam caeli nox humida [b] metam [c]
Contigerat: placida laxarant membra quiete
Sub remis fusi [d] per dura sedilia nautae:
Cum leuis aetherijs delapsus Somnus [e] ab astris
Aera dimouit tenebrosum, [f] & dispulit [g] umbras,
Te Palinure [h] petens, [i] tibi tristia [k] somnia [l] portãs
Insonti; puppiq. deus [m] consedit in alta,
Phorbanti [n] similis: fuditq. has ore loquellas.

a A nocturni temporis descriptione, opportuni ad id, quod subijciet, de Palinuri casu.
b Epitheticῶs, ut saepe antea, υγρὰ νὺξ. est enim nox roscida suapte natura propter lunam, quae mari & humidis praeest. c Media caeli meta, linea meridionalis est, quam cum Sol sub terra contingit, apud nos media nox est.
d Peruenusta dormientium remigum hypotyposis: qualis fere esse solet eorum uita, qui in triremibus, aut alijs actuarijs nauibus, Venetijs, & alibi operas praestant.
e Hunc Ouid. deorum placidißimum uocat, & Homer. Mortis fratrem, multis locis.
f Quid enim est aliud nox ipsa, nisi aer tenebrosus, aut umbra terrae, cuius interuentu ubi Sol occiderit, aer obtenebratur, & quasi inumbratur. g Suas. nam semper Deos ambit nimbus.
h Apostrophe, ad Palinurum, Aeneae nauis gubernatorem peritißimum.
i Fallacias struens, factiose aggrediens. Videtur hic imitari illum locum Odys. γ. de Phrontide Onetoride, Menelai nauis gubernatore sollertissimo.
K Quippe praesentem mortem allatura, citra suum aliquod meritum. quare etiam addit Insonti; ut qui non caecam speculationem in gubernanda naui egerat, ut Elpenor Homericus, qui uino, ac somno sepultus, ad sociorum strepitum uix potuit excitari: sed qui numinis fraude, non sine uitio in mare praeceps datus fuit.
l Soporem. S. m Somnus, sub imagine Phorbantis.
n Priami filio. Hort. Quamquam plures alÿ fuerint Phorbantes. Vnus, Neptuni filius, Curetum rex, qui ab Erechtheo occisus traditur, & a quo Athenis τὸ φορβαντεῖον dicebatur. Huius meminit Hyperides in oratione contra Proelum, Teste Suida. Proditur alius, Triopae filius, ex Hiscilla, uel, ut alÿ, Hyocla, pater Ilionei Troiani. Alius, Argiuorum rex: alius item pastor Polybÿ Corinthiorum regis. Verum hic a Virgilio, Priamiden uolunt intelligi: quam recte, ipsi uiderint.

Iaside

Iaside [a] Palinure, [b] ferunt ipsa [c] aequora classem:
Aequatae [d] spirant aurae: datur hora quieti:
Pone caput, fessosq. oculos furare labori:
Ipse ego paullisper pro te tua munera inibo.
Cui uix attollens Palinurus lumina fatur:
Me ne [e] salis placidi uultum, fluctusq. quietos
Ignorare iubes? me ne huic confidere monstro? [f]
Aenean credam [g] quid enim fallacibus [h] Austris, [i]

a Iasij nec filius, nec nepos esse potuit Palinurus, quod lõgißimo ante annorum interuallo Iasius antecesserit, quippe qui Abãtis Argiuorum regis filius, Dardani frater fuerit. Restat ergo, ut per antonomasiam Palinurum Iasiden uocarit, pro, Troiano, appellatione deducta a Dardano, Iasij fratre, qui ab eo Iasides dicebatur, & inde per antonomasiam rtliqui Troiani. Lib. 12. 391. Virg. Iapidem uocat Iasiden, nulla neque patronymici, neque antonomasiae ratione, sed tantum per nominis fictionem, quod medicus esset excellens, παρὰ τὸ ἰάομαι, id est, medeor. Non uideo tamen, cur dici hic non possit, Somnum, hoc nomine appellari Palinurum, ut beneuolentiam ab eius persona captaret, eoq. facilius eum induceret ad capiendum somnum. b Egregius fuit nauclerus, nauis Aeneae gubernator peritissimus, ut Elpenor apud Homer. Vlyssis fingitur nauium gubernator. Vnde ortus fuerit, quibusque parentib. prognatus, a nemine adhuc memoriae proditum inuenio: hoc tamen adijciam ex Martiale l. 3. ubi hoc nomine ludit, in Paullinum suum, hoc modo: Minxisti Paulline semel currente carina: Meiere uis iterum, sic Palinurus eris. A πάλιν, i. rursum, & οὖρος, urina, deductum nomen, Iterum meiens, sonat. c A tuto: q.d. secundo mari, & uento naues aguntur. d Prospere; ut illud l. 3. Aequatis classẽ procedere uelis. e Praestat tũ optimi, tum exercitatissimi gubernatoris munus, qui caeli, ac maris incõstantiã norit, neque in praesenti tranquillitate periculorũ sit securus. f Mari, cuius mõstrosa est mutabilitas: per metaph. ab aĩali ad nõ animal. g Cur cõmittã Aeneã uẽtis fallacib. & mutabilib. ẽt toties deceptus (cũ nec ars, nec diligẽtia mea ualuit) fraude sereni caeli, i. quod tẽpestates (Iunonis arte cõcitatae) repẽte sẽper excipiunt? Donat. aliter legit; aliter ẽt S. ab ambobus ẽt dißẽtit Helenius, qui ita citat: Me ne huic cõcredere mõstro Aeneã, toties deceptus fraude sereni? Carpẽse exẽplar, cum hac lectione nostra cõsentit, nisi quod, pro Austris, Auris habeat: Aliũ quoq. uidi scriptũ codicẽ, qui Astris habebat. Sed, quomodocumq. legas, difficilis est locus. h Vẽtis instabilib. & quib. nihil incertius, nihil incõstãtius. Austros n. pro uẽtis, figurate ponit. i Qui Austris legunt, sic exp. i. uẽtis meridionalibus, quib. flãtib. secunda e Sicilia est nauigatio Italiam petentib.

Et caeli toties [a] deceptus fraude sereni?
Talia dicta dabat, clauumq. affixus, [b] & haerens
Nusquam amittebat, oculosq. sub astra tenebat.
Ecce deus [c] ramum Lethaeo [d] rore madentem,
Viq. soporatum Stygia, super utraque quassat
Tempora, [e] cunctantiq. [f] natantia [g] lumina soluit.
Vix primos inopina quies laxauerat artus:
Et super [h] incumbens, cum puppis parte reuulsa
Cumq. gubernaclo liquidas proiecit [i] in undas
Praecipitem, ac socios nequidquã saepe uocantem.
Ipse [k] uolans tenues se sustulit ales in auras.
Currit iter tutum [l] non secius [m] aequore classis;
Promissisq. patris Neptuni [n] interrita [o] fertur: [p]

a A periculis antecedemib. neq. n. sapientis est, suo periculo, aut dãno cautiorẽ in posterum non reddi.. b Vnũ uet. exẽplar uidi, quod Affixit, habebat: sed figurata magis, & grauior est haec nostra lectio. c Ne sua culpa e puppi decidisse dicatur Palinurus, transfert in Somnum omnem culpam, quem Deum uocat: ut & Ouid. Placidissimum illum deorum appellans. d Lethes & Stygis ideo meminit, quod nihil aliud sit somnus, quam mortis quaedã similitudo. Et, Lethaeo rore, ait, pro tristissimo liquore, ac mortem ablaturo. Lethe n. ἀπὸ τῆς λήθης, id est, obliuione, quod s. omnium obliuiscantur mortui: & Styx, a στυγνάζω, i. tristor, nomen habet. e Quamuis Aristoteli pathos, siue affectio somni circa cor perinde ut uigiliae, consistat: eodem tamen auctore fere oritur ille e capite, humorib. impleto, & suffarcinato. f Quasi relunctanti. g Errantia, somni uicinitate; S. aut per similitudinem, natantes, seu errantes in speculandis stellis oculos. h Egregia Somni Palinurum deijcientis in mare, hypotyposis. i Non abiecit, sed porro, aut procul iecit: ut in illo uersu: Proiectaq. saxa Pachini: &, Proiecto dum pede laeuo Aptat se pugnae. K Somnus in auem transformatus, re perpetrata, in auras abit. l Neptuni praesidio.
m Al. Non segnius. Spoliata nimirum hoc modo & clauo, & gubernatore classis. n Qui promiserat Veneri, Aeneae omnia tuta se praestiturum, quummodo unius morte omnium salus redimeretur.
o Non territa, imperterrita. Ouid. l. 8. Metam. Sola est interrita uirgo, & l. 10. apud eundem: Quid? quod inest uirtus, & mens interrita lethi?
p Vento secundo, tutis itineribus agitur.

Iamq.

a Capreaurũ insulã ĩtel. Iamq. adeo scopulos [a] Sirenum [b] aduecta subibat,

quae est in ora Campaniae, contra Neapolim, immensae altitudinis rupib. ac profundo mari saepta, unoq. & eo perangusto tramite accessa, circuitu fere X L ∞ passuum: Tiberij principis tum arce, tum solitudine nobilis, qui in his, reip. cura in totũ abiecta, reliquum postea uitae egit. Porro hãc ipsam insulam Sirenes tenuisse feruntur, etsi nõ desint, qui antea ipsas Pelorida, deinde Capreas, postea Leucasiã habitasse uelint, ut apud Alexã. est.
b Quae tres omnino fuerunt, Acheloi amnis, & Calliopes musae, filiae, quarum natu maxima, Partheno, & postea Parthenope dicta fuit: Vnde postea urbs ea nomen sortita est, quae nunc Neapolis dicitur, ut pag. 148. monui. Vna ex his, uoce; altera tibijs; tertia lyra canebat. Sunt, qui Sirenes, aues esse putent in India, quarũ cantu praeternauigantes in litus pertracti, discerpebãtur. Quapropter hanc insulã Vlysses praeternauigaturus, cera obturatis sociorum aurib. ipse se malo alligari curauit, ut cãtus dulcedine audita frustra ad dirigendũ eo nauẽ luctaretur. Vnde, quidquid dulcedine aliqua abblãditur, habetq. interim sub uoluptatis specie pestẽ exitiabilẽ, Sirenẽ appellare licet. Homeri uero scholiastes enarrãs uersum illũ Odis. μ. σειρῆνας μὲν πρῶτον, notat, secundũ quosdã, Sirenas, Acheloi, & Steropes fuisse filias: secundũ alios, Acheloi, & Terpsichores; quae a Venere captae uirginitatẽ oderant, et cũ essent alatae, in Tyrrhenũ clima auolabant, occuparuntq. insulã Anthemusam: nõia earũ fuiße, Aglaophemen, Thelxepeã, Pisonoẽ, & Ligeam, ita ut 4. fuisse putẽtur. Homer. autem duas dũtaxat agnoscit Sirenes Has Lycophrõ ἀπυιογούνους, nominat, quod supra specie humana, infra uolucrum eßent. Quas cum musae deuicissent, ijsdẽ detraxerunt alas. Hinc factũ, cur musae capitib. alatis pingãtur, praeter unã Terpsichoren, quod eorum sit mater. Atque ista circa Cretã contigisse tradunt, unde eius insulae urbs Apterae nomen inuenit, quod Sirenes, ibi deuictae, alas amiserint. Plura de his uide apud Suid. Porro rei ueritas sic habet, ut sint loca quaedam marina, montibus quibusdam in artum contracta, in quae illisi fluctus, cum suauem sonum ederent, praeternauigantes, eum audientes, aestui se totos crediderunt. quamobrem una cũ nauib. illic periere. Quod ipsum his satis innuit Virg. cum ait, Tũ rauca assiduo lõgẽ sale saxa sonabant. Nã Rauca saxa, scopulos in angustias cõtractos intelligere uidetur, quib. cum fremitu blando illisi fluctus marini, cum canorum quiddam resonarent, nautae periculorũ securi, aestui se totos permittebant, sed postea, facto naufragio, corpora in nudos scopulos eiecta, ibi computruerunt. Quare diserte ait poeta, Multorum oßib. albos fuisse scopulos illos. Vide Io. Tzetzen, qui diuersas de Sirenibus sententias, & allegorias, facetis uersibus complexus est.

Diffi-

Difficiles [a] *quondam, multorumq.* [b] *ossibus albos;*
Tum rauca assiduo longe sale [c] *saxa sonabant;*
Cum pater [d] *amisso fluitantem errare magistro* [e]
Censit, & ipse ratem [f] *nocturnis* [g] *rexit in undis,*
Multa [h] *gemens, casuq. animum concussus amici.* [i]
O nimium [k] *caelo, & pelago confise* [l] *sereno,*
Nudus, & ignota, [m] *Palinure, iacebis arena.* [n]

a *Aliquãdo periculosos, quãdiu s. a Sirenib. habitarentur.* b *Quos s. cantus dulcedine ad se illectos occiderent.*

c *Mari: ut paullo supra, Me ne salis placidi &c. A nominatiuo Sale, is, ut apud Ennium lib. 14. Ann. Caeruleum spumat sale conferta rate pulsum. Assiduo sale ergo, id est, frequenti maris impulsu, & illisione in scopulos lõge sonabat scopulus.* d *Aeneas.* e *Gubernatore, seu nauclero.* f *Nauem, per synecdoch. cum ex ratibus componi naues soleant.* g *Per noctem in mari.* h *Nomen pro aduerbio, ut alibi, per Enallagen partium orationis.* i *Palinuri, amicissimi sui, & peritissimi naucleri, a quo eius, sociorumq. salus pendebat.* K *Pathetice, per apostrophen, exclamat in eius casum, ignarus tamen quonam casu gubernaculo excussus fuerit, etsi ab officij ratione satis uerisimilem de interitu eius coniecturam sumat.* l *Praesenti significatione usurpatur hoc participium: ut Cic. pro Rosc. Comoedo: Copia, & auctoritate caussae confisus.* m *Addit amplificationem; cum in ignota terra, eum relictum iri ait; id quod sane tristius est, ac magis dolendum, quam si ab amicis, aut cognatis in patrio solo, iustis funebribus praestitis, conderetur.* n *Pathos, a loco, & habitu: quod in arena iacebit nudus, id est, insepultus.*

AENEI-

ARGVMENTVM

Cumas aduectus Aeneas, antrũ sibyllae petit, peractoq. de more sacrificio, Phoebi oraculũ cõsulit. ibi & instantia pericula, & futuri belli euentũ discit. Miseni cadauer, in litore inuentũ, exurit, reliquiasq. sub proximo mõte sepelit, qui Miseni nomẽ ab illo obtinuit. Inde colũbarũ ductu ad aureũ ramũ peruenit: quo decerpto, mactatisq. hostijs, deos inferos uene-ratus, sibylla duce per Auerni fauces ad inferos tendit. Palinurũ, quo sepulcri honore careret, circa Stygiã paludẽ oberrantẽ inuenit, eũq. una ulteriorẽ ripã trãsijcere cupiẽtẽ sibylla prohibet, coenotaphijq. & exsequiarum spe cõsolatur. Post haec, Stygẽ trãsiectus Aeneas, Cerberoq. medicatis offis sopito, per loca infantiũ, eorũq., qui falso crimine dãnati, capite suppliciũ luerãt, iter faciens, peruenit ad sedẽ eorũ, qui amoris impatiẽtia manus sibi cõsciuerãt. ibi, Elisam cõspicatus, cũ se purgare uellet, illa indignabunda cõspectũ eius effugit. Inde progressus, Deiphobum in sedibus eorum, qui bello aliquãdo claruerunt, multis uulneribus lacerũ cõspicit, necisq. eius indignum modum ab ipso edocetur. Relicto deinde ad Laeuã Tartaro, sceleratorumq. poenas a sibylla edoctus, ad Ditys ipsius moenia cõtẽdit, aureumq. ramum in ipso reginae limine defigit. Post haec, ad fortunatorum sedes iter instituit, & a Musaeo ad patrem suum perducitur. ibi Anchises Aeneae filio, Albanorum, Romanorumq. regum catalogum recẽset; nobiliumq. aliquot Romanorum nomina percurrẽs, ad Iulij Caesaris, & Augusti laudes descendit, Marcellumq. Octauiae filium, immatura morte praereptum, miris in caelũ laudib. effert. Inde ꝑ eburneã portã ad superos egressus, socios reuisit, relictisq. Cumis, Caietã petit. Probus libri VI. initiũ non a, Sic fatur lacrymans, sed ab, Obuertunt pelago proras, facit: quod sic in Tuccae libris, & Cornelianis cõmentarijs fuisse existimet, adeoq. ipsum Virgiliũ priores hos duos uersus fini libri V. adnexuisse. Nescio tamẽ, cur factũ sit, ut Phici liber, uel, ut alij, Titianus aliter habuerit, & Apronianus manifeste doceat, huius VI. lib. principium genuinum esse, Sic fatur lacrymans &c. Fab. tamẽ l. 8. c. 8. duos hos primos uersus, cum a Virgilio ad finẽ prioris libri essent relicti, a Tucca, & Varo, ad huius libri principium, quod sic ijs melius uideretur, esse translatos, auctor est.

ALIVD

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

CVMAS deinde uenit: fert hic respōsa Sibyllae.
Misenum sepelit: mōs seruat [a] nomē humati.
Ramum etiam, [b] ante deū placato numine portat:
Et uates [c] longaeua una descendit Auernum.
Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elisam.
Deiphobumq. uidet lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum poenas discit, narrante Sybilla.
Conuenit Anchisen [d] penitus [e] in ualle uirenti:
Agnoscitq. [f] suam [g] prolem, monstrante [h] parente:
Haec ubi percepit, graditur, sociosq. reuisit.

a Al. Seruans.
b Etiā diuum plac.
c Vates tecta, atque uno.
d Quidam s. l. sic distinguunt h. uers. Conuenit Anchisen, penitusque in ualle uirēti Agnoscit, prolemque suam &c.
e Penitusq.
f Agnouitq.
g Agnoscit prolemque suam.
h Narrante.

ALIVD. INCERTI

Sacratam Phoebo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius: uatisq. petit responsa Sibyllae.
Misenum sepelit: post haec adit infera regna:
Congressusq. patri discit genus omne suorum.
Quoq. modo casus ualeat superare futuros.

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

Aenean memorat uisentem tartara sextus.

ALIVD

Quaeruntur sexto manes, & tartara Ditis.

ALIVD

Infernos Ditis manes, & regna pererrat.

Hic liber fere ex Odys. λ. desumptus est, tamq. doctus est, et artificiosus, ut extra omnem doctrinae aleā positus esse uideatur. Est n. tamquam thesaurus doctrinae Virgilianae, & reconditae cuiusdam philosophiae cornucopiae.



Ic fatur [a] lacrymãs, [b] classiq. immittit habenas; [c]
Et tandem [d] Euboicis [e] Cumarum [f] allabitur [g] oris.
Obuertunt pelago proras. tum dente [h] tenaci

a Sane, siue hoc sit genuinum huius lib. principium, siue non, cõstat manifesto, hoc principiũ, a praecedẽtis lib. fine pendere. Nã ubi sensit Aeneas, nauim gubernatore orbatã, ratus; id quod res erat; clauo eum excussum, casum illius miseratus exclamarat, O nimium caelo &c. Proinde dum lacrymis Palinuri sui sortẽ hoc pacto prosequitur, tandẽ Cumas peruenit. b Pathos, a gestu, ut nõ uerbis tantũ illius misertus uideatur, sed re ipsa affectus suos optimus princeps coarguat. c Metaphora ab equis ad naues. nã habena proprie equorũ retinaculum est, quo equi constringuntur, & quodãmodo habẽtur. Funes autẽ nauticos intel. anchoris innexos, quib. naues litorib. aut ripis adhaerent, ne in altum aquarum ui abripiantur. d Ad Aeneae desiderium retulit, cupientis ad Italiã peruenire: q.d. post longã tot annorũ iactationem, uenit Cumas. e Hoc ideo, quod tẽpore Latini Siluij, quarti Albanorũ regis post Ascaniũ, Cumae in litorali Italiae ora, a Cumanis, & Chalcidensib. & ex Euboea profectis, cõditae fuerint. Aiunt Hippoclem, & Megasthenem, eorum duces, ita inter se pactos fuisse, ut gens altera, quae urbi nomen daret, alterius colonia diceretur. Proinde urbs nomẽ a Cumaeis sortita, Chalcidẽsiũ credita fuit colonia. Atq. ob id Cumas, modo Chalcidicas arces, modo rupẽ Euboicã, uocãt. f Cumae, arũ, Lucaniae ciuitas maritima, iuxta Puteolos, olim ab his, qui ex Chalcidae, Euboeae urbe, ad nouas sedes quaerẽdas profecti, in Italiã uenerũt, condita. Nominis ratione hanc adferunt; quod nimirũ Chalcidẽses, quos modo dixi, haud procul a Baijs, (qui locus a Baio, Vlyssis socio, ibi sepulto, nomẽ accepit) litus uacuũ inuenissẽt, ibi mulierẽ grauidã, cui Cymae nomẽ erat, cõspicati ab eius noĩe ibidẽ condiaerũt urbẽ, Y, in V, Latino more cõuertẽtes: alij, ἀπὸ τοῦ κύοντος, i. a praegnãte muliere, dictas esse, Cumas malunt: rursum alij, ἀπὸ τοῦ κύματος, i. a fluctu. Nõnulli a Cuma, Aeolidis urbe, ex aduerso Lesbi sita: unde & Sibylla Cumaea, quam alij a loci uicinitate Erythraeam nominant, dicta fuit. g Peruenit ĩ Italiã. Chronographi tradunt, Aeneã post tertiũ excidij Troiani annũ ĩ Italiã cũ oĩ fortuna, patre Anchisa, nutrice Caieta, filio Ascanio, XXII. nauium classe, in qua ter mille & CCCC. uiri inerãt, delatum, cum primum Labdon in Latio regno inauguratus esset. h Morsu: ut l. I. Aen. Vnco non alligat anchora morsu. uers. 173.

Anchora

Anchora [a] fundabat [b] naues: & litora curuae [c]
Praetexunt puppes. iuuenũ manus [d] emicat [e] ardẽs [f]
Litus in Hesperiũ. [g] quaerit pars [h] semina [i] flãmae,
Abstrusa in uenis [k] silicis: pars [l] densa ferarum
Tecta [m] rapit, siluas; iuuentaq. flumina monstrat.
At [n] pius Aeneas arces, [o] quibus altus [p] Apollo
Praesidet, horrendaeq. [q] procul secreta [r] sibyllae,

a Instrumentum est nauale ferreũ, quo naues in litore, aut mari fundamus, retinemusq. ne uẽto, aut tempestatis ui huc illuc ferantur. b Fundare proprie de aedificiorum fundamentis, uel de ijs rebus, quae in terram immittuntur, & infiguntur, ut firmius, solidiusq. fient, dicitur. Vnde hic eleganter dicitur, anchora fundare, id est, firmare, & retinere naues. c Hypallage; pro, curua litora praetexunt, id est, tegunt naues. d Multitudo, ut supra lib. 5. & paullo post, hoc ipso lib. Hic, manus ob patriam pugnando uulnera passi. e Prosilit uelociter in littus Italicum.

f Italiae desiderio flagrans.

g Hesperium litus, id est, Italicum. Cum solam enim Hesperiam pronunciamus, Italiam intelligi; cum uero Extrema, uel Vltima, addimus, Hispaniam, tradunt. Italia autem Hesperia, ab Hespero, Atlantis fratre, qui patria pulsus, in Italiã transiecit, dicta putatur: etsi Macrobius Italiam, quod ad occasum uergat, dictam esse Hesperiam autumet.

h Prolepsis elegans. i Scintillas ignis; per periphrasim.

K Meatibus; Metaphora ab animali ad non animal.

l Arbusta, folia, ramos arborum, periphrasticώs.

m Definitio siluae.

n Aeneae pietatem celebrat, qui scilicet socijs alijs curis districtis, ad templa festinarit.

o Apollinis templum intelligit, quod, quia in monte situm erat (unde & Altum Apollinem, per hypallagen uocat) Arcem appellauit. Nam ueteres, montium summitates, & quamcumque altitudinem, a qua hostes facile arceri possent & depelli, Arces nominabant.

p Per hypallagen; pro, Arces altas Apollinis, id est templum in altissimo loco positum.

q Venerandae; ut, Horrendum siluis, & relligione parentum.

r Memor eius, quod iusserat Helenus lib. 3. uers. 441. ut scilicet post primum statim in Italiam appulsum, ad Sibyllam properaret, ut quae fata Italica habiturus esset, ex ea posset cognoscere.

Antrũ[a] immane,[b] petit; magnã cui mẽtẽ,[c] animũq.
Delius[d] inspirat uates, aperitq. futura.
Iam subeunt Triuiae[e] lucos, atque aurea[f] tecta.

a *Appositiue.*

b *Immane, i. magnũ, & uastum. De huius uocabuli etymo supra nonnihil dixi: nimirum a Lanuuinis Mane, pro bono usurpari solitum, propterea quod a manibus, i inferioribus locis, lucis exordium emergat, aut certe ab omine bono: Vnde Immane, quod huic ex diametro oppositum est, pro malo, infaustoq. sumi etiam consueuit, teste Macrobio, ut cum dicimus. Immanis bellua, Immane facinus: etsi aliter quoque, pro magno, & ingẽti usurpatur, ut in discursu Aeneidos saepe meminimus, & hic in primis ita accipi uidetur.*

c *Erudite Mentem ab Animo discernit, quod & Lact. lib. 7. faciundum praecipit, cum sic ait: Primum, non idem est Mens, & Animus: Aliud enim est, quo uiuimus: aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non animus sopitur, & in furiosis mens extinguitur, animus manet. Quocirca falli eos, qui haec non distinguunt, nemini dubium: cum Mens sit cogitationis, consilijq. subtilitas quaedam, certae rationi consentanea; (Vnde Amentes, & Dementes dicimus, qui nullo consilio utuntur) Animus uero, uitae & uoluntatis fundamentum. Plaut. in Cistel. Exanimor, distrahor, diripior, ita Nullam animi mentem habeo. & in Epid. Pauor territat mentem animi. Terent. in Andr. Mala mens, malus animus. Sed unum atque alterum e Cic. exemptum depromam, quo manifestam eius differentiam, uelut in speculo, perspicias. Tusc. lib. 3. Qui exijsse e potestate dicuntur, ideo, inquit, dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. & de Finib. lib. V. Deinde, inquit, id quod uidemus, & ita figuratum corpus; ut excellat alijs: & animum ita constitutum, ut & sensibus instructus sit, & habeat praestantiam mentis, cui tota hominis natura pareat. Lucret. lib. 3. Primum animum dico, mentem quam saepe uocamus, in quo consilium uitae, regimenq. locatum est. Idem eod. lib. Deniq. cur animi numquam mens consiliumq. Gignitur in capite, &c.*

d *Apollo, a Delo insula, sic dictus.*

e *Dianae, sic dictae, quod triuijs praeesset. Ouid. 3. de Ponto, el. 2. Protinus immitem Triuiae ducuntur ad aram.*

f *Per amplificationem, Apollinis templum magnificentissime a Daedalo ijs in locis conditum, notat.*

Daedalus,[a] ut fama[b] est, fugiens Minoia[c] regna,
Praepetibus[d] pennis ausus se credere caelo,
Insuetum[e] per iter gelidas enauit[f] ad arctos;[g]
Chalcidicaq.[h] leuis tandem super adstitit arce.

a Daedalum, quidã scribũt, Eupalami, alij Euphemi filium fuisse, atque a Minerua architecturam fuisse edoctum. Hic, eum Perdicem, sororis suae filium, ὁμότεχνον, per inuidiam de summo tecti fastigio praecipitaßet, poenarum metu solum uertit, & in Cretam fugit. Sunt, qui tradant eum, non Perdicem, sed Telen, puerum admodum, discipulum suum interfecisse: quod (qua erat ingenij excellentia) figuli rotam, & serram, ad formam spinae piscis excogitaßet. Vt ut est, ob artis excellentiam breui in Minois Cretae regis amicitiam adscitus est, cuius iussu, ad similitudinem illius Aegyptiaci statim ei in Creta Labyrinthum exstruxit. Inde Pasiphae reginae familiarior factus, rationem eidem cõmonstrauit, quo pacto, ligno inclusa cum tauro consuesceret. Quo comperto, iratus Minos Daedalum ad supplicium quaeri iussit. Ille primum Icaro filio suo ex Neucrate Cretensi serua, deinde sibi fabricatis alis, ceraq. iunctis pennis, in Siciliam fugit. Icarus interim cera Solis calore liquefacta, in mare decidit; & nomen mari Icario fecit. Minos autem, Daedali fuga accepta, eum bello persecutus est, ac in Siciliam ingressus, a Cocalo, uel; ut alij; Corcalo hospitio acceptus fuit, cuius filiae in thermis aquam calidam ei superfundentes, quod Daedalo, ob artis praestantiam, ingenijq. dexteritatem bene cuperent, ibi eum siue uapore aquae, siue aestu, siue quo alio modo, interfecisse dicuntur. Corpus Circensibus redditum fuit, subitae mortis praetextu, quod dum forte lauaretur, imprudenter in aquam feruidam lapsus, repente exanimatus esset. Varias hac de re sententias, uide apud Hort.

b Hanc fabulam uide apud Ouid. l. 8 Met. & l. 2. de Arte amandi. Gell. l. 6. c. 6. & Pont. in Anto. c Cretensia. Minos n. Cretae rex fuit bellicosißimus, ut qui primus maris imperio potitus fuisse dicitur.

d Patulis, & porrectis alis, cera conglutinatis, ut est in fabula Ouid. d. l. 8. De hoc loco uide disputationem Hygini apud Gell. l. 6. c. 6. Hanc uocem augurandi modo accipit Virg. l. 3. uers. 361. e Insuetum s hominib. cũ auium sit uolare. f Pro, Euolauit, ut indic. id quod seq. Remigiũ alarũ, pro alis, quib. enauerat, aut potius euolarat. g Ad Septẽt iones. Cumas enim e Creta petentib. iter ad Septẽtriones dirigendum. h Cumarũ urbẽ: nã hãc a Chalcidẽsib. olim ex Euboea in Italiã delatis, cõditã eße paullo ante monui: cum, easdem Cumas, Euboicas oras appellaret Virg.

Redditus his primum terris tibi Phoebe[a] ſacrauit
Remigium[b] alarum, poſuitq. immania[c] templa.
In foribus letum Androgeo.[d] tum pendere poenas
Cecropidae[e] iuſſi[f] (miſerum) ſeptena[g] quotānis[h]
Corpora natorum. ſtat ductis[i] ſortibus urna.
Contra[k] elata mari reſpondet Gnoſia[l] tellus.
Hic crudelis amor[m] tauri, ſuppoſtaq. furto

a Apoſtrophe ad Apollinē, cui Daedalus e Creta in hāc Campaniae oram delatus, ſtructo inſigni magnificētia tēplo monumentum fugae ſuae ibi dedicauerat. Hac porro digreſſione dilatat narrationem, praecipue a monumentis rerum Creticarum, parietib. tēpli in ipſo ſtatim ingreſſu inſculptis. b quia & nauium, & uolucrum ſunt alae: unde illud l. 3. Velorum pandimus alas. c Ingentia & uaſta, ut paullo ſupra monui, ubi de huius uocabuli etymologia latius egi. Eſt autem hic Enallage numeri, Templa, pro Templū. d Gignendi caſus Graecus, quartae inflexionis: cum Latine, huius Androgei, dicamus. Fuit autē hic Minois, regis Cretae, filius, egregiae indolis adoleſcens, qui cum in Graeciam ad certamina profectus, in palaeſtra longe uictor exſtitiſſet, per inuidiā ab Athenienſib. & Megarenſibus occiſus fuit. Qua iniuria grauiter permotus rex, primum grauiſſimo bello Megarenſes adortus, eos deuicit. Inde Athenienſes hac uictoria ſua exanimatos, ea lege tributarios fecit, ut quotannis ſeptem maſculae, totidemq. femineae ſtirpis pueros, pro caede filij Androgei, in Cretam ſibi ſeruituros mitterent: alij Minotauro deuorandos obijci ſolitos hos pueros uirginesq. tradiderunt: ſed tam confuſa ſunt omnia, ut, quid ſtatuas, quidue credas potiſſimum, ſcire non poſſis. e Athenienſes, per Antonomaſian a Cecrope Aegyptio eorū rege. f A Minoe, qui eum numerū illis imperauerat. g Septem paria: nam pepigerat Minos ſeptem mares & totidem feminas ſibi mitti.

h Quidam tamen Graeci ſcriptores ueteres, id duntaxat nono quoq. anno pactum ſcribunt.

i Sortito enim mittebantur.

K Rectiſſime: nam ex aduerſo ad meridiem Athenae Cretam ſpectant.

l Creta, ut ſupra monui, per ſynecdochen. Gnoſſos enim una celeberrimarum Cretae urbium erat, olim aliquando Ceratos, ab amne uicino dicta. Gnoſſo γνώσκω. i. dormio dictum uidetur.

m Quem amorem dicat, ſtatim explicatius ſubijcit, cum ait Paſiphaen ibi expreſſam, cuius prodigioſus cum tauro coitus, Daedalo (quippe huius rei conſcio) fugae cauſſa fuit

Paſi-

Paſiphae, miſtumq. genus, proleſq.[a] biformis
Minotaurus ineſt, Veneris[b] monumēta[c] neſandae.
Hic labor[d] ille[e] domus,[f] & inextricabilis error.
Magnum reginae,[g] ſed enim miſeratus[h] amorem

a Prolē n. ex hoc coitu procreatam partim humana partim taurina forma fuiſſe, traditur. b Per metonymiam, pro; Coitus nefarij. c Nam monſtroſus ille fetus, arguebat ſatis nefarium matris concubitum. d Daedali artificis. e Emphaſi declarat non uulgare opus fuiſſe. f Labyrinthū intel. de quo Plin. lib. 36. c. 13. & nos ſuperiori libro in fine equeſtris puerorum certaminis, non nihil addidimus. Erat porro Labyrinthus, humani ingenij opus portentoſum, itinerum ambages quāplurimas, occurſus recurſusq. inexplicabiles cōtinēs, crebris forib. ad fallēdos exitus, ut ſubinde in eoſdē errores redeundū eſſet. Plutarchus affirmaſſe Cretenſes auctor eſt, Labyrinthum nil aliud incommodi habuiſſe, quā quod in eo incluſi, propter innumeras loci ambages, effugere non poſſent. Apud Aegyptios, multo ante ad Heracleopolim, tale opus fuerat, ad quod Creticū hoc, aedificatum fuiſſe traditur. De eius ſtructura haec memoriae prodita inuenimus. Totus ex quadrato lapide erat, latera ſingula pedes tricenos lata, quinquagenos alta, in baſi quadrata. Pyramides quinq. habebat, in ſingulis angulis ſingulas, & in medio unā centenum ac quinquagenū pedum, ita quidē faſtigiatas, ut in ſummo orbis aeneus eſſet, & pegaſus unus omnib. impoſitus fuerit, ex quo pēderent catenis excepta tintinnabula, quae uēto agitata, ſonum in longū durantē reddebant, ut olim pelues Dodoneae, ſupra orbē, quattuor pyramides inſuper, ſingulae cētenos pedes altae. ſupra quas una adhuc alia, cuius celſitudinē, ut incredibilem, Varronem puduit adijcere, ita uir ille religioſus fuit. Porro intus inextricabilis, quo ſi quis ſine glomere fili adiret, exitū inuenire nō poſſet. Quattuor maxime memorātur labyrinthi, quorum tertius (nā Da dalus, ſuum opus ad Aegyptiacum imitatus fuerat) in Lemno uiſebatur: quartus in Italia, iuxta Cluſiū, Porſenae regis Etruriae opus egregium. Oēs hi lapide fuere polito, ac fornicibus tecti. Fuiſſe & Sami dicitur Labyrinthus elegās, cuius auctor exſtitit Theodorus, qui ſe ex aere fudit. Ille aūt oīum uetuſtiſſimus fuiſſe dicitur, cuius ſtructurā, quidā ad regem Peteſucum, alij ad Tithoem referunt: multi, inter quos Herodot. eſt, non unius, ſed multorum regum monumentum fuiſſe arbitrantur, quorum ultimus Pſammetichus, aliquid circa illum dicitur operatus. Demoteles, regiā Motherudis fuiſſe adſerit: Lycias, Meridis ſepulcrum. g Ariadnes, Minois regis filiae, Theſei amore captae. h Permotus Ariadnes amore in Theſeum maximo, miſericordiaq. inductus, quod ſ. illa huius amore peritura uideretur, niſi ipſe accurreret.

a Errorem amfractuosum Labyrinthi fili ductu explicauit.

Daedalus, ipse dolos [a] tecti, ambagesq. resoluit.
Caeca [b] regens filo [c] uestigia. tu quoque magnam

b Per metalepsim, inextricabilia, dubia, errabũda. c Sic ex Pherecide Didonis historiam digerit, lib. 11. Odys. Theseus sorte datus cum iuuenibus Atheniensium Minoi debitis ex foedere, in Cretam nauigat, ap caedem Minotauri. Quo delatus, Ariadnam Minois filiam, corporis uenustate, amore incendit. Quae, ut amatoris compos fieret, accepto a Daedalo fili glomere, eoq. Theseo tradito, qua ratione labyrinthum ingressus, Minotaurũ occideret, docet. Iubet extremitatẽ fili ostio innectere, atq. ita paullatim deuoluendo glomum progredi, donec ad interiora perueniret. Ac tũ, si dormientem opprimeret, uictor capitis pilos tenens, Neptuno sacrificaret. deinde, qua uenerat, fili ductum retro sequens, rediret. Quib. rite sic a Theseo peractis, Ariadna uoti compos facta, cum eo aufugit, sed non ita multo post, prioris beneficij immemor, abductam in Chio, aut Naxo insulis, periurus deseruit. Quam Bacchus postea uxorem duxit, eiusq. coronam nouem stellis ornatam, quam a Venere acceperat, astris intulit, Gnosiamq. appellauit. Postremo a Diana sagittis confixa dicitur, quod uirginitatem non seruasset. Philochorus, Simonides, & uariae historiae scriptor, paullo aliter hanc rem referunt & allegorice exponunt. Taurum a Pasiphae adamatum, dicentes fuisse, praestanti forma imperatorem, qui cum classe in Cretam appulerit, ac cum quo illa, opera Daedali, in domo priuata egregie munita, clam marito consuetudinem habuerit. Filium e Tauro procreatum, quod duorum patrum esset, Minois ac Tauri, Minotaurum dictum fuiße. Labyrinthum, in quo conclusus fuerit Minotaurus, immane monstrum, pro re uehemẽter impedita, & anxia accipiunt, unde difficillimus fuerit exitus: quod sic Tauro applicant, ut tradant eum fuisse gladiatorem robustissimum, ferocia plus quam humana, consuetum in certaminib. uincere, qui, cũ forte Minos in Androgei caesi memoriam certamẽ gymnicũ instituisset, magna ferocia in arenã descẽderit, &, cũ antagonistã non haberet, nec reperiri posset, hoĩem barbarum ferocia exsultantẽ de uictoriae poßeßione deturbaret, tandem petijt Theseus ut sibi liceret cum eo cõgredi, quod petenti haud difficulter cõcessum est: ac diu luctatus cum eo eo inter disparia spectantiũ studia, ad postremũ uictoria potitus est Theseus. Qua Thesei uictoria apprime gauisus Minos, ut Taurũ (quẽ ob infamiã adulterij peßime oderat) maiori ignominia afficeret, oẽs Theseo obsides restituit, & Atheniẽsib. tributũ in perpetuũ cõdonauit. Porro Ariadna regis filia, adolescentis uirtute & forma capta, eidem nubere desiderat: mutuoq. amore adiuta, facile ab eo abducta fuit.

Partem

Partē opere ĩ tāto (sineret[a] dolor) Icare[b] haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis[c] patriae cecidere manus. quin protinus[d] omnia
Perlegerent[e] oculis, ni iam praemissus Achates
Afforet, atque una Phoebi, Triuiaeq. sacerdos
Deiphobe[f] Glauci,[g] fatur quae talia regi:[h]
Non hoc[i] ista sibi tempus spectacula poscit.
Nunc grege[k] de intacto[l] septem mactare iuuencos
Praestiterit, totidem lectas[m] de more bidentes.[n]

a Si permisisset dolor patris Daedali: ut seq. Bis conatus erat c. eff. in auro, Bis pat. cec. manus. Ellipsis.

b Per apostrophen obiter caussam occupat, cur in tanto casus sui monumento pater filij calamitosam fortunam praeterierit. c Anaphora, qua affectus paternus intenditur in exprimenda filij calamitatis tragoedia.

d Hanc lectionem Coel. & Macrob. agnoscunt: etsi sint, qui, Omnes, legere malint. Multi quoque scripti l. Omnem, habent. Sed Priscian. & alij dactylicum uersum agnoscunt. Vide Petr. Crinit. lib.24.c.7

e Perlegißent: & Afforet, pro affuisset. Enallage. Hic aūt sedulo aduertēdum, proprie Virg. uoce Legere usum: cum pictura perinde ut scriptura oculis legatur seu percurratur. f Id sibyllae huic fuisse nomen tradunt.

g Sub. filia: ut lib.3. Hectoris Andromache, sub uxor. h Aeneae, regi Troiabo. ut l.1. Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter, &c.

i Ab excursu, ad intermissam narrationē reuertitur. Nam interea dū dux Troianus monumentis Daedali contemplandis oculos pascit, Sibyllam uatem accersitum missus erat. Achates: quae adueniens Aenean picturae intentum reprehendit ab inutili spectaculo & otio.

K improprie, pro armento. nam de iuuencis dicturus est.

l Iniuges hostias intel. de quib. Macrob. Sat. l.5.c.3. quas uocat Gregem intactum, quasi numquam ad iugum admissum, nondum uillatum. In sacris enim omnia libera & dissoluta, pura item & casta esse oportet.

m Haud scio. an Lectas bidentes hic appellet, eximias hostias, quae ad sacrificium destinatae e grege eximuntur. an uero, quod eximia specie, ut numini caedendae, eligantur. Macrob. certe e Veratio de Quaest. Pontif easdem innuere uidetur, lib.3.c.5. Satur. Vide etiam Hom. Iliad. γ. & dict. Macrob. l.7.c.9.

n Oues bimas: quamquam nonnulli hac uoce omnes bimas bestias significari uelint.

Talibus

Talibus affata Aenean. nec sacra morantur[a]
Iussa uiri. Teucros uocat alta[b] in tẽpla sacerdos,
Excisum[c] Euboicae latus ingens rupis in[d] antrum:
Quo lati ducunt aditus centum,[e] ostia[f] centum:
Vnde ruunt totidem uoces, responsa sibyllae.
Ventum erat ad limen, cum uirgo, poscere[g] fata
Tempus, ait: deus[h] ecce,[i] deus.[k] cui talia fanti
Ante fores subito, non uultus,[l] non color unus,
Non comptae mãsere comae: sed pectus anhelũ,[m]
Et rabie[n] fera corda[o] tument: maiorq. uideri,[p]
Nec mortale[q] sonans: afflata[r] est numine quãdo
Iam propiore dei, Cessas[s] in uota, precesq.

a Differunt sacrificia.
b Hinc manifestum, bene expositũ supra, Arces, quib. altus Apollo Praesidet: per hypallagen dictum.
c Describit antrum sibyllae a forma, situ, & credita diuinitate. Euboicam rupem, Cumas uocat per antonomasiam, ut supra monui in huius libri principio. d Pro, in formam antri. In, n. hic similitudinis uim habet. e Amplificatio numeri certi pro incerto.
f Ab ostio, aditum sic distinguit, ut hoc ab adeundo, illud ab obstando dictum putetur. sententia autem haec est, q.d. Vndiq. ad antrum, ceu in centrum, erant aditus. g Oracula. Et, Poscere fata, Graeca magis, quam Latina phrasis: pro, tempus poscendi fata.
h iam afflata est numine: quare dicturientis uerba abrumpuntur, ceu attonitae subito.
i Monstrat nulli conspicuum atq. adeo ἀόρατον, daemonem praesentem.
K Sub. Adest per Ellpsim uerbi.
l A forma & habitu uatis iã afflatae enthusiasmo, spirituq. prophetico.
m Fessum & aegre spiritum ducens.
n Diuinandi s. desiderio, & spiritu fanatico: quare & Furere dicuntur uates & Insanire: ut supra l. 3. Insanam adspicies uatem, quae rupe sub ima, &c.
o Enallage numeri: Corda, pro Cor unius sibyllae, numinis plenae.
p pro, uidebatur. Enallage modi.
q Absolutum transitiue usurpatur: pro, mortale quiddam.
r Afflari uates dicuntur, quando agitantur daemonio, quod spiritu, qui uentus quidam est, corripiantur.
s Exhortatio ad faciendum numini uotum, ab utili, & periculo incommodi, ni faciat.

Tros,

Tros, ait, Aenea, cessas? nec enim ante dehiscent[a]
Attonitae[b] magna ora[c] domus, & talia fata[d]
Conticuit. gelidus[e] Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor, fuditq.[f] preces rex pectore ab imo.
Phoebe, graues Troiae semper miserate[g] labores.
Dardana[h] qui Paridis direxti[i] tela, manusq.
Corpus in Aeacidae;[k] magnas obeuntia[l] terras
Tot maria intraui duce te,[m] penitusq. repostas
Massylum[n] gentes, praetentaq.[o] Syrtibus arua.
Iam tandem[p] Italiae fugientis[q] prendimus[r] oras.

a Aperientur, aut patefiēt: in pr. l. IV. Aen. Sed mihi uel telus optem prius ima dehiscat. i. aperiens me absorbeat.

b facientis attonitos, quod s. numinis sint plenae. c Metaphorice, fores antri, Ora domus uocat. d Effata, locuta. e Elegans metonymia. Caussa pro Caussato, ut aiunt grammatici. tamquam reddens corpus gelidum, & tremulum: sanguinis n. tunc ab omnibus partibus ad cor se confert, & sic fit ut corpus gelidum reddatur. f Metaphora, a re corporea ad incorpoream.

g Captat beneuolentiam ab officio & meritis Phoebi in Troianos, & maxime recentib. beneficijs.

h Homer. Il 51. Vide & Quinctum Calab. Derelictorū ab Homero l. 3. in pr. i Direxisti, per syncopen, ut paullo supra, suppostaq. furto Pasiphae: & paullo infra Penitusq. repostas Massylum gentes: pro Supposita, & Repositas.

K Achillis, Aeaci nepotis, Pelei filij. Historiam hanc uide pag. 312.

l Circumdantia.

m A dei beneficio, cui acceptem fert suam salutem.

n pro Africae. posuit enim speciem pro genere. quia Massyla Africae mediterranea pars est, ad quam Aeneas classe peruenire non potuit.

o Circumfusa: aut, obiecta, opposita. Periphrastice Carthaginiēsium agrum intel. nam Syrtes in interiori Punici maris recessu positae sunt, quas reciprocum mare & uadosum inaccessas facit, sed de his lib. 3. a nobis abunde dictum.

p Venuste, q. d. Post multorum annorum iactationem tandem aliquando Italiam semper retro fugere uisam, consecuti sumus.

q Fugere apparentis, cuius arua, supra semper retro cedere dixit.

r Difficultatem in assequendo ostendit hoc uerbum: & notat insuper eam se haud temere amissuros esse.

Hac[a] Troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Vos[b] quoq. Pergameae[c] iam fas est parcere genti
Dijque,[d] deaeq.[e] oẽs, quibus obstitit[f] Iliũ, et ingẽs
Gloria Dardaniae[g] tuq.[h] o sanctissima uates,
Praescia uenturi, da[i] (non indebita[k] posco
Regna meis fatis) Latio[l] considere Teucros,

a Hactenus illa Troi. fort. nos sit comitata: uel etiam potes accipere Secuta, pro persecuta. b Petitionis propositio, ut s. genti Troianae parcãt ij, qui Iliaco nomini infesti fuerunt. c Troianae, antonomasia, a Pergamis Phrygiae; ut saepe iam dictũ est. d Dij Troianis infensi erãt, Apollo & Neptunus, quod a Laomedonte promissa mercede, postquã urbem Troiae moenib. cinxissent, defraudati essent: hos porro, ut sibi propitũ sint, & tandem aliquando saeuiendi finẽ faciant, suppliciter rogat. e Iuno, & Pallas s. quae ob formae palmã sibi abiudicatã, diu Troianis aduersati erũt. f Non obfuit, sed aduersata fuit. primũ dijs murorum conditoribus, inde Herculi, postremo deabus in iudicio Paridis. Quare illi ipsi euertisse l. 2. Troiam finguntur a Virg. l. 2. uers. 601. g Troiae, per antonomasiam, a Dardano rege. h Apostrophe, ad sibyllam uatem, & Apollinis Triuiaeq. i. Dianae sacerdotem. i Impudenter admodum exagitat P. Manutium Henr. Stephanus, quod in breuibus illis in Virg. notationib. ab ipso ante annos aliquot saepius editis, legerit, Da, in hoc uersu, simile esse ei, quod ecloga 1. dicitur. Sed tamẽ iste deus qui sit, da Tityre nobis; quasi uero hoc ex Paulli doctissimo cerebro natum sit, ac non ex ipsius Seruij, in hunc locũ, scholio, ab alio aliquo excerptũ, ibi parũ cõsiderate adiectũ. Nec est fortassis (ut obiter Seruiũ, quẽ ille, sub Manutij nomine, tã foede lapsum esse ait, hic defendam) cur hoc ipsum tantopere aspernetur Henr. Si. n. poetae mentem bene indagemus, sic, opinor, rèperiemus, Aeneam uatis huius diuinitati tantopere fuisse confisum, ut, quod illa pronunciaret, dei ipsius sententiam uoluntatemq. esse certo sibi persuaderet. Quod si ita est, ut ex hoc alijsq. poetae huius locis colligere mihi uideor, cur nõ hic quoq. Da, pro Dic. i. pronuncia, uaticinare, exponere potuit Seruius? an uero hoc superiori illi loco, ut nõ plane sit simile, tantopere dissimile est, ut Henrico stomachum mouere debuerit? Sed, ne ulterius progrediar, si Da, hic pro Concede exp. (ut Henr. uoluisse uidetur, etsi, contra quam debuit tantopere ferociens, nihil hic definiat) non uideo, quo modo hoc ipsum de Sibylla apte dicas, quae, cum uates dumtaxat, non dea esset, praestare nil ipsa aut concedere Aeneae, sed futura tantum praedicere poterat. K A petitionis aequitate: nã ea, quae petit, fata sibi deberi innuit. l In Italia, quae cur Latium appellata fuerit, saepe iã dixi; quare indicem hic adnexũ, quẽ nunc, quã umquã antehac, locupletiorẽ habes, consule.

Erran-

Errantesq. deos,[a] agitataq. numina Troiae.
Tũ[b] Phoebo, & Triuiae solido de marmore tẽpla
Instituam, festosq. dies de nomine[c] Phoebi.
Te[d] quoq magna manẽt regnis penetralia[e] nostris.
Hic ego namque tuas sortes,[f] arcanaq.[g] fata

a Penates intell. ut ex subiũcta expolitione manifestũ est. Pathos a Pio.

b Pro accepto beneficio remunerationem pollicetur, Apollini et Dianae, templa magnificentissime exstructa uouet.

c Alludit ad ludos Apollinares, qui postea ex uaticinio Martij uatis & carmine sibyllino Romae celebrati sunt, primo bello Punico, Cornelio Rufo X uiro, qui ob id Sibylla cognomento dictus fuit, ac postea corrupto uocabulo Sylla. Vide Liu. de primo bell. Pun.

d Apostrophe ad Sibyllam, cui uicissim pro beneficio promittit, se in adytis, quae Latine Penetralia uocat Virg. scripta eius reposituram, quorum inspiciendorum caussa X uiri item creentur, qui ab initio cum II. tantum exsisterent, II uiri appellati sunt. Inde, plebe impultrice, X, facti sunt, ut huius s. magistratus nomen quoque sortirentur. Postea ad XV numerus accreuit, & inde XV uiri appellati. Porro, Tarquinium Superbum, ultimum Rom. regem, II uiros instituiße, Pomponius auctor est: Fenestella autem, se nullam huius sacerdotij mentionem reperisse scribit, ante Postumi secundi dictatoris filium, qui ex uoto patris bello Latino, facto, cum alio collega, illud sacerdotium adeptus est. Itaque hi instituebantur sacrorum caussa, ut s. sacros libros legerent, carmina Sibyllina interpretarentur, praeessent templo Apollinis, & sacris eius: Quoties prodigia motus magnos, aut rerum graues euentus portenderent, lectisternijs ad deorum puluinaria, supplicijs & sacris eorum minas auertebant, eosque placabant. His aliquando fastorum corrigendorum curam fuisse datam, memoriae proditum: ac hi ipsi mensem Februarium, qui diu in ordine ultimus fuerat, post Ianuarium collocarunt. Non ab re facturum me putaui, si studiosos monerem, librum illum, qui Fenestellae falso inscribitur, Andreae Dominico Floco Florentino restituendum.

e Locum secretum, ad quem non nisi certo alicui accesßus patet, in quo libros Sibyllinos asseruaret. Graeci ἄδυτα, nos Penetralia, dicimus.

f Ecce tibi Sibyllinas sortes, quarum ante mentionem feci, lib. IV. Aen. ubi de Lycijs sortibus agitur: quae sane quomodo ductae fuerint, & si plurima de tripode, & oraculis annotarim, non satis inter doctos constare arbitror. g Oracula, ut supra, Poscere fata.

Dicta meae [a] genti ponam, [b] lectosq. [c] sacrabo
Alma uiros. [d] folijs [e] tantum [f] ne carmina manda;
Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis.
Ipsa canas, oro. Finem dedit ore loquendi.

a Populo Romano, meis posteris: nam in his fata tātum Romana fuisse, dictum est. b Pro, reponam in intimis penetralibus sacrorum. Constat autem Romae postea Sibyllinos libros asseruatos fuisse, in sacrario; sed, cuius sibyllae fuerint, prorsus non liquet. Anus quaedam Tarquinium Superbum, regem Rom. ultimum, adiisse fertur, nouem magna uolumina in sinu ferens, in quibus aiebat diuina oracula contineri. Haec regem interrogauit, num nouem hos libros CCC. Philippeis redimere uellet; quo ridente, & recusante, quasi anus aetate desiperet, illa tres in maximo foco coram rege exussit, percunctans, num reliquos sex eodem pretio mercari uellet, quo uniuersos antea obtulerat. Verū ridens rex tum, multo quam ante profusius, nunc plane eam sibi desipere uideri, ait. Quare illa rursum tres alios in focum excußos, combußit. Atqui tertio ea rogāte, num reliquos tres tanti, quanti uniuersos antea licitata fuerat, redimere uellet, Tarquinius, anus constantia, aut pertinacia motus, pretium numerari iussit, quantum poposcerat: illa, receptis nummis inde digressa, nūquam amplius uisa fuit. Libri autem hi tres in Capitolij intimo sacrario repositi, Sibyllini dicti fuere, quod anus illa Sibylla uulgo credita esset. Seruati autem Romae fuisse traduntur, donec sine casu aliquo, siue fraude humana incenso capitolio, igne consumerentur, quod post bellum Marsicum accidisse ferunt. De harum numero, & oraculis, consule bibliothecam sacram. c Electos, delectos, qui scilicet ijs libris custodiendis, & interpretandis praeeßent.
d Quindecim illos uiros intelligit, quorum munus erat libros Sibyllinos consulere. Primo autem a Tarquinio Superbo, II uiri, inde X uiri, post XV uiri his libris inspiciendis praepositi sunt, ex quib. cum forte M. Atilius horum mysteria temere uulgaßet, bubulo corio insutus, regis iussu in mare praecipitatus fuit. e Palmae, in quibus scribebat haec sibylla, quod huic uni peculiare fuisse creditur, ut s. oracula sua nō ore redderet, sed palmarum folijs inscripta ad ostium antri poneret, quae si uento agitata conturbari contigisset, numquam postea induci poterat, ut de integro caneret, aut eadem in ordinem redigeret: atque ita incertiores abibant hoīes, quā uenerāt. Quod elegāter Var. & multo uenustius noster poeta l. 3, Aen. uers. 443. canit. f Id est, tantū rogo, ne scribas in folijs palmae.

At

At Phoebi nondum patiens immanis[a] in antro
Bacchatur[b] uates, magnum si[c] pectore possit
Excussisse[d] deum. tanto[e] magis ille fatigat[f]
Os rabidũ,[g] fera corda domans, fingitq.[h] premẽdo.
Ostia iamq. domus patuere ingentia centum[i]
Sponte sua, uatisq. ferunt responsa per auras.
O tandem[k] magnis pelagi defuncte periclis:
Sed terra[l] grauiora manent: in regna Lauini[m]

a *Horrenda, furens, & insana, ut ex uers. 10. h. libri. et l. 3. uers. 443. colligitur.*
b *Bacchãtis more furit: uel, quia idẽ est Apollo, qui Liber, & qui Sol. de quo late Macrob. Sat. lib. 1. cap. 18.*
c *Tentando, an possit excutere Apollinem, cum furore se exagitat.*
d *Vt supra, Excußaq. pectore Iuno est. lib. 5. uers, 679. Excussisse autem, pro, Excutere, per Enallagen temporis.* e *Quasi dicat, quanto suadebat uates enixius excutere uim numinis pectore, tanto ille magis corpus eius impressu suo tangere conabatur.* f *Id est, laßitudine affatim grauat. est n. dictum, Fatigo, ab Affatim, & Ago: etsi aliquando pro, caedere, sumatur, ut ibi, Versaq. iuuencum Terga fatigamus hasta; & pro, miscere, aut perturbare; ut, Caelumq. fatigat.*
g *Metaphora ab animantib. quorum proprie est Rabire.*
h *Pro arbitrio suo mentem eius format, imbuitq. ijs, quae sit responsura.*
i *Numerus certus pro incerto.* K *Beneuolentia a persona Aeneae, & eius inuicti animi magnitudine.* l *Quidam ex quorũdam s. l. auctoritate legunt hic, Terrae: ut in Carp. est. Nos in 4. uet. l. Terra, scriptum inuenimus. quod, quia magis figuratum est, potissimum secuti sumus: & exp. Terra; pro, per Terram. ut sit oppositum eius, quod praecessit. Dixit n. Aenean maris periculis omnibus defunctum esse, sed terrestres difficultates grauiores eum manere.* m *Quattuor omnino exempl. uet. quae sic habebãt, duo quae Latini, uidimus. Plurimorum autem testimonio cõstat, Latinum, cum in Italiam ueniret Aeneas, in illis locis regnaße: Lauinium autem eius fratrem, ibidem antea regnum tenuisse, a quo adhuc eo tempore loco nomen manserat. Legimus autem, Latino sceptra tenente, cum urbem Lauinium, & eius pomeria ampliasset, a lauro ibi inuento eam, Laurentum & Laurolauinium dixisse. Postea autem a Lauinia regis filia, Aeneae in uxorẽ data, rursus Lauinium appellitari coepisse. Quae cum forte antea Turno fuisset despõsata, nec tamẽ matrimonio tradita, totius belli cõtra Latinũ, & Aenea caussa fuit: Turno iniuriã sibi factam, uindicare cupiente.*

Darda-

a Consolatur Aeneã persuasione partae fatalis terrae, cui tamen statim opponit pericula, & labores adeundos, priusquam ad quietem sit perventurus.

Dardanidae ueniẽt:[a] (mitte hanc de pectore curã)
Sed non & uenisse uolent: bella, horrida bella,[b]
Et Tibrim multo spumantem sanguine cerno.[d]
Non Simois[d] tibi, nec Xanthus, nec Dorica[e] castra
Desuerint. alius Latio iam partus Achilles,[f]
Natus & ipse[g] dea. nec Teucris addita[h] Iuno[i]
Vsquam aberit; cum tu supplex[k] in rebus egenis
Quas gentes Italũ,[l] aut quas nõ oraueris[m] urbes?[n]

b Turbarum magnitudinem, uerbi Bella repetitione exaggerat, & denunciat cladem magnam, quam a signis describit, Tiberis scilicet caesorum sanguine spumantis.

c Aptissime ad uatis personam hoc refertur. Vates enim futura, ut praesentia, uident. d Tiberinus, inquit, & Numicus (in quem cecidit Aeneas) pro, Simoi, Xanthoq. aderunt.

e Graeca, ut supra lib. 2. Aen. saepe dixi. Videtur intelligere Halesium, Agamemnonis ex Briseide, aut, ut alij, ex Clytemnestra, filium, quem tradunt cum magnis copijs Turno aduersus Aenean auxilio uenisse, qui, patria pulsus, ob coniurationem contra patrem, in Italiam delatus contra Troianos, paternum odium gerebat, & iccirco cum Turno copias suas coniunxit. f Turnum intel. Dauni ex nympha Venilia filium.

g Propter Aenean sic ait, qui, quod dea Venere natus erat, pericula minus curare uidebatur, tam ut ei aliquis periculorum ingruentium metus inijciatur, ait illi rem fore cum Achille Italico, qui & ipse dea natus sit: uel etiam dicere possumus, eum hic Achillis Graeci diuinitatem celebrare, qui matre Thetide natus ex Peleo, bello insuperabilis fere fuit.

h Pro, Infesta, ad Lucilij imitationem dixisse uidetur. Macrob. Sat. lib. 6. cap. 4.

i Quae s. Rutulorum res aduersus Troianos, & Latinos tuebitur, non aliter ac Graecorum opes ad Troiam tutata est.

K Amplificat pericula ab auxiliorum externorum imploratione.

l Syncope; pro, Italorum.

m Enallage modi; pro, Orabis: nisi μετ' ὀλίγον μέλλων uelimus interpretari.

n Interrogatio uim uniuersalem habet: q.d. omnes populos externos frustra sollicitabis ad armorum societatem.

Caussa

Caussa [a] mali tāti coniux [b] iterum hospita Teucris,
Externiq.[c] iterum thalami.
Tu [d] ne cede malis, sed contra audentior ito,
Qua [e] tua te fortuna sinet. uia [f] prima salutis,
Quod minime [g] reris, Graia pandetur ab [h] urbe.
Talibus ex adyto [i] dictis Cumaea sibylla
Horrendas canit ambages, [k] antroq. remugit,

a Per antipophoram tacitae cogitationi occurrit. *b Lauiniā intell. initio Turno Rutulorum regi desponsam; quam tamen Latinus pater, diuersis territus prodigijs, Aeneae extero genero dare coactus fuit. Quod aegre ferens Turnus, ut sane debuit, exterum sibi praepositum uidens, Aenean, Latinumq. bello petijt, in quo ipse singulari certamine ab Aenea occisus fuit, ut in lib. XII. fusius legere est.* *c Nam & prius Helena externa Paridis uxor, caussa Troiani belli fuisse creditur.* *d Epilogus oraculi Apollinis, constans exhortatione ad constantiam in dubijs rebus, ne animo pusillo sit: sed palmae instar aduersus oneris, periculiq. difficultatem insurgat.*

e Carpense exemplar habet Quam: nec forsan aliter scripsit Virg.

f Prima ratio, caussa, & occasio salutis tuae e Graecia proficiscetur, contra quam credere possis, praesertim excisa ab hostibus Graecis patria.

g Hoc imitatus uidetur Ouid. cum sic canit: Semper tibi pendebat hamus, Quo minime credis gurgite, piscis erit.

h Pallantem intell. Euandri Arcadū regis urbem. Coel. lib. 21. cap. 20. & latius in lib. IIX. Vnde Aeneae primum auxilia aduersus hostes profecta sunt, ex Carmentae oraculis.

i Quae ἄδυτα dicantur, supra saepius monui; paullo ante Latino uocabulo Virg ea uocauit Penetralia: nunc uero, per expolitionem quid hic per ea intelligat, subiungit, cum ait, Antroq. remugit: sumpta metaphora propinqua a boue ad hominem.

K Constat enim oraculorum sibyllinorum, aut ex tripode Delphico depromptorum ueritatem, obscuris ambagibus, & circuitionibus inuolui solere, ut perplexas & dubias mortalium mentes in errore suspenderentur. Declarat id abunde χρησμοί, apud Diodor. Herodot. Thucydidem, & ceteros historiographos, quorum obscuris circuitionibus quam foede reges & populi aliquando decepti fuerint, quis est, qui nesciat? & praecipue Scyrius ille Pyrrhus, quam certam sibi uictoriam pollicebatur, cum ex adyto oraculum accepisset huiusmodi? Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

a Quibus uatis mentem pro arbitrio uersabat, ac temperabat. Metaphora, a brutis ad hominem.

Obscuris uera inuoluens: ea frena [a] furenti
Concutit, & stimulos [b] sub pectore uertit Apollo.
Vt primum cessit [c] furor, & rabida ora [d] quierunt;
Incipit Aeneas heros: Non [e] ulla laborum,
O uirgo, noua [f] mi facies, inopina [g] ue surgit:
Omnia praecepi, [h] atq. animo mecum ante [i] peregi.
Vnum oro; (quando [k] hic inferni ianua regis [l]

b Vim illam diuinam, quae animum sibyllae, & impetum fatidici spiritus excitauit. Metaphora. c Non, penitus recessit, sed, coepit imminui.
d A signo sanae mentis, cui restituta fuit, fatidico spiritu excusso. Enallage numeri in Ora. e Capta beneuolentia a persona uatis, simul assuetudinem periculorum terra, marique, & cognitionem omnium, quae hic praedicta sint, declarat. f Nam partim ab Heleno, partim a patre acceperat, quae gerenda sibi forent. g Malis autem praeuisis minus consternantur, quam ijs, quae subito nec opinantibus obueniunt.
h Hoc est, ante cepi, q.d. cogitatione praeueni omnia, quae ex te audio. In quibusdam uet. lib. est, Percepi: uerum superius magis placet, ut eruditioni Virgilianae, ac proprietati aptius.
i Reuolui, qua ratione difficultates superem.
K Parenthesis, inclusam habet propositionis occasionem a loco: nam ibi fauces esse memorantur: per quas descensus patet ad Platonis regnum. Apprime erudite hic a Virgilio dictum hoc loco. nam circa Cumas fabulosae necyomantiae Homericae, cuius in Odyssea mentio fit, signa ostenduntur: cuiusmodi sunt Styx, Acherusia palus, Acheron, calidae aquae uice Pyriphlegetontis, multa occulta, & subterranea loca, uarios meatus, exitusq. habentia. Qualia etiam circa Neapolim, & Puteolos uisuntur.
l Qui inferis dominatur. Inferos porro prisci philosophi nil aliud esse uoluerunt, quam tarda & inertia corpora humana, quibus inclusae animae, quiddam carceribus simile patiuntur. σήματα γὰρ τὰ σώματα dicta asserebant: & simul omnia, quae apud inferos credebat esse fabulosa antiquitas, in corporibus humanis illi posuerunt. Acherontem in homine dicebāt, inconstantiae dolorem, atque adeo mutabilitatis paenitentiam: Lethen, caelestis patriae obliuionem: Phlegetontem, animi perturbationes: Cocytum, deplorationem scelerum commissorum: Stygem, omne quod animis mortalium in fluctibus odiorum demergit.
m Plutonis periphrasis, cui inferorum imperium tribuunt.

Dicitur,

Dicitur,[a] & tenebrosa palus[b] Acheronte refuso)
Ire ad conspectum cari[c] genitoris, & ora
Contingat; doceas[d] iter, & sacra[e] ostia pandas.
Illum[f] ego per flammas, & mille[g] sequentia tela
Eripui his humeris, medioq. ex hoste[h] recepi;
Ille[i] meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagiq. minas,[k] caeliq. ferebat
Inualidus[l] uires ultra,[m] sortemq.[n] senectae.

a Atqui illud duabus de caussis cōmentos fuisse poetas traditur, primū, propter odoris foeditatem, quae santa fuit, ut etiā aues praeteruolantes ea loca necarentur: deinde, quod totus ille tractus aquis sulphuratis, calidisq. fontib. scateat, quae supposito igne uideantur ebullire.

b Pro, lacu, posuit. nam Auernum significat, in quem Acheron restagnare fingitur ab inferis, ut latius docet Suid. Verum, missis fabulis, Acheron fluuius in his regionibus in paeninsula erat, a quo opidani Acherontini dicebantur: atque hinc fabulandi occasio poetis oblata fuit. Apud Plaut. Acherontij senes, & ulmorum Acheron, legitur. Alius etiam est in Heraclea Pontica hoc nomine fluuius; unde Hercules Cerberum canem iussu Euristhei abduxit: unde uicißim fabulae materiam de inferis, Plutone, Proserpina, & reliquis, natam existimant.

c Anchisen, patrem suum, intelligit.

d Viam mihi commonstres.

e Ditis regni ostium aperi.

f Descensus caußam praetexit pietatem suam, quam exemplis perquam graphice amplificat.

g Numerus certus pro incerto. & haud scio, an in eum aliqua iacta fuerint tela, cum patrem efferret.

h Synecdoche, pro, hostibus. Sane uerba singula emphasim habent singularem, quam per te ipse considerato. neque enim omnia quae uellem notare possum, ne nimium crescat liber hic, quem uelut enchiridion, eße cuperem, si fieri poßet.

i Ab honesto, & aequo. Si enim Anchises filio per omnia pericula peregrinationis comes fuit: pium est uicissim filium patris caußa nullum laborem quamuis arduum recusare. Vide lib. 2. Aeneid. sub fin. ubi humeris patrem portabat.

K Tempestates, & procellas, quae nauigantibus toties extrema minatae fuerunt.

l Homer. Iliad. 5.

m Anastrophe, pro, Vltra uires.

n Sors enim senectae quies est, atque otium, ut pueritiae ludus.

Quin,[a] ut te supplex peterẽ, & tua limina[b] adirẽ
Idem orans mandata dabat. natique,[c] patrisq.
Alma[d] precor miserere. potes[e] nãq. omnia: nec te
Nequidquam lucis[f] Hecate[g] praefecit Auernis.[h]
Si[i] potuit[k] manes arcessere[l] coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara, fidibusq. canoris:
Si fratrem[m] Pollux alterna morte redemit,

a Ab auctoritate, & iussu eiusdẽ sui parẽtis, ut non temere sibyllam ad officium sollicitare, aut pietatis fucum obtendere existimetur. b Domum, aut antrum; synecdochice.
c Polysyndeton, & pathosra relatione. d Sibyllam intellig. quam & paullo supra Almam uocauit: quasi Sanctam, & uenerandam. Sic & Plaut. in Curcul, Fortunam, Almam uocat, & idem hic noster poeta in Epigram. de Venere, & uino, Venerem Almam, quasi pulchram appellat.
e A facili.
f Lucos uocant per antiphrasin, siluas obscuras, & opacas, quae longo annorum spatio numquam caesae fuerunt.
g Antonomasia est; pro, Proserpina. Haec autem propter triplicem nomenclaturam, Hecates, Proserpinae, & Dianae. triformis ueteribus credita fuit. Caussam uide pag. 398.
h Qui sunt circa Auernum, & Acherontem, aliaq. loca, per quae ad inferos descensus esse existimatur.
i Particula, Si, pendet a praeced. Miserere: uel etiam aliter non male expon. Si frat. Poll. &c. & mi genus ab Ioue summo, i. & mihi idem concedatur, cui perinde ut illis est genus ab Ioue summo. Sed tum malim illa, Quid Th. m. Q. mem. Al. parenthesi includi.
K Pathos. ab exemplo, de quo Macrob. lib. 4. cap. 5.
l A dispari caussa. Orpheus uxoris Eurydices manes arcessere, aut potius accersere potuit; ego patris manes uidere non potero? ille fretus cithara hoc ipsum potuit; ego misericordia motus non impetrabo?
m Castorem scilicet Tyndari ex Leda filium: cum Iuppiter ex eadem Pollucem genuisset. Vnde factum, ut alter mortalis, alter uero immortalis esset: Pollucis tamen precibus motus Iuppiter ob mutuam concordiam eis concessit, ut communicata immortalitate inter eos, alternis uiuerent, quod hic ait Alterna morte redemisse Pollucem suum fratrem: quod si ad Geminorum caelestium rationem referas, satis erit perspicuum. Historiae enarrationem uide apud scriptorem uariae historiae.

Itq.,reditq. uiam toties.[a] *quid*[b] *Thesea?*[c] *magnũ,*[d]
Quid memorẽ Al idẽ?[e] *et mi*[f] *genus ab Ioue sũmo.*
Talibus orabat dictis, arasq. tenebat.[g]
Tunc sic orsa loqui uates: Sate sanguine diuum
Tros[h] *Anchisiade,*[i] *facilis descensus Auerni:*[k]
Noctes, atque dies patet atri ianua[l] *Ditis:*
Sed reuocare[m] *gradũ superasq. euadere ad auras,*

a *Homer. Il. 5.* b *Propter illustres uiros, non habet quod extenuet, aut etiam amplificet amplius, sed quod in illis elucet maxime, id sibi cum ipsis commune esse ait.* c *Higynus, auctore Gellio, hunc locum reprehendit, quem lege, ac tecum ipse perpende, an iure Aristarchum agat. Theseus hic Argaei Athenarum regis, & Aethrae filius. qui cum Perithoo ad rapiendam Proserpinam ad inferos profectus est, Perithooq occiso, ipse a Plutone captus fuit. Tandem uero ab Hercule liberatus.* d *Fortem, aut diuinum, quippe qui nullis laboribus superari potuerit. Fuerunt autem, teste Var.* XL. *aut amplius Hercules: sed hic eum intelligi existimo, qui ex Alcmena, Amphitruonis uxore, per Iouem excitatus fuit. Fuit & alius quidam Hercules, qui in Phoenicia claruit, Iosue temporibus, generatione decimanona, sed hic Magnus appellatus non fuit.* e *Antonomasia pro Hercule, ab Alceo auo, sic dicto; uel,* ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, *i. fortitudine. Erat autem hic ab Eurystheo, Stheneli Mycenarum regis filio, instinctu Iunonis, ad Cerberum rapiendum iussus, ut casu aliquo occidi posset. Verum ille, cane ad superos pertracto, Theseoq. liberato. omnes nouercae conatus fefellit. Vide late Plutarch. & Herodotum, de utriusque gestis.* f *Applicatio narrationis ad suam personam: qua se illis dignitate generis parẽ facit: quare non minus id sibi licere arbitratur, quam ijs licuerit. Mi, autẽ per synaeresim dixit, aut imitatione Graeca,* Moi. g *Olim precantes aras tenebant, ut & supra pag. 369. monui. Vnde Aras, quasi Ansas dictas putauit Var. rer. diu. l. 5. referente Macr. Sat. l. 3. c. 2.* h *Primitiuũ pro deriuatiuo, q. d. Troiane Aenea, per antonomasiã, uel enallagen.* i *Anchisae fili. Beneuolẽtia a persona Aeneae.* K *Id est, ad inferos, per synecdochẽ. Est. n. Auernus lacus apud inferos, in quem Acheron, ut supra monui, ex Suida, restagnare creditur.* l *Plutonis. cui inferorũ imperiũ sorte obuenit in Saturni patris possessionũ diuisione.* m *Quod si hic, et alijs locis tropũ recipimus, quid quaeso aliud est, Reuocare gradum, superasq. euadere ad auras, quã e uitiorũ sordibus in nouã uitã emergere, ac resurgere? quod sane perpaucis contingit, quos aequus amauit Iuppiter, aut qui ardenti uirtute commendantur.*

a Non negat ei sibylla suam petitionem, sed deterret a reditus difficultate, quam cum descensus facilitate cōponit: oblique notans temerarium Perithoi, et Thesei conatum, qui ab inferis sua uirtute, redire non potuerunt: secundum Virgilij hoc loco sententiam. b Tria genera hominum tangit, dilectos a Ioue, praeditos uirtute, dijs genitos. c Ardentem uirtutem, iustitiam uocare uidetur, cuius nomen omnes ethicas uirtutes complectitur. Dijs genitos, mystice accipimus, pro puris & ex Deo natis, aut spiritu renatis, quos philosophi ad diuinarum rerum contemplationemm animos surrigere religiose scribunt. d Sub. Reuocare gradum. e Dehortatio a difficili.

f Per Siluas, & Lucos, mythologi hic accipiunt, corporum foedam contagionem; qua oppressi, nil sentimus; & a ueritatis cognitione arcemur.

g Rectissime, sinu atro: nam Cocytum interpretantur luctum perpetuum, & acerbissimam animi perturbationem. h Semel in uita, & iterum post mortem. Habet autem, Bis, particula, horroris amplificationem.

i Metalepsis; pro, Tenebrosa: & Tartara, abyssum inferorum uocat.

K Transit ad praecepta, quae prius exsequenda sunt, quam descendere ad inferos poßit. l Difficultatem innuit, cum latere ramum, & quidem in umbrosa arbore subijcit.

m A materia, & qualitate.

n Per aureum ramum, prudentia intellig. qua nihil non, quantumuis arduum, confici potest.

o Id est, Proserpinae, per periphrasin, a rei dignitate.

p Sacratus, dicatus.

q Per Lucum, corporis intellige contagionem, qua oppreßi nil sentimus: per Vmbras appositas, inanes & prauas cupiditates, quae & ipsae a ueritatis cognitione animos hominum arcent.

Hoc opus,[a] hic labor est. pauci,[b] quos aequus amauit
Iuppiter, aut ardens [c] euexit ad aethera uirtus,
Dijs geniti potuere.[d] tenent[e] media omnia siluae,[f]
Cocytusq; sinu labens circumfluit atro.[g]
Quod si tantus amor menti, si tanta Cupido est,
Bis [h] Stygios innare lacus, bis nigra [i] uidere
Tartara; & insano iuuat indulgere labori:
Accipe,[k] quae peragēda prius. latet [l] arbore opaca
Aureus [m] & folijs, & lento uimine ramus,[n]
Iunoni infernae [o] dictus sacer.[p] hunc tegit omnis
Lucus,[q] & obscuris claudunt conuallibus umbrae.

Sed non ante datur telluris[a] *operta*[b] *subire,*
Auricomos quam quis decerpserit arbore fetus.[c]
Hoc sibi pulchra suum[d] *ferri Proserpina munus*
Instituit. primo auulso non deficit[e] *alter*
Aureus, & simili frondescit uirga metallo.
Ergo alte uestiga oculis; & rite[f] *repertum*
Carpe manu. namq. ipse uolẽs, facilisq. sequetur,
Si te fata[g] *uocant: aliter*[h] *non uiribus ullis*
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Praeterea iacet exanimum tibi corpus[i] *amici,*
(Heu nescis) totamq. incestat[k] *funere classem:*
Dum consulta petis, nostroq. in limine[l] *pendes.*[m]
Sedibus hunc[n] *refer ante suis,*[o] *& cõde*[p] *sepulcro.*
Duc nigras[q] *pecudes: ea prima piacula*[r] *sunto.*

a *Mythologicῶς sic, Nõ ante ad ueritatis cognitionẽ & notitiã peruenire possumus, quam aureus ille ramus contigerit, i. sapiẽtia, quae tum diuinarum, tum humanarũ rerum sciẽtia est, citraq. quam nulla datur fugiẽdarum expetendarumue rerum θεωρία.* b *Occulta terrae & inferorum adyta.* c *Metaphora ab animali sumpta. Aurorum ramum periphrastice describit.* d *sibi carum, &, quo praecipue delectari creditur.*
e *Non deest, quia statim subnascitur alius.* f *Hoc cum Carpe construitur.* g *Atque hinc certe omnia pendent humana consilia, ut successum habeant prosperum: quibus aduersantibus, omnes nostri conatus irriti redduntur; annuentibus, citra humanam operam omnia uelut optata eueniũt.*
h *Alioqui, uel sin minus.*
i *Misenum intell. Aeueae tubicinem, quem tamen nonnulli putant ab Aenea fuiße occisum, quod sine cadauere necromantia fieri nõ posset.* Hort. per *hanc κενοδοξίαν intell. ut s. Aeneas non nisi eam exsutus, ad diuinarum rerum contemplationem se accingat.*
K *Polluit.* l *Synecdoche, pro Antro: ut infra, Linquens antrum.*
m *solicitus es. S. Alij, Suspensus haeres, uel moraris.* n *Amicum tuum Misenum.* o *Id est, in terram, quae propria cadauerum sedes est.*
p *Per epexegesin se explicat.* q *Praecepta de caerimonijs sepulcralib. Hostiae furuae & dijs inferis & mortuis conueniunt, ut tristes & luctum repraesentãtes.* r *Propter illud uers. 150. Totamq infestat fu. classem. Vocat autem sacrificia expiatoria, quibus animae expurgari credebantur, Piacula, alibi etiam Piamina.*

Sic demum lucos Stygios, regna inuia [a] uiuis [b]
Adſpicies. dixit, preſſoq. [c] obmutuit ore.
Aeneas, maeſto defixus lumina uultu,
Ingreditur, [d] linquens antrum, caecosq. [e] uolutat
Euentus animo ſecum: cui fidus Achates
It comes, & paribus [f] curis [g] ueſtigia figit.
Multa inter ſeſe uario ſermone ſerebant, [h]
Quē ſociū [i] exanimū uates, quod corpus humādum
Diceret. [k] atque illi Miſenum in litore [l] ſicco,
Vt uenere, uident, indigna [m] morte peremptum,
Miſenum Aeoliden, [n] quo non [o] praeſtantior alter
Aere [p] ciere [q] uiros, [r] Martemq. [s] accendere cantu.

a Exceptis tamē tribus hominum generibus, quos nominauit, ibi, Pauci, quos aequus am. Iup.
b Nā mortuis dumtaxat, exceptis paucis, huc iter facere licet, non uiuis. Inuiū, per quod iri non poteſt. Quidam tamen hic Viuus leg. c Pleonaſmus: ſatis n. erat, dixiſſe, Obmutuit, uel, Dicendi finem fecit. d Ad claſſem, & ſocios, ſibyllae praecepta exſecuturos. e Incertos caſus. f Quaſi dicat, Comes eſt, ut itineris, ita & curarum. g Alludit ad etymon Achatis, quod nomen ab ἄχτο, i. ſollicitudine deducitur, quae perpetua principum comes eſt. h Al. Ferebant. Alludit ad etymon uocis Sermo.
i Sociorum, per ſyncopen: aut, ſi malis, etiam ſine figura intelligere potes. K Sub. ſibylla uates. l Pathos; a loco, & caſu Miſeni.
m Genus mortis non exprimit hic, ſed in ſequentib. uerſib. a Tritone, Neptuni tubicine, inter ſcopulos marinos proiectum, ibidem ſubmerſum fuiſſe, canit Virg. n Aeoli nepotem Ceterum αἰολίδας Graeci, uarios & ueloces uocant: Vnde Homer. αἰολη νὺξ, i. uaria, propter ſiderum ueloces curſus. o Imitatur Homer. Iliad. β.
p Pro, tuba, aut lituo: materia, pro re confecta.
q Simplex pro compoſito, & ſpecies pro ſpecie, pro, excitare uidelicet. Eſtq. ſimul enallage modi, pro, ciebat, & accendebat.
r Hoc non ad ſexus differentiam, ſed ad imbellium, & timidorum rationē dicit. nullis enim timidi hortationibus mouentur. Viros ergo fortes debemus accipere, quaſi uirtute praeditos, & generoſos.
ſ Hoc hemiſtichium dicitur addidiſſe, dum Auguſto recitat. Martem autem pro, proelio, dixit; per metonymiam: ut Accendere per metaphorā, pro, excitare.

Hectoris[a] hic magni[b] fuerat comes, Hectora[c] circũ
Et lituo[d] pugnas insignis obibat,[e] & hasta.
Postquam illum[f] uictor uita spoliauit[g] Achilles;
Dardanio Aeneae sese fortissimus heros
Addiderat socium, non inferiora[h] secutus.
Sed tũ,[i] forte caua dũ personat[k] aequora concha[l]
Demens,[m] & cantu uocat in certamina Diuos,[n]
Aemulus[o] exceptũ[p] Triton[q] (si credere dignũ[r] est)
Inter saxa[s] uirum spumosa immerserat unda.

a Digreditur in prosopographiã Miseni mortui. b Recte et hoc, qui, cũ Troianorũ fortissimus esset, rerum gestarũ magnitudine, cognomentũ Magni meruerat: perinde ut posteris tẽporib. Alexander ille Pellaeus, & Karolus, Pipini, Gallorum regis filius. hoc ipsum cognominis sua uirtute inuenere. c Anastrophe: neque uero mediocrem uenustatem habet repetitio. Circum Hectorem autem, pro, apud Hectorem dixit. d Lituus proprie tuba incurua est, gracilem sonum edens: a cuius similitudine postea Baculus ille auguralis, quo templa designabantur, Lituus dictus est, ut patet ex Cic. l. 1. de Diuin. De lituo, uide Gellium l. 5. c. 8. & Macrob. Sat. lib. 6. c. 8. e Versabatur in pugnis. f Hectorem; ut supra, Ter circum Iliaca raptauerat Hectora muros. g Ad bellum retulit, in quo uictis auferuntur exuuiae.
h Non inferiorem laude uirum.
i Homer. Il. 24. K Sonat per aequora. Vel, Personare facit. S.
l Tubae periphrasis, a conchae marinae similitudine. m Hinc satis patet, cur Miseni laudes huc adferat, s. ut oblique coarguat multa in bello uana geri, & inanem gloriam, iactantiamq. plerosque mortales plus quã ueram uirtutem sectari. n Tritonem intel. Neptuni tubicinem, de quo l. 1. in pr. mentio facta fuit. Aiunt hunc Neptuni, & Salatiae filium; uel, ut alij, Oceani, & Thetyos fuisse, Neptuni tubicinem, ac concha, pro tuba, uti solitum, artisq. buccinatoreae egregie peritum, ut mirum non sit Misenum κενόδοξον, cum eo certamen de artis peritia iniisse.
o ὁμότεχνος, eiusdem artis peritus: quales fere semper mutuo odio flagrãt.
p Insidijs oppressum: quasi uirtute uinci non posset.
q Neptuni tubicen.
r Tale illud apud Arat. εἰ ἐτεὸν δὴ, &c.
ſ Scopulos. Indicat deos punire omnem impietatem, quam praesentes ubiq. uident, & audiunt.

Ergo[a] omnes magno circum clamore[b] fremebant,
Praecipue pius Aeneas. tum[c] iussa sibyllae,
Haud mora, festinant[d] flentes, aramq.[e] sepulcri
Congerere arboribus,[f] caeloq.[g] educere certant.
Itur[h] in[i] antiquã[k] siluam, stabula[l] alta[m] ferarum:
Procumbunt piceae:[n] sonat icta[o] securibus ilex:
Fraxineaeq.[p] trabes, cuneis & fissile robur[q]

a Propterea quod sic perierat uir ille fortis, omnes lugebant, ac indignissime eius casum ferebant.
b quasi irascentes superis aut dijs marinis, quod tam necessarium sibi uirum, tantaq. artis excellentia praeditum, morte absumpserant.
c Transit ad Troianorum in congerendis lignis studium, ut rogus, quem Graeci πύραν uocant, Miseno cremando extrueretur, uti a Sibylla praeceptum ac mandatum fuerat Aeneae. d Festinanter exsequuntur.
e Pyram, in modum arae lignis construi solitam.
f Ell ipsis, pro, ex arboribus. g In caelum: hypeabolicῶs.
h A Troianis s. ad caedendas arbores in usum rogi.
i Homerus in Il. 250.
K Hinc arborum proceritatem colligas licet; utpote quae longis annorum spatijs numquam caesae fuerint: quod etiam ex sequenti expolitione patet, eum ait Stabula alta ferarum.
l Caussam reddit, cur antiqua fuerit haec silua, quod s. incolae ad eam caedendam nũquam hãc ingredi ausi fuerint, propter feras, quae ibi latebãt. Hinc ergo collige Troianorum audacem & magnum animum, qui siluam huiusmodi, non modo intrare, sed & caedere non dubitarint.
m Metaphoricῶs, in qua s. silua ferae καθ' ὁμοιότητα stabulentur.
n Haec arbor propter pinguedinem mortuorum regis adhiberi maxime solet. est n. tota horrida & resina perfusa, & ex ea pix aterrima exsudat, resinaq. thuris instar succosa, teste Plin. l. 16. c 9.
o Pereleganti hypotyposi excidentium arbores studium depingit. Est autẽ ilex, arbor glandifera, ut esculus, de qua iam saepius egi: quare te ad Indicem remitto, qui singula loca nullo negotio docebit.
p Ex fraxino, arbore tereti, & procera, factae. Haec arbor Homeri praeconio & Achillis hasta, multũ nobilitata est, Iliade 19. Quae nascitur in Ida Troadis, tam est cedro similis, ut ablato cortice emptares fallat.
q Glandifera durissimi ligni arbor: unde & pro uirtute, per metaphoram usurpatur.

Scin-

Scinditur:[a] aduoluunt ingentes montibus [b] ornos.
Nec non Aeneas opera inter talia [c] primus
Hortatur socios, paribusq.[d] accingitur armis:
Atque haec[e] ipse suo tristi cum corde uolutat,
Adspectans siluã immensã, & [f] sic ore precatur:
Si[g] nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto: quando omnia uere,
Heu nimium de te [h] uates Misene [i] locuta est.

a *Varie hic locus legitur. in quibusdam s.l. Ac uoluũt: in alijs, Et uoluunt, legitur. Vnũ omnino uidi codicem, in quo Aduoluunt, erat, quomod. & Pier. in Langobardico codice, scriptum fuisse, auctor est. Ego, ut, quid sentiam, libere addam, Ac uoluunt, legere malim: ut s. intelligamus Troianos e montib. deuoluisse ornos, earum arborum uastitatẽ ac molem respiciendo, quae locis montuosis uehementer gaudent, adeo ut nusquam fere, praeterquam in montib. nascantur. Sed, quomodo aduoluere montib. ornos tam uastas facile potuerint Troiani, non uideo. quare potius, Ac uoluunt, legendum arbitror: quod ipsum quoque uocabulum Voluere, indicare potest, si bene consideres. neque n. ea quae ex ualle in altiorem locum portari cupimus, Voluere dicimur, sed potius eleuare aut attollere. Et sane, cum mecum reputo, quã facile ex Ac uoluunt, librariorum incuria Aduoluũt, fieri potuerit, non miror aliud, quam cur tamdiu permanserit huiusmodi lectio* b *Arbores proceras, tereti caudice, & laeui cortice, quã Col. de Arbor. c. 16. siluestrem fraxinũ esse ait: quod ipsum quoque teste Ruellio, Gallorũ idioma confirmat, cum ab ijs, Fresne sauluaige, dicatur.*
c *Aeneã hic primũ facit, s. in opere pio, quẽ alibi fere uelut ducẽ, a sociorũ operib. segregat.* d *instituitur officijs: Vel, accingitur instrumentis ut illos adiuuet: Vel, operũ particeps est, ut ex praecedẽti, id, quod sequitur colligas Porro quae arma intelligat, dubitari posset, cũ Armorum appellatio ad plura se extẽdat: nos, subiectam materiã inspicientes, rustica arma, non militaria, intelligi existimamus, s. securim, cuneum, ligonem & similia, ad rogũ erigendũ necessaria.* e *Quae sequuntur cogitat apud animum suum: nã locus occasionẽ praebebat ita reputãdi. Docuerat eũ paullo ante Sibylla, latere in arbore ramũ illũ aureũ, quo opus erat ad transitũ ad Auerna impetrandum. Itaq. oblata silua, dum officio pio incumbit, monitorum memor, ꝑtat sibi illũ nunc obuiũ fieri.* f *Hoc poetae huius nõ esse existimat Ser. & eũ secutus Fabr. confirmat, ea re, quod nõ oret, sed potius hic optet Aeneas quod sane sic apparet.* g *Q. d. O si nunc se ostendat aureus ille ramus in h. t. nemore.* h *Ex Miseni casu colligit nil uani habere oraculum, de aureo ramo.* i *Apostrophe, luctus plena.*

Vix

Vix ea fatus erat, geminae cum forte [a] columbae
Ipsa sub ora [b] uiri caelo uenere uolantes,
Maternas [c] agnoscit aues, laetusq. precatur:
Este [d] duces, o si qua uia est, cursumq. per auras
Dirigite in lucos, ubi pinguem [e] diues [f] opacat
Ramus humum: tuq. o dubijs ne defice [g] rebus
Alma parens. Sic effatus, uestigia pressit,
Obseruans, quae signa ferant, quo tendere pergant.
Pascentes [h] illae tantum prodire [i] uolando,
Quantum acie [k] possent oculi seruare sequentum.
Inde, ubi uenere ad fauces graue olentis [l] Auerni,
Tollunt se celeres, liquidumq. per aera lapsae,
Sedibus optatis gemina [m] super arbore sidunt: [n]

a quasi a Venere, Aeneae matre, missae. sunt enim ĩ eius deae tutela, propter fecũditatem. De his uide Pli. l.10.c.34.

b Enallagem numeri: pro, sub conspectũ Aeneae.

c Veneri, matri suae sacras.

d Breuis petitoria oratio: cuius haec summa est, ut se ad aureum ramũ ducant: oratq. simul matrem, ut nunc in rebus dubijs sibi adsit.

e quae omnia laeto sinu effundit.

f Inumbrat, quod proprie est arborum.

g Ne mihi desis, ne me deseras.

h optimum augurium, quia pascebant: etsi hic omnium fere animantium, & praecipue uolatilium ingenium & consuetudo ferant, ut pascendo procedant.

i Enallage modi, pro; prodibant, procedebant.

K Id est, uisu.

l Aptissimum lacui epitheton tribuit. exhalat enim sulphurea aqua grauem odorem, adeo ut etiam aerem taetra suffimigatione & habitus inficiat.

m Eadem, ut grammatici. Legitur &, Geminae, s. columbae, uel per hypallagen, retinendo hanc lectionem, exponere licet, Sidunt geminae columbae super arbore.

n Pro, sedent, exponunt nonnulli: ego, pro, deorsum feruntur, aut ad sedendum se demittunt, capere malim. nam ex aere subsidere in arbores, corporis libratione quotidiana experientia columbas uidemus: quod uenisse admodum per uerbum, Sidere, exprimit noster Virg.

Discolor [a] unde auri per ramos aura [b] refulsit,
Quale [c] solet siluis brumali frigore uiscum [d]
Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos,
Et croceo [e] fetu [f] teretes [g] circumdare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice: sic leni crepitabat [h] bractea [i] uento.
Corripit [k] extemplo Aeneas, auidusq. refringit
Cunctantem, [l] & uatis portat [m] sub tecta sibyllae.
Nec minus [n] interea Misenum in litore Teucri
Flebant, & cineri ingrato [o] suprema [p] ferebant.

a Quia ex uiridi arbore alius color effulsit. Don. b splendor. ut apud Cic. pro Sextio: Quem neq. perculi tempestas, nec honoris aura potuit umquam de suo cursu dimouere. Etsi alius sit auri, alias honoris splendor. c A simili narrationem dilatat, ut euidenti comparatione aurei rami naturā oculis subijciat. d Fruticem intell. qui ex turdorum potissimum faece super arborum ramis delapsa, & a sole cum humiditate feruefacta, nascitur. Unde est, quod subdit poeta, quod non sua seminat arbos. De hoc uide Plin. l. 16. c. 44.

e Crocei coloris, qui in rutilum tendit.

f Recens uiscum nuncupat, quod illustrius splendet sublustri luce.

g Rotundos in longum & procerum.

h Conflictantium litterarum crepitus bracteae uentis agitatae sono accommodatus, ut non legere, sed uidere rem uidearis.

i Aurea lamina. Bracteas porro a Laminis, sic distinguunt grammatici, ut illas tenuiores, has crassiores esse existiment. Ceterum non proprie bracteam hic intelliges, sed uimen illud, seu ramum aureum, de quo paullo ante mentionem fecit, quem nunc per copiam appellat Bracteam. K Vehementiam & sedulitatem Aeneae in diffringendo ramo ex uoto, ostendit hoc uerbo Virg. l ad ipsius auiditatem respexit: nam tam auidus & cupidus illius erat, ut minimum quodq. momentum, quo illi decerpendo occupabatur, grauis mora ei uideretur: q. dicat, Cunctari uisum.

m Celeritatem in obeundo negotio ostendit. Etenim ramo inuento uehementer gauisus Aeneas, nihil ulterius in silua cūctatur, sed ad Sibyllā festinat.

n Transit ad studia Troianorum circa iusta Miseni, quem rite conditum oportuit, antequam infernas domos adire posset Aeneas.

o Cadaueri s. ad quod nullus funeralium officiorum sensus perueniebat.

p Ultima officia, iusta funebria exhibebant mortuo Miseno.

Prin.

Principio [a] pinguem[b] taedis,[c] & [d] robore secto [e]
Ingentem struxere pyram: cui [f] frondibus atris
Intexunt latera, & ferales [g] ante[h] cupressos [i]
Constituũt, decorantque, super fulgentibus[k] armis.
Pars calidos latices,[l] & ahena undantia [m] flãmis
Expediunt,[n] corpusq. lauant frigentis,[o] et ungũt.[p]

a Vbi summatim funebres caerimonias proposuit, transit singulatĩ ad particularia officia, quibus suprema illa iusta constabant. b Pinguem rogum appellat ob succulẽtiam earum arborum, simul & naturam piceam, cur & a ueterib. peculiariter funerib. dicatae fuerunt.

c Taeda arbor est, ex laricum genere, sed succi abundantioris: quam ob rem flammis & lumini sacrorum, nuptijsq. eam consecrarunt ueteres. Atq. hinc fit, cur per tropum etiam pro nuptijs usurpetur in carmine. Sed & hoc tacendum non putaui, existimare me, Virgilium, quam antea Piceam dixerit, nunc Taedam uocare: quam ibi Ilicem, hic Robur appellare, per copiae speciem, ne eadem tam saepe uocabula iterare cogeretur.

d Homer. Il. 250.

e Fisso, ac in partes dissecto. Violentiorem. n. fissa ligna ignem efficiunt, quam integra.

f Huic pyrae, seu rogo, intexebant ligna funeribus apta: cuiusmodi sunt, larix, picea, taxus, cupressus, & aliae nonnullae arbores, quas supra memoraui. g Tristes & funebres, ut monui, pag. 168. & IV. Aen.

h In anteriori parte.

i Cupressis ideo rogos cingi solere, Var. auctor est, ne graui cadaueris exustione multitudinis corona offenderetur.

K In illustrium n. uirorum bustis una cremabantur, quae ijs in uita carissima fuerant.

l Aquas, ut lib. IV. Aen. u. 512. Sparserat & latices simulatos fontis Auerni. Omnem autem humorem generali uocabulo Laticem uocari tradunt, ab eo, quod intra aliquid lateat. m Expedite & celeriter proferũt.

n Homer. Iliad. 273.

o Mortui. Calore n. uitali pulso, qui spiritus sedes habetur, friget corpus. Vnde per tropum, Mortem, modo frigidã, modo Pallidam, appellamus.

p Huius consuetudinis ungendorum s. corporum etiam meminit Herodot. l. 1. quem latius consule. Deinde & ex Iuuenale, constat, cadauera prius ungi solere, quam cremarentur. Sic n. ille sat. 4. Et matutino sudans Crispinus amomo, Quantum uix redolent duo funera.

Fit

Fit [a] gemitus: [b] tum mēbra toro [c] defleta reponunt,
Purpureasq. [d] super [e] uestes, [f] uelamina nota,
Coniiciunt. pars ingenti subiere pheretro, [g]
Triste ministerium; & subiectam more [h] parentū
Auersi [i] tenuere facem. congesta cremantur
Turea dona, dapes, [k] fuso crateres oliuo. [l]

a Homer. Il. 286.

b Hanc deflendi mortuos consuetudinem, in Galliis adhuc seruari uulgo constat, ubi plangore, & euellendis capillis tam sunt horrendae praeficae, ut omnium ora in se conuertant. Quem etiam morem, si usquam alibi, in Creta maxime uigere, atque adeo immoderatum esse, ab quibusdam familiaribus meis, qui ea loca peragrarunt, audiui saepenumero.

c Pheretro scilicet, ut patet infra uersu, ab hoc, secundo, ubi ait, Subiere phererro; quod lignum erat, quo efferebantur mortui ad rogum.

d Vestes lucul ētiores, quas in uita in pretio habuerat, mortuo instornunt.

e Sub. corpus exanime. f Homer. Il. 276. g Quo funus effertur. Pheretrum enim id omne dicimus, quo aliquid in pompa portatur. Liu. l. 1. ab. V. C. Spolia ducis suspensa, fabricato apte ad id pheretro gerens, Capitolium adscendit: ibiq. cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, templum designauit, & addidit cognomen, Iuppiter Pheretrius.

h Propinquioribus enim uirilis sexus hoc dabatur officium.

i Iniecturi enim facem in rogum, se auertebant, quo arguerent inuitos id se facere. Cur autem corpora cremauerit antiquitas, uide apud Homericae Iliados enarratorem, in funere Patrocli.

K Epulae, quibus mortuo parentatum erat, ut morem fuisse saepe monui. Valla deorum epulas, aut quae eorum sacrificiis allatae sint, dūtaxat Dapes appellari existimat: non etiam alios omnes lautos, opiparosq. apparatus. Sed uir doctissimus, etsi aliis locis ingenio acerrimo, egregioq. iudicio, hic sui dissimilis fuit. Etenim ex hoc ipso, aliisq. poetis statim demonstrabo, siue deorum, siue mortuorum, siue deniq. hoīum fuerint, a ueterib. Dapes nullo discrimine appellatas fuisse. Martial. de mensa Ligurini agens, sic canit: Illa quidem lauta est, dapibusq. instructa superbis. Virg. in Bucol. Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit. & l. 3. Aen. Nā simul expletus dapib. uinoq. sepultus, &c. Vnde arbitror perspicuum esse, quam uere senserit Valla: quē putarē hac re potissimum in errorē inductum, quod scilicet apud ueteres Daps diceretur, res diuina, quae fiebat hiberna, aut uerna semente: a Graeca uoce δαῖς, quae id genus epulas signat, auctore Sext. Pompeio. l Oleo, ex oliua expresso.

Postquam

Postquam collapsi [a] cineres, & flamma quieuit:
Relliquias [b] uino, & bibulam [c] lauere fauillam:
Ossaq. [d] lecta cado [e] texit Chorineus aheno.
Idem ter [f] socios pura [g] circumtulit [h] unda,
Spargens [i] rore leui, & ramo felicis [k] oliuae:
Lustrauitq. [l] uiros, dixitq. nouissima [m] uerba.
At pius Aeneas ingenti mole [n] sepulcrum [o]
Imponit, suaq. arma uiro, remumque, tubamq.
Monte sub aeriò; [p] qui [q] nunc Misenus ab illo
Dicitur, aeternumq. tenet per saecula nomen.
His actis, [r] propere exsequitur praecepta Sibyllae.
Spelunca [s] alta fuit, uastoq. immanis hiatu,

a Aptissimo uerbo usus est, q. d. in unum aceruum simul lapsi, ut in urnã conuerri possent, quem postea Cadum appellat Virg.
b Homer. Il.276.
c Pronam, & procliuẽ ad exsorbendum uinum. Ignita enim ac calida humorem omnem imbibunt, absumũtq. d Hom. Il.276. Patrocli ossa, aurea phiala cõdita fuisse canit.
e Vrna aenea contexit, id est, collegit in urnam Chorineus, funeris sacrificus, oßa Miseni, & cineres. f Hic rursum nota Ternarij mysterium.
g Casta, & consecrata aqua. h Id est, purgauit, teste Ser. qui illius uerbi hanc antiquam esse notat significationem. Vel, si placet, hypallagicῶs intellige. i Adspergens aqua consecrata: quem morem adhuc apud nos durare uidemus, ut, peracta re diuina, aqua lustrali, adspergamur.
K Pro, Oleae festae; quae Mineruae sacra erat, cuiq. Romarum imperatorum maiestas, magnum honorem tribuerit, Idibus Iulijs, equitum turmas ea coronando,
l Adspersit, aut purgauit Troianos. m Ilicet, innuit; quod extremũ erat, quod in sacrificijs dici solet. Inde, corpore rogo imposito, ter Vale conclamare mos erat. n Hom. Il. 279. & Od.103.
o Tumulum Miseno exstrui curat magnificum.
p Alto; ut supra, Aerias alpes.
q Mons s. At Mela l.2.c.4. & Chrestomathiae scriptor, auctores sunt, non solum montem, sed & totum illud post Cumas ad meridianam plagam promontorium, Misenum fuiße appellatum, a Phrygii militis nomine, ut ipsius Melae uerbis utar. r Transitio ad ὁδοιπορίαν descensus ad inferos, Miseno iustis rite persolutis.
s Primo describit hiatum, per quem descensus ad inferos esse putabatur, merisq. amplificationibus exornat eius loci miraculum.

Scrupea,

Scrupea,[a] tuta [b] lacu nigro, nemorumq. tenebris:
Quam [c] ſuper haud ullae poterãt impune[d] uolãtes[e]
Tendere iter pennis: talis [f] ſeſe halitus atris
Faucibus [g] effundens ſupera ad conuexa [h] ferebat:
Vnde [i] locum Graij [k] dixerunt nomine Auernum.
Quattuor [l] hic [m] primum nigrantes terga [n] iuuẽcos
Conſtituit, frontiq. [o] inuergit [p] uina ſacerdos;

a A Soliaſpritate, Scrupeam dicit ſpeluncam. Sunt autem ſcrupuli, lapilli minuti, qui ambulantibus in calceas inſiliunt: qui quod pedibus moleſti ſunt, pro dubio, cura, & ſolicitudine per tropum frequenter uſurpantur: & Scrupulum inijcere, prouerbiali ſpecie, pro, ſollicitudinem animo cuiuſpiam inijcere. Porro, teſte Feſto, Scrupi, pro ſaxis aſperis, & attrectatu difficilibus, ſumuntur. Vnde Scrupeus, quod Graeci λιθώδην, dicunt, quaſi aſperum, ac tranſitu difficile. b Cincta. c Anaſtrophe, pro ſuper quam ſpeluncam.
d Citra noxam. Fetore enim ſulphureo halitu enecabantur.
e Volantes, hic pro auibus uſurpat; & tendere iter pennis, periphraſtice, pro, uolare. f Cauſa, cur aues ea loca adire non conſueuerint.
g Remotis metaphoris, peruenuſte rem explicat.
h Ad caeli curuitatem. i Fabr. h. Inde, & Aornon, legere mauult: ut ſcilicet ad illud tempus reſpiciatur, quo Iulius Caeſar, exciſis arboribus, & purgata ripa, locum ſalubriorem effecit. Hodie ſimilis eſt uallis inter Neapolim, & Puteolos, Sulfuraria, nomine. K A nominis ratione: ſ. priuatiua particula, α, & ὄρνις, i. auis: quaſi ſine auibus.
l Priuſquam ſe in ſpeluncam immergat, religioſe illis dijs ſacrificat, quorum penetralia ſit inuiſurus. Quattuor iuuencos, & eos atros caedit, quod numerus par dijs inferis conueniat, perinde ut ſuperis impar. Eadem candidae, & nigrae uictimae ratio facienda; nimirum, ut haec inferis aptior, illa ſuperis, & bonis ominibus praeſagiendis conuenientior habeatur. m Hic; pro, ante fauces ſpeluncae. n Synecdoche; pro, nigrantia tergora habentes: & Nigrantes, pro, Nigros, ut alibi quoque.
o Operis huius lib. IV. ait. Media inter cornua fundit.
p Conuerſa manu in ſiniſtram partem ita effundit, ut patera conuertatur: id quod huius generis ſacris peculiare fuiſſe tradunt. Fundere uero, erat ſupina manu libare, idq. dijs ſuperis dumtaxat congruit. Diomed. grammaticus, pro, ſenſim illabi, & influere exponit. Plaut. in Curc. Inuergere in me liquores tuos Sino ductim. Quod plane ex hoc Plauti exemplo, confirmari uidetur.

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,[a]
Ignibus imponit ſacris libamina[b] prima,
Voce[c] uocans Hecaten,[d] caeloq.,[e] Ereboq.[f] potētē,
Supponunt[g] alÿ cultros, tepidumq. cruorem
Succipiunt[h] pateris. ipſe[i] atri uelleris[k] agnam
Aeneas matri[l] Eumenidum, magnaeq.[m] ſorori

a Setas, proprie duriores illos, craſſioresq., quae in ſuū dorſis erectae ſtant, pilos eſſe tradunt grāmatici: quod uocabulum hic pro pilis boum uſurpat Virgil.
b Appoſitiue. Ignes ſacros uocat, qui ad ſacrificium ibi parati, inſtructiq. erant. c Pleonaſmus, cum uocans dixiſſe ſufficere poterat. d Hecates triplex eſt nomen. nam in caelo, Luna; in terris, Diana; apud inferos, Proſerpina dicitur. Dicta autem fuit Hecate, teſte Fulgentio, quaſi ἕκατον, i. centum: quod huius mater Ceres, cum a Plutone raptam, anxie per quaeuis loca quaereret, inuentori centuplicatum praemium obtulerit: uel, quod eadem frugum inuentrix centuplicatum ex unoquoque grano fructum colligere docuerit. Alÿ ob id ἑκάτην, dictam uolunt, quod C. uictimis eā placare mos erat, ex Menelai inſtituto: uel, quod inhumatos centum annos errare cogat, antequam quietis locū concedat. e Polyſyndeton. f Apud ſuperos, & inferos poteſtatem ei fuiſſe dicit: apud illos quidem, quamdiu ſupra noſtrum horizontem conſpicua eſt Luna, cuius nomen in caelo tenere fingitur: apud illos, ubi ſub terra demerſa antipodib. noſtris lumen praebet. Erebum autem infernalem flu. conſtituunt, qui hic per ſynecdochen, pro inferis ponitur. g Vt ſupra l. 1. Geor. u. 348. Neque ante Falcē maturis quiſquā ſupponat ariſtis. h Pro, Suſcipiunt. S. Hoc modo etiam legendum eſſe Egnatius exiſtimat, & confirmauit doctiſſimus uir, Paullus Manutius, eius quondam diſcipulus, etſi longe poſt ſe eum reliquerit, ut pote, quo nemo Ciceronianae dictionis puritatem melius ad hanc diem ſit aſſecutus. i Aeneas ſeparatim Nocti ſacrificat furua hoſtia, ut pote dÿs inferis conuenientiſſima.
K Hom. Il. 216. l Nocti, ſorori Terrae. S. quod iccirco finxiſſe poetas traditur, quod ſ. nox terrae umbra ſit, cuius interuentu Solis adſpectus, radÿq adimuntur. Nocte autem Furias natas uolunt, quae per antiphraſin Graece, εὐμενίδες, dicuntur, quod immites ſint, & implacabiles, terreantq., & puniant ſemper mortalium animos. Matri ergo Eumenidum ſacrificat furuis hoſtÿs, utpote cuius opera eſſet ſubiturus, ne ſuis praeſtigÿs ei Tartara petituro noceat.
m Terram intellig. quae Noctis ſoror eſſe fingitur, ut iam dictum eſt.

Enſe

Enſe ferit,[a] ſterilemq. tibi Proſerpina uaccam.[b]
Tum Stygio[c] regi nocturnas[d] inchoat[e] aras;
Et ſolida imponit taurorum uiſcera[f] flammis,
Pingue ſuperq.[g] oleum fundens ardentibus[h] extis.
Ecce autem[i] primi ſub lumina Solis, & ortus,
Sub pedibus mugire[k] ſolū, & iuga coepta moueri
Siluarum, uiſaeq. canes[l] ululare[m] per umbram,
Aduentante dea.[n] procul o, procul[o] eſte profani,
Conclamat uates, totoq. abſiſtite luco:

a Caedit, mactatque. Feriri enim, cum occidūtur, animalia dicūtur. b Hāc Tauram uocat Var. quod cum uxor Plutonis fuiſſe fingatur Proſerpina, nūquā tamen enixa fuerit. c Plutonis periphraſis, qui Stygi, Acheronti, & reliquis inferorum fluuijs dominatur. d Quae tota nocte arderent. S. at Prob. Inferis dicatas, exponit. e Perficit, exp. Ser. & ait eſſe uerbum ſacrorum. f Viſcera, omnia interiora eſſe cenſentur, ueluti pulmo, iecur, cor, ilia, praecordia, & ea, quae pelle conteguntur. Ex his porro Exta dicuntur, quae dijs ſacrificantur, & ab haruſpicib. inſpiciuntur, ad futura diuinanda. g Tmeſis; pro, ſuperfundens. Ex Homeri Odyſ. XI. ſumpta eſt haec ſacrificandi ratio. h Hinc collige Holocauſtum fuiſſe hoc ſacrificium, cum uiſcera una cum extis igne abſumpta fuerint. In holocautomate enim uniuerſam uictimam, detracto dumtaxat tergore, igne abſumere moris erat. i Exactis ſacris, horrenda ſigna aduentus Proſerpinae praenuncia, aptis tranſlationibus narrat. Hanc grauitatem Homer. omiſit, ſed Vlyſſem ſtricto ferro ſedentem, nec uſquam prope ad ſacrum cruorem umbras prius accedere permittentem facit, quam Tireſiam audierit. K A bobus ſumpta metaphora remota, ad terram, ut l. IV. Aen. u. 490. l Furiae. Lucan. Stygias q. canes in luce ſuperna Deſtituam. m Hoc alij luporum, alij ulularum proprium eſſe uolunt, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, i. lugubrem uocem emittere, aut clamare. Vnde ὀλολυκὴ, ululam ſignificat, & ululatum, aut potius eiulatum, ut ſentire mihi uidetur Heſychius, cum eam eſſe foeminarum uocem ſacris operantium, aſſerit.
n Proſerpina ſcilicet.
o Iteratio particulae uehementiam habet identidem monentis, ut ſcilicet alueo diſcedant. Profanum id eſſe tradunt, quod extra fanaticam cauſſam ſit, quaſi porro a fano, & religione ſecretum. Trebat. auctore Macrobio, id dici profanum, ait, quod ex religioſo, uel ſacro in hominum uſum, proprietatemq. conuerſum ſit.

Tuq. inuade [a] uiam, uaginaq. eripe ferrum: [b]
Nunc animis [c] opus, Aenea, nunc pectore firmo. [d]
Tantum [e] effata furens [f] antro ſe immiſit aperto.
Ille ducē [g] haud timidis uadentē paſſibus aequat. [h]
Dij, [i] quibus īperiū eſt [k] aīarum, umbraeq. ſilētes, [l]

a Vetuſte hoc fortaſſe, eſt, Ire uiā, Vade uiam, aut ſimilia: ſed tamē ſignificanter Inuadere dixit, quaſi magno, excelſoq. animo rem arduam incoepturus.

b Hoc ex Platonicorum ſententia, qui daemones corpora eſſe putabant, laediq. poſſe, & praeter caetera arma gladios maxime metuere. Coel. lib. 2. cap. 8. & lib. 1. cap. 29. Porro, qui hic philoſophantur allegorijs, ferrum interpretantur fortitudinem, atque animi conſtantiam in uiro ſapiente, quibus ad inferos deſcenſurum oporteat eſſe armatum.

c Conſtantia animi infracta, & firma, aduerſus terrores, & mortuorum ſpectra obuia.

d Egregie confirmato contra quaeuis pericula, ijs uirtutibus, quibus animoſum pectus fultum eſſe decet.

e Non pluribus ſibylla Aeneam allocuta, intrauit antrum.

f Enthaſiaſmo, ſeu numine afflata.

g Vatem ſibyllam, cuius ductu per ſingula inferorum loca penetrat: diuerſa ratione ab Homerico Vliſſe, qui a Tyreſiae uatis umbra in νεκυομαντείῳ edocetur.

h Intrepide aequis paſſibus ſequitur.

i Difficilem, & periculoſam materiam tractaturus poeta, deprecatur impietatis notam, quod ſcilicet umbrarum res occultas, & ſub terra demerſas, in lucem erutas, mortalibus ſit proditurus. Lege enim XII. tab. deorum manium iura facto, dictione laedere nefas erat: Deorum manium iura intacta ſeruantor. Qui uero eorum myſteria uulgat, quodammodo eorundem iura laedere uidetur. Sed, cum audita tantum, non uiſa narraturum ſe eſſe promittit, non obſcure fabuloſa ea eſſe innuit: quocirca hac ex parte facile ueniam impetrat: cum pro uanis audita repudiari poſſint, uiſa nequaquam.

K Plutonem, & Proſerpinam, quibus imperium inferorum delatum creditur, intellige.

l Quoniam umbrae ſubſtantiae ſunt incorporeae, quae uocem emittere nequeunt, Silentes a poetis uocantur. Sed non abſurdum fortaſſe fuerit, Silentes umbras, pro, ſecretis inferorum ſilentijs accipere.

Et[a] Chaos[b] et Phlegethō,[c] loca nocte silētia late,
Sit mihi fas audita[d] loqui, sit numine uestro
Pandere res alta terra,[e] & caligine mersas.

a Eleganter copula geminatur.
b Vide, quae notaui pag. 398.

Hic obiter ex Aristophane, τοῦ χάυς genealogiã subijciam, omissis Graecis, quae sic sonant: Chaos fuit ab initio & Nox, Erebusq. primū ater, & Tartarus ingens; cū neq. Terra adhuc, neq. Aer, neq. Caelū adhuc conditū esset. At omnium primũ nox atris pennis alata, in uasto Erebi gremio, ouum subuentaneum peperit, ex quo postea natus est Amor ille delectabilis, in humeris alis aureis relucens, uentosis uertiginibus adsimilis. Hic Chao alato commistus, nocturno coitu apud inferos, nostrum genus peperit, fouit, produxitq. primum in lucem. Nam ante id tempus genus immortalium diuorum nullum fuerat, priusquam Eros commiscuisset uniuersa. Itaque alijs commistis natum fuit Caelum, Oceanus & Terra, ac diuorum, beatorumq. omnium soboles. Hactenus Aristoph. Quanto autem simplicius & uerius, quantoq. illustrius Moses, illa de opificio mundi, totiusque uniuersi, omnium primus scripta reliquit, quae fabularum, & aenigmatum inuolucris, Graecia illa prisca, mendaxque, & omnis reliqua fabulosissima uetustas, implicuit? cum sic ait Genes. 1. cap. In principio creauit Deus caelum, & terram: terra autem erat inanis, & uacua, & tenebrae erant super faciem abyssi, & spiritus domini ferebatur super aquas. & ea, quae sequuntur, quae Moses numinis afflatu, de Chao, quamuerissime scripsit, ut & alibi legitur: Qui fecisti mundum de materia infirmi. De quibus scribens Lactant. sic ait: Nemo quaerat, ex quibus ista materijs, tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poetae, qui aiunt Chaos in principio fuisse, id est, confusionem rerū, atque elementorum, postea uero Deum diremisse omnem illam congeriem, singulisq. rebus ex confuso aceruo separatis, in ordinemq. descriptis, instruxisse mundum pariter, & ornasse. Sic Lactant. Firm.

c Inferorum flu. qui flammis aestuantibus rapidus fingitur, & nonnumquam Pyriphlegethō dicitur. huius naturam hic idem poeta uenuste explicat, cum sic canit: Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnes Tartareus Phlegethon.

d Ergo conuinci non uult uera se, aut comperta dicturam, sed audita dumtaxat.

e Profunda terrae caligine. Est autem inferorum periphrasis: q. d. liceat mihi inferorum res mortalibus aperire.

Ibant [a] *obscuri* [b] *sola sub nocte per umbras,* [c]
Perq. domos Ditis uacuas, [d] *& inania* [e] *regna:*
Quale [f] *per incertam* [g] *Lunam sub luce maligna* [h]
Est iter in siluis, ubi caelum condidit umbra [i]
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra [k] *colorem.*
Vestibulū [l] *ante ipsū, primisq.* [m] *in faucibus* [n] *Orci,*

a *Redit a deprecatione culpae, ad narrationē τῆς ὁδοιπορίας, ad inferos, per subterraneū specum, in quem noctu ingrediantur, egredianturq. uelut e Trophonij antro, qui ex mortuis futura cognoscere cupiebant. Sunt porro, qui hic Cimmerios collocent, quorum meminit Homer. in Odyßea sua.*

b *Alij, Obscura Soli, leg. ego nostram orationem hypallagi ornatiorem puto.* c *Vmbras hic non intelligit animas corporibus exutas, sed profundi specus caliginem.* d *Corporibus scilicet, etsi umbris plenissimas, & confertißimas. nam, cum animae sint substantiae incorporeae, locum nullum occupant.* e *Simulacra enim illic sunt: quae inania esse, dubiū non est.* f *Vt umbrarum, & opacitatis speciē subijciat, cōparatione loci caliginem oculis subijcit.* g *Dubiam, & per subiectas nubes interceptam, neque apparentem, sed & siluarum opacitas, auget nocturnas tenebras, ut rebus facies auferantur.*

h *Pro, exigua, uel obscura, metaphorice, cū proprie Malignū signet asperū, difficile, & inuidum.* i *Noctē intel. quae nil aliud quā terrae umbra est.* K *Caliginosa, qua nihil per noctis tenebras in oculos incurrit. Metalepticῶς* l *Vestibulum quid sit, quaeq huius uocabuli sit ratio, exp. Gell. l. 15. c 5. Item Macrob. l. 6. c. 10. & nos supra l. 2 Aen adnotauimus, pag. 250. nimirum aream esse ante domum, quae illam a uia publica diuidat. Huiusmodi uestibulum inferis hic tribuit poeta. Quoniam autem mos fuit ueteribus Romanis, uestibula, & atria, signis & tabulis exornare, ut scilicet essent, quae exspatiantium oculos delectarent, remorarentur, ac detinerent: ad consimilem modum Virgil. monstrorum formis, quae mortalibus pestes sunt, uestibulum, i primum statim inferorum aditum, domicilium tribuit.* m *Explicat, reddit quid uestibulum uocet, fauces uidelicet inferorum, id est, angustias, uel ingressum inferni: sumpta metaphora ab animali.* n *Orcum, multi ipsum Plutonem esse contendunt, ab urgendo, deducto uocabulo, quod ad interitum omnia demergat, & urgeat. Sed & amnis apud inferos memoratur, qui idem sit cum Styge, manens a Thessalia ab inferis, defluensq. in Peneum quidem, sed ab eo non recipitur, supernatans eum instar olei.*

Luctus,

Luctus, & ultrices posuere cubilia curae:
Pallentesq.[a] habitant morbi,[b] tristisq. senectus,
Et metus, & male suada[c] fames, et turpis egestas,
Terribiles[d] uisu formae, letumque,[e] laborque:
Tum consanguineus[f] leti sopor,[g] & mala[h] mētis
Gaudia, mortiferumq.[i] aduerso in limine bellum,

a Per metonymiam, efficiēs pro effecto, ut & in seq. Tristis senectus, Turpis egestas, & similib.

b *Vna congerie diuersorum monstrorum prosopopeias enumerat, ut ex his praecipuas mortalium pestes, animis pariter, & corporibus duras, infestasq. intelligamus.*

c *Citat hunc locum Quinctil. lib.8. cap.6. ubi de epithetis agit. Diserte autem Malesuadam famem nominat, quod scilicet per egestatem miseros mortales, ad furta, caedes, rapinas, & iniurias alias impellit. Vnde & uenuste per expolitionem addit, Turpis egestas: non quod suapte natura turpis sit, sed quod saepe homines rebus turpibus sese dent, ac ita malis artibus uictum quaerant. Etsi sit in contrarium ratio, qua Fames industriam homini saepe addere dicitur. ut in ipso statim libelli sui frontispicio Pers. canit: Quis docuit psittacos suum χαῖρε? Magister artis, ingeniq. largitor Venter, negatas artifex sequi uoces. & Ouid. Ingenium mala saepe mouent, &c. Venuste autem Graecus senarius hoc declarat:* πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος.

d *Appositiue, & eleganter simul earum rerum horribilitatem describit.*

e *Polysyndeton; Letum pro morte accipiunt, a Leo, Prisciano teste, deducto uocabulo, quasi deleo; quod mors omnia deleat.*

f *Alij, mortis germanum faciunt somnum: quod mors, priuatione animae perpetua corporis quies sit. Alibi, mortis imaginem uocat hic poeta.*

g *Homer. Iliad. 155. Od. 112.*

h *Ex sceleribus prouenientia, seu ex flagitijs perpetratis concepta; cū admissa scelera paenitudo, & luctus sequi debeat. Illud uero male perditorum hominum est, quos nulla praui conscientia remordet, neque supplicia futura terrent.*

i *Exitiale bellum, quod pacis, & concordiae artibus semper aduersetur, illisque se medium opponat. Aduersatur sanis consilijs, ut omnia misceat.*

Ferreiq. [a] Eumenidũ thalami, et [b] discordia [c] demẽs, [d]
Vipereum [e] crinem uittis innexa cruentis.
In medio [f] ramos, annosaq. brachia [g] pandit
Vlmus [h] opaca, [i] ingens: quam sedẽ somnia uulgo

a Eumenidum thalami, in quibus furiae natae esse, & habitare dicuntur; dictae per antiphrasim Eumenides, quasi minime mites, & propitiae.

b Explicat huius loci allegoriam.

c Docte cum Eumenidibus discordiam coniunxit, quae pace quippe turbata lites, & motus serit, sic ut omnia misceantur sacra prophanis.

d Non poterat aptius Discordiae epitheton comminisci, quam dementiae. nam ex mera stultitia, & dementia dissidium nascitur: cum primum natura ad concordiam, & mutuam beneuolentiam nos consociarit.

e A forma terribili, quae rei naturae apprime congruit.

f Vestibulo. aut absolutum est: & intelligitur de porta eburnea, per quam exire postea introducitur Aeneas. S. Transit autem a uestibuli infernalis descriptione. ad interiorem illius loci partem, quae sub tecto non esset.

g Ramos, temporis diuturnitate mire argumentatos, & patulos, brachiorum instar. Metaphoricῶs.

h Haec arbor sterilis est, quam proinde, ut iisdem apprime congruentem, senoniorum fecit sedem; quod scilicet sterilia sint somnia, & uana, quae per somnum uidemus, nisi diuinum habeant testimonium. Ceterum uidetur hic poeta Platonis dogma expressisse, qui animum in hac uita altum dormire, ac, priusquam expergiscatur, e theatro hoc facessere, ac iam inde post mortem profundo somno sepeliri tradit. Quod ipsum uidetur & Orpheus significare, ubi sic canit: ἄῤῥηκτοι τοῦ ἀΐδαο πύλαι καὶ δῆμος ὀνείρων. Ouid. lib. XI. Metamorph. ubi somni regiam describit, in uestibulo papauera collocat, & ea liba, quae soporem conciliant: Ante fores antri, inquit, fecunda pap. florent, &c.

i Quia scilicet ramis patulis, & effusis, erat, ut sic opaca frondibus dici posset. In hoc autem antiquitas elucebat, & ramorum opacitas eidem respondens.

Vana [a] tenere ferunt, [b] folijsq. sub omnibus haerēt.
Multaq. praeterea uariarum monstra ferarum,
Centauri [c] ī foribus stabulāt, [d] Scyllaeq. [e] biformes, [f]

a Rectissime Vana, quod somnijs fides adhibenda non sit, eo quod dubiam nimis habeant interpretationem. b Apte Ferunt. nam supra dixit: Sit mihi fas audita loqui: neque enim incertis temere affirmare quippiam uoluit.

c Centauros hic pro monstris, contra communem rerum naturam ad humanam perniciem natis, accipi tradunt. Hi, ut in fabulis est, Ixionis, & Nubis filij fuiße dicuntur, superne humana, inferne equina forma. Qui uero historicam ueritatem indagarunt, sic tradidere; Eos scilicet Thessaliae populos, ac Penei montis accolas fuisse, a quibus ex equis pugnandi ratio fuerit inuenta, (ut ijsdem uehendi a Bellephoronte, frenis regendi a Peletronio, currui iungendi ab Erichthonio) inde cum equi ora in Peneo flu. immersa haberent, procul spectantibus eam speciem habuere, quam postea credula uetustas in ijs figurandis expreßit. Etymologiae ratio ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, id est stimulare, uidetur descendere: quod primi equos adscendisse, eosq. stimulis propulisse dicantur.

d Vt de equis, sic de Centauris loquitur, quod illis ex parte sint similes. Nam inferne formam equi, superne hominis repraesentant.

e Duae a scriptoribus antiquis Scyllae memorantur. Vna, Nisi Megarensium regis filia, quae ob ademptos patri capillot aureos, eosdemq. fatales, in Cirin auem, quam eandem cum alauda, & galerita faciunt, conuersa narratur: altera, Phorci filia, quae media sui parte Circes ueneficijs in canem fuit, atque inde in scopulum, de quo lib. 3. Aen. dictum est: Nam hinc fabulam eße consutam, quod Scylla sit in mari Tyrrheno fera horribilis, oculorum tenus formosae mulieris speciem, reliqua faciei parte, canum capita sex, praeseferens: corpore uero reliquo serpentinam formam habens. Prioris fabulam uide apud Ouid. lib. 8. Metamorph. Posterioris transmutationem huius operis. lib. 3.

f Quod una in Cirin auem, altera in marinum monstrum mutata creditur.

Et centum [a] geminus Briareus, [b] ac bellua Lernae [c]
Horrendum [d] stridẽs, flãmisq. armata Chimaera, [e]

a Centimanus, & (secũdũ quosdam) etiam centiceps, etsi Hesiodus quinquaginta dũtaxat ei capita tribuat.

b Hunc Homer. Il. α. a superis Briareum, ab inferis, & mortalib. Aegaeonem uocari ostendit, ac ἑκατόγχειρα facit. Hic Cotti, & Gygis frater, Caeli, & Terrae filius fuisse scribitur ab Hesiodo: ab Eumeto autem in Titanomachia Terra, Mariq. genitus fingitur. Vtut est, monstrum horrendum fuit, quod uiribus confisum, cum fratribus duobus multa contra Saturni filios bella gessit. Tandem cum ijsdem deuictum, ad inferos detrusum. Ion in dithyrambis, & Didymus, memoriae prodidere, cum Iuppiter iactasset se insolentius, coram reliquis dijs, Mineruam, Iunonem, & Neptunum in eum coniurasse, conjecturosq. in uincula fuisse Iouem, nisi a Thetide persuasus Briareus in caelum adscendisset, Ioui nimirum suppetias laturus: cuius aduentu coniuratos deos territos, ab incoepto destitiße, ac cum Ioue in gratiam redijsse, Hom. & Lucian. in dialogis, τῶν νέκρων θεῶν, auctores sunt. Virgilius hunc in Orci uestibulo cum alijs monstris custodem inferorum regni facit, ne scilicet Titanes illius uincula refringentes, uiolenter irruant. Nomen a rei natura confictum: nam βριαροὶ, Graecis dicuntur, odiosi, molesti, agrestes, duri, & terribiles.

c Sub. paludis. Hydram intell. quam Hesiodus ex Typhaone, & Echidna nympha prognatam canit, & a Iunone educatam, in Herculis odium, sed quam tamen is postea confecerit. Hoc monstrum alij C, alij IIX, nonnulli VII. capitum fuisse tradunt, & inter ea unum immortale. Hoc amplius, uno eius reciso capite tria renascebantur. Quod quidem, cum hoc monstro diu multumq. conflictatus Hercules, ignitis laminis extemplo recisum caput adussit: uel, ut quidam uolunt, igne Graeco confecit. Hanc hydram poetae fingunt, in palude, aut lacu quodam sordidissimo, in communi Argiuorum, Mycenorumq. agro exsistenti, a Iunone fuisse educatam, ut supra monui, ad internecionem Herculis. Ceterum Strabo lib. IIX. & Zenodotus memoriae prodiderunt, hunc lacum uere exstitisse, in agro Argolico, in quẽ cum omne sordium genus portarentur, uulgo natum fuisse prouerbium, λέρνη κακῶν, quod s. foetidas, & pestilẽtes nebulas exhalabat, unde mala quamplurima nascebantur. Lernae uero nomen a Lerno rege manasse existimant. d Pro, Horrende, per Enallagen part. e Et hanc ex hydra Lernea patre Typhone procreatam. Hesiod. in Thegon. fabulatur, pedibus uelocem, & robustam, tricipitem, ignemq. spirantem: quod hic Virgil. flammis armatam dicit.

Gorgones,

Gorgones,[a] Harpyiaeq.,[b] et forma tricorporis[c] umbrae.
Corripit hic subita trepidus formidine ferrũ[d]
Aeneas, strictamq. aciem uenientibus offert:
Et,[e] ni docta[f] comas tenues sine corpore uitas[g]
Admoneat[h] uolitare caua[i] sub imagine formae,
Irruat, & frustra[k] ferro diuerberet umbras.
Hinc[l] uia, Tartarei[m] quae fert Acherõtis ad undas.
Turbidus hic coeno, uastaq.[n] uoragine gurges
Aestuat,[o] atque omnem Cocyto[p] eructat arenam.
Portitor[q] has horrendus aquas, & flumina seruat

a Medusa, eiusq. sorores Sthenyo & Euryale, Phorci filiae, quae Dorcadas insulas in Aethiopico mari, contra Hesperidũ hortos sitas, habitasse dicũtur. Harum histor. uide apud Hesiodum, Zenodotũ, & Lycophronis enarratorẽ Tzetzen, Gorgonum domum describit Plin. l. 6. c. 31. b De his l. 3. Aen. abunde dictum. c Erili, & Geryonis, qui ex Chrysaore natus, tricorpor, uel, ut Hesiod. canit, triceps, fuit: tandemq. in Hispania, cuius rex erat, ab Hercule interfectus, ut refert Oppianus in Cynegeticis. Itaque, ut intelligas quorsum omnia haec monstra referat, sic habeto, per haec monstra, mortalium scelera & flagitia intelligi, & Tartarũ eorum habitũ: unde dimanat Acherõ. i. gaudiorũ priuatio. d Gladiũ, quẽ iussus fuerat antea a Sibylla stringere in occurrentes umbras. e Hom. Il. 249. f Sibyllae periphrasis, ὡς εἰδυῖα τὴν βουλήν. g Diserte, quippe quae nec carnem, nec ossa habeant: unde recte alibi uocantur, umbrae, quod locum non occupent. h Enallage tẽporis, pro, admonuisset, irruisset, et diuerberasset. i Non solida, sed inani. K Cũ substantiae sint plane incorporeae, quae nec tangi nec laedi possint: quare et a Graecis σκιαὶ dicuntur. l Ex uestibulo uia est ad amnes infernales, Acherontes. m Qui ex interiore Tartaro emanat & profluit. n Profunda uoragine, quae & uortex dicitur, quod uoret & absorbeat ea quae incidunt in eũ. o Feruet, agitatur: metaphora a calore ad maris aestũ. Illa uero remotior est in Eructat, ab homine ad non animal translata. p in Cocytũ, i. per Stygem. Al. Cocyti, leg. q Catachrestice Charontẽ uocat Portitorẽ, cũ proprie is dicatur Portitor, qui portoriũ. i. fructus pecuniarios ex portu conduxit, sic, a portu, dictus, quamuis Valla lib. 1. a portando deriuet Portitorem. Quod non arbitror admittendũ. nam cur tum potius Portitor, quã Portator diceretur? quãq. non ignorẽ sic aliquã do hoc uocabulũ reperiri usurpatũ, ut apud Stat. 1. Theb. Languet hyperboreae glacialis portitor ursae. Vbi pro eo, qui ursam portat, & gerit, accipitur. Sed hoc nõ est perpetuum Ab eo igitur Charõtẽ Portitorẽ uocat, quod, stipe accepta, uel lupino, (ut Lucian. scribit in dialog. τῶν νεκρῶν θεῶν) pro naulo, umbras in ulteriorem fluminis ripam traĳcit.

Terri-

a Squalor proprie est in corporib. alta sordiũ cõgeries, ad squamarum in piscibus similitudinem: a quarum crebritate, asperitateq., ut in serpentum quoque coriis uidere est, squalere dicitur hic Charon. Hinc l. XII. uers. 87. Auro squalentem alboq. orichalco Loricam, dixit. In uniuersum quidquid nimis inculcatum, obsitumq. re aliqua est, ut uisentibus prima facie horrorem incutiat, recte squalere dicitur.

Terribili squalore [a] Charon: [b] cui plurima mento
Canities [c] inculta iacet: [d] stant [e] lumina flamma: [f]
Sordidus [g] ex humeris nodo [h] dependet amictus.
Ipse [i] ratem conto subigit, [k] uelisq. [l] ministrat,
Et ferruginea [m] subuectat corpora cymba, [n]
Iam senior; sed cruda [o] deo, [p] uiridisq. senectus.

b Inferorum portitor, cuius prosopographia sequitur in uersib. Virg. c A senilis aetatis signo. Quin multo significantius seq. uox Inculta, grandiorem, & quoque decrepitam senectutem ostendit, quod ea aetas peculiariter prorsus sui cultus soleat esse negligentior.
d Homer. Il. 4. e Horrent, S. & Don. in Ter. q. d. inflexibiles oculi eius, & semper stantes intenti, quasi quasdam flammas emittebant.
f Vet. lib. 4. uidi, in quibus erat Flammae: unum, qui Flamma habebat. Nonnullos de hoc loco disputantes audiui, qui dicerent se in peruetusto quodam exemplari Flammea, scriptum uidisse, ut per synaeresin metiendo uersum, spondaeum syllabae contractae faciant. Tu hac in re utere tuo iudicio, sed caute. g Immundus, & squalens.
h Non fibula dumtarat, sed nodo suspensus. Don.
i Charon scilicet. K Propellit.
l Ministerio fungitur circa uela, ut S. exp. Obsequitur uelis.
m Sub. nigra, tristi. alibi: Cum caput obscura nitidum ferrugine texit. Peruenustum autem inferorum cymbae epitheton addidit, cum inter funestos, ferrugineus color numeretur: a ferrugine, quae ferri rubigo est, ut aerugo aeris. Hinc lib. IV. Georg. uers. 183. Ferrugineos hyacynthos, ait, id est, subnigros, ut S. & in rubeum nonnihil efflorescentes.
n Proprie nauis piscatoriae genus est, ut ex ipso Cic. 3. Off. patet. Opipare. inquit, a Pythio apparatum conuiuium. cymbarum ante hortulos multitudo: pro se quisque, quod ceperat, afferebat. Hoc autem, ut & apud Iuuenal. & Plin pro, portitorum nauicula accipitur, qua amnes, aut lacus transiiciantur. o Cr. sen. ut Graeci, ὠμογέρων.
p Charontem intell. quem etiam Deum appellat, ut poetarum mos est, diuorum ministris propter immortalitatem Dei appellationem, tribuere

Huc

Huc [a] omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres, [b] atq. uiri, defunctaq. corpora uita
Magnanimũ heroũ, [c] pueri, innuptaeq. puellae,
Impositiq. rogis iuuenes [d] ante ora parentum.
Quam [e] multa in siluis autumni frigore [f] primo
Lapsa cadunt folia, aut [g] ad terrã gurgite [h] ab alto
Quã multae glomerãtur [i] aues, ubi frigidus [k] annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis. [l]
Stabant [m] orantes primi transmittere cursum;
Tendebantq. [n] manus ripae ulterioris amore.
Nauita [o] sed tristis [p] nunc hos, nunc accipit illos;
Ast alios [q] longe summotos arcet arena.

a Ad ripas Acherõtis.
b A sexu.
c A generis splendore.
d Filij a parẽtib. terra conditi. Ab aetate pathos. Acerbum enim parentibus est eos condere, quos procrearũt.

e Traductus uidetur hic locus ex Homeri Iliad. lib VI. Duplici porro cõparatione satis hyperbolica umbrarum ad amnem mentium uim proponit.
f Ergo ultima autumni parte.
g Altera collatio ab auibus, gregatim sub tempus uernum tepidius caelum petentibus.
h Pro, Mari, per tapinosim.
i Confertim uolant. Proprie autem, Glomerare, est, implicare, & in globi, seu sphaerae figuram inducere filum.
K Hiems: a toto partem dicit, quemadmodum & pontum, mare, usus specie pro genere: cum proprie pontus sit interior maris pars inter Chersonesum, & Euxinum.
l Sine frigore, in Africa. S.
m Certatim ad ripam protensis manibus orabant Charontem, ut primi traijcerentur. n Hypotyposis supplicantium umbrarum, quae pathos mirificum habet. o Antonomasia, pro, Charonte: ac per Epenthesim ex Nauta, Nauita fecit.
p Asper, & acerbus.
q Inhumatos, & insepultos s. Vnde inuentum est superstitiosum sepulturae genus, quod Terrae iniectionem uocarunt ueteres.

Aeneas, (miratus enim, motusq. tumultu)
Dic, ait, o uirgo, quid uult concursus ad amnem?
Quid ue petūt animae? uel quo discrimine [a] ripas
Hae linquunt, illae remis uada [b] liuida uerrunt? [c]
Olli sic breuiter fata est longaeua [d] sacerdos:
Anchisa [e] generate, deum certissima [f] proles,
Cocyti stagna alta uides, Stygiamq. paludem:
Dij cuius iurare timent, [g] & fallere [h] numen.
Haec [i] oīs, quā cernis, inops, [k] inhumataq. turba est:
Portitor ille, Charon: hi, quos uehit unda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca [l] fluenta
Transportare prius, quam sedibus [m] ossa quierunt.

a Quod est discrimē inter has quae linquunt ripas, & illas quae &c.

b Vadum, proprie uocant fluminis fundum solidū, quod in eo sine periculo uadatur. Hic uero, cum Vada liuida, ait, Cocytum intell. inferorum amnem, fortassis a morte, quam nonnumquam Liuidam dicimus, quod eum non nisi mortui traijciant. Proprie enim Liuidum dicimus colorem carnis subnigrae ex ictu baculi, aut fustis. A quo deinceps, inuidos solemos Liuidos appellare, quod in eorum uultibus illum colorem communiter uideamus.

c Nauigant: ducta metaphora a purgantibus pauimenta scopis, quod proprie est Verrere.

d Significanter Longaeuam uocat, quod huius in primis Sibyllae uiuacitas in prouerb. abierit. nam & apud Ouid. 14. Matamor. septem saecula eidem attribuuntur.

e Aeneae periphrasis.

f Ex eo, quod subire inferos potuit.

g Huius rationem uide apud Coelium Rhodig. lib. 27. cap. 5.

h Iuratum numen fallere, seu peierare: communi enim omnium deorum calculo, decretum fuit, ut, qui peieraret, ut scilicet iuratam Stygem falleret, annum unum, & dies nouem, ambrosia, & nectare careret.

i Respondet ad id, quod rogarat Aeneas, Quid uult concursus ad amnem.

K Quae neque legitimam habuit, neque imaginariam sepulturam.

l Raucum uocat flumen, a sono obtuso fluctuum.

m Sepulcrum intell. quod Sedem mortuorum uocat.

Centum

Centum[a] errāt annos, uolitātq.[b] haec litora circū.[c]
Tum demum[d] admissi stagna exoptata reuisunt.
Constitit[e] Anchisa[f] satus, & uestigia[g] pressit,
Multa putans,[h] sorteq. animo miseratus[i] iniquā,
Cernit ibi maestos, & mortis honore[k] carentes,
Leucaspim,[l] & Lyciae ductorē classis[m] Orontem:[n]
Quos simul a Troia uentosa per aequora uectos
Obruit auster,[o] aqua inuoluens nauēque, uirosque.

a Ex Platonicorum mysterijs hoc deprom ptum uidetur, qui religiose denarium numerum considerabant: hūc, si decies sumas, centenarium efficies. Atque hos annos uniuersos uocant, quod s. purgationi, & expiandis animis dedicati fuerint, quibus nimirum uitiorum sordes eluuntur, ut tandem aliquando Elysij felicitate fruantur. Videri etiam potest Virg. hoc loco, ad uetustam Osiridis, & Isidis historiam respexisse. Nam cum Isis mariti ossa diu quaesita, tandem circa Syenen inuenißet, ea collecta in sepulcro condidit, loco inaccesso, in insula, quam ob id Abaton uocauit: haud longo interuallo a Memphi, palude limosa, & frequentibus papyris horrida, quam etiam paludem Stygem nuncupauit, decreuitque, ne quis eam, non nisi statis diebus, traijceret. Quod si forte quis in ea perijßet, in centum annos ei sacrificabatur, quod tempus finiendo errori sufficere uisum fuit. b Quippe umbrae, & substantiae incorporeae.
c Anastrophe. d Centum annis exactis. e Quo splendidius huius loci narratio continuetur, exemplis rem illustrat, non exoticis illis quidem, aut incognitis, sed domesticis, & notis simul, & recentibus.
f Vt supra, Anchisa generate: Aeneae periphrasis.
g Expolitio. Arguit autem admirationem ex re noua, & miserabili.
h Reputans, cogitans: simplex pro composito, ut saepe alibi.
i Quid enim iniquius, quam ob alterius negligentiam puniri? nemo enim culpa sua caret sepulcro. K Sepultura: ut alibi, Quisquis honor tumuli. l Gubernatorem, & nauclerum Lyciae nauis, ut ex 1. lib. Aen. uers. 119. colligo.
m Classem hic pro naui usurpari, ex lib. 1. patet, ubi sic canit: Vnam quae Lycios, fidumq. uehebat Orontem, &c. uers. 117. & etiam ex eo quod sequitur, Nauemque, uirosque.
n De quo lib. 1. Aen. uers. 224. mentio facta est.
o Ventus: hic pro genere suo ponitur Auster, ut ex lib. 1. uers. 115. liquet, ubi Eurum inducit naues ab ortu uadis illidentem.

Ecce

a Attentionis particula, ad congressum Palinuri & Aeneae enarrandum se accingit.

Ecce[a] gubernator sese [b] Palinurus agebat:
Qui Libyco[c] nuper [d] cursu, dum sidera seruat,[e]
Exciderat[f] puppi, medijs effusus in undis.
Hunc ubi uix multa maestū[g] cognouit in umbra,[h]
Sic prior alloquitur: Quis te,[i] Palinure, deorum

b Palinurus qui uiuens naues agere solebat, mortuus seipsum agebat. Non me latet, quid hic Donatus, alijq. de hac phrasi comminiscantur, dum unus sese agere, i. sine ullo negotio difficultateq. incedere, exponit, alius ad Graecorum ἦλθεν, respicere poetā tradit, tertius, aliud quippiā cōminiscitur. Ego, nec hoc, nec illud, nec quidquā, quod adhuc legerim, hic admitto: sed, si ea, quae ingenijs data semper libertas fuit, mihi non denegetur, id, quod sentio, paucis subijciam, liberum de eo uel reijciendo uel recipiē do cuiq. iudicium relinquens. Versu igitur 833. l. praecedentis, Virg. sic canit: Princeps ante omnes densum Palinurus agebat Agmen: ad hunc alij cursum contendere iussi. Hic autem eodem uerbo non tamē usus fuisse uideri debet, ut qui ad munus, quod Palinurus, dum ī uiuis erat, summa diligētia obierat, hic alludere uoluerit. Locutio ipsa, per se infrequens, sic, ut haud sciam, an et similem alibi inuenire possis, quā apud Ter. And. act. IV. sc. II. Quo hinc te agis, inquit Dauus: ut Chaerini tristis in discedendo tarditatem notet, ut ibi admonet Donat. Qua nouitate phraseos, si non hoc, quod iam dixi, innuere noluerit Virg. cur non simpliciter apparuisse eum aut obuium factum Aeneae dixerit, non satis mirari possum, Si, ad animorum immortalium consuetudinem, qui se ipsi agunt & mouent, nullius freti adminiculo, respici dicas, fateb or id quidem, dum tamen, cur non & hoc modo de Leucaspi & Oronte loquatur, rationem adferas.
c In traiectu e Sicilia in Italiam per mare Libycum, seu Tyrrhenum.
d Hoc de breuiori tempore haud ita diu peracto dicitur.
e Pro, Obseruat: ut supra, lib. 5.
f Pari ratione Homer. Odyss, XI. Vlyssi Elpenoris umbram primam apud inferos Vlyssi occurrere facit, cuius casum ad eundem modum primū etiam narrat antequam ad colloquium descendat.
g quod, honore sepulturae defraudato, traiectus negatus esset.
h Obscuro & tenebroso loco, per profundi specus caliginem,
i Materiam narrandi & respondendi suppeditat, quo nimirum casu e medio fueris sublatus: maxime cum oraculi fide Italia ei cum ceteris promissa uideretur.

Eripuit

Eripuit nobis, medioq. sub aequore mersit?[a]
Dic[b] age.[c] namq. mihi fallax[d] haud ante repertus
Hoc uno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem, finesq.[e] canebat
Venturum Ausonios. en haec promissa[f] fides[g] est?
Illa autem: Neque[h] te Phoebi cortina[i] fefellit,
Dux Anchisiade: nec me[k] deus aequore mersit.

a Tmesin hic constituunt, pro, Submersit medio aequore. b Interrogationis repetitio emphasim habet. id quod satis indicant sequentia. c Hom. Il.131. d Mendax:
non erat quidem mendax oraculum, sed λοξὸν καὶ ἀμφίβολον: nam contigit Palinuro quidem Italiae portas attingere, uerum secus, quam uel Aeneas, uel ipse interpretatus fuerat; id quod peculiare illi ingenio fuit. Quare significanter hic ait, Fallax. e Ellipsis praepositionis, In; pro, in fines Auson. f Oblique numinis uanitatem notat, quae hoc euentu coargui poße uidebatur. g Alÿ leg. Fidesq. est: ut sit zeugma. quo modo & in s. l. aliquot inuenio. h Respondet ad id, quod postremum rogarat Aeneas, de fide oraculi; narratq. quam ualde metuerit Aeneae, se ex puppe delapso, quamq. sollicitus pro eo fuerit.
i Locus, unde responsa, seu oracula dabat: hic autem pro ipso oraculo ponitur. Cortinam autem tradunt fuiße locum in Apollinis Delphici templo, ita dictum, a corio Pythonis, quo tripus illa Delphica contecta fuisse memoratur. Alÿ putant Cortinam appellatam, quasi Certinam, quod ibi certissima responsa, & indubitata redderentur; Alÿ, Cordinam, a corde uatis in specu demersae. Nonnulli a κορὴ, puella, & τείνειν, i. extendere, deriuāt, quod illic scilicet uates extenderetur. Qui rectius sentiunt, a Pythonis serpentis corio, ut dixi, nomen habere dicunt, quasi dicas, Corinam: quod uasa, quae nunc ex aere conficiuntur, apud ueteres ex corio bubulo fierent: uel, quod hoc uasis genere in corticis uillaticis uterentur, ad aquas calefaciendas, & uina decoquenda, quae solent decies cortina deferuescente decoqui. Aristophanes in Plut. Cortinas ςέμματα, id est, coronas nuncupat: quod cortina uas esset rotundum, tribus fultum pedib. ad coronae similitudinem, in quo Phoebas uaticinatura demergebatur.
K Ser. Post Me, distinguen. putauit, quod scilicet alioqui hic locus cum fine libri superioris pugnare uideatur: sed fallitur. Nam quamuis a Somno in mare fuerit praecipitatus, nō tamen ab eodem submersus fuit, sed a Veliensibus, a quibus, cum forte ad eorum litus adnasset, repulsus, occisusq. fuisse traditur.

Namq. gubernaclum, multa ui sorte reuulsum,
Cui datus haerebam custos, cursusq. regebam,
Praecipitans [a] traxi mecum, maria aspera iuro, [b]
Non ullum pro me tantum cepisse timorem,
Quam tua, [c] ne spoliata armis, [d] excussa magistro, [e]
Deficeret tantis nauis surgentibus undis.
Tres Notus [f] hibernas [g] imẽsa per aequora noctes
Vexit me uiolentus aqua. uix lumine [h] quarto
Prospexi Italiam; summa sublimis ab unda.
Paullatim adnabam terrae; & iam tuta [i] tenebã;
Ni gens [k] crudelis madida cum ueste grauatum,
Prensantẽq. [l] uncis manibus capita aspera mõtis, [m]
Ferro inuasisset, praedamq. [n] ignara putasset.

a Heterosis generis; pro, Praecipitatus.

b Citra praepositionẽ dixit: quod aeque usitatum est. Dicimus n. & Iuro Iouem et per Iouẽ, ut alibi.

c Sunt, qui hic legant, Quam te: quo fundamento, plane ignoro. Veteres libri omnes, quos consulere mihi licuit, Quam tua, habent: nec Pierius ullam omnino huius lectionis uarietatem annotauit. Restat ergo, ut, reiecta illorum sententia, nec auctoritate ueterum librorum, nec sensu aliquo fulta, cõmunem hanc lectionem retineamus. Video equidẽ, quam sibi sententiam imaginentur: hunc, ut arbitror, quasi dicat Palin. Testor maria aspera neminem pro me magis fuisse sollicitum, quam te Aenea: sed tum quomodo sequentia prioribus quadrabunt? an non hoc modo maiore Aeneae pro se, quam pro amico Palinuro sollicitudinẽ fuisse coarguetur? Atqui non illam hic Virgilij mentem fuisse animaduertent, si qui penitius rem introspicient, sed hanc, quae multo uenustiorem parit sententiam: Maria aspera, iuro, inquit, nullum umquam pro me ipso tantum cepisse timorem, quantũ habui pro tua naui, ne illa armis, i. gubernaculo spoliata, ac me gubernatore excusso, deficeret tantis surgentibus undis.

d Gubernaculo. e Gubernatore. Noue dictum, teste S. Excussa magistro nauis, pro, cui magister, seu nauclerus excussus fuerat a somno. f Species, pro genere, uento. g Asperas. h Die, ut apud Cic. pro Rab. Post. Si te secundo lumine hic offendero, moriere. i Sub. Loca, aut litora.

K Lucanorũ, in quos casu in litore haerentes incidi. l Idẽtidẽ apprehendere conantẽ. Summũ Palinuri conatũ in luctãdo signat, circa promõtoriũ Velinum. m Saxum intel. per tropum. n Vel, praedonem e naui deiectum; uel hostem deturbatum, qui Lucanis praedae esset.

Nunc [a] me [b] fluctus habet, uersantq. in litore uenti.
Quod [c] te per caeli iucundum [d] lumen, & [e] auras,
Per genitorem oro; per spem surgentis Iuli,
Eripe me his inuicte [f] malis. aut tu mihi [g] terram
Inijce, (namq. potes) portusq. require [h] Velinos: [i]
Aut tu, si qua uia est, si quam tibi diua [k] creatrix
Ostendit, (neque enim credo sine numine [l] diuum

a Homer. Od. 93.
b Corpus meum insepultum.
c Epilogus cōstans obtestatione, ut humo mandetur corpus, & iusta funebria sibi praestentur. d Ad differentiam tristis illius, & iniucundae aurae, quae apud inferos esse dicitur.
e Ex Homeri Iliad. λ. ue refert Macr.l.5.c.7.Satur. f Qui etiam ad
inferos descenderis. g Hinc dicebantur Humati, quos humus, seu terra
iniecta contegeret. Etenim antequam gleba iniecta sit, locum nil plane re-
ligionis habete, tradunt scriptores ueteres: etsi sola mortui corporis illa-
tione religiosum locum fieri Iustinian. Instit. l. 2. tit. de rer. diuis. §. Reli-
giosum. & Augustin. lib. 1. c. 3. luculentissime scriptum reliquerunt.
h Monstrat locum, ut demat laborem sciscitandi, quaerendi cadaueris:
ut apud Homer. Elpenor. i Anticipatio poetica est, quam Graeci ἀνα-
χρονισμὸν uocant. Id enim temporis Veliam conditam nondum fuisse, satis
constat. Quod aduertens Higynus apud Gel. lib. 10. c. 16. hunc locum re-
prehendit: sed a Virg. strenue stat Coel l. 11. c. 24. & Pontan. in Anton.
Velia autem Lucaniae opidum fuit ad Palinuri promontorium, antea He-
lia nominatum: olim Seruio Tullo regnante Romae, ab ijs, qui ex Pho-
cide per Harpalum Cyri regis praefectum fugati sunt, in agro Lucano con-
ditum, D C. aut amplius annos, ante Aeneae in Italiam aduentum.
Vnde est, quod Higynus Virgil. reprehendit, existimans emendaturum
fuisse, si licuiße, ob non exactam temporis rationem habitam. Sed fallitur;
studio enim id, deditaq. opera fecisse uidetur noster poeta, cum ad mon-
strandum Aeneae locum, ubi a Lucanis occisus sit, necesse fuerit loco no-
men affingere, cui nullum tum erat: ut ipse fatetur Higynus. Quod si no-
mine opus erat ad inuocandum locum, ubi cadauer offenderetur, quod, obse-
cro, potuit aptius, & connenientius dare Virgil. quam illud, quod sua aeta-
te locus ille censebatur? Quasi uero id sine exemplo fecerit: ac non in eo,
ut in plerisque alijs, Homerum secutus sit.
K Venus mater tua.
l οὐκ ἄνευ θεῶν: dicitur de ijs, qui citra humanam industriam magni
aliquid consequuntur.

Flumina tanta paras, Stygiamq. innare[a] paludem)
Da dextrã[b] misero, & tecum me tolle per undas;
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.[c]
Talia fatus erat, coepit[d] cum talia uates:[e]
Vnde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?[f]
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemq. seuarum[g]
Eumenidum[h] adspicies, ripam[i] ue iniussus[k] abibis?
Desine[l] fata deum flecti sperare precando:
Sed[m] cape dicta memor duri solatia casus.
Nam tua finitimi[n] longe, lateq. per[o] urbes,
Prodigijs[p] acti caelestibus, ossa piabant:

a Nauigare. b Praesta auxiliũ, S. Est enim dextra uirtuti, fidei, auxilio, & omnibus rebus auspicatis consecrata. c Ergo corpore inhumato, umbrae circa ripam errantes, non putabantur quiescere, sed sursum deorsum perpetua inquietudine diuagari. d Ellipsis uerbi, Loqui, uel uicissim percunctari. e Homer. Elpenori omnia promittentem, & respondentem facit Vlyssem, quod hic secus a Marone factum uidemus, ut inducat Sibyllam Palinuro respondentem: hac ratione, quod, cum futura essent ei denuncianda de corpore humando, & loco nomen faciendo, haec singula Aeneas praescire non potuerit. f Transmittendi Stygem. g Id est, tristem, & ineuitabilem. h Quo magis eum terreat, ait collegium furiarum eum manere, si trãsijcere uelle pergat. De his furijs uide pag. 394. & hoc lib. uers. 250. i Ellipsis praepositionis, In.
K In 4. s. l. quos hac de re consului, est, Inuisus adibis? Quo modo legit Pompo. Laet. In uno alio, Immissus abibis? In Carp. Iniussus adibis? In alio item uet. s. Innixus abibis. Quam omnem lectionis huius uarietatẽ, hic adijcere uisum fuit, quod a nemine adhuc fuisse indicatam, reiq. forsan nonnihil lucis allaturam, uiderem. l Concludit fatum immutabile esse, nimirum ut insepulto traiectus concederetur. Proinde non esse, cur precando se fatiget. m Attentio, qua in spẽ solatij abiectũ erigit, ne maerore cõficiatur. n Non quidẽ Velini, quos tũ nullos fuisse monui antea, sed Cãpani, & Lucani finitimi eius loci, ubi Palinurus a litore pulsus, occisus fuerat. o De historia ductũ. Lucanis n. pestilẽtia laborantib. respondit oraculum, manes Palinuri placãdos. Qui deinde Lucũ ei dedicarunt, & cenotaphiũ erexerunt. p Peste, alijsq. ostentis territi, oraculum consulent, quo pacto ira deorũ sit placanda. Prodigium inde dictum autumant, quod porro denunciet, & aliquid futurum portendat: quasi, porro digitum.

Et

Et statuent tumulũ,[a] et tumulo sollemnia[b] mittẽt:
Aeternumq.[c] locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curae emotae, pulsusq. parumper
Corde dolor tristi: gaudet[d] cognomine terra.
Ergo iter inceptũ peragunt,[e] fluuioq.[f] propinquãt.
Nauita[g] quos iã inde ut Stygia prospexit ab unda
Per tacitum[h] nemus ire, pedemq. aduertere[i] ripae,
Sic prior aggreditur dictis, atq. increpat[k] ultro:[l]
Quisquis es, armatus[m] qui nostra ad flumina tẽdis,
Fare age quid[n] uenias, iã istinc[o] & cõprime gressũ.
Vmbrarum hic locus est, somni, noctisq. soporae:[p]
Corpora uiua nefas[q] Stygia uectare carina.

a Sepulcrum condito corpore, aut κενοτάφιον.
b Iusta funebria persoluent.
c De hoc Plin. l. 3. c. 5. Opidum Helia, quae nũc Velia: promontorium Palinurũ, a quo sinu recedẽte traiectus ad columnam Rhegiam C ∞ passus. d Gaudet quod habiturus sit terrã sibi cognominem. Sed in Pier. uetusto lib. ut & in Carp. est, Terrae: ut sit sententia, Gaudet, quod terra habitura sit id cognomen.
e Pergunt ire ad amnem, qui ipsis traijciendus erat.
f Stygi nimirum.
g Charon scilicet.
h Vel, quod in eo nemore nullus, neque cantus, neque garritus uolucrum audiretur: uel, hypallagetice, ipsos tacitos, & silentio accedere ad ripam Stygis.
i Periphrasis eius, quod uno uerbo Appropinquare dicitur: ut & in seq. uersu, Aggreditur dictis; pro, Alloquitur.
K Increpare, proprie est, crepitum quacumque ratione reddere: metaphorice uero hic pro, immani sono reprehendere, & incusare, accipitur.
l Non rogatus: expolitio synonymiae.
m Quasi dicat, nihil pium molitur armatus.
n Eleganter; pro, Cur, ut Ouid. in ep. Oenones ad Parid. Quid arenae semina mandas? Terentius And. Sed quid Pamphilum exanimatum uideo.
o Terret ab incolis earum regionum, ab impio, & exemplis ducto argumento.
p Soporiferae, quae soporem adfert.
q Ab illicito.

Nec uero Alciden[a] me ſum laetatus euntem
Accepiſſe lacu, nec Theſea, Pirithoumque:
Dijs quamquam geniti, atq. inuicti uiribus eſſent.
Tartareum[b] ille[c] manu cuſtodē in uincla[d] petiuit
Ipſius a ſolio[e] regis,[f] traxitq.[g] rrementem:
Hi[h] dominam,[i] Ditis thalamo deducere[k] adorti.
Quae contra breuiter fata eſt Amphryſia[l] uates:
Nullae hic inſidiae[m] tales: abſiſte moueri:
Nec uim tela[n] ferunt. licet[o] ingens ianitor[p] antro

a Herculē. de his uide ſupra eod. hoc lib. uer. 122. ubi eorum hiſtorias & fabulas annotaui.
b Cerberum intel.
c Hercules. ſ. qui iuſſa Euryſthei, perpurgato iam Augiae ſtabulo, confectaq. hydra, ad inferos deſcendiße fertur, Cerberumq, tricipitem abduxiſſe.
d Homer. Il. 88.
e Pro ſella regia hic accipitur, in qua ſedentes reges ius dicunt. Dictum nolunt, quaſi ſolidum, quod olim reges in thronis ligneis & quibusdā quaſi armarijs ob corporis ſui tutelam ſedere conſueuerint. Aſper gram. per antiſtichon ſic appellatum putat, quaſi Sedium: ut ſella, quaſi ſedda. Alias multas habet ſignificationes, quas aliunde petes.
f Ditis ſiue Plutonis, inferorum regis.
g Ad ſuperos ab inferis.
h Theſeus, & Pirithous, quorum hic Iouis ex Dia, Ixionis coniuge; ille, Aegaei Athenarum regis & Aethrae filius fuit.
i ipſius Charontis. non enim coniungendum eſt, Dominam Ditis.
K Ab illicito.
l Sibyllae epitheton, longe petitum: ab Amphryſo ſ. Theſſaliae flu. ubi, a Phoebo, cuius ſacerdos erat, de concubitu ſollicitata fuiſſe dicitur. Vide fabulam apud Ouid. l. 14. In pr. l. 3. Georg. Apollinem, uocat Paſtorem ab Amphryſo: quod Admeti, Pheriorum regis, pecus pauiße diceretur.
m Reſpondet Sibylla ad impietatis exempla poſterius enumerata, ut, priuſquam ad priora ueniat, periculorum ſecurum reddat Charontem, & iniuriae metum eius animo eximat.
n Reſpondet ad id, quod Charon de armis obiecerat. Atque hinc patet, quod & ſupra monui, inferos arma & gladios formidare. Proinde Sibylla, ut a ferro ſecurum reddat Charontem, ait nil eſſe, quod ſibi metuat ab Aeneae ſtricto gladio.
o Per nos ſ, qui huc eo conſilio non uenimus, ut haec regna turbemus.
p Cerberi periphraſis, qui ſupra Tartareus cuſtos dictus fuit. Erat autem canis triceps, cauda draconis.

Aeternum[a] *latrans exsangues terreat umbras:*
Casta[b] *licet patrui*[c] *seruet Proserpina*[d] *limen.*[e]
Troius Aeneas pietate insignis, & armis,
Ad genitorē,[f] *imas Erebi*[g] *descendit ad umbras.*
Si te nulla mouet tantae pietatis[h] *imago:*
At ramum hunc (aperit[i] *ramũ, qui ueste*[k] *latebat)*
Agnoscas.[l] *tumida ex ira tum corda residunt.*
Nec plura his.[m] *ille admirans uenerabile donum*
Fatalis uirgae, longo post[n] *tempore uisum,*

a *Enallage part pro, Aeterne, seu perpetuo: aduerbio in nomē commutato.*
b *Ideo & ei casta iuuenca sacrificabatur, ut Pomp. Laet. notat.*

c *Plutonis, qui Iouis, patris Proserpine, frater germanus erat.* d *Haec Iouis & Cereris filia fuisse creditur, ac in Sicilia a Plutone patruo suo rapta fuisse. Quam rem 3. libris elegantissime descripsit Claudian. poeta peregregius: item Ouid. 4. Fast. ac Cic. Ver. 4. diserte & compendio complexus est.*
e *Domum, sinecdochicῶς.*
f *Sub. Visendum.*
g *pars est inferorum, ubi sedes eorum, qui bene uixerunt.*
h *Pietate n motus ad inferos descendit Aeneas, ut supra dictum.*
i *Profert, aut detegit per Aeschrologiam.*
K *Qui sub ueste Aeneae occultatus erat. Ceterum totus hic locus nil aliud*
signare uidetur, quam ut, qui se dedunt contemplationi rerum diuinarum,
a dolo ac omni iniuria debeant esse alienißimi. Neque enim, ut tres illi he-
roes, paullo ante nominati, ad uim faciendam uenerat Aeneas, sed patris in
uisendi caußa. i. ad philosophandum de reb. diuinis: quo inde aduersus mun
dum, carnem & uitia mortalia armatus instructusq. esset. Aperit ergo sub
ueste latentem ramum. i. sapientis animum, quo intelligatur rerum suarum
destinatus scopus, ad quem nemo citra sapientiam & Dei uoluntatem, quā
hic Fatalem uirgam appellat, peruenire potest.
l *Aliud pietatis in deos argumentum Charonti hic proponit, quo agnito,*
nihil sit, quod uereatur amplius.
m *Sub. dicta fuerunt.*
n *Tandem post multos annos conspectum. nam fato destinatis datur*
dumtaxat, alij nemini. Quod hic satis innuit Charon, cum Longo post tem-
pore sibi uisum ramum, ait, indicans simul sceleratorum illo penetrantium
uberrimam messem esse.

Caeruleã [a] aduertit puppim, [b] ripaeq. propinquat.
Inde alias animas, quae per iuga [c] longa ſedebant,
Deturbat, laxatq. [d] foros: [e] ſimul accipit alueo [f]
Ingentem Aenean. gemuit [g] ſub pondere cymba
Sutilis, [h] & multam accepit rimoſa [i] paludem. [k]
Tandẽ [l] trans fluuium incolumes uatemq., [m] uirũq.
Informi limo, glaucaq. [n] exponit in ulua.
Cerberus haec ingens latratu regna trifauci [o]
Perſonat, [p] aduerſo [q] recubans immanis in antro.
Cui uates horrere [r] uidens iam colla [s] colubris,

a Caeruleus color, γλαῦκος Graec. dicitur, ex albo, & uiri di miſtus, in flauum nonnihil tẽdens. Vnde Horat. a coloris aſſinitate Tibrim Flauũ nuncupauit: noſter hic poeta eundem caeruleum & glaucum, l. IIX. n. 65.
b Nauim; ſynecdochicώs. c Remigum in nauibus ſedilia, Graece ζύγα, Tranſtra alio nomine dicta. d Multitudine enim remota, quaſi laxantur ſpatia. e Nauium tabulata, uel loca in naui apertiora, inter quae perambuletur. f Per Synaereſim, contrahendo ſyllabas in ſpondeum. Alueus autem hic pro nauicula Charontis, aut cymba accipitur; alluſione forſan facta ad uaſa illa uiminea, in quibus aliquid reponi ſolet. Nam & infra cymbam hanc Sutilem fuiße canit: quod non temere poſuiſſe Virgil. exiſtimo. g Intexta: ex quo fragilem fuiſſe innuit. h Homer. Il. 62. Metaphoricώs gemitum cymbae tribuit. i Rimas agens hauſit multum aquae paluſtris. K Synecdochicῶs, pro parte paluſtris aquae.
l Difficultatem in tranſiiciendo innuit, & quidem cum periculo coniunctã: quare aptiſſime ſubiungit, Incolumes eos expoſitos fuiſſe in ulua.
m Polyſyndeton, Aenean ſcilicet, & Sibyllam.
n Quem colorem, Nigidius, a Latinis caeſium, ſiue potius caelium nuncupari tradidit, ex albo, & uiridi miſtum, ac in flauum nonnihil tendentẽ.
o Ex tribus eius faucibus prodeunte: etſi Heſiod. eum πεντηκοντακοντα appellet in Theogo.
p Tranſitiue, uſurpat hoc uerbum: ſed uenuſte.
q Oppoſito, obiecto, atque e regione ſito antro, ut apud Cic. lib. I. de diuinat. accipitur: Eodemq. inquit, equo aduerſam ripam conſcendit. Etſi aliter alij hunc locum exponant.
r Hiſpida, aſpera, atque terribilia eſſe. Pilos enim ſerpentinos habebat Cerberus.
ſ Fingit enim pro pilis habere ſerpentes.

Melle

Melle ſoporatam,[a] & medicatis frugibus offam[b]
Obijcit. ille, fame rabida tria guttura pandens,
Corripit obiectam, atque immania terga reſoluit
Fuſus humi, totoq.[c] ingens extenditur antro.
Occupat[d] Aeneas aditum, cuſtode ſepulto;[e]
Euaditq.[f] celer ripam irremeabilis[g] undae.
Continuo[h] auditae uoces, uagitus[i] & ingens,
Infantumq. animae flentes in limine[k] primo:
Quos dulcis uitae exſortes, & ab ubere[l] raptos
Abſtulit[m] atra dies, & funere[n] merſit acerbo.

a Tempe-
ratam her-
bis ad ſom-
num indu-
cēdum, pa-
pauere, et ſi-
mile miſtis.
b Offā grā-
matici uo-
cāt, maſſam
ex porcinis
carnib. cōfe
ctā, quā fa-
cere ex me-
diocri inte-
ſtino a Lucanis didicerāt Romanae mulieres. Atq. hinc Offa porcina Μάζα,
a Graec. appellatur, cibarium ſ. ex fruſtis panis, pingui iure, & liquamine
perfuſis; etſi etiam ex fruſtis carnis, caſeo uetere, pipere, & cinnamomo
conditis, fieri conſueuerit, ut adhuc apud noſtrates caeſis porcis uſus ob-
tinuit, nullo tamen adhibito caſeo. c Metalepſis: uaſtitatem molis intel
ligit: ut & de Polyphemo lib. 3. dictum eſt. d Prior inuadit. Indicat
intrepidam celeritatem in inuadendo ulteriorem ripam, priuſquam ſopitus
canis expergiſceretur. e Auxeſis, i. dormiente, ſine pulſu, i. motu.
f Trāſit ad ripam irremeabilis fluuij. Eſt autē ellipſis praepoſitionis, In.
g Per quā reditus ad ſuperos nulli pateat, ita ut, qui ſemel tranſmiſerit
eā, perpetuo ibi ſit manendum: aut (ut poetice cū poeta loquamur) per al-
terutrā portarum diuino permiſſu redeundum. h Diſtnguit umbrarum
apud inferos loca, in quib. pro uitae cuiuſq. ratione, & meritis diuerſa ani-
morū genera diſcriminat. Neq. uero ita turbato, confuſoq. ordine ſingula
ptingit, ut Hom. quin aliquando ad recreandū legentis animum narrationi
nonnihil inhaeret. i Infantib. quod in uita conſuetum uagire, nunc quoq.
in morte eū uagitū tribuit, tāquā ſtudiū aliquod, quo uiui delectabantur,
lucis nondum guſtata dulcedine. K Prima regione, ponit infantes, quod
immatura morte, e medio ſublati, lucis nōdū guſtata dulcedine, deceſſerint.
l Paroemiacōs, ut A nutricis lacte, A teneris unguiculis, Ab incunabu-
lis; pro, Ab ipſa ſtatim infantia. m Mors triſtis, eoq. magis, quo imma-
turior. Secus ille, qui cenſuit, optimum non naſci, aut certe quamprimum mo
ri: exiſtimans, nullam in uita hac, quae tandem cum morte commutāda
ſit, eſſe dulcedinem, aerumnarum uero quamplurimum.
n Pathos, ab immatura morte.

Hos iuxta,[a] falso [b] damnati crimine mortis.
Nec uero hae sine sorte[c] datae, sine iudice sedes.
Quaestor[d] Minos [e] urnam mouet. ille silentum

a Anastrophe: pro; iuxta hos: & Ellipsis uerbi, Auditi sunt, uel Visi uel similis. Secundo loco igitur collocat, eos, qui insontes morte multati fuerant; eo quod proxime ad infantium innocentiam accedant.

b Qui falso intentato crimine damnati, culpae exsortes perierunt: cuius rei exempla historias peruoluentib. plurima se offerunt.

c Eleganter sortes in iudicio infernali nominat more Romano, apud quos a iudicib. sortes ducebantur, & quae prima dica ex urna prodibat, prima iudicabatur. Vnde factum, ut sortes, inter alia significata, pro iudicum suffragijs, uel ore editis, uel in urnam missis, accipiantur.

d Qui iudicijs publicis apud ueteres Rom. praeerat, Quaesitor dicebatur, & per syncopen Quaestor, a uerbo Quaerere, quod erat, diligenter de crimine inquiri curare, ac postea legib. uindicare: proprium iudicis & magistratus, cum Inquirere, quorumlibet fuerit, ut ex Cic. manifestissimum est. Hunc quaesitorem aliquando pretorem, aliquando quaestionis iudicē Cic. uocat: a quo iudicib. Romanis in subsellijs sedentib. ternae tabellae dabantur, quarum unae A, littera notatae, absolutionem: alterae; C, condemnationem: tertiae, quib. N. L. inscriptae erant, ampliationem significabant. Quēadmodum apud Graecos, θ condemnationis: T, absolutionis: Δ. ampliationis fuisse notam, Ascon. Pedianus auctor est: cuius rei hanc fuiße originem refert Isidor. quod in bello caesos Graeci, cum suorum numerum recenserent, littera θ notarent, tamquam aduerso pectore telum gerentes: incolumes uero ac superstites, littera T. In grauib. igitur caussis hac tabellae, uel in cistam, uel in urnam mittebantur: a quarum numero uel salus rei, uel capitis periculum pendebat. Vnde & hae sententiae, quod uoce non ferebantur, sed tabellis in urnam coniectis, Tabellariae dicebantur. Haec ea re latius aliquantulum tractaui, ut quam apte Romanorum iudiciorum consuetudinem, sub Minois infernalis iudicis persona, hic celebret poeta, intelligas.

e Fuit hic Iouis filius, posterioris Minois, quem supra a Cocali filiabus interemptum narraui, pater. Hunc Pluto, quia consilio, prudentia & iudicio reliquis praestabat, umbrarum apud inferos iudicem constituit, Rhadamantho quoque & Aeaeo additis. quod summa iustitia in terris sua quisque regna gubernaßent.

Conci-

Conciliumq.[a] uocat, uitasque,[b] & crimina discit.
Proxima deinde tenent maesti[c] loca, qui sibi[d] letũ
Insontes peperere manu, lucemq. perosi
Proiecere[e] animas. quam uellent aethere[f] in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.[g]
Fata [h] obstant, tristiq. palus innabilis[i] unda

a Egregie Romanorũ iudiciorum sollemnitatem in Minoe hic depingit Virg. nam cum, Cõciliumq. uocat, ait, iudicum electionem, & detentionem ei dat: cum Quaesitorem adpellat, tamquam praetor sit rerum capitalium, quaestionis iudicem facit: cũ urnam nominat, sortitionem ei dat: cum uero, uitasq. & crimina discere eũ canit, facinorum cognitionem, legumq. uindictam tribuit. Ex Ascon. Ped.
b Omnis anteactae uitae, tamquam ex Iouis dipthera, delicta cognoscit.
c Eum habitum umbris affinxit poeta, quo e rebus humanis decessere. Maestos ergo ob mortis caussam accipio: etenim nulla scelerum conscientia freti, sed solo praesentis uitae taedio ex acceptae iniuriae nimio dolore nato, manum sibi intulere. Oblique notat Catonem Vticensem, Brutum, Lucretiam, & si qui alij uitã abijcere, quã turpitudine aut ignominia deformati uiuere, maluerunt. d Nõ ita accipiẽdus est hic locus, quasi Virg. horrendum ac nefariũ illud scelus approbet: sed ut locũ monstret in quẽ id genus hoĩes, hinc emigrent. Etenim nisi, rerum naturae opifex ille & architectus admirabilis, his nos corporis custodijs liberauerit, ad caeleste eius domiciliũ aditũ habere non possumus. Hac quippe lege creati sumus, ut ex hac machina opificis prudentiã admirantes, uolũtati eiusdẽ pareamus, tandemq. aliquãdo nos maximis eius beneficijs dignos, aut saltẽ nõ indignos demõstremus. Quare pijs omnibus animus in corporis custodia tamdiu retinendus est, donec iussu eius, a quo datus fuit, reuocetur, quasi diuina uirga, ad suũ principiũ: ne munus humanũ a Deo adsignatum, ut ĩquit Cic. defugisse uideamur.
e Abiecere, ceu uile quiddam. f In hac uita: nam Aetherẽ uocat nostrũ habitaculum, cõparatione inferorum Altũ uocat S. g Mala, quib. uita cõis est obnoxia. h In Carp Fas obstat: in quinq. alijs uet Fata obstant, Pier. singulas paene huius uersus uoculas, uarie legi ostendit. i Sic 2. uet. exempl. quae sunt apud Aldũ. Alij, Inamabilis: ut H. St. Gellio ac Macrob. auctorib. cõfirmãtib. idẽ 3. s. l. & quarto Carp. Vnde miror Fabricium hanc lectionẽ in uet. s. l. reperiri, negare Videtur aũt, si Innabilis legamus per expolitionem prioris Fata obstannt, caussam reddere: quasi ea re exitus inde negetur, quod uidelicet nauigabilis non sit illa palus: & proinde siue fas siue fata obstare.

Alligat,

Alligat,[a] & nouies[b] Styx interfusa coercet.
Nec[c] procul hinc partē fusi mōstrantur in[d] omnem
Lugentes[e] campi.[f] sic illos nomine dicunt.
Hic, quos durus amor crudeli tabe[g] peredit,[h]
Secreti[i] celant calles,[k] & myrtea[l] circum
Silua tegit: curae[m] non ipsa in morte relinquunt.
His Phaedrā,[n] Procrinq.[o] locis, maestāq. Eriphylē

a *Obstringit, impedit.*
b *Numeri additione* τὸ ἀδύνατον *amplificat: nimirum impossibile esse ad superos remeare. Iam uero, quod de nouem orbibus caelestib. hic philosophatur Ser. si cui placet, is inde petat. Mihi certe eorum doctrina magis hic probatur, qui nouenarium numerum a ueteribus pro qualibet multitudine usurpari saepenumero solitum tradidere: ut,* ἐννεακέντρον, *pro duobus aculeis;* ἐννεάδεσμος, *pro,* πολύδεσμος. *Vnde & Musis dicatus fuit hic numerus, auctore Eustathio in praeconum Enneade, Iliad. 2.*
c *Transitio ad quartam regionem, quae eorum est, qui amoris aestu necem sibi consciuerunt.* d *Ostendit plures esse, in quibus libido dominatur.*
e *Campi lugentes, eorum sedes, qui amoris impatientia perierunt.*
f *Sic dicti a luctu, per tropum, quod illi, qui propter turpem, foedamq. libidinem, sibi manum intulere, misere ibi crucientur.* g *Metaphora a corpore ad animum.* h *Alij, Peremit.* i *Ab alijs seclusi, & separati.*
K *Viae callo perduratae: uide pag. 387. & l. IX. infra: Rara per occultos ducebat semita calles.* l *Myrtus Veneri sacra: unde hic amantibus myrteam siluam tribuit, post quam lateant.* m *Amores intel. seu curas ex amoribus natas, quibus marcescunt praeteritae libidinis recordatione.*
n *Phaedra, Minois ex Deucalione neptis, aut, (ut Asclepiadi placuisse uideo) posterioris Minois filia, Theseiq. uxor, quae cū forte uetito Hippolyti priuigni amore capta ad cōcubitū eū suū adducere non posset, amore in calūniā mutato, apud patrē eū detulit, multa de priuigni audacia, et temeritate questa, Troezene se incesti ab eo interpellatā, uix illius euasisse uim: iniuriā ulcisceretur maritus, cuius torū fallere noluisset. Qua re uidens Hippolytus patrē nouercae dolo persuasum, de occidēdo filio cogitare, cōsensu curru, fugit extra patriā: sed cum phocae, quae in litus exierant, equorū, & rotarum strepitu perterritae, magno se īpetu in mare praecipitarent, uicissim exterriti equi frustra obluctāte Hippolyto currum per scopulos, & saxa traxerunt, iuueneq. loris īplicitum distrahēdo in uarias partes occiderunt. Quo mortuo, calumnia forte quadā detecta, Phaedra suspendio mortē sibi quaesiuit.* o *Hae duae sequentes ipsae se nō interfecerunt, sed prima a marito suo, altera a filio, trucidata est.*

Crudelis

Crudelis nati[a] monſtrantem[b] uulnera cernit,
Euadneq.[c] & Paſiphaen.[d] his Laodomia[e]
It comes, et iuuenis quondã, nũc fœmina Caeneus,[f]
Rurſus & in ueterem fato reuoluta figuram.[g]
Inter quas Phoeniſſa recens a uulnere Dido
Errabat[h] ſilua in magna. quam Troius[i] heros
Vt primum iuxta ſtetit, agnouitq. per umbram
Obſcuram,[k] qualem[l] primo qui ſurgere menſe
Aut uidet, aut uidiſſe putat per nubila lunam;

a Alcmeonis ſ. cui pater ad obſidionẽ Thebarum profectus, id praeceperat, quod ſe Adraſto, uel, (ut alij) Polynici prodidiſſet. Vide latius hac de re Diodor. & Didymum, qui paullo aliter ex Aſclepiade hanc ſabulam refert. b Pathos, ab atteſtatione. c Haec Marmis ex Thebe, uel, (ut alij) Phylaci ex alia muliere filia, Capaneum, maritum ſuum, ad Thebas fuſum, perdite a ſe adamatum, tam effuſe doluit, ut, eiuſdem morte audita, protinus ſtupore diriguerit. d Haec, cum Minois uxor eſſet, Tauri tamen amore adeo flagrauit, ut ſine eo nuſquam eſſe uideretur, ut ſupra monui. e Haec, Acaſti, & Laudotheae filia, Proteſilai uxor fuiſſe, ac tam perdite maritum amaſſe dicitur, ut, occiſo eo, ipſa amplius ſupereſſe noluerit, ſimulq. a dijs petierit ſemel eius uidere umbram, antequam moreretur: quod conſecuta, in illius amplexib. animam efflauit. De hoc uide ep. Hero. Ouidij. f Huius eſt apud Ouid. l. 12. Met. fabula elegans, ubi in auem mutatur. Elati filius fuiſſe traditur, a prima aetate puella uenuſtiſſima forma: adeo ut Neptunus, pro concubitu, quod peteret illi polliceretur, petensq. ipſa, ut in uirum mutaretur, ac inuulnerabilis eſſet, utrumque conſecuta eſt. Ceterum, cum poſtea ſuis donis, uirtutibusque abuſus, eo ſuperbiae deueniſſet, ut, contẽptis dijs, Lapithas, quib. imperabat, per haſtam ſuam iurare coegiſſet, Iuppiter ira motus, Centauris ei immiſit, quibuſcũ diu, multumq. conflictatus, tandem arborum, ſtipitumq. nimbo ita oppreſſus fuit, ut in terram uiuus deijceretur, ibiq. ſic interiret. Expeditioni Argonauticae interfuiſſe traditur, etſi alij Coronin, eius filium, non ipſum Caeneum ibi adfuiſſe uelint. Higyn. auctor eſt, ipſum ſibi necẽ cõſciuiſſe. Vide Ho. Il. l. 1. ubi Neſtor eũ recenſet inter eos praeſtantiſſimos duces, quibuſcum ipſe familiariter uixerat. g Pro, Sextũ. bis n. ſexũ mutaſſe dicitur. h Recte Errabat; quod iniuſſu Proſerpinae, (quae flauum crinẽ nondum amputauerat, ut in fi. l. 4. Aen.) e corporis cuſtodia emigrauerat. i Aeneae periphraſis, per copiam. K ſ. recenti morte. l Comparatione, a natura, aut certe imagine, lunae nouae leuiter per nubes ſublucentis, exponit qualis aſſiſtẽti Aeneae uiſa fuerit Dido Phoeniſſa. Demiſit

Demisit lacrymas, [a] dulciq. affatus amore est:
Infelix [b] Dido, uerus mihi nuncius [c] ergo
Venerat exstinctam, [d] ferroq. extrema secutam?
Funeris [e] heu tibi caussa fui? per sidera iuro,
Per superos, & si qua fides [f] tellure sub ima est,
Inuitus, regina, tuo de litore [g] cessi.
Sed [h] me iussa deū, [i] quae [k] nūc has ire per umbras, [l]
Per [m] loca senta [n] situ cogunt, noctemq. profundam,
Imperijs egere suis. nec credere [o] quiui,
Hunc tantum [p] tibi me discessu ferre dolorem.
Siste [q] gradum, teq. adspectu ne subtrahe nostro.

a Pathos, ab animi habitu.
b Vltro se statim apud Didonē incusat Aeneas, quasi caussā mortis illi, propter subitū ex Africa discessum praebuerit: Vlysses uero Odys. λ. Aiaci se excusat, ac benigniter appellando, nullis parcens laudibus ad animum praeferocem deponendum, & colloquium eum inuitat.

c Huius nuncij nusquam, quod sciam, meminit Virg. nisi forte ad illa Mercurij uerba referas, lib. 4. uers. 564. d Sub. te fuisse: quod sequitur, synonymiae expolitio est. e Mortis: Pathos a caussa.
f Apud inferos enim promissa non habent exitū. g Regno Carthaginis.
h Purgat se, excusans discessum suum a necessitate: q. d. si putassem meum discessum tibi caußam necis futurum, fortassis etiam deorum imperium saluti tuae posthabuissem. i Syncope. K Confirmat ab aequali exemplo praesenti, ac fatali neceßitate. l Inferorum tenebras, quas amplificat, cum eas, Loca senta situ, uocat. m Egregie exaggerat praesentem diffidultatem, expolitione a natura locorum. n Squalida. S. Ego malim exp. Horrida: motus illo Ter. loco in Eun. act. 2. sc. 2. ubi Sentum, & squalidum coniungit: hoc, ad sordes, illud, ad horrorem referens. adeo ut hic non dubitem exponere Loca senta situ, ea, quae sunt squalore horrida. Etenim sitas proprie, caries, mucor, & quiuis squalor, quo parietes educi solent, dicitur: Sentum, aut a sentis, id est, spinis, quod a tangentibus sentiantur, grammatici deducunt. Haec cū scripsissem, obseruaui Seruium in eo Terentij loco, Sertum legere, non Sentum; explanantem illud lib. 3. Aen. Consertum tegmen spinis. o Spectat hoc ad rei ignorantiam excusandā, quare culpa caruisse uideri debeat. p Vt ex eo necē tibi ipsa consciseeres. q Abibat enim, ut irata. Vnde iubet consistere, Inuitans ad familiare colloquium: qua in re Homericum Epilogum reddit Odys. λ. ἀλλ' ἄγε δεῦρο ἄναξ, ἵν' ἔπος, καὶ μῦθον ἀκούσῃ Ημέτερον.

Quem

Quē[a] fugis? extremū fato[b] quod te alloquor, hoc eſt.
Talibus Aeneas ardentem,[c] & torua[d] tuentem
Lenibat[e] dictis animum, lacrymasq.[f] ciebat.[g]
Illa ſolo fixos oculos auerſa[h] tenebat:
Nec magis[i] incepto uultum[k] ſermone mouetur,
Quam ſi dura[l] ſilex, aut ſtet Marpeſia[m] cautes.
Tandem proripuit[n] ſeſe, atque inimica refugit[o]

a Emphaticῶς, ſignat ſe ei olim amiciſſimum, dum Carthagine eſſet, fuiſſe. b Cui nimirum diuorū uoluntate deſcendendi ad inferos incubuerit neceſſitas, ad quos non ſit amplius rediturus. Quapropter extremum eius conueniendi habitura ſit copiam. c Eadem adhuc ira inflammatam, qua ob illius fugam uita ſe ſpoliarat. Nunc iram a ſignis indicat, cum torue adſpicientem fingit. d Enallage part. pro, torue. e Pro, Leniebat: antique.

f Mirum profecto, quid ſibi uelit hic locus, ubi uidetur uelle dicere Virg. Aeneā Didoni dulcis conſuetudinis cōmemoratione lacrumas excuſsiſſe: hoc porro qui praeſtare poteſt, quin uultū auditoris ſermone ſuo moueat, dubium non uidetur. Voluerunt quidem his uerbis ſignificari, ipſum ſibi Aeneam lacrumas ciuiſſe, Didonis in ſe beneficiorum recordatus: quod ſane aptius conuenire dicebatur, niſi ſequeretur, Nec minus Aeneas, c.p. iniquo, Proſ. lacrumans longe, &c. Quod mehercle Aeneae in lacrumando uices innuit. Nil iam definio, ſatis habens ſtudioſis cogitandi, exercendiq. ingenij materiam ſuppeditaſſe.

g Id eſt, Ciere poterat. nec tamen illam placauit. S. Aut, Ciebat ſibi: ut quibuſdam placere uideo. quod mihi quidem cum ſeq. non conuenire uidetur: cum ſequatur, Proſequitur lacrymans longe & miſeratus euntē eſt: de Aenea uiciſſim lacrymas ſundente.

h Conſtituunt nonnulli hic hypallagen: mihi uero uenuſtior, ea omiſſa, uidetur oratio.

i Amplificatio obſtinati animi, comparatione peruenuſta.

K Poetice, pro. Vultu. l Epitheticῶς, inexorabilem ſignificat fuiſſe.

m In Paro inſula, una Cycladum, mons ſaxeus eſt, Marpeſſus dictus, unde Parium marmor effoditur. Hunc ſcite uſurpat poeta, pro, quouis ſaxeo monte, ut Didonis animum pertinacem, ac inexorabilem fuiſſe demonſtret: cuiuſmodi & Adamantinum, & Ferreum, aut etiam Corneum dicimus.

n A conſpectu Aeneae fugit: huius ſequitur expolitio.

o Ex Homer. Odyſ. λ. ubi Aiacis umbra Vlyßis conſpectum fugit.

In nemus

In nemus [a] umbriferum; coniux ubi pristinus [b] illi
Respondet [c] curis, aequatq. [d] Sichaeus [e] amorem.
Nec minus Aeneas, casu percussus iniquo,
Prosequitur lacrymãs [f] lõge, et miseratus euntẽ est.
Inde [g] datum [h] molitur [i] iter: iamq. arua tenebat
Vltima, quae bello clari secreta [k] frequentant.
Hic illi occurrit Tydeus. [l] hic inclytus armis
Parthenopaeus, [m] & Adrasti [n] pallentis [o] imago.

a Tenebras intell. quas Ho. in Odys. λ. ubi Aiacẽ alloquitur Vlysses, uocat ἔρεβον κατατεθνειώτων i. caliginẽ mortuorũ.

b Prior maritus, quẽ l. 1. Aen. Pygmalionis insidijs interceptum, perijsse dixi. c Par est mortis similitudine: uterque n. ferro perijt ante diem. S. d Pari eam affectione diligit. S. e Sichaeus eius maritus. f Concludit affectib. ab habitu, quibus consuetum suum ergo Didonem testatur amorẽ. g Transitio ad ultimam inferorum regionem, quã claris ducib. uirisq. illustrib. fortiter pugnando caesis attribuit. h Ratione fati, aut oblatũ fortuito. i Periphrasis, sed carmini peculiaris: q.d. Pergit coeptum iter facere. K Vt supra, Secreti celant calles: q.d. A reliquis propter uirtutes heroicas, & fortitudinem, semota, ac separata. l Oenei Aetolorum regis filius, a Menalippo bello Thebano, grauiter uulneratus, haud multo post, exsorpto Menalippi per Amphiaraũ obtruncati, cerebro, furore agitatus, interijt. Historiam uide apud Hom. Il. v. m Diodor. l. 5. hunc Minalionis, & Atalãtae fuisse filiũ ostendit. Alij, Milanionis, & Menalippae: nõnulli, Atalantae, & Meleagri: quidam uero Martis. & Menalippes fuisse filium tradunt. Vtut est, iuuenis admodum impiger fuisse dicitur, qui cum Adrasto ad bellum Thebanum profectus, posteaque cum inde re infecta discessisset Adrastus, una cum eo reuersus, ad bellum Troianum se cum auxiliaribus copijs contulit, ac ibi fortiter pugnando occubuit. Vide Stat. l. 4 Achil. & Propert. lib 1. el. 1. n Thelaonis, & Eurynomi filius fuit Adrastus, prius Sicyonis, deinde Argiuorum rex; Tydei, et Polynicis socer, qui ob iniuriam genero illatam Thebanis bellum intulit, in quo alijs uario casu fusis ducib. ipse cum paucis domum reuersus fuit. Priamus Nemesi delubrum dedicauit, quam de se Adrastiam uocauit, auctore Strab. l. 13. & Antimacho poeta ueteri, cuius uersus a Suida citantur. Auctor est Herodotus in Terpsichore, Adrastum, regno Argiuorum pulsum, Sicyonem ad Polybum auum maternum fugisse; ibiq. mortuum, humo fuisse mãdatum. o Hypallage; pro, Vmbra pallida Adrasti.

Hic

Hic[a] multum fleti ad[b] superos, belloq. caduci[c]
Dardanidae: quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit,[d] Glaucũq.,[e] Medõtaq.,[f] Thersilochũq.,[g]
Tres[h] Antenoridas,[i] Cereriq. sacrũ Polyboetem,
Idaeumq. etiam[k] currus,[l] etiam arma[m] tenentẽ.
Circumstant animae dextra, laeuaq frequentes:
Nec uidisse semel satis est: iuuat usque morari,
Et conferre[n] gradum, & ueniendi discere caussas.
At Danaũ proceres, Agamẽnoniaeq. phalanges[o]

a Commemorat illustres aliquot Troianos, qui fortiter pro patria pugnando in bello occubuerũt, ut s. sub Aeneae persona Troianos celebret, Homeri exemplo, qui Odys. λ. obiter etiam recenset, Graecorum illustrium umbras aliquot. b Pro, Apud superos defleti, ob uirtutem, ac fortitudinem. c Mortui, ab ea Cadendi signif. unde Cadauer, & Cadiua olea. Scal. d Pathos a pietate in suos conciues.
e Antenoris filium, quem Agamemnon interfecit, teste Dicty Cretense. Plures fuere Glauci, de quibus uide Adag. scriptorem, & Athenaeum lib. VII. f Troianus nobilitate clarus hic fuit. Homer. Il. 2. recenset aliũ quendam Medontem, Oilei, et Rhenes filium, illicita coniunctione conceptũ.
g Hunc Homer. Il. φ. ab Achille inter Paeones interfectum canit,
h Homer. Il. 192. i Antenoris filios: plures hi fuere, sed inter alios tres hi, Polybus, Aganor, Acamas, cum Hectore, Polydamante, & Aenea in pugnam descendisse feruntur, ut Hom Il. XI. canit.
K Geminatum Etiam, pro duplici Et, posuit.
l Priami enim fuerat auriga. Vnde etiam eum apud inferos curribus se oblectantem facit: praecipue cum postea dicturus sit, Quae gratia currum, Armorumq. fuit uiuis, quae cura nitentes Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos, &c. Huius mentionem quoque facit Homer. Il. ult. narrans Priamum Achillis petentem, cum donis amplissimis.
m Alius fuit Idaeus, praeco Troianus, qui cũ Talthybio suorum iussu pugnam inter Hectorẽ, & Aiacem diremit, cuius meminit idem Hom. Il. VII. & ult. Sed uolens aurigam, non praeconem significare, currum eum, & arma adhuc tenere, fingit.
n Propius accedens cum ijs ambulare, ut fata eorum sciscitetur, quo casu s. & qua fortuna in ea loca peruenerint.
o Phalanges uocat hic agmina peditum: quam uocem Liu. & Curt. Macedonicam esse sentiunt.

a Enallage modi, ut in 4. aut 5. uocib. Metaphora etiam est a re militari sumpta.
b Graecorum ad naues fuga in expugnatione propugnaculi refertur l.2.Il.

Vt uidere uirum, fulgentiaq. arma per umbras;
Ingenti trepidare metu: pars uertere [a] terga,
Ceu quondam petiere [b] rates: pars tollere uocem
Exiguam: [c] inceptus clamor frustratur [d] hiantes.
Atque hic Priamiden [e] laniatum corpore toto
Deiphobum [f] uidit, lacerum [g] crudeliter ora, [h]
Ora, manusq. ambas, populataq. [i] tempora raptis [k]
Auribus, & truncas [l] inhonesto [m] uulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantem, & dira tegentem [n]
Supplicia, [o] & notis compellat uocibus ultro.
Deiphobe armipotẽs, genus alto a sanguine Teucri,

sed multo effusior Hectore insequente, eiusdem operis l.15. ubi ignis in eorũ naues frustra Aiace caedibus grassante, illatus fuit. Eandem fugam hic conspecto Aenea umbris Graecorum trepidantibus tribuit poeta: etenim pristinum ingenium apud inferos umbrae creduntur seruare.

c Vt fit in metu. d Imperfectus relinquitur. A spirituum natura, qui nil aliud, quam substantiae incorporeae, sunt, uocis organis destitutae: unde sonum edere non ualent, etsi capita forsan attollere, & in hiatum ora temere diducere, clamitantium instar, posse uideantur.

e Priami filium. f Qui Helenam duxerat, mortuo Paride. Hunc Dares prodidit, a Palamede ad pugnam egressò, circa fines belli, obtruncatum fuisse. At noster poeta, diuersam historiam secutus est, quam retuli pag. 277. & plerique scriptores uerissimam esse asserunt. g Pathos ab habitu, ut est apud Macrob. Sat. l.4.c.3. h Synecdoche, & Anadiplosis.

i Deformia, per Metaphoram. K Abscisis, & amputatis aurib.

l Adiectiue, pro, Truncatas, & amputatas: cum substantiue Truncus, ea arboris pars sit, quae ramis truncatis, id est, putatis, reliqua superest.

m Turpi: ut Ter. Illum ne, obsecro, inhonestum hominem. Aut etiam Indigno: quod indecorum esset, & indignum, regium filium eo modo contruncare, & sanguine foedare.

n Tegere conantem: neque enim priuatus manibus tegere poterat.

o Tegere supplicia, rara locutio, & sententia, & constructione. Si pro Poenis accipias Supplicia, fortassis aliquid dicere uideberis: ego uero non uerear per tropum exponere, Supplicia, id est, uulnera, quae supplicij loco Deiphobo inflicta erant.

Quis

Quis tam crudeles optauit [a] sumere poenas?
Cui tantum de te [b] licuit? mihi fama [c] suprema
Nocte tulit, [d] fessum uasta de caede Pelasgum
Procubuisse super confusae [e] stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum [f] Rhoeteo [g] in litore inanẽ
Constitui, & magna manes ter [h] uoce uocaui.
Nomẽ, & arma [i] locũ seruant: te [k] amice nequiui [l]
Conspicere, & patria decedens ponere terra.
Atq. [m] hic Priamides: [n] Nihil [o] o tibi [p] amice relictũ
(est:

a Pro, Ausus fuit: Gr. ηὔξατο, ἠ ἠξίωσε; pro, Voluit, uel, Ausus fuit.
b Pro, In te. Emphatice, ac pathetice, ab indigno.

c Non asserit eum illa nocte fusum, sed famae dumtaxat rumore, quo occubuiße ferebatur, motum, se κενοτάφιον posuiße, omniaq. iusta persoluisse.
d Retulit: simplex pro composito. e Quae omnis generis hominum multitudine constabat. f Intell. κενοτάφιον, quod erigi solet ijs, quorum corpora haberi non poterant. g Pro, Rhoeteio; ut supra lib. IV. Cineri promißa Sichaeo; pro, Sicheio, pag. 401. In Rhoeteio autem litore Aiacis Asylum fuisse, ut in Sigaeo Achillis, dicitur.
h De hac ueterum conclamandi consuetudine saepius iam dixi: proin Indicem libri consule, ex quo omnia loca doceberis. Pag. 413. nonnihil obiter hac de re dictum est.
i Non ipsa quidem arma, ad quae obtinenda, urbe capta, incensaq. penetrare non potuit: sed armorum fortissimi uiri insignia picta, quae uerorum uicem praestabant.
K Tuum corpus. Sic uersic. 362. suprà, Nunc me fluctus habet &c. Graecorum more corripuit uocalem longam in fine, sequente breui syllaba, ut in Bucol. Et longum formose uale, uale, inquit, Iola. Lib. 3. Aen. simili modo diphthongum corripuit: ut, Insulae, Ionio in magno.
l Quo minus absolutum forsan officium praestiterit, facultatem excusat: q. d. nusquam potui in tanta caesorum strage, cadauer tuum inuenire, ac patrio solo condere, ob hostium importunitatem.
m Al. Ad quae Priam. &c. quo modo duos s. l. habere uidi.
n Ellipsis uerbi, Respondit, aut similis: Antonomasia quoque est in Priamides, pro Deiphobo.
o De funeralium, iustorumq. officio, scrupulum Aeneae eximat, ut ad sequentia attentiorem reddat.
p Pro, A te relictum.

a Quia cõstituto tumulo manes uocauerat, ut paullo supra uidere potes.
b Enallage personae; pro, Mihi amico tuo.

Omnia [a] Deiphobo [b] soluisti, [c] & funeris [d] umbris.
Sed me fata [e] mea, & scelus [f] exitiale Lacaenae [g]
His mersere [h] malis. illa haec [i] monumẽta reliquit.
Namq., [k] ut supremã [l] falsa [m] inter gaudia noctem
Egerimus, nosti; & nimium meminisse necesse est:
Cum [n] fatalis equus saltu [o] super ardua uenit
Pergama, [p] et armatũ peditẽ grauis [q] attulit aluo. [r]

c Recte Soluisti; Superstites enim mortuis iusta funebria debent. Vnde, cum Aeneas iura manium Deiphobi religiosa praestiterit, apte respondet umbra nihil ab eo relictum, aut omissum esse, quod factum oportebat.
d Non funeri, sed umbris funeris. non enim funus ibi potuit esse, ubi nec cadauer fuerat. Vnde uicissim manifestum est, Funeris umbras, pro cadaueris, & defuncti, & uita spoliati corporis umbras eum intelligere.
e Quorum uigore factum fuit, ut Helenes insidijs in haec mala praecipitaret. f Haec Deiphobi narratio pugnare uidetur, cum illis 22. uersic. lib. 2. Aeneid. uers. 567.
g Laconicae, seu Spartanae: per antonomasiam.
h Metaphora ab aquis, & in ijs fluitantibus.
i Δακτικῶς intell. monstrat enim truncata membra, quibus ceu monumentis perniciosae coniugis debeat admoneri.
k Breuis, & nulla rei narratio, tempori, personaeq. accommodatissima.
l Hanc Val. Flac. Duricam noctem appellat, qua s. Durateus equus armatos in urbem Troianam effudit, qui reliquis e Tenedo soluentibus portas aperirent, urbemq. exscinderent.
m Quippe persuasi abijsse hostes, & patriam omni obsidione liberatam, cum tamen paullo post hostium insidijs dolis occuparemur. Ex lib. 2. Aen. pete historiam, si quid amplius requiras.
n Exponit, per expolitionem, quam dixerit supremam noctem.
o Allusit ad uiui animantis naturam, subindicans eius fuisse machinam, ut integros prope muros transilire potuerit: alioqui non ignorabat Deiphobus, diruta moeniorum parte, equum fatalem in urbe pertractum fuisse.
p Troiae moenia: quae peculiariter hoc uocabulo designari, iam saepe monui.
q Metaphora, a praegnantib. quae fetu grauidae uterum gestant.
r Sic antea lib. 2. Aeneid. uers. 238 Feta armis. Cod. p. Aluo: unicus Fab. lib. Aluus, habet.

Illa

Illa [a] chorum [b] ſimulans, euantes [c] Orgia [d] circum
Ducebat [e] Phrygias: flammã [f] media ipſa tenebat
Ingentem, [g] & ſumma Danaos ex arce uocabat.
Tum me, confectum curis, ſomnoq. grauatum,
Infelix [h] habuit thalamus, preſſitq. [i] iacentem
Dulcis, & alta quies, placidaeq. ſimillima [k] morti,
Egregia [l] interea coniux [m] arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti ſubduxerat enſem:
Intra tecta uocat Menelaum, & limina pandit,
Scilicet id magnum ſperans fore munus [n] amanti,
Et famam exſtingui ueterum ſic poſſe malorum. [o]
Quid moror? irrũpũt thalamo. [p] comes additur una
Hortator ſcelerum [q] Aeolides. [r] dij [s] talia Graijs
Inſtaurate, [t] pio [u] ſi poenas ore repoſco.

a Helena ſ. Lacaena.
b Choreã. quaſi ipſa choraga eſſet.
c Bacchãtes: a Libero, qui Euĩ dicitur.
d Bacchi ſacra, & myſteria: ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt, ira, aut furore deducta uoce.

e Tmeſis hic eſt, cum fine praecedentis uerſus. f Facem, aut funale.
g Vt ſ. late lucem ſpargeret. h Hypallageticῶs, in quo ego ſ. ea nocte trucidandus conquieſcebam miſer, ac infelix. i Superioris orationis expolitio, rei accommodatiſſima. K Eſt n. αὐτοκασίγνητος τῷ θανάτῳ.
l Ironia perelegans, ut & infra in illo uerſ. Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti.
m Helena, quae, occiſo Paride, Deiphobo nupſit, eius fratri.
n A cauſſis finalib. Vna, ut hoc beneficio priſtinum maritum ſibi demereret: altera, quae ſatis friuola erat, eo officio rata taetram adulterij labẽ, & notam deletum iri. o Adulteriorum.
p Octauo caſu; pro, In thalamum.
q Pro, Al omnia ſcelera.
r Vlyſſes, Aeoli nepos Anticliae filius, quae ante Laertis nuptias cum Siſypho, Aeoli filio, concubuit: unde Vlyſſes natus, quod ei apud Ouid. etiam Aiax obijcit.
ſ Concludit narratiunculam imprecatione debitae poenae, pro iniuria data. Ecphoneſis pathos mouet.
t Reddite, ſeu rependite: alioqui Inſtaurare, proprie eſt reficere, atque integrare a uetuſto Stauro.
u Praemollit uindictam a pio, & aequo.

Sed[a] te, qui uiuum casus, age fare uicissim,
Attulerint, pelagi[b] ne uenis erroribus actus,
An monitu diuum? an quae te fortuna fatigat,
Vt tristes sine sole[c] domos, loca turbida[d] adires?
Hac uice[e] sermonum, roseis aurora[f] quadrigis
Iam medium[g] aetherio cursu traiecerat[h] axem.
Et fors omne datum[i] traheret[k] per talia[l] tẽpus:[m]
Sed comes admonuit,[n] breuiterq. affata sibylla est:

a Transitio ad interrogandi uicissitudinẽ, ne ita abrũpatur oratio. Sed quod ea quae rogat otiosa uideantur, & in superioribus narrata, nihil uicissim ab Aenea respondetur.

b Vi tempestatis huc delatus.

c Inferorum loca, Soli inaccessa.

d In quibus fontium poenis, & supplicijs turbantur omnia.

e Dum alterum alter uicißim interrogat, hac uerborum, quae inuicem cedebant, uicißitudine. f Periphrastica conticinij nocturni descriptio. Species quoque prosopopoeiae est, cum Auroram quadrigis, perinde ut Sol uehi fingit, ac lucem terris inducere. g Ex hoc loco colligit Macr. l. 1. Sat. c. 8. noctem ciuilem a meridie incipere, quemadmodum ciuilem diem a media nocte interdum computari dixi, pag. 496. De dierum initijs multa erudite Gel. lib. 3. c. 2. Ciuilis diei ratio apud Romanos ita semper habita fuit, teste Var. l. Rer. hum. ut mediae noctis hora eum inciperet, finiretque. Athenienses uero, a Sole occiduo ad eundem iterum occidentem, diem computare, idem auctor est: Babylonios ita partiri, ut Sol exoriens principium, finisq. diei esset. Vmbris meridiem auspicari, & finirire diem: quod quidem nimis uisum sibi absurdum scribit.

h Iam ultra medium noctis erat, apud mortales.

i Concessum ad peruagandum inferos, & Elysii prata.

K Enallage temporis, pro, Traxißent. Notanda autem & locutio, Trahere tempus, i. diem, aut tempus colloquendo transigere.

l Colloquia scilicet, aut sermones, ut supra dixi. Hac uice sermonum, &c.

m Viginti & quattuor horas scilicet.

n Vrget ad abeundum; nam haec nocturna inferorum sacra spatio uiginti & quattuor horarum peragi necesse erat. Vnde, qui huc descendebant, noctu se huc praecipitabant, ac noctu rursum hinc emergebant, ut ex Strab. adnotatum reliquit Chraestomathiae scriptor.

Nox

Nox ruit,[a] Aenea: nos flendo ducimus horas.
Hic locus[b] est, partes[c] ubi se uia findit in ambas.
Dextera,[d] quae Ditis magni sub moenia tendit:
Hac[e] iter Elysium[f] nobis. at laeua, malorum
Exercet poenas, & ad impia[g] Tartara mittit.

a Labitur, & appetit dies: alioqui Nox ruere tum dicitur, cũ imminet, ut alibi in illo uers. Vertitur interea caelum, & ruit Oceano nox, Inuoluens umbra magna terramq. polumq. Illud interim non duxi praetereundum, Ruere, ad pomeridianum apud mortales tempus, referri posse: quo exacto, nox instare dicitur. Quinimmo, si bene consideres memoratam ciuilis diei partitionem, sic, opinor, inuenies: a meridie non noctem statim, sed occiduum tempus, & uesperam appropinquare. b Δεικτικῶς biuium monstrat Aeneae, per quod iter sit ad Elysios campos, & Ditis profunda regna.

c De duplici inferorum uia, uide Platonem in Gorgia. Macrob. lib. 1. c. 14. de som. Scip. & Coel. Rhodig. lib. 22. cap. 6.

d Viarum partitio. Dextra, uergit ad regiam Plutonis, unde in Elysium est diuerticulum; Laeua, in abyssum inferorum, & profunda tartara, ubi sceleratorum animae uarijs poenis excarnificantur.

e Dextrae uiae monstrat diuerticulum, per quod ad Elysios campos eatur.

f Ellipsis praepositionis, In: pro, in Elysium. Est autem Elysium, beatorum animorum, quo corpore exsuti migrare dicuntur, domicilium. Ser. ἀπὸ τῆς λύσεως, id est, a solutione, seu dissolutione corporis, & animi, dictum existimat. Alij, πεδίον ἢ λύσεως dicunt, a profectione; quod, qui recte uitam egerint, eo migrare credantur. Suidas Elysium scibit delubrum apud inferos esse: alij regionem, seu campum tegulis instratum: nonnulli locum quietum, ac summa temperie aeris in Aegypto esse credunt: alij similem locum in Lesbo constituunt hoc nomine dictum. Didym. Od. 4. domicilium quidem heroum eße scribit, sed ita ab Eleutheri cuiusdam religiosissimi hominis filio nuncupatum uult. Vtut est, sunt huiusmodi loca inaccessa: quae Enelysia aliquando dicta fuisse Suid. auctor est. Veteres certe Elysium campum in medio inferorum esse existimarunt. Philosophi eundem in insulis fortunatis collocarunt. Nec defuerunt, qui circa Lunarem circulum, ubi purissimus est aer, eum esse dicerent, quod certe apprime cum sequentibus conuenit, ubi dicitur, Aeris in campis: de Elysio scilicet. Reliqua de his campis beatorum spirituum, uide apud Platonem in Gorgia.

g Vbi puniuntur impij.

Deiphobus contra:[a] Ne saeui,[b] magna sacerdos:
Discedam; explebo[c] numerum, reddarq. tenebris.
I decus,[d] i, nostrum, melioribus[e] utere fatis.
Tantum[f] effatus, & in uerbo[g] uestigia torsit.
Respicit[h] Aeneas subito, & sub rupe sinistra
Moenia lata uidet triplici circumdata muro;[i]
Quae rapidus flammis ambit torrentibus[k] amnis
Tartareus Phlegethon, torquetq. sonantia saxa,

a Ellipticῶs, sub. locutus est. orâsne quid succenseat sibi uates, quod colloquio tã longo eos remoretur.

b Ne indigne feras, doctissima uates: Sibyllam intel. c Ser. exp. pro, minuam uestrum numerum. Ennij exemplo: Nauibus explebant sese. Quae interpretatio Capro, & Pomponio Laeto placuisse uidetur. Alij alias interpretationes adferunt, quas e Seruio pete. Macrob. l. 1. c. 13. Som. Scip. doctissime de numerorum ratione disputans, hunc locum subtiliter admodum explicate: cuius uerba, ut planior fiat, haec res, obiter adscribenda duxi. Constat, inquit, numerorum certam constitutamq. rationem animas sociare corporib. Hi numeri, dum supersunt, perseuerat corpus animari: cum uero deficiunt, mox arcana uis illa soluitur, qua societas ipsa constabat. Et, hoc est, quod Fatam, et Fatalia uitae tempora uocamus. Anima ergo ipsa non deficit, quippe quae immortalis atq. perpetua sit: sed impletis numeris fatiscit. Nec anima lassatur animando, sed officium suum deserit corpus, cum iam non possit animari. Hinc illud est doctissimi uatis: Explebo numerum, reddarq. tenebris. Hactenus Macrob. Iã uero studiose lector, emunge nares, sagaciterq. odorare, num huc respexerit Virg. cũ haec scriberet. Sunt alij, qui per hysteron proteron hunc uers. sic exp. Reddar tenebris & sic implebo numerũ umbrarum. Quorũ, ut non reijciã, non sequor tamẽ sententiã: quod uenustior Macrobiana illa mihi uideatur esse explicatio. d Vale dicẽdi formula: q. d. uale et uiue feliciter. Verbi aũt repetitio mirũ pathos habet. e Quã quibus ego usus sum. f Hoc dumtaxat locutus est, aut dixit. g Simulatq. haec uerba prolocutus fuerat, abyt: uel, adhuc uale dicens uestigia torsit ad discedendum a nobis. h Transit ad enarrationem poenarum, quas impij apud inferos dant, pro sui quisq. delicti ratione. i Hesiod. in Thysiogon. ipsi Tartaro χάλκεον ἕρκος, i. aeneum saeptum circumiectum scribit. Sed obucias forte, quid his tantis munimentis opus, ubi non corpora, sed umbrae & manes tantũ sunt? Fatetur poeta, nihil istac opus esse custodia: sed hypallageticῶs umbrarum remp. ad exempla reip. humanae delineare noluit.
K Ignescentib. a Torreo; quod alias quoq. significationes habet.

Porta

Porta aduersa ingens, solidoq. adamante[a] colūnae:
Vis ut nulla uirum,[b] non ipsi exscindere ferro
Caelicolae[c] ualeant. stat ferrea turris ad[d] auras:
Tisiphoneq.[e] sedens, palla[f] succincta[g] cruenta,[h]
Vestibulum[i] insomnis[k] seruat noctesque, diesque.
Hinc exaudiri[l] gemitus, & saeua sonare
Verbera,[m] tum stridor[n] ferri, tractaeq. catenae.
Constitit Aeneas, strepitumq. exterritus[o] hausit.
Quae scelerum facies?[p] o uirgo, effare: quibusue
Vrgentur poenis? qui tantus plangor ad auras?
Tum uates sic orsa loqui: Dux inclyte Teucrum,
Nulli fas casto[q] sceleratum[r] insistere[s] limen.[t]

a A materia, qua nihil durius in reb. humanis esse dicitur. De huius gemmae natura, lege Plin. uocabulū eße uolunt Graecum, ἀπὸ τοῦ ἀ στερητικοῦ μερὶς καὶ δαμάω ἢ δάμνυμι: quod nulla refrangi possit ille lapillus, adeo ut & malleos & ipsas incudes dissilire faciat. Hircino tamen, eoq. calido ac recenti sanguine, emolliri tradunt: quod secreta aliqua naturae ratione fieri, certum est. b Per syncopen: non ad sexū, sed ad uirtutem retulit; ut Cic. Virū res illa quaerebat. c Diui, caeliū incolentes: amplificatio. d In prodigiosam altitudinē erecta. e Furiarū maxima, a caedib. plectēdis sic dicta τίσις n. ultionē, φόνος caedem signat. f Vestis erat longa, ad terrā usq. defluens. A Palam, dicta, Var. teste, quod foris sit, omnibusq. manifesta. g Ab habitu & ornatu, quasi parata cum ad excubias, tum ad sumendum de sceleratis supplicia. h quasi sanguine excarnificatorum & sanie perfusa. Signū pro signato. Subindicat horrendam poenarum atrocitatem. i Quid hic intell. per uestibulum, exponit Gel. l. 16. c. 5. & Macrob. Sat. l. 6. c. 8. K Peruigil. numquā enim ita quieto sunt animo facinorosi, quin poenarum metu ac scelerū conscientia angantur. Vnde recte poeta eos ab insomni Tisiphone exspectari fingit. l Enallage modi, ut & in seq. Sonare. m quib. in facinorosos perpetuo saeuiunt furiae. n Proprie is sonus est, quem funes nautici inter se collisi efficiunt: unde stridere, Graeci τρίζειν dicunt: ad alia tamen inde transfertur, ut ad dentes, ferrum, & neruos, similiaq. alia. o Ext. hausit, sub. Auribus. Periphrasis, pro Audiuit. p Pro, Species. Ser.
q Pio. S. r Continens pro contento: non enim ipse abyssi locus est sceleratus, sed flagitiosi, quib. refertus est.
s Ingredi, aut intrare.
t Synecdochicōs, pro Tartari porta posuit.

Sed me, [a] cum lucis Hecate [b] praefecit Auernis,
Ipſa deum [c] poenas docuit, perq. omnia duxit.
Gnoſius [d] haec Rhadamanthus habet duriſſima re-
Caſtigatq., [e] auditq. dolos, ſubigitq. fateri, (gna:
Quae quis apud ſuperos, furto [f] laetatus inani, [g]
Diſtulit in ſeram [h] commiſſa [i] piacula mortem.

a Vt auctoritatem, & fidem ſibi conciliet uates, fingit ſe a Proſerpina lucis Auernis praefectam, poenarũ genera edoctã, illiusq. ductu oĩa eius loca perluſtraſſe. b Per antonomaſiam intel. Proſerpinam, quae cur Hecate dicta fuerit, ſaepe dixi. c Quas dij nocẽtib. ſtatuerũt. d Cretẽſis, a Gnoſſo, Cretae urbe, ubi imperarunt Minos, & Rhadamãthus, Iouis, & Europes filij, Graecorũ legũlatores uetuſtiſſimi, mira aequitate cõmiſſos ſibi ſubditos regere ſoliti: etſi interim nõ ſim neſcius, extitiſſe tragoedianũ ſcriptores Graecos aliquos, qui Rhadamãthũ quidẽ iuſtitia clarũ, Minoen uero iniuſtũ, agreſtẽ. ac durum fuiſſe, cõtẽderint: ſed nos Socratis (cuius inſtar oĩum ſola poſſet eſſe auctoritas, ut Homeri, & Heſiodi teſtimonio deſtituamur) in diſcipuli diuini Gorgia Callicli reſpondentis oratione moti, utrumque iuſtitia mortales omnes antecelluiſſe arbitramur. Vbi Iuppiter Rhodamantho, & Aeaco, uniuerſis umbris iudicandis praefecit: Minoi uero ſenilis dignitatis munus tradit arbitrandi, ſi quid difficile alteri, aut ἀπόῤῥητον, ut Platonis uerbis utar, fuerit enatum. Et certe, ut a diuinis ad humana deſcendamus, fuit hic Rhadamanthus tanta auctoritate, & prudentia uir, ſi Platoni in Minoe credimus, ut Minos hoc ipſo in regni ſui adminiſtratione uti non fuerit grauatus. Erat enim, inquit Plato, uir bonus, ſed haud quaquã ad unguẽ, omnes regis artes edoctus: tamẽ οὐχ ὅλην τὴν βασιλικὴν τέχνην, ſed adminiſtratiua quadam opera uicariaq. regias uices iudicijs praefectus, obire didicerat: quare Iudex bonus uulgo habebatur. Hoc enim nomophylace Minos in urbe utebatur: extra urbem, Taloe. Hic quotannis uicos, ac pagos circuibat, legum adminiſtrationi intentus, aereasq. tabulas, quibus leges inſculptae erant, circumferens: unde & Aereus dictus fuit. e Polyſyndeton, ab officio praetoris, et iudicis quaeſtionis: cognoſcit cauſſas, & habet de reis quaeſtiones, i. torturam inſtituit ueritatis extorquendae cauſſa. f Furtum non accipitur hic pro fraudulosa rei alienae, inuito domino, contrectatione, ut l. 1 §. fin. ff. de furt. ſed pro omni noxa furtim, & in operto perpetrata. g Quod ſtulte fruſtra putauit latere poſſe: cum liquido conſtet omnia oĩum delicta reuelatum iri. h Poſtquã erit tarda nimis reſipiſcẽtia, aut poſtquã expiationi ſcelerũ nullus reliquus eſt locus, aut tẽpus. i i. ijs perpetratis, ob quae faciẽda ſunt piacularia ſacrificia.

Continuo [a] sontes ultrix accincta [b] flagello
Tisiphone quatit [c] insultans; toruosq. sinistra
Intentans [d] angues, uocat agmina saeua sororum. [e]
Tum [f] demū [g] horrisono stridentes cardine sacrae [h]
Panduntur portae. cernis, [i] custodia [k] qualis
Vestibulo sedeat? facies [l] quae limina [m] seruet?
Quinquaginta atris immanis [n] hiatibus Hydra [o]
Saeuior [p] intus habet sedem. tum [q] Tartarus ipse

a Latam sententiam sequuntur supplicia, quorum exsecutrices furiarū gentem facit, et inter eas nominat Tisiphonem, cui a puniendis & ulciscendis caedibus nomen factum esse, dixi supra.
b Accincta dicit, ut hypotyposin expeditissimae ad sumenda supplicia de sceleratis furiae, ac in uerbera pronae ultricis, ob oculos apte ponat.
c Pulsat, & ferit dextra perpetuo scuticae uerbere: sinistra, sublatas angues minitatur. d Comminans anguib. se uerberaturam.
e Megaeram, & Alecto, intelligit: quas per amplificationem Agmina
uocat, quod cadendo, & flagellando defatigatae uices mutuas suscipiant, ac
perpetuis uerberib. sceleratos agant, ac exagitent. Neque uero me latet Ser-
uium hic Harpyias, per sororum agmina accipere: quam recte, aliorum esto
iudicium. f Apte, illis propius progressis, horrendi carceris faciem sum-
matim describit, a stridore portae subito apertae, a ianitoribus utrimque di-
spositis, & quātitate ipsius Tartari amplificata. Ceterū elegāter Tā conti-
nuat praecedētis narrationis seriē. g Mittūtur, ait, post uerbera, ad supplē
ciū aeternū, apertis abyssi portis. h Exsecrabiles, per quas nimirū in abys-
sū barathri Tartarei ad poenas aeternas demerguntur damnati. i Verba
sunt Sibyllae, digito monstrantis eum praesentem, ut attentior sit Aeneas.
K Actiue, pro, ipsis custodibus: ut Plaut. Capt. Ita uinculis, custodÿsq.
circūmuniti sumus. & Tibul. Sed, pretium si grāde feras, custodia uicta est:
alioqui & pro carcere, & pro fide ei cui quid custodiēdū damus, accipitur.
l Tisiphonem intel. quam paullo supra u. 555. ante uestibulum, palla cruē-
ta succinctam sedere finxit. m Portas, per synecdoch. Porro haec omnia,
quae de Tartari munimentis, & custodia congesta sunt, eo tendunt, ut ostē-
datur, nullū inde effugiū esse, quod & cū sacris literis quā optime cōuenit.
n Terribilis L. capitibus atris, o Proprie Hydra est serpens aquati-
cus, omnium fertilißimum anguis genus, cuius semen nisi incendio exurere-
tur, fecunditas modum excederet. Belluae Lerneae meminit supra, ubi de
portentis in inferorum uestibulo positis, egit. Itaque hydram ab illa hoc
loco refert. p Quā illa, quae limina seruat, Tisiphone: nisi enallagetic*ō*s,
cōparatiuum pro positiuo accipere malis, ut saepe alias Virg fecisse monui.
q Homer. Il. 82.

Bis[a] patet in praeceps tantū, tēditq. ſub umbras,
Quantus ad aetherium caeli ſuſpectus Olympum.
Hic[b] genus antiquum terrae, [c] Titania [d] pubes,
Fulmine deiecti,[e] fundo uoluuntur [f] in imo.
Hic & Aloidas[g] geminos, [h] immania[i] uidi
Corpora, qui[k] manibus magnum reſcindere caelum
Aggreſsi, ſuperisq. Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeles dantem Salmonea[l] poenas,
Dum flāmas[m] Iouis, & ſonitus[n] imitatur Olympi.

a Homer. Il. IIX. canit abyſſum & fundum inferni, tantū deorſum ſub inferis, quantū caelum ſurſum a terra diſtat, patere. Noſter de ſuo addidit amplificationem, dimenſionem duplicando, ut admirabilior. b In imo Tartari barathro ac abyſſo. c Gigantes & omnes monſtroſae uaſtitatis homines. antiqui Terra progenitos dicebant: ut & eos, quorum obſcura erat familia. d Titani filij. Titanū n. fratrē Saturnus regno expuliſſe fertur: mortuo deinde Titane, eiuſdē filij, paterni regni recuperādi cauſſa, cōtra Iouē bella mouerunt: a quo ſuperati fugatiq. ad Tartara detruſi aeternis poenis excarnificantur. Fabulā pete ex Homeri ſcholiaſte in Il. ό. ubi fuſe eā proſequitur. e A Ioue, contra quē bellū mouerant. f Othon & Ephialten, Neptuni filios intel. ex Ephimedia Aloei uxore, ut Homer. Odyſ. II. teſtatur. g Gemellos fratres; uel, duos Aloei filios. Ser. Geminos h. exp. pro, ſui ſimiles: ſed nō ſatis conuenienter, ut opinor. cum poetae liberrime diſtributiuis pro cardinalib. numeris ſoleant abuti. h Maximā: nā nono aetatis ſuae anno, ulnas nouē longi, totidē cubitos lati fuiſſe traduntur. Ac tum dijs bellū ſe illaturos minari coeperunt. Primū Oſſan Olympo aggreſſi ſunt ſuperimponere, inde ambobus Pelion accumulare, ut per eos mōtes adſcenſum in caelū ſibi pararent. Atq. eo forſan adſcendiſſent. Sed Apollo ſagittis utrumq. cōfixit, priusquā ad pubertatē peruenirent. Hos aūt Sibylla uidiſſe hic ſe teſtatur, in imo Tartari barathro. i Addit poenarū cauſſam, ut alios a ſimili conatu impio deterreat. K Deucalionis Elidēſis filius, auctore Didymo: etſi Higyn. Aeoli filiū, Siſyphi fratrē fuiſſe ſcribat: ut & Suidam ſcripſiſſe uideo. Hunc tātae improbitatis fuiſſe tradunt, ut Iouis fulmen tonitruq. per machinā aeneam imitari fuerit auſus: deinde & quadriga uectū, ardentes faces fulminis inſtar, in populares ſuos torquere ſolitum. Vnde quodā tēpore, uero Iouis fulmine, quod ille mentitus fuerat, percuſſum, perijſſe tradunt, ac ob impietatē ad inferos detruſum: quē & hic ſibilla memorat ſe cum alijs multis uidiſſe. l Fulmen triſulcumq. Iouis telū intel. m Tonitru: quod proprie, nubi incluſam exhalationē, exitum quaerentē, eſſe docent phyſici, ut alibi latius monui.

Quat-

Quattuor[a] hic inuectus equis, & lāpada[b] quassans,
Per Graium[c] populos, mediaeq.[d] per Elidis.[e] urbē
Ibat ouans,[f] diuumq. sibiq. poscebat honorem,[g]
Demens,[h] qui nimbos,[i] & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum curso simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit[k] (non ille[l] faces, nec fumea taedis
Lumina) praecipitemq. immani turbine[m] adegit.
Nec nō et[n] Tityon,[o] terrae omnipotētis alumnū,

a Quat.eq. i. quadrigis aut curru quadriiugo.
b Facem ardentem torquens.
c Syncope, pro; Graiorum.
d Ait, Me

diae Elidis urbē, Pisam significans, postea Pisam & Arpinā nominatam,
ubi imperabat homo nefarius. Videtur ergo Elidem posuisse pro Elaea, i.
tota regione, non urbe, ut Plin. l. 5. de Achaiae descriptione docet. e in
qua ipsa Iuppiter praecipue colebatur. Est autem Elis (a Ptolemaeo He-
lea dicta: ab alijs Elaea) in occidentali Peloponnesi tractu, ciuitas egregia
ab Olympia, XXX. stadia distans. f Triumphans & laetus suo inuento,
quo Iouis fulmen mentiretur, Iouem se esse dicēs: ut Tzetzes adnotauit Nō
quidē proprie triumphās, aut ouans, sed gaudio aut laetitia exsultans, atq.
glorians de aequali cū dijs potestate. g In quib. l. si est Honores: ut dica
tur & coli uoluisse ut Deus, et timeri, quo se maximos indicāt tyrāni. Fabr.
h Ecphronesis in impietatē & uaesanam improbitatem hominis, qui nō imi
tabile fulmen uoluit simulare. i Idem paene de Metello Pio tradidit Sal
lust. referente Macrobio l. 3. c. 13. & Crinito l. 2. c. 10. K Expreßit uio-
lentum tactus impetum, quo nefarius homo a Ione fusus est. l Q. d. nō fa-
ces, nec f. t. l. ut Sal. qui illis telū fulminis imitari nolebat, sed telum fulmi
neum in eum contorsit. m Turbo proprie uentus est, qui specie depreßae
nubis maiore erumpit, quā procella, sed cum frigore obuia quaeq. & proxi-
ma cum primis prosternēs. n Eadem de Tityo, narrat Vlysses, apud Ho-
mer. Od χ. Per ulturem, iecur perpetuo tundentem, Mythologici foedam
amoris libidinē intelligunt, quam physici in iecore constituunt. o Tityu,
Iouis ex Elara, Orchomeni filia, dicitur fuiße filius. Hic cū ad aetatē inte-
grā peruenisset, Latonā Apollinis matrē de stupro interpellauit. Quare ira
tus Apollo, cui id mater conquesta fuerat, sagittis eū cōfodit, & apud infe
ros supinum religauit: iecur ulturib continuo arrodēdum praebens, quod
quo plus arroditur, eo magis semper renascitur, ut nefario homini poena sit
perpetua. Euphorion scribit eū corripuisse & reprehendisse Dianā, ac ob id
puniri. Didymus Homeri locū exponēs, ait Tityi corpus per nouē iugera ex-
porrectum iacere, ita ut dimidij stadij locum occupet, eiq. adhuc infixas es-
se sagittas, quib. eum Apollo confecit.

Cernere

Cernere erat: per [a] tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: [b] rostroq. [c] immanis uultur obunco [d]
Immortale [e] iecur tondens, [f] fecundaq. poenis [g]
Viscera, rimaturq. [h] epulis, habitatq. sub alto
Pectore: nec fibris [i] requies datur ulla renatis.

a Elegãter exprimit illud Homeri, Od. λ. ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα. Est autem πέλεθρον aut πλέθρον, auctore Didymo in illum Homeri locum, sexta pars stadij: dicit ergo Homerus, quod Tityi corpus in nouem iugerib. exporrectũ iaceret, ita ut locum dimidij stadij occuparet.

b Exporrigitur, & expanditur: ut solent cadauera mensae religata expandere anatomici.

c Pathos, a modo.

d Venuste, Obunco, quod Graeci, ἐπικαμπὴς dicunt, quasi ualde unco & incuruo.

e Perpetuum & semper durans, quod numquam absumitur. Exesum enim continuo in poenam renascitur.

f Tondẽdo pascens, uolucrũ more: sic lego ex Homeri loco, Odyß. χ Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον: ubi expono, ἧπαρ ἔκειρον. i. iecur tondebant: etsi non ignorem quosdam pro Fodebant, transtulisse. Alij hic leg. Tundens, per V: quo fundamento, non satis apprehendo. Nec me latet, quam facile ex O littera, V fieri potuerit, siue lectorum, siue describentium consuetudinem inspicias. Ego sane, etsi Homeri locus, iam a me adductus, ad hanc rem sufficere poterat, Carp. Medicei, & quattuor uetustiorum codicum, qui apud Aldum sunt, auctoritate, non parum confirmor.

g Fecunda poenis, pro, in poenas. i. renascentia semper uiscera: ut seq. Nec r. fib. datur ulla renatis.

h Rimando depascitur: ut, Rimantur prata Caystri, Georg. l. 1. u. 382.

i Fibrae sunt quarumlibet rerum extrema. Vnde, iecoris, pulmonis, cordis, & cuiuscunque uisceris extremas partes Cornel. Cels. l. 4. c. 1. de re med. uocat.

Quid

Quid memorē Lapithas,[a] Ixiona,[b] Pirithoūque?[c]
Quos super atra silex iam iam lapsura, cadentiq.[d]

a Lapithae, gens Thessaliae barbara & ferox: quorum principes numerantur, Dryas, Pirithous, Caeneus, Exadius, Polyphemus, & alij aliquot, Pindum & Othryn montes incolentes.

b Ixion filius fuit Phlegyae (alij tamen Aetionis, alij Iouis filium faciūt) qui Dian, Dionei, uel Eionei filiā uxorē duxit, cui cum multa in dotis compensationem promisisset, ad se uenienti. ut munus acciperet, necem pro donis intulit, per fraudem in foßam carbonariae specie ardentem eo demerso. Deinde & Iunonem de stupro interpellanti, nubes a Ioue subiecta fuit, ex qua Centauros genuiße dicitur. Ratus tamen cum Iunone se consuesse, rei turpitudinem celare non potuit, sed apud quosuis iactabundus eblaterauit: quod aegre ferens Iuppiter, eum ad inferos detraxit, rotaeq. perpetuo currenti alligatum, improbitatis poenas dare uoluit. Vnde Ouid. Voluitur Ixion, & se sequiturq. fugitq. Hunc poenam mythologici sic ἀλληγοροῦνται, eos s. in rotarum radijs districtos pendere, qui, nil consilio prouidentes, nil ratione moderantes, se suasq. res fortunae arbitrio permittunt, casibusq. fortuitis semper rotantur. Plura uide apud Fulgent. & Homeri scholiasten Il. l. 1. Didym. Od. l. 21. Pindarus uero prodigiosa de Ixione canit, ut & Palaephatus, quae Tzetzes, chil. 9. consentanee refutat, addens ueram historiā, eiusdemq. moralem theoricam.

c Filius Ixionis & Diae supradictae. qui cum artissimo amicitiae uinculo cum Theseo coniungeretur, eundem ad inferos ad rapiendam Proserpinam, comitatus fuisse dicitur: ubi uim facere aggressus primo impetu a Cerbero interfectus fuit: ac huius mortem uindicare uolens Theseus, parum abfuit, quin & ipse simili casu occumberet: tandem tamen captus in uinculis a Plutone detentus fuit, donec ab Hercule, eo descendente, liberaretur. Horat. tamen Pirithoum, non interfectum, sed ut Theseus trecentis catenis ligatum fuiße canit, l. 3. Car. Amatorem trecentae Pirithoum cohibent catenae.

d Versus hypermeter, ac rei subiectae explicande accommodatissimus. Videtur enim lapis aut silex in alto pendens, non modo casura legi, sed etiam legentibus illabi. Pierius adnotauit, Que, in plerisq. uetustis exemplaribus, aut omnino non esse, aut erasum esse. Ego duos probatissimos ac uetustissimos libros (inter quos & Carp. est) uidi, qui coniunctionem haberent: quattuor, in quib. desiderabatur.

Imminet [a] adsimilis. lucent genialibus [b] altis
Aurea [c] fulcra [d] toris, epulaeq. ante ora [e] paratae
Regifico luxu. [f] furiarum maxima [g] iuxta
Accubat, [h] et manibus prohibet contingere mẽsas,

a Pathos a modo. Haec silex, quãnis ad Ixionem, & Pirithoũ proprie referri debere uideatur: tamen, quia nec transitionis particula inserta est, nec peculiariter inediae, famisq. tantum facit mentionem Virg. non minus apte ad sequentia, quam ad praecedentia referri posse putant, quando perinde ut superiorib. Tantalo, saxum imminere, Athenaeus Dipnosoph. lib. 6. refert, & de saxi eius paroemia late tractet minor Isaeus rhetor. ut, ταντάλειος λίθος.

b Geniales tori, seu lecti uocantur, qui puerorum recens natorum genijs sterni solent. In his accumbere mos erat antiquis.

c Notat luculentas hominis nefarij, dum uiueret, opes, ex Suida.

d Fulcra, app. supremas lectoram partes.

e Tantalum intell. quem aureo toro accumbentem fingit, magnifico quidem epularum luxu instructo, sed quas a furiarum maxima eidem accumbente, attingere prohibeatur, Homerus eundem in stagno collocatum comminiscitur, ac mento aquam attingere, quoties uero sitiens caput ad bibendum admouet, refugere aquam, atq. illico terram apparere atram. Ferunt hunc superis carum, Corinthijs imperasse, ac, cum forte quadam dij aliquot eum inuisuri accessissent, nihilq. apponeret, Pelopem filium adhuc puerum, in partes discerptum coxisse, dijsq. manducandum adposuisse. Quam impietatem indignissime ferentes dij, Pelope in uitam reuocato μετεμψυχώσει, restitutoq. illi eburneo humero, Tantalum ad inferos detruserunt, ac poenis his, quas hic legis, excarnificandum dederunt. Quam fabulam ἀλληγοροῦται Horat. lib. 1. Epistol. prima.

f Tyrannorum uitam designat, specie quidem splendidam, sed, si quis propius intueatur, miseram, milleq. periculis obnoxiam: id quod familiari cuidam suo, exemplo ante oculos proposito, aliquando ostendit, & confessus est Dionys. Syracusanorum tyrannus.

g Sic lib. 3. Aen. uers. 252. de Harpyia Celaeno, ait: Vobis furiarum ego maxima pando. Quam ego hic cum Hort. Tisiphonen exp. etsi nonnulli ex Ser. hic famem explicent.

h Accubare, & Accumbere, proprie iacere est ad sumendum cibum. Solent enim ueteres in toris mensas sternere, quibus accumbebant.

Exsurgitq.

Exſurgitq.[a] facem attollens, atque intonat[b] ore.
Hic,[c] quibus inuiſi fratres,[d] dum uita manebat;
Pulſatus[e]ue parens: & fraus innexa clienti[f]:

a Ardentē edendi appetitum obiectis epulis excitat Tiſiphone, non Harpyia: & eadem, βουλιμία et fame pluſquam canina pereuntē attingere uetat edulia. b Increpat eum horrenda uoce, ut accumbentem abſterreat. c ſ. detinentur ac torquentur, prout meruere. d Ab impietate fratrum contra fratres, quorum rara eſt, Ouidio teſte, gratia et cōcordia. Eteoclem & Polynicem, uidetur ſignificare: Atreum & Thyeſten: Aegyptum & Danaum: quorum primi mutuis uulnerib. conciderunt, alij grauiſſima odia inter ſe exercuerunt. Multa paſſim in hiſtorijs obuia ſunt exempla, quib. mutua fratrum diſcordia cognoſcitur. Vt condito uix dum orbe inter primos fratres Cainum & Abelē: prima mundi inuenta, inter Eſau & Iacob, fuiſſe teſtantur ſacrae litterae. Nec uero Romana hiſtoria huiuſmodi caret exēplis, cum ab ipſis Romani imperij incunabilis, Amulius & Numitor, deinde Romulus & Remus, fraterna iura ſubuerterint. e Pulſatus, ait, ut nō ſolū caedē, ſed & aliā quālibet iniuriā, quae parētib. infertur ſignificet: quod eleganter per hanc Mioſim explicat. De hoc crimine, interrogatus Draco, legislator Athenienſium ſapientiß. quā ob rē nullas leges tuliſſet, reſpōdit; ſe exiſtimaſſe, neminē tā impium futurum, ut tam nefarium ſcelus uel cogitaret quidē. Poſtea uero, Lex Pompeia de parricidijs lata fuit, eaq. cautum, ut ſi quis parentum fata praeparaſſet, cum cane, gallo gallinaceo, uipera & ſimia, uiuis animantiq. ipſe quoq. uiuus coniunctus, culleo (quē ἀσκόπεραν Graeci nominăt) cum ijs inſutus, & inter eas ferales anguſtias cōprehēſus, in mare praecipitaretur: ut oīum elemētorum uſu uiuus carere incipiat, & ei caelum ſuperſtiti, et terra mortuo auferatur: alioquin beſtijs obijcitur, ſi mare longe abſit, ſecundum diui Hadriani cōſtitutionem l. paenul. ff. ad l. Pōp. aut in amnē proijcitur, per tex. in §. Alia deinde lex. Inſt. De publ. iud. Huiuſmodi culleus Romae olim Neronianae ſtatuae, quod matrē occidiſſe crederetur, deligatus fuit. In ſacra hiſtoria, Abſalon patrem Dauidem pulſaſſe dumtaxat, non occidiſſe legitur: quam tamen impietatem Diuina ſtatim uindicta conſecuta fuit. Exemplis paſſim ſcatent hiſtoriae, & nos aliquoties accidiſſe meminimus nefaria haec ſcelera: faxit Deus, ut ne amplius in poſterum uideamus.

f Notat patronorum in clientes perfidiam. Lex XII. tab. ſic ait: Patronus, ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto. Certe utrimque debet conſtare fides, ut neutri alteres defraudent. Clientem porro Gram. quaſi Colentem dictum uolunt, quod patronum, a quo defenditur, colat obſeruetque.

Aut, qui diuitijs[a] *ſoli*[b] *incubuere repertis,*
Nec partem poſuere ſuis; quae maxima turba eſt:
Quiq. ob adulterium[c] *caeſi: quiq. arma*[d] *ſecuti*
impia,[e] *nec ueriti dominorum*[f] *fallere dextras;*

a Auaros taxat, a quibus nulli bene fit. Nō mirum ergo, quod a nemine amentur, omnibus ſunt inuiſi. Huiuſmodi erudite, perſtringit Horat. ep. l. 1. ep. 1. Contra etiam, non minus reprehendendi ſunt illi, qui ſua turpiter profundunt, in eos, ijsq. temporib. in quos, aut quando non conuenit. Ergo, medium qui ſequitur, recte res ſuas inſtituit.

b Hypallage; pro, Solis. Auari enim neque ſibi, neque alijs bene facere poſſunt, adeo habendi amor eos torquet.

c Vt Aegyſthus, qui commiſit adulterium cum Clitemneſtra, Agamemnonis uxore, Oreſtis matre.

d Taxat hic omnes, qui aduerſus patriam, ciues, parentes, liberos, cognatos, aut alios propinquos ſuſtinentes cauſſas iniuſtas bella mouent: aut, qui imperia inuadentes, libertatem opprimentes, tyrannidem ſuam ſtabiliunt. Vnde & Syllā perſtringere uideri poteſt, qui ob laudem Iugurthae capti, ciuitatem Rom. in horrendas clades, & mille pericula coniecit, ac contra fidem legati, imperatoris ſui gloriam in ſe tranſtulit.

e Impie deficientes a ſuis hoſtium arma ſecuti ſunt, ut apud Caeſ. l. 3. belli ciu. Roſcillus, & Aegus, Adbucilli filij, Allobroges natione feciſſe leguntur, qui maximas pecunias mutuati, multisq. coemptis equis ad Pompeium transfugerunt.

f Pompeianorum in Caeſarem perfidiam notare uidetur, qui iniuriarum omnium ueniam conſecuti, impia tamen arma adhuc aduerſus clementiſſimum principem ſumpſerunt: etſi aliter alios hac de re iudicare non me fallat. Dominum autem Caeſarem ob id uocare uidetur, quod oppreſſa libertate, monarchiam ſtabiliuerit. Quamuis Domini uox, perinde ut Regis, odioſa populo Ro. alijs contra nationibus honorifica, & plauſibilis uiſa ſemper fuerit: poſteris tamen Caeſarum temporib. eiuſdem appellatio blandior, plauſibiliorq. haberi coepit, ut ex Plin. Martiale, Valerio Max. & alijs pleriſque liquido conſtat. Nec uero latere quemquam arbitror, Relatiua apud dialecticos eſſe Dominum, & Seruum. Sed, quid ſi dicamus Virgilium hic innuere bellum ſeruile, quod Spartaco duce ſerui fugitiui, latrocinantium ſpecie, ceu ecnephias, e Sicilia erumpentes, aduerſus dominos ſuos, inde populum Rom. geſſere: quos M. Licinius Craſſus omnes ad unum uſque cecidit, & reliquias ad IV. fere ∞ ceruis ſuffixit.

Incluſi

Inclusi [a] poenam exspectant. ne quaere doceri,
Quā [b] poenā, aut quae forma uiros, fortuna ue mer
Saxū ingens uoluunt [c] alij, radijsq. rotarum (sit.
Districti [d] pendent. sedet, aeternumq. [e] sedebit.

a Fortasse ad puniendorum seruorum morem ueterē respexit.

Nam a fuga retracti, & dominis traditi serui, in puteum ad supplicium cōditi seruabantur. Cum addit, Inclusos exspectare iudicium, de supplicij genere sentētias, grauitatē animaduersionis ostendit. Metus n. poenae diuturnus ipsa morte durior est. b Sub. Exspectant, aut in quo statu uersentur. c Intel. Sisyphum Asopi filium, cuius talis a Didymo ex Pherecyde Il. VI. recensetur fabula: Cum Iuppiter Aeginam, Asopi filiam per Corinthum in Oenonen abduxisset; Sisyphus Asopo, patri suo, eam, quaerenti praedam, monstrauit. Vnde iram Iouis in se prouocauit. quare, ut eum ulcisceretur, Mortem ad eum misit: quam cum Sisyphus uarijs uinculis uinxisset, euenit ut nullus fato fungeretur, quoad Mars ipsam Mortem dissolueret, & ei Sisyphum traderet. Qui priusquam moreretur, Meropae uxori mandauit, ut sibi mortuo iusta ad inferos mitteret. At uero, cum uxor ad tempus ea non persoluisset, Pluto, re cognita, eum in uitā cum uxore expostulatū remisit. Verū, cū Corinthū peruenisset, redire ad inferos neglexit. Quod aegre ferēs Iuppiter, eū senio cōfectū ad inferos remisit, saxumq. maximū uoluere coegit, in montis cuiusdā uerticē, quod cum ad summum paene extulerit, repente deorsum delabitur. d Ixionem intel. de quo supra dixi uers. 601. Radios porro rotarum uocat τὰς κνήμας. Est autē egregium pathos a materia, & modo torquendi. e Supra, uers. 122. inter eos eū numerat, qui ab inferis reuerterunt, respiciens ad historiā, nō fabulā, qua in raptu Proserpinae, occiso Pirithoo, captus fuit, sed postea Herculi eius noxa remissa, ab illo liberatus, ac in patriā reductus fuisse a Plutarcho in Thesei uita memoratur. Hic uero, cū eundē Aeternum apud inferos sessurū canit, ad fabulā fabulosissimā respicit: qua Pirithoo comes factus ad rapiendam Proserpinā cum eo per Taenarum montē progressus dicitur, ac cum forte itinere defatigati essent, ambos in saxo cōsedisse, unde cum surgere conarentur, oīno se leuare nequiuisse. Quare manēdum ibi fuit utriq. donec ad rapiendum Cerberum ad inferos descēdēs Hercules, Theseum, quē resistantē, & tergiuersantē ad nefarium scelus perpetrādum eo profectum cognoscebat, a saxo abstraheret, Pirithoo, qui destinato cōsilio ad flagitiosam improbitatē perpetrādā ad rapiēdā Proserpinā profectus fuerat, in saxo relicto. Nō est ergo, quod quasi pugnantē hic sibi ipsi poetam criminētur quidam. Nihil obstat rursum, quo minus ī uita ab Hercule sit liberatus ab īferis, & post mortē iterum supplicijs sit destinatus: perinde ut et ipse Hercules uiuens emersit ab inferis, post mortem eodem detrusus.

Infelix Theseus: [a] Phlegyasq. [b] miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur [c] uoce per umbras;
Discite [d] iustitiam moniti, & non temnere [e] diuos.
Vendidit [f] hic auro [g] patriam, dominumq. [h] potentẽ

a Quidam hic leg. Tereus: quod reijcit Fabr. Sed, cur Athenarum conditorem Theseum, & in deorum numero habitum, huic loco affigit? non honoris caussa. ait enim, Infelix. Quomodo Aeternum, cum ab Hercule fingatur liberatus? non temere, inquit Fabr. non temere. Fortassis de raptu Proserpinae intelligenda sunt, propter quam & humana, & diuina iura uiolauit, libidine atque superbia. b Phlegyes initio Gortinam incolebant, iniurium, & iniquissimum hominum genus, uitamq. latrocinijs ducẽs, finitimos grauiter infestabant: sed accolarum nulli aeque, ac Thebani eorum contumelijs expositi erant; mansißentq. nisi Amphion, & Zethus, Iouis ex Antiopa filij, Thebas muris cinxissent. His autem uiuis Phlegyes nocere Thebanis nil poterant: at protinus ijs fato defunctis rursum in agros Thebanorum irrumpentes, ui Thebas ceperunt, & tanta barbarie finitimos uexarunt, ut ex Iouis mandato uniuersam gentem Apollo deleri praestare iudicarit, quam diutius eius tollerare barbariem. Haec ex Pherecide Didymus Iliad. v. c Testimonio suo inter damnatos affirmat, iustitiam colendam esse, diuosq. uerendos, ac metuendos: dehortatur immanem populum a barbarie; monet, ut suo, suorumq. exemplis edocti pietatem colere discant. d Sic & Ixion apud Pindar. in Pythic. 2. Insuper Chemnic. refert, in agro Patauino puellam fanaticam Graece, & Latine, cum rudis ante insaniam fuisset, optime loquentem, optime loquentẽ, hanc apud Virg. esse praestantissimam sententiam, ter clara uoce rogatam respondiße. e Pro, Contemnere: simplex pro composito. f Ex L. Vari carmine de Morte: Vendidit hic Latium populis, agrosq. Quiritũ Eripuit, fixit leges pretio, atque refixit. Sunt porro, qui hunc Virgilij locum referant ad Lasthenem, qui Olynthum prodidit. Quod etiam indicare uidetur Demosth. in orat. περὶ σεφάνου: Μεχρὶ τούτου λαϑένης φίλος ὠνομάζετο φιλίππου, ἕως προύδωκεν Ὀλύνθον. g Perstringit patriae proditores, qui accepta ab hoste pecunia, ab aequo, & pio transuersi aguntur. Notum, opinor, est, Iugurthae responsum, de inexplebili Romanorum auaritia; Vrbem ipsam uenalem esse, si emptorem reperiat. Harum rerum exempla apud historicos passim occurrunt: unde petat, qui ea desiderat. h Caesarem dictatorem, nõ dubito, quin hic notet, quẽ amicorũ auxilio, quos multos auro corruperat, ad monarchiã euersa libertate, peruenisse cõstat. Caesar n. Romã ad Curionẽ pecunia mißa, plerosq. Romanos nobiles ea sibi conciliabat, qui auri fame ab aequo, & bono deflectentes, imperium dictatori Caesari uendebant, atq. eundem sibi dominum praeficiebant, quibus ad id tempus usque, nomen illud insolens pariter, ac odiosum habitũ fuerat. Impo-

Imposuit; fixit [a] leges pretio, atque refixit. [b]
Hic thalamũ [c] inuasit natae, uetitosq. Hymenaeos. [d]
Ausi [e] omnes immane nefas, ausoq. [f] potiti.
Non, [g] mihi si linguae centum [h] sint, oraq. centũ,
Ferrea [i] uox, omnes scelerum cõprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina [k] possem.
Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeua [l] sacerdos,
Sed, iã age carpe [m] uiã, et susceptũ perfice [n] munus,

a Ante eos riam Hostiliã, ubi initio XII. tabu. leges, in aere incisae, omnib. ad legendum, excipiendumq. expositae fuere. Videtur autem metaphorice Figere, & Refigere leges dixisse, pro; leges condere, & easdem bene conditas rursum per auaritiam, aut abolere, aut mutare: id, quod perniciosissimi tyranni, non boni principis est. Quo uitio Tribonianum laborasse, Suidas asserere uidetur. b Cic. Phil. 12. Num figentur rursus eae tabulae, quas uos decretis uestris refixistis? c Huius rei tam in sacris, quam in profanis literis exempla leguntur plurima. Loth, utramque filiam cognouit, ex quibus & liberos suscepit, ut ex historia sacra constat: ex profana, referunt ex Myrrha Cinyram patrem, Adonin procreaße: patri Erichtheo Procrin filiam Aglauram peperisse; de Cicerone autem id credere, quod ei a Sallustio obijcitur, nefas iudicant. d Nuptias, per metonymiã. Nuptiarum n. Deus esse putatur Hymenaeus: unde pro coitu, aut nuptijs ponitur; ut Geor. l. 3. uer. 60. e Ecphonesis summaria in omnes huc usque memoratas scelerum species. f Hoc est, impio conatu, ac libidine: Sic & Silius l. 5. Funditur unanimo nisu, & concordibus ausis Pilorum in Poenos nimbus, &c. g Ex Hom. Il. β. aut certe ex Hostij poetae Latini, de bello Histrico l. 2. qui diu ante Virg. scripsit. Vide Macr. l. 5. c. 7. & l. 6. c. 3. Vide pag. 62. h Amplificatio, a numero certo pro incerto: uenustas etiam ex eiusdem numeri relatione orationi accedit. Hom. Il. 2. minus ait, cum decem dumtaxat linguarum mentionem faciat, quas omnes, sed ne totidem quidem ora, ad multitudinem referendã suffectura praedicat. i Vocem infractam, & ferreum seu aeneum pectus, Graecus habet: quae singula prouerbiali hyperbole, de ijs, quae uehementer firma, solida, inexorabiliaq. significare uolumus, dicere solemus. K Species, & genera. l Sibyllae periphrasis. Recte autẽ Longaeuam appellat, ut alibi quoq. notaui; nam ad extremam senectutem perueniße dicitur, & diutius quam aliarum ulla uixisse. Enumeratis Tartari poenis, hortatur Aenean, ut Proserpinae aurei rami donũ reddat antequã lõgius progrediãtur: iam eo peruentum esse, ubi is sit figendus: deinde se ad Elysiũ diuersuros. m Periphrastice, pro, Perge, uel Progredere. n Id est, redde ramum aureum Proserpinae; ut uers. 142.

Acceleremus, ait. Cyclopum educta[a] caminis
Moenia conspicio, atq. aduerso fornice[b] portas:
Haec[c] ubi nos praecepta iubent deponere dona.
Dixerat; & pariter gressi per opaca uiarum
Corripiũt spatium medium, foribusq.[d] propinquãt.
Occupat Aeneas aditum, corpusq. recenti
Spargit[e] aqua, ramumq. aduerso in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere diuae,
Deuenere locos[f] laetos,[g] & amoena uireta[h]

a Magna. sic enim cuiuslibet rei significat magnitudo. S. Mihi explicatio. H. Stephaninõ displicet, qui Ferrea moenia intell. ut uer. 554 supra.

b Arcu, bonis, ac pijs inimico. c Sub. Sunt loca ea, in quib. ramus aureus defigendus est. d Sub. Portarum. e Non quod pollutus ullo uel adspectu, uel tactu esset, ut Ser. existimat, sed ut religiosum se ostendat, & religioni satisfaciat, parua corporis adspersione contentus est.

f Ellipsis praepositionis, In. g Elysium intel. beatorum animorum domicilium, de quo nonnulla supra, ad huius libri uer. 542, annotaui, quibus adde, uarie de Elysio sentire scriptores. Philosophi in insulis fortunatis atq. in Hispanijs eum collocant, ubi in subterraneis locis, non inferos, sed Plutonem ipsum habitare crediderant. tanta enim in eo tracta metallorum fecunditas est. De his Plin. l. 6. c. 32. qui insulas fortunatas a Canarijs diuersas facit. Duas autem diuersas insulas Fortunatas referunt esse in mari Aethiopico, exiguo inter se spatio distantes, ac a Libya x. millib. semotas: ubi rarissimi uenti flant, ac rariores etiam nimbi cadunt: etsi qui eo penetrant uenti, suaues esse, ac roscidos, ferant: solum hic esse praepingue, quod non solum arationi, sed & plantationi idoneum sit: fructus etiam sponte dulcissimos ibi gigni, adeoq. ut Homer. canit, πάντα ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα prouenire omnia. Ad haec, admirabilis caeli clementia, aerisq. temperies nouum orbem praeseferre uidentur. Qui enim a terra spirant uenti, ut Boreas, & Aparctias, ob longissima spatia, antequam eo perueniant, languẽt, & euanescunt: qui uero e mari flant, ut sunt Argestes, & Zephyrus, tenues quidem imbres adferunt, sed quibus omnia facillime humido tantum aere sata nutriantur. Itaque hae insulae Campi Elysij ab Homero tantopere decantati, a multis esse crediti sunt. Has inuisendi, & aliquando occupandi, ut a bellorum curis tranquillam uitam ageret, incredibilis cupiditas Sertorium cepisse quondam dicitur.

h Horum uiretorum pulcherrima est descriptio apud Hom. Od. 4.

Fortunatorum

Fortunatorum nemorum, sedesq.[a] beatas.
Largior[b] hic campos aether, & lumine[c] uestit
Purpureo; [d] solemq. suum,[e] sua sidera[f] norunt.
Pars[g] in gramineis exercent[h] membra palaestris:
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus ptaudũt[i] choreas,[k] et carmina dicũt.

a Hinc, & aliunde cõstat, ueteres Campum Elysium, locum amoenissimum, et nullis aeris tempestatib. ex positum, ubi beatorum animae quiescerent, appellauisse. Fuerunt, qui eundem cum Paradiso facerent. Et quidem Tertul. in Apologetico aduersus gentes, sentit ethnicos scriptores, ea, quae de inferis, de Phyriphlegethõte, & de Elysio prodiderunt, omnia ex prophetarum libris perperam intellectis, ita accepisse, ut fabularum ambagibus, & caligine caeca pleraque corruperint, aut saltem obscurarint. Philosophis successerunt poetae, qui ingenij ostentandi gratia, impudentissimis mendacijs illorum commenta uestiuerunt. Quod apud prophetas de extremo iudicio memoriae prodiderunt, Minoi apud inferos iudicanti applicarunt: gehennam fecere Pyriphlegethõtem: Paradisum, fortunatorum nemorum locum, pijs spiritibus paratum: quem Elysium dixere. Ita ex sacris libris multa detorta in fabulas uerterunt. Hoc ipsum adfirmat Eusebius. Irenaeus etiam, qui statim post Apostolorum tempora claruit, palam adstruit, Socratem ea, quae de uita beata, & aeterna, de Paradiso, de mente disseruit, ex Bibliacis libris hausisse omnia. Et Plato sane, qui praeceptorem suum ea disputantem inducit, sine dubio, Mosche uolumina, unde illa pefectius cognouerit, legisse conuincitur. Diuersas de Paradiso terrestri, quem Elysium ethnici uocarunt, sententias uide apud D. Thomam, Petrum Lombard. Lactantium, D. Augustinum, Bedam, & alios.

b Quam est in cetera inferorum parte.

c Claudian. Sunt altera nobis Sidera, sunt orbes alij, lumenq. uidebis Purius, &c.

d Pulchro. Tur e Suum, ait, tamquam in alio mundo, & a nostro hoc diuerso: et si nulli alij nec sint, nec esse possint mundi.

f Cum apud inferos atris tenebris omnia horreant.

g A diuisione, studia, & exercitationes beatorum spirituum subijcit, ne nihil agere uideantur.

h Lucta scilicet, ut statim subijcitur.

i Pedum complosione choreas ducunt.

K Systole est; χορείας enim ducunt.

a Orpheum Thracium intell. quem alij Oeagri, & Calliopes filium: alij Bucolionis, & A barbariae: quidam uero, Menippes, & Oeagri ferunt fuisse filium. Plures autem fuerunt, diuersae nationis hoc nomine appellati.

Nec non Threicius [a] longa cum ueste [b] sacerdos [c]
Obloquitur [d] numeris septem [e] discrimina uocum:
Iamq. eadem digitis, iam pectine pulsat eburno. [f]
Hic [g] genus antiquum, Teucri pulcherrima proles,
Magnanimi heroes nati, [h] melioribus [i] annis,
Ilusq. [k], Assaracusq. [l], et Troiae Dardanus [m] auctor.

Hic uero, ut dixi, Thracium intelligit Calliopes filium, a qua tam egregie cytharam sonare didicit, ut saxa, & feras commouisse dicatur: etsi non ignorem mythologicõs hoc intelligendum. b A uestitu, & corporis habitu decoro, functioneq. sacerdotali. c Sacerdos religiosissimus fuisse traditur, ac diuersas cerimonias instituisse: unde & ab Horat. Sacer deorum interpres, appellatur. Edidit orationes de cognitione Dei, scripsitq. incomprehensibilem quendam, omniũ rerum summum, ab initio natum esse conditorem uniuersorum, & plura alia, quae hominem summa sapientia fuisse, fidem facere possunt.

d Pro, Cecinit modulis: ut simul intel. eum pulsasse fides, & cantasse, ut Italis & Hispanis morẽ etiam nunc esse uidemus. e Orphei n. cithara septem tantum chordas habebat: duae deinde a Therpandro adiectae sunt. Vide Plin. l. 7. c. 56. f A materia. Fabulantur nonnulli totam Orphei lyram ex bubulis cornibus factã fuisse, cui adaptarit ipse 7. chordas in gratiam Maiae, 7. Atlãtidum matris: postea ob nouem Musarum dignitatem, duas accessisse. g Quamuis poeta argumenti sui habita ratione, heroas, & semideos ad inferos relegat: ita tamen eos collocat, ut a caelo non abducantur, ubi aer purior est, ubi Elysium, ubi suum Solem norunt sua sidera. Primo loco ponit Troianae gentis primos conditores, Teucrum s. & Dardanum: quorum illum posterius e Creta, hunc multo ante ex Italia, caeso fratre Iasio, primum in Samothraciam, inde in Phrygiam delatum fuisse dixi, in lib 3. & alibi. Genealogiam Dardani, eiusq. posterorum apud Hom. Iliad. xx: lege. h Sic Catull. O nimis optato saeclorum tempore nati Heroes saluete. i Feliciorib. temporib. quam Priamus, Aeneas, & alij, qui bello Troiano interfuerunt. Ecphonesis ex temporum calamitate sumpta. K Polysyndeton. Fuit autem Ilus Aeneae proauus, qui regiam urbem de se Ilium uocauit. l Rex item Troianus, filius Trois, pater Capyos, & Anchisae auus. m Primũ cõditae Troiae auctorẽ noĩatim celebrat Dardanũ, qui de se uniuersã eã regionẽ, Dardaniã, alijs nominib. ultro citroq. deletis, appellauit. Postea a Troe, Troia: & ab Ilo postremo, Iliũ urbs fuit appellata.

Arma

Arma [a] procul, [b] currusq. [c] uirum mirãtur inanes.
Stant terrae defixae [d] hastae, passimq. soluti
Per campos pascuntur equi. quae gratia [e] currum,
Armorumq. fuit uiuis, quae cura [f] nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit [g] ecce alios, dextra laeuaq. per herbam
Vescentes, laetumq. choro Paeana [h] canentes,
Inter [i] odoratum [k] lauri nemus; unde superne

a *Quidam hic & paullo infra, exponunt haec per Endyadim: pro, Armatos currus, aut Armatorũ uirorũ currus. Alij per zeugma; q d. Mirantur procul, i. de longinquo currus inanes, & arma scilicet inania, quod non inuenustum est: malim tamen per Ellipsin exp. ut sit sensus: Arma procul abiecta mirantur & currus inanes: neque n. ea uenustate Arma inania, qua Currus inanes usurpamus, dici existimo. Porro reges hos, Virg. a pacis, cuius in uita studiosi exstiterant, studio commendare uelle uidetur, cum quattuor pacifici illorum ingenij subijciat argumẽta; Arma nimirum procul abiecta a se, currus bellatorum uacuos, hastas solo defixas, & libere pascentes, nulloq. hostium metu per campos sine frenis palantes equos. Liberum autem studiosis sit haec aliter expensa, & cogitata, uti doctissima eorum ingenia exigere uidebuntur, etiam cõtra meã explicationem intelligere & iudicare, dum tamen a poetae nostri mente, ne abscedant.* b *Sub. Mirantur abiecta.* c *Notum satis ex Homeri Il. ijs, & posteriorib. temporib. morem fuisse, ut in proelijs duces maxime e curribus pugnarent.* d *Nam olim praepilabant posteriorem partem hastae, ad defigendum humi.* e *Pro, Curruum, licentia poetica: uel potius per Syncopen, ut Repostos.* f *Hoc ex Platonicorum doctrina depromptum uidetur, qui adstruunt animas ijs delicijs post mortem excarnificari, quibus superstites intemperantius deditae fuere. Vnde Tantalum a luxu constringi; contra, claros uiros suarum uirtutum sequi recordationem.*

g *In uniuersum complectitur reliquam beatorum spirituum turbam, quã ita propositam particulatim iam inde distribuit, ut unumquemque eo studio, quo in reb. humanis pijs officijs, & religiose se exercuerit, distineri fingat, contentos tenui uictu, & cantu Deum colentes.* h *Hymnum, &* εὐφημίαν *Apollinis. Duo porro Paeanis genera ueteres celebrasse inuenio: unum bellicum, ante pugnam: alterum, ubi uicissent. Primum Paeana Marti, alterum Apollini canebant.* i *A loco, in laureto s. propter Apollinem, cui sacra est lauri arbor, ut saepe monstraui.* K *Pro, Odoriferum aut odorum, quod ex se odorem late spirat.*

Plurimus[a] Eridani[b] per siluam uoluitur[c] amnis.
Hic manus ob patriam[d] pugnando uulnera passi;
Quiq. sacerdotes casti,[e] dum uita manebat;
Quiq. pij[f] uates,& Phoebo digna[g] locuti;
Inuentas[h] aut qui uitam excoluere per artes;
Quiq.[i] sui memores alios fecere merendo.[k]
Omnibus his niuea cinguntur tempora uitta.[l]

a Ingens, quippe, qui 30. amnibus augetur. b Padi fluuij. Hunc nõnulli Nilum, cõplures Oceanũ esse uolunt. Fluminum omnium in Europa praeter Istrum maximũ est: ortur ex Apenninis in gremio Vesuli montis, primum angustis profluens alueis; inde breui cursu 30 amnib. auctus, diffundit se in Hadriaticũ 7. ostijs. Oriente cane augetur: niuibus liquatis, agris quã namb. torrẽtior, nihil tamen ex rapto sibi uindicat. uide Plin. l.3.c.16. c Ex illo lauri nemore hunc labi fingit, quod Phoebo seu Apollini, ob Phaetontem in eo submersũ dedicatus sit Eridanus, ut sic nimirum ei omnia conuenire ostendat: spiritũ, hymnum, lauretum, & Eridanum. Ad superos uero ab inferis ob id labi fingit, quod ex iugi fonte Apennini in superum mare eijciatur, siue quod in caelum translatus existimetur. Fabulam uide apud Germanic. Caes. in Arati Phaenom. d Respicit ad L. Iuniũ Brutũ, tyrãnidis regiae uindicatorẽ, (de quo & alijs uide Liu. ab V.C.l.2.) Curiũ, utrumq. Deciũ, Coclitẽ, Scaeuolã, Horatios ad Cromerã, Codrũ Atheniensiũ regẽ, Philaeni fratres & innumerabiles alios magnanimos ciues, qui fortiter pugnãdo pro patria ceciderũt. Inter gradus.n. pietatis, in patriã beneuolẽtia ponitur. Secundum Deũ n. & parẽtes, plurimũ patriae debemus: sic ut huic ẽt fraternus amor cedere existimetur. Domo n. subuersa, incolumis nihilominus manet reip. status: at urbis ruina, domũ, penates, facultatesq. oẽs secum in perniciẽ trahit. e Nullo incestu polluti, nullis stupris aut adulterijs infames, sed puri tum animo, tum corpore. f Vt ab impijs & qui mendaci spiritu afflãtur, eos discriminet. g i. uera, quae Apollinem decerent. h Rerũ inuentores, quiq. mortales cõmoditatib aliquib. adiuuarunt. His prisci diuinos honores post mortẽ deferebant, nihil aliud Deum esse existimãtes, quã prodesse mortalib. De rerum inuentorib. uide Higyn. l.1.c.274. & 277. Plin. l.7.c.56. i Optime de parentib. liberis, patriaq. sua meriti, sic ut sui memoriam aliquam, fortassis ẽt desiderium reliquerint post mortẽ. K Bene merendo: q.d. Qui suis meritis sui memoriã reliquerunt. l Vitta olim diuinitatis signum fuisse traditur: & ideo, qui bene de parentib. liberis, ciuib. amicis & patria merentur, quod integrae uitae sint, recte Vittam tribuit.

Quos circumfusos [a] sic est affata sibylla,
Musaeũ [b] ante [c] omnes: mediũ nam plurima turba
Hũc habet, atq. humeris exstante [d] suspicit [e] altis:
Dicite, [f] felices animae, tuq. optime uates: [g]
Quae regio Anchisẽ, quis habet locus? [h] illius ergo [i]
Venimus, et magnos Erebi [k] trãsnauimus [l] amnes.
Atq. huic responsum paucis ita reddidit heros: [m]
Nulli certa [n] domus: lucis habitamus opacis: [o]
Riparumq. [p] toros, & prata recentia [q] riuis [r]

a Circa se collectos: metaphora ab inanimato ad animatũ. b Theologus fuit post Orpheum, Eumolpi filius, Atheniensis natione, qui & iam amores Leandri & Herus descripsisse fertur. c Honorificentissimum certe de Musaeo eulogium. d A corporis proceritate. Hinc colligi posse uidetur, Virgilium, Eumolpi filium intellexisse, inter aliot Musaeos corporis robore praestantem. constat n. hunc in Pythicis certaminib. palmam tulisse. e Admiratur: metaphora rei conueniens.

f Ser. hic existimat Sibyllam numine destitutam fuisse, propterea quod rerum non praesentium tantum, sed futurarum etiam genera, nunc de Anchisa percunctetur: at uero, non ita putandum. quinimmo hoc ipsum summo poetae consilio dedita opera factum esse, ut s. per interrogationem materia narrandi de situ & amoenitate Elysij praebeatur: uel, quod, dilatãdae narrationis caussa, breue colloquium utriusque sit insertum: uel denique, humano more, rerum non ignaram colloquendi copiam captasse. g Musaeum intelligit. h Caussam addit, cur de Anchisa roget, ne Musaeus otiosam esse interrogationem arbitretur. i Pro, Caussa: q.d. Propter illum. Vim nominis habet haec particula, cum gignendi casu constructum, significatq. quod Graecis ἕνεκα. Sisen. l.3. Milites, ut lex Calpurnia concesserat, uirtutis ergo ciuitate donati sunt. K Inferorum. Exaggerat caussam itineris a difficultate & periculis. l Traiecimus, aut transmisimus. Amplificatio. m Musaeus uates. n Respondet ad illud, quod rogarat Sibylla, Quis habet locus? satis innuens nullo loco animam includi, aut coerceri posse, quippe substantiam incorpoream. o Epitheticῶς: propter densas arborum umbras. p Ne quid ad absolutam amoenitatem desit, adiungit et limpidos amnes, & riparũ toros sũt. aũt Tori proprie, herbae intortae, a quib. lecti, Tori nuncupantur. Gr. στιβάδες. q uirentia riuorum caussa. S.i. quae recentib. riuis perpetuam uoluptatem, amoenitatemq. pariant.
r Sic Ser. legit, confirmantib. id 6. uet l. qui sunt apud Ald. Man. quidam tamen, Siluis leg. ex uno n. sers Rom. codice, ut testatur Pier.

a Transit ad id, quod erat interrogationis pars praecipua, Velle se Anchisen alloqui: Hũc igitur illis monstrat, ut edocti de habitationis ratione, eo potiantur.

Incolimus. sed uos [a] (si fert ita corde uoluntas [b])
Hoc superate [c] iugum, & facili iam tramite sistã. [d]
Dixit, & ante tulit gressum, camposq. nitentes
Desuper ostentat: dehinc summa cacumina linquũt.
At pater Anchises penitus [e] conualle uirenti
Inclusas [f] animas, superumq. ad lumen ituras,
Lustrabat [g] studio recolens, omnemq. suorum [h]
Forte recensebat numerum, carosq. nepotes,
Fataq. [i] fortunasq. uirum, [k] moresque, [l] manusq. [m]
Isque [n] ubi tẽdentẽ aduersum [o] per gramina uidit
Aenean, alacris palmas [p] utrasq. tetendit: [q]
Effusaeq. genis lacrymae, & uox excidit [r] ore.

b Quidam hic, Voluptas leg. ut in uno s.l. esse uidi: in quattuor alijs tamen, Voluntas, scriptum inuenio. c Conscendite hunc collem. Ad eundem modum, Superare montes, pro, Conscendere, siue Transcendere, dicimus; Superare amnes, & flumina, pro, Traijcere, &c. Montium autem partes ita ferme diuiduntur, ut sint aut radices, aut latera leuiter accliuia, uel praecipitia; aut iuga, uel cacumina. Vtraque autem hic superant Aeneas, & Sibylla. d Id est, mox apparere faciam Anchisen. e Quasi dicat, paene intus, ac intra ipsam conuallem, quae montib. undique sit conclusa. non quidem quasi inde exitus non pateat, sed quod in concluso loco a reliquis sint semotae illae animae. f Multitudine separatas, quo facilius agnoscerentur. g Non ociosas fingit felices animas, sed pijs studijs occupatas. Anchisen suorum posterorũ seriem, & singulorum fata lustrantem inducit. At Tiresias Homeric. ociosus inter umbras aureum sceptrum gestans offenditur, nec ullo studio distinetur occupatus. h Quos suos dicat, statim per expolitionem subijcit: caros s. nepotes, i. posteritatem suam, quae ex Aenea relicto esset oritura. totiq. orbi aliquando imperatura. i Polysyndeton: fatalem posterorum suorum successum intel. K Pro, Virorum; syncope. l Res ab illis gestas. m Al. Genusq. Quod nondum in aliquo uet. lib. uidere contigit: Aldini enim s. l. omnes nostram lectionem confirmant: Manus aũt exp. aut pro nasciturorũ posterũ ui, & potẽtia: aut pro uirtute, quod illi dextra dicata sit. n Anchises scilicet. o Ex aduerso se, patrem eius petentem. p Manus; per synecdochen. A signis paterni affectus erga filium. q Expandit ad caelum, dijs gratias agens, quod ad se filium uenire permiserant. r Quasi seni.

Veni

Venisti[a] *tandem,*[b] *tuaq.*[c] *exspectata*[d] *parenti*[e]
Vicit iter[f] *durum pietas? datur ora tueri*
Nate tua, & notas audire, & reddere uoces?
Sic equidem ducebam animo, rebarq. futurum,
Tēpora dinumerans:[g] *nec me, mea*[h] *cura fefellit.*
Quas[i] *ego te terras, & quanta per aequora uectū*
Accipio, quantis iactatum nate[k] *periclis.*
Quam metui, ne quid Libyae[l] *tibi regna*[m] *nocerēt.*
Ille autem. Tua[n] *me, genitor, tua*[o] *tristis imago,*[p]
Saepius occurrens, haec[q] *limina tendere adegit.*

a Exordiū ex abrupto, patheticae orationi maxime conueniens. b Post longos errores, & uaria discrimina rerum. c Laudat filium a pietate erga se, quem nullum iter, quamuis asperum sit remoratum, quo minus patrem inuisat. d Nam supra l. 5. per somnum nunciarat ei, ubi degeret: quapropter & se inuisere iusserat apud inferos ī diuerticulo Elysii. Vnde nunc, cum eum praesentem uidet, sibi gratulatur. e Enallage personae; pro, Mihi. Anticlia apud Homer. rogat filium, quomodo inferorū tenebrosa profunda penetrarit, quae mortalibus uidere sit peracerbū, indeq. alia, quae inde pete. f Ad inferos. g Redditio exspectationis, a ratione temporis, quo decessit. h Id est, tu, mea cura: ut illud; Veneris iustissima cura. sic exp. Ser. Henrici St. tamen explicatio magis mihi placet, exponentis, Mea cura, id est, mea spes, quod spei cura semper sit comes. i Alij leg. Quas ego per terras: ut in uno f. l. inueni, alijs quinque nostram lectionem confirmantib. Nec desunt etiam, qui hoc modo leg. Quas te ego per terras, &c. K Rursum pathos, quasi amplexantis: a magnitudine laborum: quos expolitione statim amplificat.
l Carthaginis: continens pro contento. Modeste notat filij cum Didone consuetudinem, & regni Italici obliuionem.
m Enallage numeri, ut et supra in Ora. n Caussam, a pio, statim reddit, cur laborem tam arduum susceperit: dulcem uidelicet patris recordationem, & ardens eiusdem uisendi desiderium. o Pronominis repetitio, praeter emphasim, etiam pathos habet. p Respicit ad illud lib. IV. Me patris Anchisae, quoties humentibus umbris Nox operit terras &c. Per Imaginem porro hic, memoriam accipere uidetur, per tropum: si quis tamen simpliciter accipiendum putet, non magnopere refrager. Tua autem imago, ait, poetice: possessiuo pro primogenio abusus; pro, Imago tui, quae a me de te habetur: alioquin, si actiue interpretere, sententia erit, Imago, quā tu posides, huc me tendere cōpulit. q Ellipsis; pro, ad haec limina.

Stãt[a] ſale[b] Tyrrheno claſſes. da[c] iungere dextram,
Da genitor, teq. amplexu ne[d] ſubtrahe noſtro.
Sic memorans, largo fletu[e] ſimul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter fruſtra comprenſa manus effugit[f] imago,
Par leuibus uentis, uolucriq ſimillima ſomno.
Interea[g] uidet Aeneas in ualle reducta
Seclusum nemus, & uirgulta[h] ſonantia[i] ſiluae,
Lethaeũq.,[l] domos placidas[m] qui praenatat, amnẽ.
Hunc circum innumerae gentes,[n] populiq. uolabãt.
Ac uelut[o] in pratis, ubi apes aeſtate ſerena
Floribus inſidunt[p] uarijs; & candida circum[q]

a Paucis ad id reſpõdet, quod dixerat Anchiſes, Quas ego te terras, & quãta per aeq. uectum Accipio, &c. b Pro, Mari: ut l. 5. uerſ. 84S. Mene ſalis placidi uultum, fl. q. Ignorare iubes? Quemadmodum Graeci ἅλα. ſimili quoq figura uſurpant.
c Petitio, cum extenuatione. Rurſum repetitioni uerbi inſunt affectus.
d Apocope, pro, amplexui: uel per Ellipſin, pro; ex amplexu noſtro.
e Lacrumantem Anchiſen, ſed decore, inducit, motum filij pietate: etſi aliõqui ea aetas in lacrumas pronior eſt. f Sumptum ex Homer. Od. 96. ubi Vlyſſes, matris umbram amplecti cupiens, ſimili modo fruſtratur.
g Paraſceue ad Socraticã philoſophiã, quae exſtat apud Plat. in Phaed. maxime, & alibi, de animorum immortalitate, de Deo conditore & gubernatore rerum, ex quo omnia uitam & ſubſtantiam hauriunt, omnia mouentur. Huc ut rem deducat, & Anchiſen haec & alia docentem inducat. fingit Aeneam, ex occaſione amnis & ſubiectae ſiluae, narrandi materiam illi ſuppeditantem. h Quod nemus intelligat, periphraſtice plurib. uerbis circumloquitur. i ſic legiſſe Ser. cui & Romanus codex adſtipuletur, Pier. auctor eſt: quinq. tamẽ Aldini uet. l. et Carp. Siluis, habẽt: Siluae.
K Cauſſam, quare Lethaeum amnem poetae induxerint, uide apud Lactant. de Diu. prae. c. 10. l Elyſios campos. m Praeterfluit.
n Innum. gentium & pop. animae.
o Vmbrarum denſam circa Lethaeum amnem uolantium frequentiam demonſtraturus, ab apum in flores deuolantium aeſtiua mellificatione, ſimilitudinem ducit: qua rem uelut praeſentem ob oculos ponit.
p Inſident, mel exſugentes.
q Diacope ſeu Tmeſis.

Lilia

Lilia[a] *funduntur.*[b] *strepit*[c] *omnis murmure cãpus.*
Horrescit[d] *uisu subito, caussasq requirit*
Inscius Aeneas, quae sint ea flumina porro,[e]
Qui ue uiri[f] *tanto complerint agmine*[g] *ripas.*
Tũ pater Anchises. animae,[h] *quibus altera fato*

a Speciem, pro genere posuit. c Aptissima metaphora, apum, nunc in hos, nunc in illos flores deuolantium densitatem exprimit. b A bombo seu suaui sono apum, quem peruenuste cognata metaphora Murmur uocat. d Terrorem ex obiectis spectris ei affingit: quẽ mythologici conscientiae ex ueritatis simulacris motae & perterritae applicant. Primo enim scelerum conscientia obiectis ueritatis umbris facinorosos premit, deinde paenitentia ducti, caussas et fontes uitiorum docentur, ac ad resipiscentiam redeunt: postremo diuina speculatione se oblectantes omniũ uitiorum obliuiscuntur. e Procul. f Parasceue ad ea, quae infra de Aeneae posteritate, Iuliaeq. familiae laudib. cõmemorantur. g Impetu S. Non uideo, tamen cur pro frequentia aut multitudine hic accipi non possit. h Pythagoricum illud dogma fuit, sed somnium uerius atq. delirium, quod persuaserat miseris mortalib. Pythagoras: cuius & hoc cõmentum refert Hermippus. Cum in Italiam uenisset, statim subterraneam domum effodit, matri imperans ut in tabulis annotaret ea, quae contingerent, & tẽpus simul adscriberet. Deinde in illum hiatum subterraneum se recepit. Mater, ut mandatum fuerat, quamdiu abesset, omnia, quae agebantur sedulo in litteras retulit. Anno peracto, rediit ex effosso specu squalidus, macilentus, horridus, situ obsitus, ac prorsus Trophonianus aliquis: qui aduocata in concionem multitudine, publice docuit, quo modo ab inferis rediisset. Atq. ut fides sibi haberetur, omnia, quae in illa Italiae parte, se absente, gesta essent, tamquam ex commentariis recitauit. Quod audiens multitudo, hominis miserta, & religione commota, passim lacrumas fudit, Pythagorae diuinam mentem inesse existimans. Extemplo uiri suas quisq. certatim Pythagorae uxores in disciplinam tradiderunt, ut arcanam illam philosophiam ex illo discerent: quae deinde Pythagoricae dictae fuere. Hinc μετεμψύχωσιν animarum struxit, qua in alia atq. alia corpora migrare credebãtur. Hanc opinionẽ et tenuisse Pharisaeos, Ioseph. de bel. Iudaico, l. 2. c. 7. auctor est: animam s. incorruptam esse, transire omnium bonorum in alia corpora, malorum uero perpetuo supplicio cruciari. Virgilius sic non omnib. alia corpora deberi innuit, sed quibusdam tantum: neque iis fortuito, sed fato. Nam malis reditum negatum constat, qui ob scelera in uita perpetrata horrendis cruciatib. puniuntur. Bonis autem sua praemia in Elysio sunt: quibus ergo altera fato Corpora debentur?

Corpora debentur, Lethaei [a] ad fluminis undam
Securos [b] latices, [c] & longa obliuia [d] potant.

a Reſpicit ad ſpeculationem phyſicam, qua illi duos tropicos, zodiacum interſecantes, portas eſſe cõminiſcuntur, per quas animae e caelo in terras deorſum feruntur, ac ſurſum item remigrãt. Horũ altera, Cancer; hominũ putatur: altera, Capricornus; deorum: quod per eã animae ad propriã immortalitatis ſedẽ, diuorũq. numerũ reuertantur. Atque id quidẽ exiſtimant antri Ithacenſis deſcriptionẽ apud Hom. ſignificare Hac de cauſſa Pythagoras docuit, a γαλαξία Ditis ĩperiũ ĩcipere, quod ĩde lapſae aĩae iã a ſuperis receſſerint: inde deorſũ ĩ corpora lapſurae, quãdiu ĩ Cancro ſunt, nõdũ a ſuperis abiiſſe creduntur. Verũ ad Leonẽ uſq. labẽdo profectae, futurae cõditionis exordiũ, & rudimẽta naſcẽdi auſpicari putantur. Cum igitur aĩa in corpus defluit, ſilueſtrẽ tumultum ſtatim dicunt experiri, quẽ ὕλην uocant. Eam ob cauſſam Plato in Phaed. aĩam noua ebrietate trepidantẽ in corpus fluere ſcribit, uolens nouum potũ alluuionis materialis intelligi. Comes autem ebrietatis eſt obliuio, quae ibi animis obrepere incipit. Etenim, ſi animae illae rerum diuinarum memoriã, quarũ ĩ caelo gnarae fuiſſe exiſtimantur, ſecum in corpora deferrent, nulla inter hoĩes de Deo, eiusq. reb. foret digladiatio. b Ab effectu: qui ſecuros faciunt: ut, Morbi pallidi, qui pallidos faciunt, & Mors pallida. c Aquas obliuionẽ rerũ gignentes, & inducentes. d Alludit ad uocis etymon, ἀπὸ τῆς λήθης enim, Lethe deriuari uolunt. Deinde ad Pythagoricam μετεμψύχωσιν reſpicit. Solent n. illi docere animas ad corpora remigraturas ex Letheo amne potare, quo omnium in uita exactorũ prius obliuiſcantur. Pythagoras ẽt, qui huius doctrinae primus auctor fuit, ut ſcribit Heraclides Ponticus, dicere ſolitus fuit, aliquando Aetalidẽ ſe fuiſſe, ac Mercurii filiũ exiſtimatũ, monitũq. ſe a Mercurio, ut extra immortalitatẽ, quod uellet, libere peteret: tũ petiiſſe ut uiuens, et functus uita, oĩum quae ſibi uſueniſſent, recordari poſſet: ſtatimq. uoti factũ eſſe cõpotẽ, oĩumq. meminiſſe, quae ante multa ſaecula eueniſſent Euphorbo, Aethalidiq. Ac ulterius ẽt a Mercurio hoc beneficii tuliſſe, ut aĩa ſua perpetuo errore uagaretur, migraretq. in arbores, quas uellet, aut ẽt animãtia, (hinc ſtulta perſuaſione eum ab eſu ſuum, boũq. abſtinuiſſe, ueritũ ne patris, aut parentũ aĩam offenderet, memoriae proditũ eſt) teneretq. ſimul quae apud inferos ſibi eueniſſent, quaeq. reliquis animis. Iactare ſolet, Euphorbũ ſe ad Troiã fuiſſe: cui rei fidẽ facturus Branchidas petiit, ubi fanũ Apollinis ingreſſus, clypeũ ibi oſtẽdit, quem ſibi dudum Euphorbo detraxerat Menelaus, detractumq. uelut trophaeum gloriae cauſſa ibi fixerat. Ex Euphorbo ĩ Hermotimum iuiſſe, deinde in Pyrrhum Delium piſcatorẽ deſcẽdiſſe, atq. ita ad poſtremum Pythagoram factum, omniumq. eorum, quae dicta ſunt, meminiſſe.

Has

Has equidem memorare[a] tibi, atq. ostendere corã
Iampridem hanc prolẽ cupio enumerare meorum,
Quo[b] magis Italia tandem[c] laetere reperta.
O pater, an[d] ne aliquas ad caelũ hĩc ire putãdũ est
Sublimes[e] animas, iterumq. ad tarda reuerti
Corpora? quae lucis miseris tam dira[f] cupido?
Dicam equidem, nec te suspensum, nate, tenebo,
Suscipit[g] Anchises, atque ordine singula[h] pandit.
Principio[i] caelum,[k] ac terras, camposq.[l] liquẽtes;

a Attentio a cupiditate posterorum animas commonstrandi, quibus altera fato corpora debentur.

b Caussa finalis, ab utili. Promiserat etiam idipsum filio per somnum in Sicilia, ut dicitur lib. v. Sum genus omne tuum, & quae dentur moenia disces.

c Alij, Mecum laet. ut Carp. & 5. alij s. libri.

d Continuat id, quod Anchises de confluentib. umbris ad Lethaeum amnem responderat, eas esse uidelicet, quae fatis iterum ex Elysio in corpora humana mitterentur: quod quidem Aeneae, ut est, paradoxum uisum fuit. Diserte itaque id diligentius interrogando, patri materiam nouae narrationis contexendae suppeditat. *e Ser. exp. Animas sublimium, non omnium. H. Steph. construit cum Ire, utis sit sententia: Ire sublimes ad caelum aliquas animas: quae sane conuenientior est interpretatio. Nec uero inuenusta fuerit sentenaia, si Sublime caelum, hypallageticῶs exponas.*

f Vt scilicet ex perpetua quiete cupiant in uitam miserijs refertissimam remeare: in corpore uinciri, & quasi in sepulcro condi. Nam utroque hoc modo corpus a philosophis, & item a Cic rone consideratur: Qui e corporum, inquit, uinculis, tamquam e carcere, euolauerunt.

g Id est, Respondet: u: Grae. ὑπολαβών. Carp. tamen exemplar, Suspicit, habet. *h Expositurus, quomodo ex Elysio in corpora humana mittantur animae, altius orditur mundi creationem, a Deo, et diuina potentia, qua singula continentur. Hunc Deum, Spiritum uocat, Plato, τὸν νοῦν, id est, mentem: ex quo omnia uerius suam uitam hauriunt, quã ex quaternione Pythagorico.* *i Digreditur in locum philosophicum, Deum s. esse mundi aulmam ex Platonicor. opinione. Vide Macr. de som. Scip. l. 1. c. 14. & Crinit. de hon. discip. l. 6. c. 12. Ab elementis quattuor orditur, sed tamen alio modo quã reliqui. Sphaeram n. in duas partes distribuit, unicuique duo assignans elementa in caelũ, quod aerẽ cõplectitur, & ignẽ: & terrã, quae aquam continet.* *K Pro, aere, & aethere posuit.* *l Periphrasis Maris.*

Lucentemq. globum Lunae, Titaniaq. [a] astra
Spiritus [b] intus alit, [c] totamq. infusa per artus [d]
Mens agitat molẽ, [e] & magno se corpore miscet.
Inde [f] hominum, pecudumq. genus, uitaeq. uolãtũ,
Et quae marmoreo [g] fert mõstra [h] sub aequore põtus.

a Solẽ hic intelligi, plerique existimant uerius quã stellas: at Ser. utrũque disiunctiue intelligit. Ego non inconuenientissime facturum me arbitror, si copulatiue utrumque, i. & stellas, & Solem significari dicam. Constat enim Solem ipsum utpote unum e Titanibus aliquando Titanem nominari, teste Lucr. lib. 1. Flammiger an Titan ut alentes hauriat undas: & alibi saepius, ut exemplis supersedeam. Deinde uero Titanem Solis fratrem fuisse creditum, qui ad Asopum habitarit, & a quo tota regio, Titane dicta fuerit, Pausanias memoriae prodidit: eundẽq. fuisse uirum sollertem, ac perspicacissimi ingenij, utpote qui primus ipsius Solis, ac Lunae, stellarumq. motus obseruasse, & demonstrasse dicatur. Vnde etiam Solis frater uulgo existimatus fuit. Quae cum ita sint, non obscura, opinor, coniectura nasci potest, ab hoc, Titania astra, dictas fuisse stellas. Neque etiam uerisimile est, cum Lunam nominarit, Solem sub his Titanijs astris complecti noluisse: quin ea re praecipue epitheton huiusmodi addidisse existimarim. Multitudinis numerum peculiariter astris significandis destinasse uidetur: quo miror ualde eos, qui Solem his uerbis; magis, qui ignem significari uoluerunt. Neque enim cum Ignea epithetice uocantur astra, protinus ignis sunt: nec, ut exemplo ex hoc ipso loco deprompto utar, etsi mare Marmoreum dicitur, idem Marmor esse recte dixeris: nec cerea pruna, aut brachia, ipsam ceram.

b Deus, mens aeterna, νοῦς, ut Platonici aiunt.

c De animae mundi fabricatione, quo pacto illa per numeros sit contexta, qui a pari, & impari cubum, id est, perfectionem solidam cõficiunt, disputat Timaeus apud Platon.

d Elementa, quae membra sunt mundi. S.

e Sphaericam mundi machinam, cum orbibus & circulis caelestibus.

f Vel ex quattuor elementis, uel a Deo.

g A colore, non a materia, mare uocat Marmoreum.

h Diuersas piscium species.

Igneus

Igneus [a] est ollis [b] uigor, & caelestis origo
Seminibus, quantum [c] non noxia [c] corpora tardant,
Terreniq. hebetant [e] artus, moribundaq. [f] mēbra.
Hinc [g] metuūt, cupiūtq., dolēt, gaudētq. [h] nec auras
Respiciunt [i] clausae [k] tenebris, & carcere [l] caeco.

a A natura, & origine animorum. Quam diuersae autem fuerint, de animae hominis natura inter philosophos sententiae, docet Macr. l. 1. com. in Som. Scip. & Laert. in Vit. phil. b Antistoechon; pro, illis: quamquam nonnullos s. l. sic habere uidi. c Q. d. In tantum uiget in illis pars diuinitatis, in quantū sinit corporis qualitas. S. d Diserte Noxia: uel, senio effeta; uel alio aliquo naturae priuatae uitio laborātia. Vsus n. eorū, partim tēporum, partim ingenij iniuria hebetatur. e Pro, Hebetātur: enallage generis actiui pro pass. f Explicat, quae noxia corpora dixerit, expolitione: q. d. senescentia corpora, & paullatim senio ad mortem properantia. g Monent quidā sibi uideri castigatiorē fore lectionē, si hoc loco, pro, Hinc, legatur, Hic: qua de re ego uet. lib. cōsulens, forte unū inueni, in quo Hic, erat; aliū ēt, in quo Hij: reliquis Hinc asserentib. Quomodo aūt rectius legatur, ijs examinādū relinquo, qui acutius uidēt, otiumq. habent. nā mihi quidē fere caecutienti, ac etiānum laboris taedio ad finē properāti, ob tēporis angustiam huiusmodi deliberatio nō cōceditur. h τὰ πάθη, quib. quatitur corpus humanū, recenset: nec temere quaternario eas includit, cū 4. tantū praecipua sint affectuū genera: laetitia, spes, dolor, metus. Manutius in ep. 28. l. XI. ad Ciceronē tria cōiunxit; Timerēt, īquit, gauderēt, dolerēt. De his, quod lōgiorē eorū tractatio explicationē requirat, philosophos consule. i Carp. habet, Despiciūt; ut & alij duo uetustissimi, & probatissimi libri: tres reliqui, Respiciūt. K Ad Pythagoricorum dogmata respicit: hi n. ut et Platonici, duas mortes olim prodiderunt: unam animae, alteram animalis. Mori autē tum animal credebatur, cum eius anima e corpore emigraret: contra uero, tum intermori anima, cum a suo principio, et origine ī corpus demergeretur. Prior mors, communibus sensib. exposita: altera, in philosophorum gymnasiis disputatur, ac uulgo tam uidetur insolens, ut eam solā Vitae nomine (nedum pro morte reputent) appellatam censeat. Morte igitur animalis, liberatur anima, & ad caelestem patriam remittitur, ubi uera uita est: altera uero Pythagorica nimirum morte, anima ab immortalitate in has tenebras demergi putabatur. Vnde in corporis clausa carcere, eiusq. uinculis coercita, per terrenas curas ad caelestem θεωρίαν alucinatur. Atque illud est, quod poeta canit, Auras s. caelestes non respicere, cum tenebroso carcere clausae sunt. l Corpus intelligit: per Endyadin autem ait, pro Tenebroso carcere.

Quin,[a] & supremo cum lumine uita[b] reliquit,
Non tamẽ omne malũ miseris nec funditus omnes
Corporeae excedunt pestes:[c] penitusq.[d] necesse est
Multa diu concreta[e] modis inolescere[f] miris.
Ergo[g] exercentur poenis,[h] ueterumq. malorum
Supplicia expendunt. aliae panduntur inanes,

a Per antipophoram tacitae quaestioni occurrit, qua obiicias: Ergo corporis custodia liberatae, recta ad suae originis principia pergant. Non sic, ait. Nam patriae suae fere oblita, corporiq. longo usu adsueta, exitum horret. At fatali hora, cum emigrare elit nolit, cogitur, per indignationem discedit. Immo, inquit, ne post mortem quidem, commode potest a corpore diuelli: sed, aut circa cadauer obuersatur, aut alius noui alicuius corporis (Pythagorice) captat domicilium; non humani tantum, sed etiam belluini, cuius in hac uita naturam exercuit: quiduis potius perpessura, quam, ut in caelum, quod semel deseruit, reuertatur incognita, reliquisq. dissimilis. Ex Macrob. com. in som. Scip.

b Vbi anima corpus deseruit, non emaculatur statim ijs sordib. quas corporis commercio contraxit.

c Auxesis. Sordes, & uitia corporis intell. quibus anima inficitur.

d Quasi dicat, Fieri uix potuit, ut longa illa mutuae consuetudinis consociatione, multa, eaq. horrenda uitia animo inolita non sint. Nam, ut in prouerbio est, qui tangit picem, inquinatur ea.

e Conglutinata.

f Ennianum hemistichium, quo mire confirmatas in anima corporeas pestes, quae profectionem eius in patriam remorentur, significat. Sic in Georg. lib. 2 uers. 77. Vdoq. inolescere libro.

g Quasi dicat, Quid restat igitur, nisi ut expientur supplicijs, & poenis contagia? Poenas uere expiatorias intel. quibus expurgatae, ad sua principia remigrent puriores.

h Alludit ad tria genera purgationum: omnis enim, aut per aerem, aut per aquam, aut per ignem fit expolitio. Ex hoc loco colligit Lactant. poetas mortuorum resurrectionem sic satis ex Bibliacis lib. aut etiam ex sibyllinis cognouisse. Vide eum cap. 22. de Diu. prae. Et sane, ut eam non agnouerint, locum certe, ac sedem purgationi animarum post mortem esse destinatam, eos credidisse, ex hoc ipso loco, uel Momo iudice, conuincitur.

Suſpenſae[a] ad uentos . alijs ſub gurgite uaſto
Infectum[b] eluitur ſcelus , aut exuritur igni .[c]
Quiſq. ſuos patimur manes .[d] exinde[e] per amplum
Mittimur Elyſiũ , & pauci[f] laeta arua tenemus :
Donec[g] longa dies , perfecto temporis orbe ,
Concretam[h] exemit labem , purumq. reliquit
Aetherium[i] ſenſum, atque aurai[k] ſimplicis ignẽ .

a Forſan ad eas reſpicit, quae inanẽ gloriam nimis ſecutae ſunt : ut ſimili delicto poena afficiantur. Ventos autem aerem, quem aliquando ſpiritum dicimus, uocat . Ventorum autem regnum aer eſt, calidus , & humidus. Hac natura illi ſunt, quibus ex commotione calidi ſanguinis, & ſpirituum , uulgo Sanguineis nomen eſt : quorum uitia aere purgari, dicere uidetur. Ad conſimilem modum, Melancholici, qui ſicci ſunt, & frigidi, terra (quae ſub aqua, cuius craſſiſſima pars in terram tranſmutatur, comprehenditur) expurgantur . Vnde & ait, Sub gurgite uaſto deprimi . Iam uero & phlegmatici, frigidi & humidi , aqua, cuius complexionis ſunt , eluuntur. Cholerici autem , quod calidi ſint , & ſicci, ſordes igni exuruntur. Haec confer cum Seruiana illa in piſces , monſtra marina, & caeleſtia corpora μετεμψυχώσει.

b Al. Inuectum . Aldini ſane uet. lib. ſex , noſtram lectionem confirmãt. Hort. exponit Infectum, pro eo, quo animae ſunt infectae .

c Quo pacto animae corporibus liberatae cruciatum ſentiant, diſputat Lactant. de Diu. prae. cap. 20.

d Supplicia , quae ſunt apud manes . S. Aliter Macr. Mihi non diſplicet , explicatio de genijs .

e Vbi ad iſtum modum ſumus purgati, & expiati .

f Nam dãnatorum animis reditus praecluſus eſt ad corpora : uel, qui non ad plenum expiantur, repetunt noua corpora.

g Haec quidam iung. cum ijs , Quiſq. ſuos pat. manes . Alij ſic exp. Tamdiu haeremus in Elyſio, poſt aliquanti temporis poenas, donec tempus a Deo principe praeſtitutum, nobis attractam tabem abſterſerit , & anima iam perpurgata fuerit. Proinde tempore opus eſt pleno, & abſoluto ad emaculationem, priuſquam ex Elyſio ad amnem obliuionis perducantur.

h Contractam labem .

i Periphraſtice animam circumloquitur , modo Aurae ſimplicis ignem appellat .

K Vetuſto more ſoluit diphthongum , quod Lucretio perquam familiare eſt .

Has [a] omnes, ubi mille [b] rotam uoluere per annos,
Lethaeum ad fluuium deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores [c] ſupera ut conuexa reuiſant,
Rurſus & incipiant in corpora uelle reuerti.
Dixerat [d] Anchiſes, natumq., unaq. ſibyllam
Conuentus [e] trahit in medios, turbamq. [f] ſonantem:
Et tumulum [g] capit, unde omnes lōgo ordine poſſit
Aduerſos legere, [h] & uenientem diſcere uultus.
Nunc age, [i] Dardaniā [k] prolē quae deinde ſequatur
Gloria, [l] qui maneant Itala de gente nepotes, [m]
Illuſtres animas, noſtrumq. in nomen [n] ituras,
Expediam dictis, & te tua fata [o] docebo.
Ille, uides? [p] pura [q] iuuenis qui nititur haſta,

a Sub. Animas; mille exactis annis Deus ad obliuionis amnem uocat, ut ibi longa obliuia potent: cauſſam ſubnectit, ſcilicet, immemorem, &c. b Perfectionem rurſus ſignat, ut ſupra: Centum errant annos. Hac uult animas emaculari, ut, quidquid forte labis adhuc inhaeſerit, prorſus auferatur. Denarius numerus perfectus, centenarium producit: hic decies ſumptus, millenarium gignit.

c Vel praeteritorum, uel futurorum.

d Tranſitionem parat ad ea, quorum cauſſa tota haec κατάβασις ad inferos inſtituta fuit: ſ. ut ſtirpem Aeneae, Albanorum reges, & deinde Romanos proceres celebret, ut minus adultio ſentiatur. e Multitudinē, frequentem umbrarum numerum. f Per ſynonymiam, alludens ad rei naturam: turbae n. ſua multitudine ſtrepunt, fremuntque, ac animae etiam, quia ſubſtantiae ſunt incorporeae, ſonum tantum edunt. g Rebus humanis ſe accommodat, cum alioqui neque ex humili, neque ex edito loco ſpiritus oculis corporeis conſpici poſſit, niſi corpore aſſumpto, aut aerio, aut alio aliquo. h Conſiderare. S. Alij, Diſcernere. Quidam, Perluſtrare: ſecundum illud, u. 34. Quin protinus omnia Perlegerent oculis. In pr. huius l.
i Redintegrat attentionem, & docilitatem. K Troianam, per antonomaſiam; intel. Aeneae poſteros, Albanos reges, & Romanos.
l Ex rebus praeclare geſtis. m Romani, qui ex tuis poſteris naſcentur.
n In gentem: neque n. Romani, Anchiſiadae, aut Aeneadae umquam appellati fuiſſe reperiuntur. o Id eſt, quae tibi bella gerenda, eorumq. quis futurus ſit exitus explicabo. p Sic & Helena Il. γ. Graecor. proceres oſtēdit e moenibus Priamo. q Sine ferro. S. ut, Pura uaſa, quae caelata, aut incruſtata non ſunt.

Proxima [a] ſorte tenet lucis loca, primus [b] ad auras

a Id eſt, primus ex te naſcetur, Illuſtrat deinde per copiã obſcurius dictum. b Genealogiae ſeriẽ ab eius filio Siluio, quẽ ex Lauinia procreaturus eſt, orditur. Scriptores rẽ totã de Aſcanijs ĩ diuerſum trahunt. Aenea e reb. humanis ſublato, Aſcanius per aetatẽ imperio nõdum maturus erat, quod tamẽ ad pubertatẽ uſq. ei incolume mãſiſſe ſub muliebri tutela ferunt. indeq. paterno regno inauguratum feliciter regnum gubernaſſe. Sed hic Aſcanius, uter fuerit, nõ ſatis conſtat: maior ne ille, qui Creuſa matre, Troia incolumi natus, paternae ĩ Italiã fugae comes fuit, (quem Iulum dictum, ſui nominis auctorem gens Iulia uocat) an minor, quẽ ex Lauinia ſuſceperat. Ceterum, hic ne, an alter fuerit, non eſt, cur te torqueas: hoc conſtat, abundante Lauinij multitudine, urbe opulenta matri, uel nouercae relicta, nouam aliamq. ſub Albano monte Aſcanium condidiſſe urbem, quam, ab albae ſuis augurio, et urbis in dorſo montis porrectae ſitu, Albam Longã appellauit. Sed tamen nil haec quadrant huic loco, ubi Aſcanium Siluium, poſtumam Aeneae prolem, in ſiluis poſt patris mortem natum, & educatum, aperte deſcribit. Aſcanij filium Siluium dictum, caſu quodam in ſiluis natum uolunt: & patri in imperium ſucceſſiſſe Liu. auctor eſt locupletiſſimus: quin & Aſcanium XXX. imperij anno, Albam condidiſſe, addit. Sed, quanta ſit ſcriptorum hac de re diuerſitas, uel hinc liquet, quod extent, qui Albam ab Aenea conditam aſſerant: Rurſum alij, qui ab Aſcanio, Aeneae, & Lauiniae filio: & Siluium Aſcanij filium patri in regnum Albanum ſucceſſiſſe. Sed qui tum Siluius Aeneae poſtuma proles? Age uero, ex Dionyſio, & alijs, quo res clarior fiat, hiſtoriam adſcribam. Aeneas ſeptimo fere anno poſt Ilij excidium, fato defuncto, Aſcanius, Euryleos dictus, ſtatim ab eius interitu, Latinorum regnũ ſuſcepit. Quem, ut priuignum, uerita Lauinia, uterum geſtans, occulte in ſiluam, ad Tyrrhenum quendam regij pecoris magiſtrum fugit, ibiq. peperit. Latuit apud eum diu. Aduertens aũt Tyrrheus, Aſcanium, ſuſpicione caedis nouercalis Lauiniẽ ſib. exoſum eſſe, Lauiniae rẽ aperit, ſuadetq. Lauiniũ repetere, nihil eſſe, quod uereretur: perſuaſit reginae paſtor. Aſcaniũ illa reuiſit, qui beneuolũ ſuum in nouercã aĩum declarauit. In regnum recepit, regnauit una cum ea, uſq. ad cõditã Albã: ac Siluium fratrẽ poſtumum in regnum ſuccedere iuſſit. Ab hoc deinceps, oẽs Albanorum reges, Siluij dicti fuere. Iulo filio, Pontificatum Max. donauit: quod deinde ſacerdotium in Iula gente, uſq. ad eius interitum permanſit. Quin & Siluius appellatus fuit, quod in ſiluis natus eſſet. Ceterum quãdiu uixit Aſcanius Creuſae filius, Lauinia apud eum materna ueneratione habita fuit.

Aetherias, Italo[a] commistus sanguine, surget
Siluius,[b] Albanum[c] nomen, tua[d] postuma[e] proles:
Quem[f] tibi longaeuo serum Lauinia coniux
Educet siluis regem, regumq.[g] parentem:[h]
Vnde[i] genus longa nostrum dominabitur[k] Alba.

a Ex Lauinia scilicet, Latini filia procreãdus, & suscitandus.

b Non temere est, quod uariant scriptores. Nam Liu. qui fide historica nulli secundus est, Siluium, Ascanij filium uocat: Siluius deinde regnat Ascanij filius, inquit, casu quodam in siluis natus. Constat igitur eum secundum ab Ascanio, Albae regnum tenuisse: constat item in siluis eum natum, sed de patre controuersia est. At Virg. eum, tum Aeneae postumã prolem, tum in siluis educatum canit.

c Omnes enim Albani reges, Siluij dicti sunt.

d Apostrophe ad filium Aenean.

e Te humato nascitura: quam Graeci ὀψίγονον, uocant. Huius uocis etymon facere reddit Megadorus apud Plaut. in Aulul. Post mediam aetatem, inquit, qui mediam uxorem ducit domum, Si eam senex anum praegnantem fortuito fecerit, quid dubitas, Quin sit paratum nomen puero Postumus? Adiectiue, pro postero, ac futuro: ut, Spes postuma. In qua significatione Grammatici quidam hic accipi putant uocabulum: maxime, quod addat Anchises, Longaeuo, arguẽs prolẽ serã. Affirmat hoc Casellius apud Gell. negat Sulpic. Apollinar. l. 2. c. 16. Quod si ita acceperimus Postumum pro lõgaeuo, nodus solutus est. Addit super haec, Serũ: quippe, grandaeuo aliquando natum. Rursum, alij, qui ita accipiunt, ut post mortem patris, natus, eductusq. in siluis sit, Longaeuum exp. qui longum acturus sit aeuum cum dijs immortalibus. Itaque Virgil. utramque opinionem in ambigua uoce expressit.

f Hunc locum interpretatur Gell. lib. 2. cap. 6. ostendens Casellium Vindicem a Sulpicio Apollinare in loci huius interpretatione fuisse reprehensum.

g Paranomasia perelegans.

h Quod ab eo reges orti, longa serie ibi sint regnaturi, & Siluij cognomen praelaturi.

i Id est, A quo: ut l. 1. Aen. Genus unde Latinum: in prin. Ter. Eun. act. 1. sc. 2. E praedonibus unde emerat, id est, a quib. Et in Eun. prologo: Vnde petitur aurum: pro, reus a quo petitur.

K Trecentos fere annos Siluij posteritas Albae regnasse proditur.

Proximus

Proximus[a] *ille Procas,*[b] *Troianae gloria*[c] *gentis,*
Et Capys,[d] *et Numitor,*[e] *& qui te nomine reddet,*
Siluius Aeneas,[f] *pariter pietate, uel armis*
Egregius; si[g] *umquam regnãdã acceperit Albam.*

a Non quidem, quod statim, & immediate post Siluiũ in uitam sit emersurus, sed quod proximus in ordine ibi fuerit collocatus, & post Siluium, monstranti Anchisae apparuerit. Apud Liu. enim alius ordo genealogiae est: ibi decimus & tertius ab Ascanio Procas memoratur, etsi alij dumtaxat decimum & quartum fuisse existiment. b Fuit Procas Numitoris, & Amulij pater, quorum ille Romuli, & Remi auus, a fratre regno exsutus, & in carcere detentus fuit, ut fusius apud Liuium. c Non abs re Procam, Troianae gentis gloriam uocat: nam is origo, & prima stirps Romani populi recensetur, utpote auus Rheae Siluiae, matris conditorum urbis Romae. d Carminis necessitate regum ordinem confudiße uidetur: septimus n. Capys ab Ascanio numeratur, ortus Aty, Capetis pater. Fuit & Capys Troianus Anchisae pater, Assaraci filius: cuius memoriam in recensione regum Albanorum obiter celebrat, in Aeneae laudem, qui auo tam illustri prognatus sit. e Hic decimus quartus Albanorum rex ab Ascanio recẽsetur: aut (ut alij) decimusquinctus. Porro haec numeri discrepãtia, ex eo est, quod a Liuio, alter Capetus sit praetermißus. Sed, ad Numitorem quod attinet, legimus, Amulium patre mortuo, regnũ per uim occupaße, fratre maiore, Numitore, cui iure gentium regnum debebatur, in carcerem coniecto. Quod tamquam parum esset, eo nondum contentus, Egestum, uel, ut alij, Lausum, Numitoris filium, etiamnum impuberem, ut uindictae securus esset, dispositis in silua, ubi uenabatur, percussoribus, insidijs exceptum obtruncat, tacite subornans, qui a latronib. interfectum dicerent. Sed fidem apud Albanos mendacium illud non inuenit, suspicantes etiamnum atque adeo iam persuasos, illum eadem id agere uia, ut fratrem, quem regno exsuerat, posteris etiam priuaret. Hoc amplius, quod Iliam, seu Rheam Siluiam, fratris filiam, ut omnem procreandae prolis illi spem praeciperet, per honoris speciem, Vestalem legit. Veteribus enim apud Albanos honorificum habebatur id sacerdotium, adeo ut non quasuis, sed summo loco ortas uirgines in illum ordinem collocarent. Lege fusius historiam apud Liu. lib. I. ab V. C. f Hic in serie tertius fuiße memoratur, Siluij Ascanij filius. g Dubitatiue, nec temere. fraude n. tutoris paterno regno diu caruit, ut qui quinquagesimo s. & secundo anno, demum id receperit; quem tamen XXX. & unum annos regnaße produnt, sic ut ad XXCIIB. annum aetatem produxerit.

Qui

Qui iuuenes [a] quantas ostentant, adspice, uires.
At, qui umbrata [b] gerunt ciuili [c] tempora [d] quercu,
Hi [e] tibi Nometum, [f] et Gabios, [g] urbemq. Fidenam, [h]

a Epilogus narrationis: quoniam nihil admodum memorabile ab Albanis regib. gestum sit, caussae nihil esse existimat, cur in eorum catalogo recensendo diutius immoretur. Itaque obiter ad uetera quaedam monumenta recensenda properat, ut sic castra, ac opida quaedam origine uetusta donet. b Quasi dicat, quae corollis uirtute partis inumbrantur. c Ciuica corona, quercea, quae dabatur iis, qui ciuem in proelio seruassent. Sabinus Massurius tamen scripsit ciuicam coronam ei tantum dari solere, qui ciuem seruasset, & hostem eodem tempore occidisset, neque loco se in eadem pugna mouisset: alioqui ius coronae ciuicae negari. Verum posteris temporibus Tiberius Caesar, consultus, num ciuica ei deberetur, qui caeso hoste, & seruato ciue locum deseruisset, quo statim hostes potiti essent: respondit; ita uideri, quod appareret loco tam iniquo pugnatum, ut etiam a fortiter pugnantib. retineri non potuerit. Huiusmodi corona L. Coelius, Ciceronem in Senatu donandum censuit a rep. quod nimirum, eius opera, industria, & uigilantia, urbs a saeuissima Catilinae coniuratione seruata, uindicataq. fuisset.

d Synecdoche, pro, Capite, cui imponebatur huiusmodi corona. Notat autem obiter, cum uirtutem, tum pietatem illorum in ciues.

e Omnes hae priscorum Latinorum urbes fuerunt, olim ab Albanis regibus constitutae, & bona ex parte a Romanis deletae.

f Sabinorum opidum, cuius ager cum initio uehementer sterilitate laborasset, postea colonorum cura fertilissimus redditus fuit. Nobilitatum fuit Senecae, clarissimi, & diuinissimi (ut sic dicam) philosophi memoria, qui ibi campos habuisse memoratur, uini feracissimos: adeo ut singula praedia octonos uini culeos reddidisse prodantur. Habuerunt & hic uillas Palaemon grammaticus, Ouid. & Martial.

g Volscorum urbs fuit LXX. ∞ pass. ab urbe distans, a Galacto, & Bio fratribus, Siculis condita, Solino teste: fraudeq. Sexti Tarquinij, Superbi filij, in Romanorum ditionem reducta, ut apud Liu. est.

h Variauit numerum, cum plurali tantum efferatur. Clarissimum Latij opidum, quod a regibus Romanis, uarijs cladib. afflictum fuit. Primum a Romulo, a quo captum non sine magna clade fuit: inde a Tullo Hostilio, caesis ciuitatum principibus, in deditionem uenit: mox ab Etruscis, regnante Tarquinio Prisco occupatum, & Romanis ademptum fuit: recuperatum inde post exactos reges L. Virginio, & Claudio Iulio Cos.

Hi

Hi Collatinas[a] imponent montibus arces,
Pometios,[b] Castrumq. Inui,[c] Bolamq.[d], Corãque.[e]
Haec[f] tũ nomina erũt, nũc sũt sine nomine terrae.[g]
Quin[h] & auo[i] comitem sese Mauortius[k] addet[l]

a Collatia in Latio fuit: nomen opido a cõferendo factum putatur, quod scilicet in illud aliarum urbium opes aliquando collatae fuerint, auctore Sex. Pompeio. Inde porta Collatina Romae appellata. Collatina autem dea, fuit illa, quam collibus praeesse putarunt. Illustrauit Collatiam Tarq. Priscus, a quo in deditionem accepta, arma adempta, pecuniaq. insuper imperata fuit: Egerio fratris eius filio perpetua potestate opido praefecto. Sed nihil aeque nobilitauit eam urbem, atque stuprum, & mors Lucretiae, Tarquinij Collatini uxoris, de quo uide Liu. lib. 1. ab V. C.

b Sic legen. antiqui l. omnes, quos adhuc uidere mihi contigit, demonstrant, non Pomerios; ut inepte quidam. & tragoedia fuit Naeuij, Militum Pometinensium. Virgil. hic per Heterosin numeri, & generis, Pometios ait, cum usitate alioqui Pometia dicta fuerit, urbs ipsa in Latio sita, capta, direptaq. aliquando a Tarq Superbo.

c Panos: nam is, ab ineundo, Inuus quoque appellatus est. Quod castrum intelligat, non satis constat, sed inter Castrimonienses fuisse licet conijcere.

d Opidum agri Campani in Italia, Coriolis, & Fidenis uicinum, teste Liu. Latius uide de hoc Plin. lib. 3. c. 5

e Latij opidum, cuius incolas Coranos, a Dardano ortos, ait Plin. in descript. Italiae. collocant opidum circa Castrimonienses.

f Non ait Anchises in praesenti ea loca sic uocari, sed olim ea nomina a conditoribus suis huiusmodi appellationes sortitura.

g Carp. habet, Gentes.

h Missis Albanorum, & regib & rebus, àd res Romanas transit. Hic non ita seruat ordinem, ut etiam incipiens a Romulo, praeteritis tot medij temporis illustrissimis consulibus statim ad Caesarem dictatorem, & Augustum, qui ei in monarchia successit, properet, ut scilicet horum duorum, qui imperij pomeria egregie propagarant, laudes, Romuli gloriae aequiparet.

i Numitori, cum quo Romulus, & Remus, eius nepotes, uno anno regnauerunt.

K Martis filius, ut fama erat: uel; bellicosus, tamquam Marte dignus.

l Adiunget se socium, in uindicando regno Albano, ab Amulio per tyrannidem occupato, ut supra latius monui.

Romulus, Assaraci[a] quem sanguinis Ilia[b] mater
Educet. uiden ut geminae[c] stant[d] uertice[e] cristae,[f]
Et pater ipse suo superum[g] iam signat honore?

a *A parente & maiorib. nobilissimis, Iliam, siue Rheam Siluiam describit, cũ eam sanguinis Assaraci esse canit.i. prognatã Troianorum regum sanguine. Trois.n. filius fuit Assaracus, pater Capyos, unde Anchises Aeneae pater descenderat.* b *Haec Numitoris filia fuit, canẽte Ouid. Ilia cum Lauso de Numitore sati. Haec & Rhea dicebatur. De hac ead. habes l.1. Aen. u 277. Haec a patruo Amulio per honoris speciem Vestalis facta, ut paullo supra monui, a Marte, cũ forte aquã pro sacris haustura exysset, cõpressa fuit, ex quo Romulũ & Remum concepisse dicitur: quos cum enixa esset, ad Tiberim exponi iussit Amulius. ipsamq. apud eundem amnem defodi uiuam: unde est, quod Vxorium amnem, Horat. uocat Tiberim, l.1. Car. Od 2. Pueri inuenti in ripa, a Faustulo pastore ablati, & uxori Laurentiae educandi traditi sunt: ubi cum adoleuissent, a pastore de genere suo edocti, Amulium trucidant, & Numitori patruo regnum restituunt.*

c *Mutata numeri specie, Geminas, pro Duas dixit.*

d *Per admirationem uariatus est dictionis color; a signis uirtutis & strenuitatis.*

e *Ellipsis praepositionis, In.*

f *Galearũ coronae sunt, a gallorũ gallinaceorũ cristis ducta similitudine.*

g *Syncope, pro superorum: non accusandi casus, ut Ser. uoluit diuinitatem significat, qua a patre Marte donatus creditur. Liu. l.1. ab V. C. scribit, eum, cum forte ad Caprae paludem concionem haberet, subita procella cum nimbo orta repente omnium oculis sublatum: nec usquam inde in terris apparuisse amplius. Vnde, credita diuinitate ad superos translatum fama erat. Quam publice auxit & confirmauit Iulius Proculus, asserens, augustiore habitu nocte sibi Romuli imaginem occurrisse: a quo, tamquam e caelo lapsa, huiusmodi mãdata accepisset, ut, posita de se maestitia, rem militarem armis propagarent, urbem suam caput orbis terrarum aliquando futuram: se in caelum sublatum, indigetem factum esse. His uerbis persuasa multitudo, Romulum Deum deoq. prognatum, deinceps colere coepit. Regnarat annos XXXVII: peryt ipse annos natus LV. Plutarchus regno annum unum adycit, uitae item unum adimit. Aly fuere, quod & ipsum Liu. non dissimulat, qui eum a patrib. corpore in minutissimas partes discerpto interfectum, singulosq. singula frusta sub uestib. abdita domum occulte portasse, memoriae produnt. Cetera ex Liu. Plutarch. & Dionysio pete.*

En

En[a] huius, nate, auspicijs illa[b] inclyta[c] Roma[d]
Imperium terris, animos[e] aequabit Olympo,
Septemq.[f] una[g] sibi muro circumdabit arces:[h]
Felix[i] prole uirum:[k] qualis[l] Berecynthia[m] mater

a *Admirātis (cū alio qui exprobrantis uox sit) ac monstrantis. Romulum n. cuius auspicijs Roma primum sit condita, & inde eius imperium ac pomeria prolata ac propagata, monstrat Anchises.* b *Emphasis signat illam urbem in qua totius orbis aliquando futurum sit imperium. Inclytū quid sit, uide pag. 219.* c *De Romae nomine, uide Pomp. Laet. Hortens. & alios.*

d *Hanc urbem Romulus, fratris & aliorum caede expiata, ad XII. Kal. Maias, postr. Palilia, fossa cinxit, sulco aratri circumactu ducto. qui deinde dies, ut erat illorum temporum superstitio, a pastorib. sollemnis habitus fuisse dicitur.* e *Amplificatio magnitudinis imperij, & magnanimitatis Romanorum.* f *Qui diligenter Romanae urbis cunabula perscrutauere, initio eam septem colles ita complexam aiunt, ut arcus speciem eorum situs repraesentaret: & Tibris duos extremos praeterlabens nerui formam praeseferret. Nomina collium haec erant: Auentinus, Quirinalis, Coelius, Palatinus, Coeliolus, Viminalis, Capitolinus. Alij pro Coeliolo & Capitolino, Exquilinum & Ianicularem sufficiunt. De quib. singulis consule eos, qui diligentissime de Romanae urbis uetustate scripserunt.*

g *Hypallageticōs, pro; uno muro: quamquam alij exp. Vna s. Roma.*

h *Septem colles, uocat arces. solent. n. ueteres, ut pag. 515. monui, montium summitates, Arces uocare. Horum collium medius Palatinus in summo urbis situs erat: in quo multo ante consederat Euander, ubi Pallanteum, humile & obscurum opidulum condiderat.*

i *In urbis Romae felicitatem exclamatio uenusta, utpote quae tam illustrem & numerosam clarorum uirorum sobolem genitura esset, ut eius uirtute caput aliquando orbis terrarum futura sit. Prosopopoeiam urbi affingit, cum eam prole uirum beatam ac claram esse futuram ait.*

K *Syncope, pro uirorum. non sexus, sed uirtutis & fortitudinis significatione dixit: quem Homer. ετ᾽ ἀνέρες. Cic. pro Coel. Cum is iam se corroborauisset, ac uir inter uiros esset.*

l *Comparatione perelegante, a Matris deorum tacito, quod memoria & recordatione amplissimae & numerosissimae prolis concipit, gaudio, ducta, urbis felicitatem, peruenuste amplificat.*

m *Cybele, quae eadem cum Tellure creditur: unde hic eam Turritam uocat: Berecynthiam, a Berecyntho, Phrygiae castello.*

Inue-

Inuehitur curru Phrygias [a] turrita per urbes,
Laeta deum partu, centum complexa nepotes,
Omnes caelicolas, [b] omnes supera alta tenentes:
Huc geminas nunc [c] flecte acies, hãc [d] adspice gẽtẽ,
Romanosq. tuos. Hic Caesar, [e] & omnis Iuli
Progenies, magnum caeli uentura [f] sub axem.
Hic uir, hic [g] est, tibi quem promitti saepius audis,

a Nam in Dindymis Phrygiae mõte, ad Sagarim amnẽ uel (ut Plutarchus) ad Marsyã flu. peculiarib. sacris colitur, quae ipsa sibi per Corybantas fieri curauit. b A simili forte inferre uoluit poeta, duces Romanos illustres heroas futuros, & propter beneficia & pietatẽ in patriam tandẽ in diuorum numerum relatũ iri. c Alij, Huc fl. ut nimirũ repetione excitetur attentio. Quo pacto in s.l. reperisse se asserit Fabr. Aldini sane omnes, Nunc habent, ut & Carp. d Transit ad celebrationem Caesaris dictatoris, & Augusti, omissis inter medijs plurib. de caussis. Primũ, ut Iuliae gentis progeniem antiquitate donet; deinde ut principi suo aduletur, sub quo populi Rom. imperium longe amplissimum erat. Si. n. longam regum & imperatorum intermediorum seriem enumerare perrexisset, lectorem ad Caesaris laudes properãtem, nimium fuisset remoratus, & legendis praecedentium encomijs fessum, minus ad postremorum laudes affectum propensum duceret. Quinimmo, si recte rẽ consideres, aliter ei faciendum non fuisse comperies. Nam laudibus uecto urbis conditore, conuenire uidebatur & monarchiae auctorem subijcere: praesertim cum hoc Virgilio propositum fuiße uidemus, ut Caesarem cum Romulo exaequet, & parem factis ostendat.

e Intell. C. Iulium Caesarem, dictatorem, qui primus monarchiam introduxit & stabiliuit, sic ut hereditariam faceret suae genti. De hoc praestat in totum silere, quam pauca dicere. Habes elegantissimos eius de suis reb. commentarios, quos de reb. eius praeclare gestis, consule. Plutarchum uero, & alios. de ijs, quae monarchia introducta acta sunt, si mores eius cognoscere desideras, adire poteris.

f Assecutura caelestes honores: praeter pestes illas, & monstra uerius quam homines, Caligulam. Claudium, Neronem, & alios, quorum imperium in tyrannidem exijt, ut apud Plutarch. & Suetonium est.

g Repetitio demonstratiui pronominis Hic, non emphasim, sed ἔνδειξιν personae, de qua prodigiose uirtutis argumenta narrari audierit, denotat.

Augustus

Augustus [a] *Caesar, diuum* [b] *genus,* [c] *aurea* [d] *cōdet*
Saecula; qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno [e] *quōdā, super & Garamātas,* [f] *& Indos*

a *Octauius a puero dictus: postea Caesar, quod nomē sibi ex testamēto Caesaris dictatoris, maioris auunculi, ac patris adoptiui, fuit adeptus. Ad postremum, honorifica & amplissima Augusti appellatio, a senatu illi fuit decreta.*

b *Pier. annotat in Mediceo, & Romano exempl. Diui genus esse: quomodo & Ser. legisse animaduerto in scholijs eiusdem, exponentem s. Caesaris, qui factus sit Deus. Quod confirmat Fabric. aiens se in nummis iuuenili effigie, ita scriptum uidisse; Caesar Diui F. Quo modo etiam legi in antiquis Inscriptionibus, reperi Antiquarum Inscriptionum Thesauro, cuius editionem molitur Aldus Manutius Paulli F. Aldi N.*

c *Genitus proditur Octauio & Atia, Iulia Caesaris Iulij sorore: fuit itaque Caesar dictator, Octauij, seu Augusti auunculus maior. Vide Suet. in Augusto.* d *Tanta. n. tranquillitate, deuictis primum hostib. totos quadraginta annos remp. gubernauit, ut noua mundo facies inducta uideretur, adeo ut eius tempora, Aurea saecula, dicta fuerint. Hac tempestate tam pacifica, pacis auctor* παντοκράτωρ ὁ θεὸς, *Christus, Dei filius nasci uoluit, ut pace nil melius, nil acceptius, nil sibi gratius esse nobis ostenderet.* e *Aetates mundi quattuor fuisse tradunt: auream, argenteam, aeneam, & ferream. Prima, Saturno regnante in Italia, qua mortales sanctissime, nullis legibus adstricti, uixisse produntur, & sua sponte fidem seruasse bella non nouisse: uictu simplici usos, fagis & glandib. alijsq. quae* ἀνήροτα καὶ ἄσπαρτα *proferebat terra: non operosas delicias, non gulae irritamenta noscebant. At, postquam, Saturno pulso, Iuppiter denominari coepit, paullatim omnia in deterius labi, bella exerceri, leges condi, ac uictus delicatior adinuentus fuit: quare eam Argenteam aetatem dixere. Harum omnium elegans extat apud Hesiodum,* ἐν τῷ, ἔργα καὶ ἡμέρα. *Ouid. 1. Met. & Lactant. descriptio.*

f *Vltra Garamantas, & Indos, ad quorum fines nullius adhuc gentis imperium peruenit. Sunt Garamantes interioris Africae populi, ab ortu supra Psylos, ab occasu Atlantes, reliquis partib. Augilas, & Troglodytas respicientes, homines ferarum ritu in siluis degentes, adeo ab hominum consortio segregati, ut uisos protinus fugiant: matrimonia nesciunt, sed passim confuso coitu cum feminis consuescunt, liberos quisque suos, ex formae similitudine agnoscentes. Hi a Romanis superati memorantur, cum amplissimum de Afris triumphum ageret Cor. Balbus.*

Proferet imperium. iacet extra[a] ſidera tellus,
Extra anni, ſolisq. uias,[b] ubi[c] caeliſer Atlas

a Extra Cãcri & Capricorni tropicos, intra quos Zodiacum perambulat ſol: ergo, extra Zodiacum circuum. Veteru exiſtimatio fuit, ultra tropicum Capricorni, nullum locum habitabilem eſſe: cum tamen ex recenti latitudinis obſeruatione, Africam, in qua ſunt Garamantes & Aethiopes, conſtet tantum ultra tropicum paralellum Capricorni excurrere, quantum intimus Hadriaticici ſinus angulus a ſolſtitiali circuli recedit. Nec obſcurum eſt, ut arbitror, terras, quae ab aequatore 25. partib. ad Boream & ad Auſtrum abſcedunt, iam extra tropicos eſſe ſitas. Et quia extra aequinoctialem, Antoecos 30. partib. ne quid amplius dicatur, iacere tradunt; couſequens eſſe uidetur, continentem extra Zodiaci limites iacere, & ipſam Africam ad latus Antoecorum multis gradib. aperiri, cum Auſtrina plaga, ut minimum 60. gradib. in meridiem extendatur: ut ex Orontij, aliorumq. Chartis coſmographicis, manifeſtum eſt, Vult ergo hic dicere poeta, ſi qua tellus ultra tropicum Capricorni habitabilis eſt, ea populi Romani imperio ſub Auguſto adijcietur. De ijs, quae ſunt ultra tropicum Cancri, non eſt, quod quidquam dicatur, cum conſtet Iulium Caeſarem uſque ad Britannos, & Thalen (quam Belgae, Ooſtulietlandt, nominant) inſulam, ultra Orcades, penetraſſe, quae loca intra circulum arcticum & trop. Cancri, nedum extra ſolis metam, ſita ſunt.

b Intel. XII. ſigna Zodiaci, qui ſolis praecipuus eſt circulus.

c Aethiopiam ſignificat, quae circa hibernum occaſum, ad ultimam occidentis oram, Atlantem reſpicit. Haec quoque regio a Romanis ſubiugata fuit, duce M. Petronio, qui cum forte Aethiopes, Gallo in Arabia bellum gerente, in Thebaidem irrupiſſent, & Caeſaris ſtatuas deieciſſent, in eos miſſus cum X. millib. peditum & DCCC. equitib. eorum impetum non ſolum repreſſit, ſed etiam in fugam agens eorum cohortes, intra triduum maximam eorum urbem ui cepit. Qua re ſubito perculſa Canace eorum regina, per legatos ueniam a Petronio petijt. Quib. ille reſpondit, ad Caeſarem irent, quem offendiſſent: datisq. itineris comitib. ad Caeſarem deduci curauit: quo cum perueniſſent, humaniſſime ab eo ſuſcepti, pax conceſſa, tributaq. remiſſa fuere. Quod egregium fuit clementiae in Caeſare exemplar.

Axem

Axem [a] *humero torquet* [b] *stellis ardentibus* [c] *aptū.*
Huius in aduentu iam nunc, [d] *& Caspia* [e] *regna*
Responsis [f] *horrent* [g] *diuum, & Maeotica* [h] *tellus,*
Et septem gemini [i] *turbant* [k] *trepida ostia Nili.*

a *Caelestē globum, cū propriē poli extremi, in quibus uniuersa machina uoluitur, Axes dicantur, sumpta metaphora a currus parte, cui rotae inferuntur.* b *Sustinet, regit. Aptum autem, i. uicinum. S. aut conspersum, & consertum, ut lib.* IV. *Turnebum exponere annotaui, pag.* 396.

c *Quod igneae naturae sint, Vel, quod ardere uideantur prae splendore.*

d *Idem est, quod Nunc, facitq. certi temporis, quod praesens est, indicationem. Cic. de Diu. Iam nunc perspicio mente, & cogitatione, quae tum hominum studia, qui concursus futuri sint. Terent. inuertit ordinem: Eamus, inquit, nunc iam intro.*

e *Parthos quidam, alij Assyrios, intelligunt, ubi Caspiae portae monstrantur: ego non illos tantum, sed & Medos, Armenios, Hyrcanos, Persas, & alias gentes orientales.*

f *Sueton. in Caes. auctor est, oraculis diuorum responsum toti orbi nasciturum inuictum imperatorem: quod postea ad Augustum retulere. & paullo ante quam is nasceretur, Romae prodigium publice factum, quo denunciabatur, rerum naturam P. R. regem parturire. Apud Persas item, quos hic Caspiorum nomine signat, stella insuetae magnitudinis uisa fuit. Quae profecto omnia, non Augusti, sed* CHRISTI *aduentum portendebant: quemadmodum in ipsius ortu, teste Eusebio, Romae in Trāstiberina regione fons e terra erupit, qui toto illo die oleo manauit. Insuper Orsius tradit, eo die, quo natus est Christus, Octauium Romae uenisse, se Dominum appellari: haud dubio praesagio maioris dominatus, qui tum tēporis in terris oriretur, signum dans.*

g *Religione iniecta externati populi sunt, ut etiam nunc aduentum eius praeuideant, qui ipsorum impietatem. & barbariem compescet.*

h *Scythae, & Sarmatae.*

i *Septem ostijs marē intrantis. Est autem Nilus Aegypti flu. omnium, qui mediterraneum mare intrant, longe maximus, Asiam ab Africa discriminans: de quo latius consule Plin.*

K *Pro, Turbantur. S. per enallagen generis.*

Nec uero [a] Alcides [b] tantum telluris [c] obiuit;
Fixerit aeripedem [d] ceruam [e] licet, aut Erymāthi [f]
Placarit nemora, & Lernam [g] tremefecerit [h] arcu:
Nec [k] qui pampineis uictor iuga flectit habenis,
Liber agens celso Nysae [i] de uertice tigres. [l]
Et dubitamus [m] adhuc uirtutem extendere factis?
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quis [n] procul ille autem ramis insignis oliuae [o]

a Ab exemplis maioribus amplificat Augusti potentiā, et rerum ab eo gerendarum magnitudinē. Impensius autē Augusti laus crescit, quod res eius deorum factis exaequantur.

b Hercules, per antonomasiam, ut saepe monui.

c Celebrantur passim XII. labores Herculis, qui, quoniam notiores sunt, quam ut hic recensere necessum sit, ad reliqua transeo: si hoc prius addidero, Varronem, XL. Hercules agnoscere; omnesq. eos, Hercules uocari posse, qui res magnas fortiter gessissent, tradere.

d Diomedes grammaticus synaeresim hic collocat, per quattuor syll. pro, aeripedem, per quinque: Apronian. autem Aeripedem ceruam hic eo modo dictum existimat, quo apud Homer. πλακόποδας ἵππους.

e Circa Parrhasiam opidum, ceruam aeneis pedibus terribilem, arcu fudisse memoratur.

f Erymanthus Arcadiae mons est in Peloponneso, in quo Hercules fulmineum aprum, a quo illa nemora grauissime infestabantur, statuit.

g De hac uide σχόλιον, pag. 554.

h Miosis: minus dicit, quam factum sit. confecit enim belluam, non tantum tremefecit.

i Ab exemplo maiori, Bacchi s. qui, perlustrata India, in extremis eius finibus, expeditionis suae monumentum reliquit. Herculem autem, & Bacchum recte hic coniunxit, quod ad utriusque expeditionis terminos propagatum fuerit sub Augusto Romanum imperium.

K Indiae montis, cuius uertex Meros, radix Nysa appellatur.

l De hoc animali, uide pag. 383. m Hortantis; pro, Dubitas.

h Quoniam in Romulo regia Aeneae stirps defecit, ut ab alienigenis deinceps regnari debuerit, fingit Anchises, primo intuitu non agnoscere eum, qui post Romulum regnaturus esset.

o Pro, Oleae, quae arbor Mineruae sacra, & pacis insignē est. Vnde significat, eo regnante, pacem ciuitati fore cum finitimis.

Sacra ferens ? nosco [a] crines, incanaq. [b] menta
Regis Romani: [c] primus qui legibus urbem
Fundabit, [d] Curibus [e] paruis, & paupere terra
Mißus in imperiũ magnum. [f] cui deinde subibit, [g]
Otia [h] qui rumpet patriae, residesq. [i] mouebit
Tullus [k] in arma uiros, & iam desueta triumphis
Agmina: quẽ iuxta sequitur iactantior [l] Ancus, [m]
Nũc quoq. iã mirũ gaudens [n] popularibus [o] auris.
Vis & Tarquinios [p] reges, animamq. superbam [q]

a A laudibus Augusti ad Romanorum regum seriẽ transit. b Valde cana: nam XXC. annos natus decessisse fertur. c Numae Pompilij, senecta uenerandi, secundi Romanorum regis. De quo uide Liu. lib.2. ab V. C. d Religione, & legib. instruet urbem, a Romulo armis bene munitam. e Dionysius scribit in historia Reatina se legisse, Aborigines illam terram, ubi Cures urbs postea fuit, olim tenuisse, & a Fabidio nato ex indigena puella, & genio quodam id opidum conditum, ac Cures nominasse, de eius nomine cuius sit creditus filius: etsi alij a cuspide, quam Curim Sabini dicere solerent, Cures dictas uelint.
f Romanum s. in quo propter uitae integritatem confirmatus fuit. Lege Liu. lib.1. ab V. C. g Pro, Succedet. h Pacem sub Numa 43. annis integram habuerant Romani, quam Tullus occasione a Ciuilio Albanorũ rege oblata, rupit. i Otiosos, quasi nimium sedentes.
K Nepos Hostij Hostily, qui sub arce a Sabinis capta, fortiter pugnans occubuerat. Erat hic Tullus Hostilius ingenio non minus feroci, quam Romulus: ad haec auita gloria, ac aetas florida; qua regnum capeßere iubebatur a pop. Ro. animum eius ad bellicam laudem excitabat: indignum ratus tantam urbem otio torpescere. l Quod s. ex regia Numae stirpe prognatus esset: quam nobilitatem praecedens Tullus, iactare non poterat.
m Hic Ancus Martius fuit, nepos Numae ex filio, & Martio pontifice.
n Quippe cui, regia stirpe genito, omnium ordinum consensu, & fauore regnum deferretur. o Per metaph. fauorem, & gratiã popularem intel.
p Priscum, & Superbum intel. ante quos regnauit Seruius Tullus, quẽ ob stirpis obscuritatẽ, praetermisiße putatur Anchises. Superbus, Prisci ex filio nepos fuit, qui propter ferox, ac crudele ingenium hoc cognomentum nactus fuiße dicitur. De his uide Halycarnas. & Liu. l. V. q Nobilem, illustrẽ, ac generosum: quippe qui populũ R. Superbi tyrãnide oppressum, in libertatem uindicare ausus fuerit, expulsis urbe regib. Tarquinijs.

Vltoris [a] *Bruti,* [b] *fascesq.* [c] *uidere receptos?*
Consulis [d] *imperium hic primus, saeuasq. secures*
Accipiet; natosq. [e] *pater, noua bella* [f] *mouentes,*
Ad poenam [g] *pulchra pro libertate* [h] *uocabit* [i]
Infelix. [k] *utcumque ferent ea fata* [l] *minores:* [m]

a Et libertatis publicae, & Lucretiae pudoris.

b L. Iunius Brutus, Iunij, ab uno Aeneae comitum oriundi, & Tarquiniae, Prisci filiae, fuit filius: hic, patre suo cum maiore filio amplissimae indolis iuuene, a Superbo per inuidiam occiso, stuporem, & amentiam, uti ludibrio uerius, quam formidini esset regi, de industria simulauit. Vnde & a ficto stupore, Bruti cognomen nactus est. Plura uide apud Plutarch. Dionys. & Liu. lib. 2. ab V. C. c Imperium consulare. Intellectio est: nam 12. lictores, secures singulas, singulis uirgarum fascib. insertas gestantes, item purpura, sella eburnea in triumphis, quae regum ad id tempus usque fuerant, consularia insignia deinceps facta sunt. d Cum Tarquinio Collatino primum Cõsulatum gessit Brutus: sed cum plebi Tarquinium nomem, ob Superbi tyrãnidẽ, inuisum esse uideretur, collegae auctor fuit, ut spõte se cõsulatu abdicaret: quod & fecisse eum, etsi grauate, scribit Liu. in cuius locum Brutus ex Seruij formula comitijs cẽturiatis, Valerium Publicolã suffecit: Dionysius aliquãto aliter de Collatino. e Pathos a relatione. Bruti filios, Titum, & Tiberium, qui cõiurationis Tarquinianae participes fuerãt, intelligit. f Proditionem contra cõsules Rom. g Ad capitis suppliciũ: utrique n. magna populi miseratione securi caput amputatũ. Quae de ceterorũ supplicio refert Dionys. et Plutar. uariãt ab ijs, quae l. 2. ab V. C. Liu. scribit: nõnullis ẽt exploratiora eos, quã Liuiũ, hac de re habuisse existimãt. h Ad libertatẽ partã melius cõseruandã. i Deposcet, & produci curabit. K Ecphonesis in infelicitatẽ liberationis Bruti, qui uindicandae libertatis publicae caussa, naturalẽ στόργην in liberos patriae caritati anteponere debuerit: aut potius qui cum pulchra illa libertatis assertae gloria, domesticã proditionis labẽ fortunae malignitate habuerit cõiunctã. Egregie mehercle Ciceronis Off. l. 3. praeceptum exsecutus hic fuit Brutus; sic n. ait Cic. Quid si tyrannidẽ occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebit ne filius? imo uero obsecrabit patrẽ, ne id faciat: si nihil proficiat, accusabit: minabitur etiam: ad extremũ, si ad perniciẽ patriae res spectabit, patriae salutẽ anteponet saluti patris. Hactenus Cic. Sic & Brutus faciẽdum sibi existimauit, si boni cõsulis officium praestare uellet. n: que n. hoc urbis statu, mitius cum liberis agere potuit, per quos, si successum res habuisset, totam remp. breui in discrimen summũ perducendam fuisse, uidebat. l Al. Facta, s. quib. ille facuit in liberos suos. m Al. Nepotes.

Vincet

Vincet [a] amor patriae, laudumq. immensa cupido.
Quin Decios, [b] Drusosq. [c] procul, saeuumq. securi [d]
Adspice Torquatũ, [e] et referẽtẽ [f] signa [g] Camillũ. [h]
Illae autẽ, paribus [i] quas fulgere [k] cernis in armis,
Concordes animae nunc, & dũ nocte [l] premuntur,
Heu [m] quantum inter se bellum, si lumina uitae
Attigerint, quantas acies, stragemq. ciebunt,

a Exclamatione in factum Bruti cõcludit narrationem.
b Transit obiter ad Cos. quorũ uirtus remp. Rom. auxit.

Pater, & filius Decij, egregiam reip. operam nauarunt: ille bello Latino, pro rep. se deuouens, in mediam Latinorum aciem se coniecit: hic patris exemplum secutus, contra Gallos idem fecisse memoratur.

c Marcum, & Neronem, Drusos intelligit, quorum primus Scordiscos ad Danubium retulit; alter, cum Salinatore collega, Hasdrubalem uicit. Fuit & alius Drusi priuignus, qui Germanos trans Rhenum uicisse putabatur, ac postea ex equo lapsus, fracto crure in morbum letalem incidisse.

d Hoc eo dicit, quod in filium, qui non iure cum Latinis pugnasset, animaduerti curasset, ingenitae in filium στοργῆς oblitus. Vnde, Manliana imperia, in prouerb. abierunt: etsi Val. Max. hoc L. Postumio Triburto adscribat.

e T. Manlium dictatorem intel. qui singulari certamine cum Gallo congressus, occiso aureum torquem detraxit, ex quo Torquati nomen nactus est.

f Quae Galli uictis Romanis abstulerant.

g Redeuntem sub signis Romanis, cum robore copiarum ad expellendos ex urbe hostes, qui iam cum Romanis, sic conuenerant, ut, ∞ auri pondo acceptis, agro Romano excederent.

h Intel. Furium Camillum, qui Gallos, Brenno duce, Romam opprimentes, non Latio dumtaxat, sed & tota Italia expulit. Vide Liu. a quo nonnihil dissentiunt Plutar. & Polyb.

i Caesarem, & Pompeium intell. quorum hic parem, ille superiorem, ferre non potuis.

K Enallage coniugationis tertiae, pro secundae.

l Quamdiu hic apud umbras sunt.

m Pathetica exclamatione ciuilis belli procellam exaggerat.

a Montibus alpinis: nam alpib. seu aggeribus quibusdam circũducta est Italia, per quas Caesar Germanorum, & Gallorum robore instructus aduersus Pompeium generum in Italiam descendit.

Aggeribus [a] *socer* [b] *alpinis, atq. arce* [c] *Monoeci*
Descendens, gener [d] *aduersis instructus Eois.*
Ne pueri, [e] *ne* [f] *tanta animis assuescite* [g] *bella;* [h]
Neu patriae ualidas in uiscera [i] *uertite uires:*
Tuq. prior, [k] *tu parce,* [l] *genus qui ducis Olympo:* [m]

b *Caesarem intel. qui Socer Pompeij, data illi in matrimonium filia Iulia, fuiße dicitur.*

c *E Liguria. Est n. Monoecus ara, & portus Liguriae, qui & Herculis portus dicitur, teste Plin. lib. 3. c. 6. quod ibi, pulsis hostib. habitarit Hercules; uel, quod in eius templo nullus cum eo deus coleretur, ὡς μόνος οἰκῶν. unde & Hercules Monoecus dictus fuit.* d *Pompeius Caesar, ducta in uxorem eius filia Iulia: hic socio occurrit Orientalib. auxilijs instructus: qibus Romanorum legiones* XI. *equitum* VII. *millia adiunxit. ut ex commentar. Caesaris, & alijs historijs manifestius est, & notius, quam ut hic repetatur.* e *Pueros uocat, tamquam e sua stirpe exorituros, amice, & familiariter eos a ciuili bello ad mutuam concordiam hortari cupiens.*

f *Affectus insunt particulae, Ne, repetitae: ualetq. perinde ac si dicat, Omnino ne aßuescite bellis.*

g *Enallage generis, pro, Aßuefacite: ut & alibi.*

h *Verumtamen non est existimandum Anchisen eos omnino a bellis, quibus imperium, ac patriae communis salus defendatur, dehortari: sed dumtaxat a bellis ciuilibus & intestinis, quae omnes respubl. euertunt, & delent. Quod & ipse in seq. uersu satis declarat, cum rogat, ne uires suas in patriae uiscera conuertant.*

i *Quadam prosopopoeiae forma, ubi Romae Viscera tribuit, ceu unam personam, in cuius corpus ferrum acuatur.*

K *Superior, Victor*

l *Ad Caesarem hoc pertinet. & ait, Parce, ut uictorem simul, & clementem significet.*

m *A Ioue, & eius filia Venere, ex qua Anchises Aenean suscepit, ad Simoentem flu. Vnde Iulus Ascanius, cuius nomen habebat Caesar, cum Iulium se uocari uelle saepe contenderat.*

Proijce tela[a] *manu, sanguis meus.*[b]
Ille[c] *triumphata*[d] *Capitolia*[e] *ad alta Corintho*[f]
Victor aget currum, caesis insignis Achiuis.[h]
Eruet ille[g] *Argos,*[i] *Agamemnoniasq. Mycenas,*[k]
Ipsumq. Aeaciden,[l] *genus*[m] *armipotẽtis Achilli,*[n]

a *Arma, belli instrumenta.* b *Rufinia. mauult, Pius: ut intelligatur, Caesarem priorem parcere debere, quia sit Anchisae pius sanguis, & ab Olympo genus ducat. Carp. & 5. alij s.l. habent, Meus.*
c *L. Mumminũ demonstrat, quem in Graeciam exercitum ducturum promittit, quasi iniuriam maiorum suorum, euersa Corintho, ulturum.*
d *Triumphatam Corinthum, ait passiua uoce: de qua L. Mummius consul Roman. triumphum acturus sit.* e *Mos enim erat, triumphantes curru in urbem, & Capitolium inuehi.* f *Vrbs Corinthiae, in extremo Isthmi, ubi Peloponnesus incipit, a Corintho Marathonis filio dicta, cum primum Ephyraea cognominaretur: totius Graeciae lumen a Cic. uocatur. In hanc urbem exercitum miserunt Romani, quod legati eorum uiolati essent a Corinthijs, & praecipue a Critolao, urbis principe.* g *Achaeis, Chalcidensib. & Boeotis: quorum freti auxilijs, tã certã sibi de Romanis uictoriam promiserant, ut, priusquam in pugnam iretur, nonnulli currus educerent, ad hostium spolia in urbem reportanda: sed, spe nimium falsi, triste suis spectaculum praebuere.* h *Hoc non ad L. Mummiũ, ut Gel. Higynusq. intellexisse uidentur, sed ad Q. Curium Dentatum referendum arbitror. Nã hunc consulẽ Aeacidẽ, i. Pyrrhum Epirotarũ regem Italia expulisse, & uicisse, xx. hostium millib. caesis, ex historia constat.* i *Hoc eo dicit Anchises, ut uindictae Troiani regni nomine filium, ducẽ Troianũ soletur; non quod uel a Mummio, uel a Curio Dẽtato Argi, aut Mycenae umquam fuerint euertendae. Sed, cũ Argos nominat, intellige non de Amphilochico, sed Peloponnesiaco: alia n. statim a Corintho incipit, Argia nomine, oriẽtalis, quã Myrtoũ mare inter Atticã, & Cretã stringit. Ita n. Strabo Argiã collocat, ut ab occasu Laconiam, Laconia Messeniam attingat, & terminet.*
K *Peloponesi urbs, non procul ab Argis, a Perseo, Danaes filio aedificata. Has Agamemnonias uocat, quod in ea postea natus Agamemnon, latissime regnauerit.* l *Hic Pyrrhum, Epirotarum regem, intelligendum constat: quẽ Curius Dentatus uicit, & Italia expulit. Aeaciden autem eum uocat, quod ab Achille, qui Aeaci nepos erat, ortum traxisse prodatur. Ex Pyrrho enim Neoptolemo, Achillis filio, prognatus fuit hic Pyrrhus, de quo sermo noster est.* m *Appositio.* n *Genitiuus Graecus, ut saepe supra: ro, Achillis.*

a Maiores suos Troianos, unde Romani origine ducturi sint.

Vltus auos [a] Troiae, tẽpla et temerata [b] Mineruae.
Quis te [c] magne Cato [d] tacitũ, aut te Cosse [e] relinquat?
Quis Gracchi [f] genus, aut geminos, [g] duo fulmina [h] (belli,

b Polluta, contaminata, furto Palladij, & stupro Cassandrae, quorum hoc ab Aiace Oilei filio, illud ab Vlysse, & Diomede perpetratum fuit.

c Per apostrophen uariatus est orationis color, & breuibus interrogationibus multos simul coaceruat, ut per huiusmodi enumerationem festinet ad epilogum. Relinquere tacitum, est praeterire.

d M. Porcium Catonem, maiorem scilicet censorium intell. qui tertij belli Punici temporibus maxime floruit. Cuius facta, quod longiorem requirant tractationem, ex historicis te petere malumus.

e Cornelium Cossum innuit, qui de Veientibus, & Fidenatib. ex S. C. & iussu populi dictator factus, triumphum egit, spolia Tolumnij Veientum regis currui insidẽs populo monstrauit, ac postea in aede Iouis Feretrij fixit. Vide Liu. lib. 4. ab V. C.

f T. Sempronium Gracchum, & Tiberium, Caiumq. eius filios, celebrat; quorum pater bis Cos. fuisse, ac toties triumphasse proditur: uir rara eloquentia, & animi fortitudine. Huic, cum pro Scipionibus intercessisset, & patrum auctoritate maioris Africani, minor (nam maior Nasicae nupserat) filia Cornelia, matrimonio data est: etsi interim ei cum Africano patre inimicitiae nõ obscurae essent. Procos. factus Flauij hospitis sui sui perfidia, per colloquij speciem in insidias tractus, a Magone caesus fuit, quem ita luxit Cornelia, ut, a rege Ptolemaeo in matrimonium petita, ipsius nuptias recusarit: duodecim ex marito filios suscepit, quorum tres dumtaxat superstites mãsere, praedicti duo Gracchi, & una Sempronia, quae minori Africano nupsit.

g Pro, Duos, numerus distributiuus, pro cardinali: ut saepe alibi.

h Remota metaphora: quasi dicat, Terrores belli Scipiones Africani: quos, ut significare coarguatur, ac non Cnaeum, & Publium, fratres eorum, qui in Hispanijs periere, significanter addit, Cladem Libyae: a toto partem intelligens, ipsam uidelicet Carthaginem. Tam strenui enim, & acres in bello erant Africani duo, ut huiusmodi de illis eulogium a Catone in Senatu Romae publice auditum sit: Reliquos, qui in Africa pugnarent, umbris dumtaxat pugnare; Scipiones uero, rigore.

Scipiadas, [a] *cladem* [b] *Libyae, paruoq.* [c] *potentem*
Fabricium, [d] *uel te ſulcos, Serrane,* [e] *ſerentem?*
Quo feſſum rapitis Fabij? [f] *tu Maximus* [g] *ille es,*

a Enallage ſpeciei, patronymicum pro primitiuo, i. Scipiones Africani duo: quorum maior, ſecundum bellum Punicum, tributaria facta Carthagine, finiuit; minor, urbem funditus deleuit, ſeptingenteſimo anno, quã condita eſset. Reliqua uide apud Liu. de ſecundo, & tertio bello Punico. b Stragem Carthaginienſium, qua urbs eorum, non expugnata modo, ſed & deleta, & euerſa funditus eſt. c Paupertate glorioſum, ac in maximo imperio continentẽ, ſeu tẽperantẽ: cuius tale celebratur eulogiũ, Malle ſe aurũ habentib. imperare, quã aurum habere, aut penes ſe tenere. d M. Fabricius, Romanus ciuis frugaliſſimus, qui in tenui cenſu Pyrrhi, et Samnitum dona forti animo ſpreuit. Huius filiae ob paupertatẽ de publico dotatae fuerunt, ſolam ſecum ad maritos domeſticam gloriam ſpectantes. e Cincinnatum intel. ciuem Rom. Atiliae gentis: cui agrũ colẽti delata ob uirtutẽ dictatura eſt, teſte Liu. Nã Dionyſius hoc tũ ei accidiſſe ſcribit, cũ Cõſul crearetur. Vt ut eſt, parũ referre exiſtimo: hoc ſane hinc colligitur, ea tẽpeſtate, nõ tã opes, aut diuitias, quã uirtutẽ, ornamento fuiſſe. Serrani nomẽ, auctore Ser. a ſerẽdo inuenit: quod ab ijs, qui dictaturam ei delatam nunciabant, agellũ (quẽ trãs Tberim 4. dũtaxat tugerum habebat) ſerere inuentus fuiſset. f Clariſſimã ab initio eã gẽtẽ fuiſſe cõſtat; nã cũ Veientes Romanis incõmodi eſſent magis quã graues, ea familia id bellũ ſibi cõficiẽdũ peculiariter depopoſcit. Quare CCC. & VI. uno in cunis relicto, armati contra hoſtes profecti ſunt: ſed cũ res ea hoſtib. multo ante quã procederent ad expeditionẽ Fabij, nunciata eſſet, oẽs hoſtiũ inſidijs ad Cremerã flu. periere. g Q. Fabiũ Maximũ innuit, quẽ ſupra, in cunis relictum, ſolum ex Fabijs ſuperſtitẽ manſiſſe, monui. Hic ſecundo bello Punico, poſt infelicẽ pugnã ad lacum Traſimenũ, dictator cõtra Hannibalẽ miſſus, cum nollet acie cum eo decertare, ne ſ. hoſti tot uictorijs feroci militem obijceret, pro gloria inuidiã conſecutus fuit. Vnde M. Minucius, magiſter equitum, criminãdo eum tãquã timidum, & ſegnẽ, effecit, ut populi iuſſu imperium aequatum cum eo obtineret. Quare diuiſo exercitu cum loco iniquo pugnaſſet Minucius, militesq. in ſummo diſcrimine uerſarentur, interuentu Fabij, cum exercitu, hoſtium manib. ereptus fuit. Quo beneficio uictus deinde Minucius, & caſtra cum eo cõiunxit, & patrẽ eum ſalutauit: idẽq. milites ſuos commilitonibus facere iuſſit. Neque n. temerarie nimis hoſti ſe obijcere noluit Fabius, ſed cedendo, ſequendoq. cunctatione hoſtem frangere conatus fuit, adeo ut inde ſibi Cunctatoris cognomentum inuenerit.

Vnus

Vnus [a] qui nobis cunctando restitues rem.
Excudent alij [b] spirantia [c] mollius [d] aera: [e]
Credo equidem: uiuos ducent de marmore uultus: [f]
Orabant [g] caussas melius, caeliq. meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent.
Tu [h] regere imperio populos, Romane, memento,
(Hae tibi erunt artes) paciq. imponere morem, [i]

a De quo s. sic scripsit Ennius: Vnus homo nobis cunctando restituit rem, &c.

b Ab enumeratione illustriũ Imperatorum, transit ad partitionem rerum, in quib. diuersae gentes excelluerunt: q.d. Alij alijs artib. praestabunt: at Romani, belli studijs, & rei militaris artib. oẽs alios populos superabunt, toti orbi imperabunt, defendẽt afflictos, & iniurios bellis cõpescent. c Fusoriam intel. & conflaturam metallorũ, quam Cadmus Phoenix inuenisse dicitur.

d Apte: quasi aes deposito rigore in mollitudinem uiui animalis concessum sit.

e Per Aera, Corinthios designat: per Marmor, Panos: per caußarum actionem, Athenienses: per astronomiam, Aegyptios, & Chaldaeos. Vide Plin. lib. 7. c. 56. & Higyn. libro fab. c. 277. & 274.

f Statuariam innuit, quae ars uiuas personarum quarumlibet effigies imitatur. g Eloquentiae laudem intel. quae Graecis debetur: nam teste Horat. Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo Musa loqui, praeter laudem nullius auaris. quod & ipse Cic. confirmat, sic dicens: Doctrina nos Graecia, et omni litterarum genere superabat, in quo erat facile uincere nõ repugnantes: nam mores, & instituta uitae, resq. domesticas, ac familiares nos tuemur.

h Emphasis cum Apostrophe, Bellicosam eam gentem futuram coarguit, quippe quae uniuerso orbi aliquando sit imperatura: ut, quemadmodum aliae gentes alijs artibus excelluerint, ita populus R. belli, pacisq. artib. reliquis praestaret.

i Exponit S. Morem, id est, leges pacis: quod non arbitror reijciendum. Duo enim exemplaria uet. s. uidi, in quibus pro, Morem, erat, Legem: sic ut conijcere poßimus, aut hanc ueram esse lectionem, quam posuerit Virgil. aut saltem illam non inconuenientem eius eße expositionem, quam aßignat Ser. Adde, quod non raro, pro, More, Lex; & e contra, Lex, pro, More, usurpetur. Cic. 1. Off. Quae more aguntur, institutisq. ciuilibus. Et diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur.

Parcere

Parcere [a] ſubiectis, & debellare ſuperbos. [b]
Sic pater Anchiſes, [c] atq. haec mirantibus [d] addit:
Adſpice, ut inſignis ſpolijs [e] Marcellus [f] opimis [g]
Ingreditur, uictorq. uiros ſupereminet [h] omnes.
Hic rem Romanam, magno turbante [i] tumultu, [k]
Siſtet [l] eques, ſternet Poenos, [m] Gallumq. [n] rebellẽ; [o]

a Boni principis officiũ recẽſet, quod ſi quiſquam alius, certe Iul. Caeſar egregie obſeruauit, ut ex hiſtorijs ſatis conſtat. b Imperio parere detrectantes, bello perſequi: bonos uero, & ſupplices tueri. c Ellipſis uerbi, Ait, aut ſimilis. Verba ſunt Virgilij, qui nouã narrationẽ texentem inducit Anchiſen. d Aeneae, & Sibyllae. e Interfecto Gallorum duce Virdumaro ad Claſtidium opidũ, detractisq. eidem opimis ſpolijs: ut paullo ante de Coſſo, & Larte Tolumnio memoraui. Latius hiſtoriam proſequitur Hor. f M. Claudius Marcellus, qui cum multa ſtrenue aduerſus Hannibalem geſſiſſet, tandem, Poenorum inſidijs circumuentus, occiſus eſt. g Opima proprie ea ſpolia appellari uolunt, quae duci dux in proelio occiſo detrahit. Qualia primus Ioui Feretrio dedicaſſe ſcribitur Romulus, Aerone Ceninenſiũ duce occiſo: ſecundus, Cor. Coſſus, obtruncato Larte Tolumnio, Veientum rege: tertius, hic M. Claudius Marcellus, Virdumaro, in medio conflictu fuſo, ſpoliatoq. h Gloria rei militaris, prudentia, & uirtute. i Mutatio generis: pro, magnis tumultib. turbatam. K Diſerte Ciceronis auctoritatẽ, & definitionẽ, quod ad tumultus ſignificationẽ attinet, ſecutus eſt Virgil. Ille n. ueteres Tumultum Italicum dicere ſolitos, quod domeſticus eſſet; Gallicũ, quod finitimus, ſcriptũ reliquit. l Cõponet, & corroborabit. Nã Claſtidiũ, quod opidũ Galli oppugnare aggreſſi erant, cũ equitatu, et parte pedeſtriũ copiarũ, ut laborãtib. ſuccurreret, ſumma feſtinatione properauit, Gallosq. inde repulit, ac fudit, magna eorum parte in Padum praecipitata, caeſoq. duce Virdumaro. m Bis n. ad Nolã uicit Hãnibalis exercitũ numeroſiſſima Poenorum multitudine cõſtãtẽ: etſi paullo poſt ab Hãnibale cũ ſpeculãdi cauſſa noctu cũ Criſpino collega egreſſus eſſet, per inſidias occiſus ſit, Criſpino fuga ſibi cõſulẽte. n Virdumaro occiſo, ut ſupra monui: & reliquis Mediolanum fuga ſe recipientib. Quã tamẽ urbẽ Plutar. Marcellũ ẽt cepiſſe tradit, ac tũ demũ alios Gallorũ duces oĩ ſpe, quã in armis habuerãt, abiecta, ſe, ac ſua omnia Romanis dedidiſſe, finemq. ibi belli Gallici fuiſſe.
o Aptiſſime Rebellem uocat, quod ſaepius uictus, & in deditionem receptus, iterum bellum inſtaurat, & uictoris imperium detrectat: ut apud Caeſarem uidere eſt.

Tertiaq.

Tertiaq.[a] arma patri[b] ſuſpendet capta[c] Quirino.
Atque hic Aeneas:[d] (una[e] namque ire uidebat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis:
Sed frons laeta patrum, & deiecto[f] lumina uultu)
Quis, pater, ille[g] uirum[h] qui ſic comitatur euntem?
Filius, an ne aliquis magna de ſtirpe nepotum?

a Reſpicit ad legẽ Numae, quam refert Plutarch. ut prima ſpolia opima Ioui, cum CCC. aſſibus dedicentur: ſecunda Marti cum LXXX. tertia Quirino, cum C. Quod tertium praeceptum, in tertijs opimis ſpolijs diligenter hic a Virg. obſeruatum eſt.

b Diſerte addidit, Quirino: ut ea non Ioui Feretrio, (ut a Romulo) ſed ipſi urbis conditori, & patriae patri Romulo, quem Quirinum uocat, ſuſpenſa doceat, cum C. aſſium dono. Vnde non arbitror ſequendum hic Ser. qui Patrem intelligit Iouem.

c A duce duci detracta, quae antea Opima ſpolia dixit.

d Ellipſis uerbi, Incipit fari, aut Loquitur.

e Vel, cum reliquis ducib. Rom. uel, cũ M. Claudio Marcello, qui ab Hannibale per inſidias caeſus fuit: quod poſterius malim, quod cum non nomine tantum hic iunior, ſed & ſanguine & familia attingeret, ideoq. Virgiliũ, Vna ire dixiſſe.

f Hoc finxit ob immaturam eius mortem. anno n. XIIX. fato functus fuiſſe traditur. Oculi n. in terram deiecti maeſtitiam & uerecundiam coarguunt: perinde, ut frons, animi uel laeti uel triſtioris index eſt.

g Monſtrat Marcellum, Octauiae ſororis Auguſti & Cn. Marcelli filiũ, quem adoptauerat princeps in filium ſuũ, ac poſtea, auctore Suet. in Aug. Iuliam filiam ſuam ei tantum pueritiam, ut ille ait, egreſſo, nuptui dedit: quae, eo immatura morte ſublato, M. Agrippae nupſit. Sed, quo modo Iulia Marcello nubere potuit, cum frater eius adoptiuus eſſet? quod fieri uetitum, l. per adoptionem ff. de rit. nupt. & § Sed ſi qua. Inſt. de nupt. Hoc I. C. uentilandum relinquo. Nec uero audiam', ſi Iuliam emancipatam reſpondeant: (nihil n. nuptijs obfuit poteſtas patria, ſed cognatio) multo minus, ſi Marcelli adoptionem ſolutam. Nam ex conſenſu hiſtoriarum liquido conſtat, eum XIIX. aetatis ſuae anno in Auguſti poteſtate obijſſe.

h Hic dubitari poſſe exiſtimo, Marcellumne indicet, quem nomine refert Octauiae filius: an Auguſtum, a quo in filium & proinde in ſucceſſorem imperij R. adoptatus fuit. Neque n. temere ſubdit, Filius, &c.

Quis strepitus[a] circa comitū? quātū instar[b] ī ipso est.
Sed nox[c] atra caput tristi[d] circumuolat umbra.
Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quaere tuorum.
Ostendent[e] terris hunc tantum fata, neque ultra
Esse sinent. nimiumq[f] uobis Romana propago[g]
Visa potens superi,[h] propria[i] haec si dona[k] fuissent.
Quantos[l] ille[m] uirum[n] magnā Mauortis[o] ad urbē
Cāpus[p] aget[q] gemitus, uel quae Tiberine[r] uidebis

a Ser. hoc ad eius aedilitatem refert. Sed ego malim pro plausu, & populari furore accipi, ac etiā pompa illa frequenti Romanorū, funus eius sequentium. Mire carus n. populo fuit, non modo propter formae decus & futuram successionem, sed praecipue propter affabilitatem, humanitatemq. singularem. b Quidam exp. Exemplar: alij, quorum nobis sententia magis probatur, Aequiparatio uirtutis s. illius, cui sanguine coniunctus est, quēq. etiam nomine refert. c Mortem intell. nam breuissimae uitae futurum innuit. Poetice Noctem pro morte usurpat: hinc Catull. Nox est perpetuo una dormienda. d Publicum luctū, eumq. maximū ob eius mortem futurum, significat. e Elegantissima miosi, uitae eius breuitatem innuit, dū terris dūtaxat ostensum iri, ait: quasi statim quā editus esset, e uitae theatro facesseret. f Admiscet affectus, a fatorum inuidia, per quae Romani imperij amplitudo & potentia, maior esse haud potuerit.
g Metaphora, a uitis ea parte, quae paullatim ducitur. & latius atq. latius extenditur. Romanos intell. ab ipsa Aeneae posteritate pedetentim propagatos. h Apostrophe ad deos superos.
i perpetua: ut l. 1. Propriamq. dicabo: & alibi: Da propriam Thymbraee domum. K Si Romanis sua felicitas per Marcel. diuturna fuisset, l Pathos per admirationē, a miserabili pompae funebris facie, in campo Martio, ubi magnifico apparatu crematus & sepultus fuisse traditur. m Emphaticōs: non uulgarē campū designat, Martium nimirū. n Syncopes, pro uirorum. o Per epenthesim, pro Martis: nam Romulus & Remus Martis filij credebantur; quare non iniuria a Marte, Martis urbem appellat, tamquam a Martis filio conditam. p Metonymia: neque n. campus ipse, sed frequens populi R. multitudo carissimū sibi principem lugebat. q Ag. pro Ducere gemitus, dixit. r Apostrophe, ad Tiberinum deum, qui in Tiberi habitare credebatur: nisi quis figurate malit Tiberinum, pro amne, cui praesideat, accipere.

Funera,

Funera,[a] cum tumulorum praeterlabere recentẽ.[b]
Nec[c] puer Iliaea[d] quiſquam[e] de gente Latinos[f]
In tantum ſpe[g] tollet[h] auos:[i] nec Romula[k] quondã
Vllo ſe tantum tellus iactabit alumno.[l]
Heu[m] pietas, heu[n] priſca fides, inuictaq. bello
Dextera. non illi quiſquam ſe impune tuliſſet
Obuius[o] armato, ſeu cum pedes iret in hoſtem,
Seu[p] ſpumantis equi foderet calcaribus[q] armos,
Heu[r] miſerãde puer,[s] ſi qua[t] fata aſpera rumpas,

a *Enallage numeri per Auxeſin; cũ unum tantum fumus efferretur.*
b *In quo recens aggeſto ipſius Marcelli cineres conditi ſint.*

c *Tranſit in laudes perſonae Marcelli immodicis, per ominationem, ut iuuenis praeſentem multo magis faciem admiretur.* d *Antonomaſtice pro Troiana.* e *Aliorum collatione, a ſpe futurae uirtutis, & parentum exſpectatione, uehementer laudes eius amplificat: argumento ducto a ſignis, quae in eius uultu elucebant, unde non dubiam futurorum rationem et coniecturam ducere ſolemus.* f *Pro, Romanos, qui de ſtirpe Latina per Romuli matrem, duxerunt originem: ut Iliacam gentem, Troianã uocat, quod ab Ilo rege, aut Ilio urbe originem ducant Troiani.* g *Artificioſe in puero ſpem laudat, cum facta laude digna per aetatem nondum gerere aliqua potuerit.* h *eriget antiquitatem generis. S.*

i *Parentes & propinquos hic intell. quib. de ſe egregiũ uirtutis ſpecimen polliceri uiſus fuit.* K *Pro, Romulea: Italiae terra.*

l *Quem genuerit, & aluerit: q.d. nullo principe tam ſe efferet Roma, quã hoc Marcello.*

m *Pathetica exclamatio, cuius cauſſam ſatis innuit Anchiſes: quod nimirum, tria uirtutum genera, quae in heroibus maxime commendantur erga patriam, cum Marcello ſint ſepelienda, ſic ut ea per aetatem patriae nondum praeſtare nequeat.*

n *Repetitio uoculae dolentis, mire intendit ſeniles affectus.*

o *Enallage partis, pro Obuiam: uel caſus, pro Obuium.*

p *Duplicem pugnae rationem, quã excellens futurus ſit, circumſcribit.*

q *non poßunt armi calcaribus fodi. ſed poſuit partem pro toto.*

r *Rurſum exclamatione affectus concitat, ut audientium animos ſuſpenſos teneat, auidos ſ. cognoſcendi, ecquis ille futurus ſit, quem tãtopere laudat.*

ſ *Pathos ab aetate, de quo uide Macrob. Sat l, 3. c. 4. Quin & amplificat pathos, cum eum Miſerandum appellat. i. miſericordia dignum praedicat.*

t *q.d. Vtinam aliqua ratione fatalem neceſſitatem euitare poſſes.*

Tu[a] Marcellus[b] eris: manibus[c] date lilia plenis:
Purpureos[d] ſpargam[e] flores, animamq. nepotis[f]
His ſaltem[g] accumulem[h] donis, & fungar inani[i]
Munere, ſic[k] tota paſſim regione uagantur
Aeris[l] in campis latis, atque omnia luſtrant.
Quae poſtquam Anchiſes natũ per ſingula duxit,

a Emphaſis, qua ſingularem illius perſonam arguit, in cuius laudibus immodicus tot uerbis immoratus fuerit. b *Nomen, quod tam diu ſuſpendit, nunc demũ reddit attentis: hoc conſilio, ut dolor bene poſitus, filij audito nomine, Auguſto, Octauiaeq. audientibus recrudeſceret. Nec poetam fefellit opinio. nam, cum ad hunc locum perueniſſet recitando, dicitur Octauia in ueſtigio fere defeciſſe, atque aegre, examinata prope, ad ſe tandem reuerſa fuiſſe, lacrymis ac eiulatu omnia miſcens: ſilentiumq. poetae indici mandaſſe, uerum quod pauciſſimos uerſus reſtare affirmaret, tantillum adhuc ſpatium poetam impetraſſe.* c *Hortatur poſteros Romanos, ad perſoluenda puero, magnifico apparatu iuſta.*

d *Roſas intel. quae priſcis in ſummo pretio fuerunt. Aptiſſime autem Roſas; nam, ut ijs nullus flos eſt amabilior, nullo odore gratior: ſic nullus minus diuturnus.* e *Inſpargam tumulo mortui.*

f *Marcelli ſcilicet. Etenim exiſtimabant antiqui, mortuorum animas in ſepulcris habitare; quamobrem in parentationibus libamina tumulis inferre conſueuere. Cumulaturum igitur ſe promittit, honoris ergo, animam Marcelli his roſarijs, ceu donis quibuſdam, cum aliud uiuo maius nequeat praeſtare. Et tamquam fidem propriam nomen ſuum pro poſteritate interponit, ut ſe id dicat facturum, quod parentes, adeoq. omnes ciues Romani, Anchiſae progenies, illi debeant.*

g *Vt minimum floribus, quando alio munere eum cumulare non poſſum.*

h *Eleganti metaphora illa dicuntur, Cumulare aliquem beneficio, aut donis, Cumulare alicui beneficium, id eſt, cumulate reddere alicui beneficium, &c.* i *Cuius uidelicet nullus ſenſus ad eum ſit peruenturus.*

K *Redit ad narrationem, unde digreſſus fuerat.*

l *Sic, ἠερόεντα κέλευθα, uias aerias, pro caliginoſis, dicunt Gr. quae ad Orcum ferunt. Ita T. & alij nonnulli, qui & aliter exp. Supra uarias philoſophorum de Elyſio ſententias perſtrinxi: atque inter ceteras philoſophorum ſententias, recẽſui fuiße, qui putarint, Elyſium eſſe circa globum lunarem, ubi purior ſit aer. quod hic adſtrui uidetur, & probari, ex Probi ſententia.*

Inceditq.

Incenditq.[a] animum famae [b] uenientis amore:
Exin bella uiro memorat, quae deinde gerenda;
Laurentesq. [c] docet populos, urbemq. [d] Latini,
Et quo [e] quemq. modo, fugiatq. [f], feratq. laborem.
Sũt [g] geminae somni [h] portae. [i] quarũ altera fertur [k]
Cornea, [l] qua ueris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto: [m]

a Metaphora remota. maximarum enim rerum recordatione uiri fortis, & generosi animus ad uirtutem acuitur, & inflammatur, non secus ac subiecto igne lignorum strues.
b Futurae laudis. c Laurentum, Latij opidum, incolentes indicat populos, quidq. cum ijs sit tractaturus.
d Regiam Latini, opidum Laurentum.
e Tmesis, pro, Quo modo quemque laborem perferat.
f Polysyndeton. Prius autem est, scire, quae pericula uitanda sint, ac fugienda; proximum, forti animo quamuis perferre fortunam.
g Totius libri epilogus, constans descriptione portarum Somni: quas describit a materia, cum corneam alteram, alteram eburneam uocat: & ab officio, seu usu, cum per has somnia ad mortales proficisci canit. Harum portarum interpretationes, uide apud Didym. in Odyss. XIX.
h Somni, pro, Somnij, dictum putat T. ut apud Homerum, ὀνειρείῃσι πύλῃσι.
i Ex Homeri Odyss. XIX. ubi Penelope duas somniorum portas facit. Vide Macrob. lib. I. cap. 3. in Som. Scip.
K Dicitur: ut supra, l. I. Aen. u. 19. Quam Iuno fertur, terris magis omnib. unam Posthabita coluisse Samo.
l Per Portam Corneam synecdochice oculos accipiunt nonnulli: quod prima oculorum tunicula plane corneae formae sit, tum etiam cornu perspicuum sit, & splendidum. Vnde mythologicõs Corneam portam, absolutam rerum ueritatem inducere aiunt: quod, quae uidentur, fidem magis, quam quae audiuntur, mereri constet.
m Synecdoche, pro, Ebore, parte elephantis. Per hoc intel. os, &, qui intra id sunt, dentes, eboris colorem praeseferentes. Didym. ex etymo τοῦ ἐλεφαίρεσθαι. id est decipere, & fallere, huius portae interpretationem sumit: quod, quae dicuntur, uana, obscura, incerta, & confusa plerumq. sint. In summa Eburneam portam mendacia, & fallacias interpretantur; Corneam uero, qua rei ueritas patefiat. Vide Ser.

Sed

Sed falsa ad caelum [a] mittunt insomnia [b] manes.
His ubi [c] tum natum Anchises, unaq. sibyllam
Prosequitur dictis, portaq. emittit eburna:
Ille [d] uiam [e] secat [f] ad naues, sociosq. reuisit.
Tum se ad Caietae [g] recto fert litore portum.
Anchora de prora iacitur. stant litore puppes. [h]

a In mundum. nam inferorũ cõparatione, ij qui terram incolũt, Superi interdum dicuntur.

b Insomnium proprie dicitur, quoties ea cura, idq. studium dormienti occurrit, quo se uigilantem fatigarit. Atque adeo uel hinc insomnio nomen datum arbitrantur, non quia per somnum uideatur, sed quia in ipso somnio tantummodo esse creditur, cum uidetur & nihil uigilanti aduehit momenti. Vnde hoc loco, uana omnia esse ea, quae de inferis cecinerit, significaturus poeta, falsa insomnia esse ait.

c Variant hic scripti libri, quibusdam Ibi, alijs (tribus nimir.) Vbi, habentib. Quorum utrum melius huic loco conueniat, acutius uidenti perspiciendum relinquo: ego, ut, quod sentio, libere proferam, Ibi, legere malim.

d Aeneas, dux Troianus: sed quid de Sibylla? ubi haeret? an ne cum Aenea ad portum Caietanum se confert? Mirum, ni ad antrum suum.

e Periphrasis: pro, Proficisci, uel ire ad naues. Nam e porta eburnea emissus recta ad suas naues, & socios se recepit Aeneas. Mirum, ni ex eodem specu, in quem descendens se demerserat, in lucem emerserit.

f Tenet. unde Secta dicitur, quia propositum tenet. S.

g A Caieta, Aeneae nutrice, quae ibi fato defuncta fuit, dictum locum. Hinc Ouid. 14. Met. Litora adit nondum nutricis habentia nomen.

h Synecdochicῶs: pro, Naues: nam puppis posterior nauium pars est: prora, prior, de qua eijcitur anchora ad fundandas naues, ne fluctuent.

AENEIDOS
LIB. VII

ARGVMENTVM

Caieram, nutricem suam Aeneas sepelit, locumq. ipsum ab eius nomine Caietam appellat. Inde Circes sedem praeteruehitur, secundoq. uento ad Tiberis ostia defertur: aduersoq. flumine subuectus, in Laurentem agrum egreditur. Ibi cum ex Ascanij uerbis cognouisset, eam esse terram fatis sibi debitam, ad Latinum regem, qui eius tractus regnum obtinebat, centum oratores mittit, qui & suo nomine illi munera offerrent, & urbis condendae locum peterent. Latinus, legatione benigne audita, praeter postulata Lauiniam filiam suam, quam & ex Fauni, patris sui, oraculis, & augurum responsis, externo uiro tradere iubebatur, ultro Aeneae coniugem offert. Interim Iuno, prosperis Troianorum rebus offensa, Alecto ad disturbandam pacem ab inferis euocat: quae primum Amatam, Latini uxorem, deinde ipsum etiam Turnum furijs suis implet: atque inde ad Troianorum iuuentutem conuersa, quae tum forte uenationi dedita erat, mansuetum illis ceruum obijcit, Tyrrhei, armentarij regij, liberis in primis earum: quem cum Ascanius sagitta uulnerasset, rustici, arreptis armis, in Troianos impetum faciunt. Alecto ex superiore classicũ canit. cadunt in eo tumultu Almon, Tyrrhei filius natu maximus, & Galesus agricola regionis totius locupletissimus: qui cum in urbem mortui essent relati, Turnus, & Amata regem Latinum ad bellum suscipiendum, iniuriãq. manu uindicandam exstimulant. Verum, dum ille, & fatorum, & foederis nuper cum Troianis initi memor, adduci non posset, ut illis bellum indiceret: Iuno ipsa belli portas aperuit. Turni auspicia ad bellum sequitur Mezentius una cum Lauso filio: item Auentinus Herculis ex Rhea filius, Catyllus, & Coras Tiburtini fratres, Camilla ex Volscorum gente, mulier fortissima, alijq. complures, quorum catalogus ad finem libri recensetur.

ALIVD

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

HIC quoq. Caietã sepelit: tũ deinde profectus
Laurentum uenit: hanc uerbis cognouit Iuli
Fatalem terram. Mensis, en, uescimur inquit.
Centum oratores, ueniam, pacemq. petentes,
Ad regem mittit,[a] lectos tum sorte, Latinum:
Qui cum pace etiam natae connubia pactus.
Hoc sorte Alecto Iunonis dissipat ira.
Concurrunt dictis, quamuis pia fata repugnent.
Belli caussa fuit, uiolatus uulnere ceruus.
Tum gẽteis socia arma parãt; fremit arma iuuẽtus.

a Al. Mittunt laeti cum sorte.

ALIVD. INCERTI

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua.
Et pace accepta laeti noua moenia condunt.
Nocte satam Iuno Furiam euocat: illa Latinos
Inter & Aeneadas bellum serit, & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit Itala Turnum.

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

In Phrygas Italiam bello iam septimus armat.

ALIVD

In Latium Aeneas Italas simul intrat in oras.

ALIVD

Septimus Aenean reddit fatalib. aruis.

Quemadmodum sex priorib. Aeneidos lib. poeta ad imitationem Odysseae Homericae errores Aeneae descripsit: ita sex posteriores ad exemplum Iliad. delineauit, in quibus bella narrat, quae uir fortis in fatali terra magno, & excelso animo gessit.



V QVOQVE [a] litoribus nostris [b] Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos [c] sedem tuus, ossaq. nomen
Hesperia [d] in magna, si qua est [e] ea gloria, signat.
At pius exsequijs Aeneas rite solutis,
Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter uelis, portumq. relinquit.
Adspirant aurae in [f] noctem: nec candida cursum
Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxima [g] Circeae raduntur litora terrae:
Diues inaccessos [h] ubi Solis [i] filia lucos
Assiduo resonat [k] cantu, tectisq. superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina [l] cedrum, [m]
Arguto tenues percurrens pectine telas.

a Sicut Misenus, et Palinurus: sūt porro auctores, nec ij quidem imi subsellij, qui portum hūc non a Caieta, sed ἀπὸ τοῦ καίειν, nomē esse nactum, ut & pag. 486. obiter monui: quod ibi Aeneae naues statim post eius in Italiam appulsum, exustae fuerint; Id quod tamen in Sicilia accidisse, cecinit Virg. b Italicis: ut alibi: Non eadem arboribus pendet uindemia nostris. c Vel per hypallagen, pro, Sedes seruat honorem tuum; & tumulus habet nomen tuum.
d Italia, sic dicta ab Hespero, ut supra non uno loco dictum est. Magna, addit discriminis caussa, quod Hispania, Minor Hesperia sit appellata.
e Diserte loquitur dubitatiue, ex eorum nimirum sententia, qui nullum sensum officiorum funebrium ad mortuos peruenire, docent. f Circa noctem.
g Ex Homeri Odyss. 5. ubi paene eadem memorantur de Calypso. Vide Macrob. Sat. l. 5. c 22. h Non accedendos, ob periculum artium magicarum: uel, propter paludes, & breuia.
i Periphrasis Circes. Haec terra olim insula fuisse creditur, at nunc continens est, teste Plin. l. 3. c. 5.
K Pro, Resonare facit; ut alibi, Personat, pro, Personare facit.
l Homer. Od. 42. m A signis opulentiae. Porro de oleo cedrino, uide Plin. Cedrum, ait, pro oleo cedrino, quo utebatur Circe in lampadum nocturno lumine.

Hinc

Hinc [a] exaudiri [b] gemitus, iraeq; leónum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum;
Setigeriq; sues, atque in praesepibus ursi
Saeuire, ac formae magnorum ululare luporum:
Quos hominũ ex facie dea saeua [c] potentibus herbis
Induerat Circe in uultus, ac terga ferarum.
Quae ne [d] monstra pij paterentur talia Troes [e]
Delati in portus, neu litora dira [f] subirent:
Neptunus uentis impleuit uela secundis,
Atque fugã dedit, & praeter [g] uada feruida uexit.
Iamq; [h] rubescebat radijs mare, & aethere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis;
Cum uenti posuere, [i] omnisq; repente resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore [k] tonsae. [l]
Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum [m]
Prospicit. hunc inter fluuio Tiberinus [n] amoeno, [o]
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena,

a Homer. Od.86.

b Enallage modi, ut & in seq. Saeuire: pro exaudiebantur, & saeuiebant, ac ululabant.

c Circe, uenefica, Solis: uel, (ut alij, Aeetae, & Hecates filia.

d Quasi dicat, ne contingeret illis in huiusmodi monstra mutari.

e Quorum dissimiles, id est, impij, illa passi sunt. f Infesta loca, quae Circe tenet. g Tmesis: praeteruexit. h Chronographia matutini tẽporis, a signis antecedentib. i Cessauerre, quieure: uel usurpatione uerbi actiui pro paßiuo, pro, Positi sunt. per Heterosin generis.

K Aequore, seu mari: a colore. sic & Tonsae, pro remis.

l Ser. exp. id est, remi: a tondendo, i. radendo: quod fluctus radant, & decutiant, sicut capillos tonsores: ego sic dictos malim remos, quod fluctus tundant, & uerberent.

m Intel. Lucum Iouis indigetis.

n Mirum, ni ipsum Deum fluminis praesidem intelligat. Appellatur interim hic flu. nunc Tiberis, cum antea uocaretur, Albula.

o Sic lib.2. Aen. Vbi Lydius arua Inter opaca uirum leni fuit agmine Tibris. Chraestomathiae scriptor tradit Tibrim ex Apenninis montibus oriri, ac paullatim uarijs amnibus, quos in cursu excipit, augeri, partim etiã labi per Tyrrhenos, ac inde per Vmbros diuertere: mox per Sabinos, & Latinos, ubi Roma est, currere, postremum apud Ostiam in mare deuolui.

In mare prorumpit. uariae circumq., supraq.
Aßuetae ripis uolucres, & fluminis alueo,
Aethera mulcebant cantu, lucoq. uolabant.
Flectere iter socijs,[a] terraeq. aduertere proras
Imperat; & laetus fluuio succedit opaco.[b]
Nunc[c] age, qui reges, Erato,[d] quae tēpora[e] rerū,
Quis Latio antiquo[f] fuerit status, aduena classem
Cum primum Ausonijs exercitus appulit oris;
Expediam, & primae reuocabo exordia[g] pugnae.
Tu uatem, tu diua mone. dicam horrida bella:
Dicam acies, actosq.[h] animis in funera reges;
Tyrrhenamq. manum, totamq. sub arma coactam
Hesperiam. maior rerum[i] mihi nascitur ordo:
Maius opus moueo. rex[k] arua Latinus, & urbes,
Iam senior, longa placidos in pace regebat.

a Al. Socios: quomodo tamē adhuc nōdum uidere contigit, alia lectione 6. lib. confirmata.
b Propter lucum, per quem labitur fluuius ille.
c Alteram operis partē, quae est de bellis ab Aenea ī Italia gestis, aggressurus, inuocationem renouat poeta, cui & Graecorum more propositionem admiscet. d Huic Musae saltationem tribuunt. Meminisse autem te uelim, unius nomine omnes Musas hic inuocari; hoc consilio, ut narrationi dignitas, auctoritasq. concilietur.
e Tempora enim, ut ait Lucret. nulla sunt, nisi e rebus colligantur.
f In quo multo ante longa serie a priscis regib. quos illi Diuos uocarunt, Iano, Saturnoq. regnatum fuerat.
g Cerui interitum: cuius caussa fuerat Ascanius, qui, uenando, eum uulnerarat. h Impulsos potius, quam Collectos.
K Attentio a difficultate, atque operis grauitate, subindicans in prioribus minus fuisse difficultatis uel laboris, quam in seq. sit futurum.
i Narratio ducta a descriptione temporis, quo Latinus rex Aboriginibus imperabat. Sunt, qui contendant Latinos, a Latino Albanorum rege nominatos: sed multo plures, qui ab hoc Latino, Lauiniae patre, Troianorum hospite, eos dictos asseuerent. Orpheus certe in Argonaut. testatur in Latinorum fines nauem Argo fuisse delatam: quod, si ita est, fieri non potest, quin multo uetustius sit hoc hoc nomen Latinorum, quam alij dicunt. Fuerunt, qui Latinum hunc ex Hercule, & Hyperboride nympha ortum, dicerent: qua de re consule Didym.

Hunc

Hunc [a] Fauno, et nympha genitū Laurēte Marica [b]
Accipimus. [c] Fauno Picus pater: isq. parentem
Te [d] Saturne refert; tu sanguinis ultimus [e] auctor.
Filius huic [f] fato diuum, prolesq. uirilis
Nulla fuit, primaq. oriens erepta iuuenta est.
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio, [g] totaq. petebant
Ausonia. petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus [h] auis, atauisq. potens: quē regia [i] coniux
Adiungi generum miro [k] properabat amore:
Sed uarijs portenta [l] deum terroribus obstant.
Laurus [m] erat tecti medio, in penetralibus [n] altis,

a Latinum regem Aboriginum. b Lactant. de falsa relig. lib. 1. auctor est, Circem, ubi in humanis esse desiisset, Maricam Minturnensium numen esse effectā. Atque hinc tradunt Virg.

Latinū regē, Maricae filium uocare, quem Hesiod. Circes fuisse filium scri
bit. c Hoc adiecit ob uarias opiniones de conditoribus urbis Romae.
d Apostrophe ad Saturnum, qui a Iano, omnium uetustissimo, Aboriginum
rege, hospitio susceptus, dimidium simul regni ab eodem impetrauit.
e Id est, primus: ut Ser. exp. Nam, qui descendendo primus, adscēdendo
ultimus est. sic ultimum principium aliquando dixit Cic. f Latino, s.
g Id soli spatium ueteres Latij nomine appellarunt, quod intra Tiberinam
ripam, & Circeios a mari ad montes modicis finib. concludebatur. Vnde
quidam, non a Saturni latibulis, sed quod hic tractus quodammodo inter
montes lateret, Latium dictum uoluerunt. Sed, quomodo ergo Magnum
Latium uocat, cum tam angustum fuerit? Mirum certe, ni totam Hesperiā,
hoc loco per Magnum Latium accipit: quod sic uidetur, cum per expoli-
tionem statim subijcit, Tota Ausonia. h Rutulorum rex, Dauni filius.
i Amata, Latini regis uxor. K Noua intemperantia. l Prodigia, &
ostēta, quibus Latino terror incutiebatur diuinae irae, ue s. auderet Turno
filiā dare nuptum. Portenta n. proprie sunt, quae aliquid portendunt, & si-
gnant euenturum. m A qua, inquit Ser. cum ampliaret Lauiniū Lati-
nus, Laurolauinium appellauit. Hāc uero arborem, propter fatidicam uim.
Phoebo dicatam esse, omnes norunt. Quare, cum uellet poeta, prodigium
retum futurarum praesagum, arboris opportunitate explicare, prudēter id
lauro tribuit. n Quae Graeci ἄδυτα, Latini Penetralia dicunt: hoc
est, interiora, penitioraq. aediū loca; quae plane, ut religiosa, ita inaccessa
erant, & ἄβατα.

Sacra comam, multosq. metu [a] seruata per annos.
Quam pater inuentam primas cũ conderet arces,
Ipse ferebatur Phoebo[b] sacrasse Latinus,
Laurentisq. ab ea nomen[c] posuisse colonis,[d]
Huius apes summum densae (mirabile dictu)
Stridore ingenti, liquidum trans aethera uectae,
Obsedere apicem; & pedibus per mutua nexis
Continuo uates, Externum cernimus, inquit,
Aduentare uirum, & partes petere agmen easdẽ
Partibus ex ijsdem, & summa dominarier arce.
Praeterea, [e] castis [f] adolet dum altaria taedis,
Et iuxta genitorem adstat Lauinia uirgo,
Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atq. omnẽ ornatum flamma crepitante cremari,
Regalesq. accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis, tum fumida [g] lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum[h] spargere tectis.
Id uero horrendum, ac uisu mirabile ferri.[i]
Namque fore illustrem fama, fatisq. canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris,[k] oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucosq. sub[l] alta
Consulit Albunea: nemorum quae maxima[m] sacro
Fonte sonat, saeuamq. exhalat opaca mephitim.[n]
Hinc Italae gentes, omnisq. Oenotria[o] tellus
In dubijs responsa petunt. huc dona sacerdos

a Metu religioso: uel, religiõe, quae nascitur ob timorem. b Vt uaticiniorũ praesidi. c Ab etymologia uocabuli. Laurẽtes populi, a Lauro arbore dicti. d Cultorib. & incolis. e Aliud portẽtũ ex Ro. historia petitũ: qua memoriae proditum est, flãmã Seruij Tulli caput lãbentẽ, regnũ ei portendiße: de qua re uide latius l. 2. pag. 266. f pijs. S. g Ser. per fumũ et adspersionẽ flãmarũ, belli incendiũ intelligit: sed hoc nihil ad Lauinã. h incẽdium significat, per Metonymiã. i Enallage modi. K Fabr. auctor est, Donati exẽplar habuisse, Mõstrorũ: sicut Securus pelagi, et Securus amorũ, l. 5. supra. l Pro. In. Est aũt Alb. & fontis & siluae nomẽ. m oĩs. n. fons alicui deo dicatus. n Mephitis odor grauissimus est, ex aquis sulphureis nascens. o Proprie Sabinorum tractus. S.

Con-

Contulit,[a] *& caesarum*[b] *ouium sub nocte silenti*
Pellibus incubuit stratis, somnosq. petiuit.
Multa modis simulacra uidet uolitantia miris,
Et uarias[c] *audit uoces, fruiturq. deorum*
Colloquio, atq. imis Acheronta affatur Auernis.
Hic &[d] *tum pater ipse petens responsa Latinus,*
Centum[e] *lanigeras mactabat rite*[f] *bidentes;*[g]
Atque harum effultus tergo, stratisq. iacebat
Velleribus. subita ex alto uox reddita luco est.
Ne pete connubijs natam sociare Latinis
O mea progenies, thalamis neu crede paratis.[h]
Externi ueniunt generi;[i] *qui sanguine nostrum*
Nomen in astra ferant; quorũq. a stirpe nepotes
Omnia sub pedibus,[k] *qua Sol utrumq.*[l] *recurrens*
Adspicit[m] *Oceanum, uertiq. regiq.*[n] *uidebunt.*
Haec responsa patris Fauni, monitusq. silenti
Nocte datos, non ipse suo premit[o] *ore Latinus,*
Sed circum late uolitans iam fama per urbes
Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
Gramineo ripae religauit ab aggere classem.
Aeneas, primiq. duces, & pulcher Iulus

a *Fabr. legi uult, Cõtulit, diuisis dictionibus propter sententiam.* b *Ad Amphiarai oraculũ putant alludi, qui cũ in uita, somniorum ĩterpres creditus esset, post mortẽ oraculum ei institutum fuit: quod consulturi, caesarum ouium pellib. incubabant. Vide Coel. lib. 27. c. 14.* c *ob multa simulacra.*

d *Ostendit et Latinũ in hunc lucũ cõtẽdisse, ijsq. caerimonijs, ĩmo religione potius, prodigiorum uim, substratis pellib. elicuisse.* e *Numerus certus pro incerto: amplificat hostiã ab additione numeri, ut centum oratores, pro multis.* f *Cũ debita sollẽnitate: sic n. a Recte differre aiunt I.C. ad L. nõ putauit. §. nõ quãuis. ff. de acq. poss. & l. iuste. ff. d. t. Quib. cõsentit grãmaticorũ doctrina, deriuãtiũ hãc uocẽ ab antiquo uerbo Rito: quod nihil tradatur ritib. quod nõ rectũ esse credatur; tãquã ex abundãti, cũ ad rei substãtiã solemnitates nõ requirãtur: sed, si quãdo additae fuerint, tãto rectius rẽ esse administratã.* g *Oues biennes, ut superiorib. libris nõ uno loco dictũ est.* h *Turno s.* i *Enallage numerorũ.* K *i. imperio suo, et ptãte.* l *Mare Eoum, et occiduũ: ut Horat. Vterq. Poenus.* m *Alij Respicit.* n *Romani imperij amplitudinẽ coarguit, a septẽtrione in meridiẽ propagãdi aliquãdo.* o *Nõ tacet, sed protinus uulgat.*

Corpora ſub ramis deponunt[a] arboris altae,
Inſtituuntq. dapes, & adorea[b] liba per herbas
Subijciunt[c] epulis, (ſic Iuppiter ipſe monebat)
Et Cereale ſolum[d] pomis agreſtibus augent.
Conſumptis hic forte alijs, ut uertere morſus
Exiguam in Cererem paenuria adegit edendi,
Et uiolare manu, maliſq. audacibus orbem
Fatalis cruſti,[e] patulis nec parcere quadris:
Heus, etiam menſas[f] conſumimus, inquit Iulus.
Nec plura alludens:[g] ea uox audita, laborum
Prima tulit finem; primamq. loquentis ab ore
Eripuit[h] pater, ac ſtupefactus numine preſſit.
Continuo, Salue fatis mihi debita tellus,
Voſque, ait, o fidi Troiae ſaluete penates.[i]
Hic domus, haec patria eſt. genitor[k] mihi talia nãq.

a *Vt fatalis erroris finẽ adeſſe demõſtret poeta, nudis uerbis relictis ambagib. ſubijcit primũ fatalis terrae inuentae ſignũ, ab Harpyia Celaeno praedictũ. Vaticinata.n.fuerat illa, tum demum erroris finẽ habituros Troianos, ubi inedia adacti, orbes paniceos abſumerẽt. Itaq. in Laurentem agrum delatis hoc contigiſſe hic ait Virg. & non Harpyiae Celaeno, ſed patri Anchiſae hoc oraculum adſcribit; honoris forte cauſſa.* b *Ad liba, quae mox Cereale ſolũ, deinde Patulas quadras, poſtremo Mẽſas appellat, placẽtae ſunt ex farre, melle, oleo, ſacris aptae. S. uide ſupra pag. 305.* c *Hac de re Dionyſ. l. 1. in hãc ſnĩam ſcribit: In Laurẽti agro Troiani prandiũ ſupra apiũ habuere, ſtrato pane ad munditiẽ, cũ quidẽ comediſſet ex apto defectu obſonij, Aeneae filius, uel alius aliquis ex diſcũbentib. dicitur exclamaſſe, Menſã cõſumimus: quo audito, credidere oraculi finẽ adeſſe, quod ſiue Dodonae, ſiue in Erythris datũ erat, &c.* d *Menſã. Solũ.n. omne, quod aliquid ſuſtinet, dici uolũt.* e ἐκ τοῦ σκληροτέρων μερῶν τῶν ἄρτων, *ut ait Didym. i. e durioribus panis partib. cõpactũ eſt fruſtũ.* f *Religioſũ.n. habebatur, menſas i. quadras uel orbes, qui ex cruſtis panis fieri ſolebãt, comedere.* g *per iocũ dixit: q.d. Ludẽs, ut ẽt ex Cic. adfertur hoc pro illo, & e cõtra: uel, Ad reſpõſi fidẽ uerba cõponens, S.* h *Vix exſpectãs donec totã eloqueretur, dixit protinus ſe eã agnoſcere & oẽm accipere.* i *Qui fuerint Troianorum penales, uide uarias ſnĩas apud Macrob. Sat. l. 3. c. 4.* K *Interpretatur Aeneas oraculum, haud ignarus fatorũ ſuorũ, cuius interpretationẽ ẽt ab Anchiſae patris auctoritate confirmat: quãuis, ut paullo ante monui, id alh Harpyiae Celaeno tribuãt, ut ex l. 3. cõuinci uidetur.*

(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.
Cum te nate fames ignota ad litora uectum
Accisis coget dapibus consumere mensas;
Tum sperare domos defessus, ibiq. memento
Prima locare manu, moliriq. aggere tecta.
Haec erat illa[a] fames, haec nos suprema manebãt,
Exitijs[b] positura modum.
Quare agite,[c] & primo laeti cum lumine solis,
Quae loca, qui ue habeãt[d] hoĩes, ubi moenia gẽtis,
Vestigemus, & a portu diuersa petamus.
Nunc pateras[e] libate Ioui,[f] precibusq. uocate
Anchisen genitorem, & uina reponite[g] mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat,[h] & geniumq.[i] loci, primamq deorum
Tellurẽ,[k] nymphasque, & adhuc ignota precatur
Flumina:[l] tum noctem, noctisq. orientia signa,
Idaeumq.[m] Iouem, Phrygiamq.[n] ex ordine matrẽ
Inuocat, & duplices[o] caeloq. Ereboq. parentes
Hic[p] pater omnipotens ter caelo clarus ab alto
Intonuit;[q] radijsq. ardentem lucis, & auro,
Ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.
Diditur[r] hic subito Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem, quo debita[s] moenia condant.

a extrema s. omniũ periculorum.
b Pericula et exitia marina intell. nã in terra plura et grauiora restabant.
c Exhortatur socios ad explorandã regionem.
d Habitẽt: ut Graec. ἔχειν.
e i. uinum, posuit.n. cõtinẽs pro cõtento, per metonymiã.
f Religiose hortatur ad pietatem & gratias dijs agendas.
g Vt mox, Certatim instaurãt epu

las, &c. h Coronat caput ritu sacrificandũ. i De genijs, uide Cẽsorin. de
Die natali (quẽ ĩnumeris locis eracadatũ propediẽ emittet Aldus Manutius
P.F.A.N.) & Macrob. Sat. l.3.c.1. Hic aũt Apollinẽ intelligi, tradit Dio
nys. K Opim, cõem omnium parentem. Terra.n. uictũ, aqua potũ mortalib.
praebet. l Naiadas: quod ijs praesideant. m Ab Ida, Cretae monte, in
qua natus & educatus ducitur Iuppiter. n Cybelem turritã, ut l. praece
denti. o Anchisen s. apud inferos: Venerem matrem apud superos.
p Homer. Il. 84. q Sereno caelo tonans Iuppiter, boni ominis augurium
praestare dicitur. r Pro, spargitur. Verbũ est Lucretianum. Huius actiuo
usus & Hor. Ser. l.2. participio Catull. ĩ Mãlij epithal. s Fatis promissa.

Certatim

Certatim [a] instaurant [b] epulas, atq. omine [c] magno
Crateras laeti statuunt, & uina [d] coronant.
Postera [e] cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies; urbem, & fines, & litora gentis
Diuersi [f] explorāt: [g] haec fontis stagna Numici, [h]
Hunc Tibrim fluuium, hic fortes habitare Latinos.
Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni,
Centum oratores augusta [i] ad moenia regis
Ire iubet, ramis uelatos [k] Palladis [l] omnes,
Donaq. ferre uiro, pacemq. exposcere Teucris.
Haud mora, [m] festinant iussi, rapidisq. feruntur
Passibus: ipse humili designat [n] moenia [o] fossa,
Moliturq. locum; primasq. in litore [p] sedes

a Aptissime, ut gaudium fuisse publicum ostendat. b Dixit iā, Et uina reponite mensis. c Laeti omine: at Magno, quidā exp. Valde manifesto. d Non ipsa quidē uina, sed pocula: per metonymiam. e Periphrastica matutini temporis descriptio. f In diuersas partes profecti. g Militaris uox ad priuatum usum, & negotium detorta. h In hoc fluuio bello Latino ultimo haustus creditur Aeneas, ut saepe antea monui. i Augurio consecrata: uel, maiestatis plena. K Coronatos, quippe qui ad pacem petendam, non ad bellum indicendum profecti sint. l Oleae, cui praeest Pallas, quod eam prima inuenisse credatur. m Diserte decorum in obeunda legatione exprimit, cum celeritatem in faciendo itinere illis tribuat, omnemq. cessationem adimat. n Primum aratro sulcum, deinde fossam inducit, ut fossa & muro essent munita moenia. o Opidum, quod hic condidit Aeneas, Troiam fuiße appellatum, Cato in Orig. & Liu. ab V.C. l. 1. auctores sunt. p Referunt historiae, Aeneam primum illius loci naturam contemplatum, cum nihil in eo animaduerteret, quod ad sui cultū inuitaret, diu secum cogitaße, ac deliberaße, longiusne iret, (neque n. sibi persuadere poterat, tam incōmodas sibi sedes a dijs monstrari) an uero ibi haereret, ac aedificaret. Tandem e proximo luco uocem redditam, ut ibi maneret, ac urbem moliretur; cetera dijs curae fore. Alij tradunt, effigiem deorum penatium, per quietem Aeneae obiectam, a quib. locum illum aggere, ac fossa, ualide communire iussus fuerit. Oraculo fidem fecit Scrofa, quae postridie in eo ipso loco, cum XXX. suculis inuenta fuit. Quare, seposita omni mora, huc translatis castris, undique collecta materia, aedificare coeperunt. Quod uaticinium Heleno poeta donauit, l. 3. Aen.

Castrorum

Castrorum in morem pinnis,[a] atq. aggere[b] cingit.
Iamq.[c] iter emensi, turres, ac tecta Latinorum[d]
Ardua cernebant iuuenes, muroq. subibant:
Ante urbem pueri, & primaeuo[d] flore iuuentus
Exercentur[f] equis, domitãtq. in puluere[g] currus;
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuq., ictuq. lacessunt:
Cum prouectus[h] equo longaeui[i] regis ad aures
Nuncius, ingentes ignota in ueste, reportat,
Aduenisse uiros. ille intra[k] tecta uocari
Imperat. & solio medius consedit auito.[l]
Tectũ angustũ, ingens, cẽtum sublime[m] columnis,
Vrbe fuit summa,[n] Laurentis regia Pici,[o]
Horrendum[p] siluis,[q] & relligione parentum.
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia[r] templum,

a Summa moenium, et uallorum, Pinnae uocantur, ut apud Caes. frequẽs est. b Id est, muro, ĩ quo sunt pinnae. c Redit ad legatos, seu oratores. d Hyperme ter uersus, cuius ultima syllaba a sequentis uersus prima dictione eliditur.

Quod non temere sic factum esse credendum: quinimmo, ubi his utitur, semper grauitatem quandam rerum, aut operum uastitatẽ exprimere conatur. Carpensis tamen habet, Latini.

e Qui puberes erant. Nam XVI. aetatis anno, adhuc tirones erant. Isidor. & Ser. f Alludit ad Romanorum morem, apud quos iuuentutem huiusmodi studijs exerceri solitam, Veget. auctor est. g Non currus, sed equos sub curribus domitant. h Alij, Praeuectus, leg. i Latini, qui senex erat, & grandaeuus. K Statim oratores Aeneae admissi fuerunt ad colloquium. l In quo auus eius Picus solebat iura dicere.

m Videtur alludere ad domum Augusti in Palatio conditam.

n Pro, Arce: ut Graeci, qui eam ἄκραν πόλιν, & frequentius una uoce, ἀκρόπολιν, uocant. o Aui ipsius Latini regis.

p Venerandum: uel, per Endyadin, Horrenda religione; ut supra, Metu, pro religione, aut religioso metu.

q Arboribus enim sua inesse credebatur relligio. Vnde & in lucis sacra delubra erant. r Cum Templum addit, satis indicat non fuisse Curiam, nisi in loco inaugurato, ad sacrorum, & religionis usum.

Hae sacris sedes epulis, hic ariete [a] caeso
Perpetui soliti patres considere [b] mensis.
Quin etiam ueterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, [c] Italusque, [d] paterq. Sabinus,
Vitisator [e] curuam seruans sub imagine falcem
Saturnusq. [f] senex, Ianiq. bifrontis [g] imago,
Vestibulo adstabant, alijq. ab [h] origine reges,
Martia qui ob patriam [i] pugnando uulnera passi:
Multaq. praeterea sacris [k] in hostibus [l] arma,
Captiui pendent currus, curuaeq. secures,
Et cristae [m] capitum, & portarũ ingentia claustra,
Spiculaq., clypeiq., ereptaq. rostra [n] carinis.

a Hoc sacrificium in ianua palatij fiebat festis diebus.
b Videtur alludere ad Romanorũ priscorum ritum, qui sedentes epulari solebãt. Vide Ser. et Coel. l. 27. cap. 25.

c A materia, ut perpetua statuarum monumenta ostendat. Cedri enim ea natura est, ut cariem non sentiat. d Enumerat priscos Aboriginum reges. Ab Italia: a Sabino, Sabini dicti creduntur. e Hac uoce ante Virg. usus est Attius in Bacch. uide Macr. l. 6. c. 5. Sat. f Hic Caeli, et Terrae filius creditus fuit, ac a Ioue filio fugatus, in Italiam ad Ianum uenit, a quo in regni societatem, propter uirtutem, & prudentiam receptus fuisse traditur. Monstrauit enim indigenis rationem plantandi uites, & metendi segetes: quod satis innuit poeta, cum eum Vitisatorem appellat, & falcem tenere. g Bifrontem eum ob singularem prudentiam finxerunt: unde & primus anni mensis illi nuncupatus fuit, quod exacti anni finem, & insequentis principium, ceu duobus frontibus adspiciat.

h Pro, Aboriginum reges. sed est metro prohibitus. S. Malim sic exp. Alij omnes perpetua serie a prima origine usque ad Latinum reges.

i A meritis: quasi dicat, qui in bellis pro patria pugnando ciciderunt.

K In quibus spolia numinib. dedicabantur ijs, quorum auxilijs uictores se euasisse uiri fortes existimauerant. Sic Ioui Statori, & Pheretrio Romulus: sic Marti, sic Victoriae alij.

l Sic alibi: Barbarico postes auro, spolijsq superbi. Alludit ad Capitolium, & Curiam Rom. in quae hostium spolia, & rostra nauium illata fuerant. m Galeae, per synecdochen.

n Ferrea nauium munimenta, proris illarum, naualibus proelijs detracta: cuiusmodi postea Romae Antiatibus adempta, ad Curiam Hostiliam suspensa fuere; a quibus ipse locus nomen etiam fuit sortitus.

Ipse

Ipse Quirinali [a] lituo, paruaq. sedebat
Succinctus trabea, [b] laeuaq. ancile [c] gerebat
Picus equum domitor: quē capta cupidine [d] cōiux
Aurea. [e] percussum uirga, [f] uersumq. uenenis,
Fecit auem [g] Circe, sparsitq. coloribus alas.
Tali intus templo diuum, patriaeq. Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta uocauit;
Atque haec ingressis placido prior [h] edidit ore.
Dicite, Dardanidae, (neque n. nescimus & urbē,
Et genus, auditiq. aduertitis aequore cursum)
Quid [i] petitis? quae caussa rates, aut cuius egētes
Litus ad Ausonium tot per uada caerula uexit?
Siue errore uiae, seu tempestatibus acti,
(Qualia multa mari nautae patiuntur in alto)

a Lituum Quir. habens: non autem, Succinctus lituo, ut quosdā exponere uideo. Intelligit Bacillum augurale, quali postea Romulus usus fuisse dicitur. Hic autem huiusmodi baculū Pico tribuit, quod augurum antiquam consuetudinem ab Aboriginibus manaße credītum sit, ut refert Dionys. Multa de Augurandi ritib. Pomponius, plura Andr. Dominic. Floccus, in libello de Magistrat. Romanorum (qui falso Fenestellae inscribitur) annotauit. Auienus apud Macrob. ait esse uirgam breuem, & incuruam ea parte, qua robustior est; Flaccus autem, baculum in manu recuruum.

b Augurum toga, de cocco, & purpura.

c Scutum undique rotundum, sine angulis, & ἀγκύλον, i. incuruum. Sed cur hoc Pico tribuit, cum constet Numae temporib. e caelo delapsum? Arbitror ideo, ut eum Numae Pompilio, religione parem faciat.

d Pro, Cupiditate Venerea. Ferunt n. Picum Saturni filium, cum Canentem, Iani ex Venilia filiam duxisset uxorem, a Circe in uenatione uisum, statim ab eadem amatum: cui cum morem gerere nollet, in auem sui nominis, herbarum, ueneficijq. ui ab eadem protinus fuisse mutatum.

e Hoc nōnulli per synaeresin ad uirgam referunt: sed mihi explicatio Seruij magis probatur, ad Circen id referentis.

f Nam, ut canit Ouid. Ter iuuenem baculo tetigit: tria carmina dixit, etc

g Vide Ouid. Metam. lib. 14.

h Legatorum enim fuerat, ut ipsi ante loquerentur.

i Ex Homeri Odys. l. x. sumptum esse uidetur, ubi non ita dissimilib. uerbis Telemachum, & Mineruam alloquitur Nestor.

Fluminis intraſtis ripas, portuq. ſedetis:
Ne fugite hoſpitium, ne ue ignorate Latinos,
Saturni gentem, haud uinclo,[a] nec legibus[b] aequã,
Sponte ſua, ueteriſq.[c] dei ſe more tenentem.
Atq. equidẽ memini (fama eſt obſcurior[d] annis)
Auruncos[e] ita ferre ſenes,[f] his ortus ut agris
Dardanus Idaeas Phrygiae penetrauit ad urbes,
Threiciãq. Samũ, quae nunc Samothracia[g] fertur.
Hinc illum Corythi[h] Tyrrhena ab ſede profectum,
Aurea nunc ſolio ſtellantis regia caeli
Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.
Dixerat, & dicta Ilioneus[i] ſic uoce ſecutus:

a Alludit ad aurea Saturni ſaecula, quib. ut & apud Ouid. 1. Metam. eſt, nõ aera collo Vincla ligabantur. Per Saturni tẽpora, intell. legem naturae, quae nobiſcum naſcitur. Sunt enim prima principia, quae in omnes mortales, quantumuis profligatos, ac perditos, propagantur, monſtrante ratione, & inſtinctu naturali.

b Hoc eſt, quae ſua ſponte, nullis legibus coacta, iuſte, & pie uiuit.

c Saturni, proaui mei.

d Haud ita multi anni ſunt, ſed fama peruagata non eſt. Sc.

e Sic leg. qui optime hunc locum intelligere uidentur, non Aruncos. hi enim Latij populi, Rutulis uicini ſunt: at Aurunci, Campaniae, Calenis, & Sueſſanis finitimi: uel, ut alij, ipſi Sueſſani, quorum princeps erat Haleſus, Turni ſocius. Vide lib. x. infra.

f A teſtibus, & auctoritate ſenum Auruncorum. Priſcis enim morem fuiſſe comperio, ut maiores natu res anteactas liberis ſuis narrarent exactiſſime: id quod & Lucan. lib. 4. confirmat, cum ſic canit: Cognita per multos docuit rudis incola patres. Quod etiam hodie apud barbaras quaſdam nationes, adhuc obſeruari creditur. Non diu enim eſſe tradunt quidã, qui Arabiam, Perſiamq. peragrarunt, quod apud Hebraeos hiſtoriae ſcribi coeptae ſint: cum antea maiores liberis, & nepotib. res ſuas exacte narrare conſueſſent, quo apud omnem poſteritatem earundem extaret memoria. Poſtea ſcriptores exorti ſunt, qui omnia, quae contingerent, in commentarios, aut annales, referrent. g Samon Apollonius, Atlantidos inſulam uocat: olim etiam Leucoſia appellata fuit, teſte Ariſtot. in Polit.

h Lib. 3. Aen. Corytum, terraſq. require Auſonias.

i Hic, & l. 1. Aen. apud Didonem Troianorum cauſſam egit.

Rex,

Rex,[a] genus egregiũ Fauni,[b] nec fluctibus actos
Atra subegit hiems[c] uestris succedere terris;
Nec sidus[d] regione uiae, litus ue fefellit:
Consilio hanc[e] omnes, animisq. uolentibus urbem
Afferimur, pulsi[f] regnis, quae maxima[g] quondam
Extremo ueniens sol adspiciebat Olympo.
Ab Ioue principiũ generis: Ioue[h] Dardana pubes
Gaudet auo.[i] rex ipse[k] Iouis de gente suprema
Troius Aeneas tua nos ad limina misit.
Quanta[l] per Idaeos saeuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos; quibus actus uterque
Europae, atque Asiae fatis concurrerit orbis:
Audijt & si quem[m] tellus extrema refuso[n]
Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga[o] solis iniqui.

a beneuolẽtiam conciliat ab honore, & genere. b Fuit hic Faunus, antiquissimus omnium regum in Latio, qui Ab originibus imperauit, quos ab agresti incultaq. uita ad mansuetiorẽ cultum uitae assuefecit; lucos sacrauit, locis & urbib. nomina fecit, templaq. deorum extruxit, adeo ut nonnulla ab hoc Fauno templa Fana dicta esse existiment. Sunt tamen, qui Ianum Fauno antiquiorem faciant, ut supra monui. Fauno huic soror fuisse proditur, Fatua nomine, uates: a qua etiamnum reliqui uates Fatuarij dicuntur. c Tempestas: ut, Hiememq. ferens. d Obseruatio sideris, ad quod solent nautae nauigationis suae cursum dirigere.
e Ellipsis: pro Ad hanc urb. f Non studium tantum & uoluntatem, uerum etiam necessitatem arguit, ad nouas sedes quaerendas, caussam fuisse. g Troianarum opum egregie amplificatio h Duplici ratione ex Iouis sobole eum esse ostendit, ab utroq. nimirum parente, ut iam audies.
i generis origine. nam auus non est Iuppiter Troianorum, sed unius Aeneae, per Venerem matrem, Iouis filiam.
K Commendatio Aeneae a generis nobilitate.
l Diserte, priusquam petat, quod proposuit, pathos mouet, exacti belli commemoratione, ut hac ratione regem sibi conciliet.
m Si quis procul habitet. Scal.
n Refluo. Britanniam, easq. insulas Oceani, ubi septenis horis reciproco cursu fluit ac refunditur mare, uidetur intelligere. o Zona torrida, quae a ueterib. credita fuit inhabitabilis esse propter immoderatũ aestum.

Diluuio [a] ex illo tot uasta per aequora uecti
Dijs sedem exiguam [b] patrijs, litusq. rogamus
Innocuum, [c] & cuncti undamq. [d] aurãq. patentem.
Non erimus regno indecores. [e] nec uestra feretur
Fama leuis, tantiq. abolescet gratia facti:
Nec Troiam [f] Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneae iuro, dextramq. [g] potentem,
Siue fide, [h] seu quis bello est expertus, & armis:
Multi [i] nos populi, multi (ne temne, [k] quod ultro
Praeferimus [l] manibus uittas, ac uerba precantũ)
Et petiere sibi, & uoluere adiungere [m] gentes.
Sed nos fata deum uestras exquirere terras
Imperijs [n] egere suis. Hinc Dardanus ortus
Huc repetit, iussisq. ingentibus urget Apollo

a Bello, & excidio Troiano. Sc.
b Arte utitur ad impetrãdũ apta. petit enim dijs, & petit exiguam sedem.
c Quo scilicet ita utãtur, ut nemini nocere uelint. Hac significatione uocant I.C. ignem innocentem, quo scilicet in domo conducta ita utitur inquilinus, ut damnum inferre, aut incendium excitare non poßit. Sic & Cic. fam. l. VII. Innocentem epistolã uocat, quae nihil habebat, quod non uel in concione recte legi posset.
d Aquam, & aerem, quae omnibus patere debent. S. Etenim naturali iure communia sunt omnium haec; aer, aqua profluens, mare, & per hoc litora maris accedere prohibetur: dum tamen a uillis, & monumentis, & aedificijs abstineat. L. 3. ff. de acquir. rer. do. e Lyptote, q.d. Ornabit te societas nostra: sed hoc superbum nimis, & arrogans uideri potuisset: quapropter sua prudentia temperat orationem Ilioneus. f Per metonymiam, pro Troianae gentis relliquijs. g Annotat Fabr. poetam hic Ciceronem imitari, quem tacito iudicio Ilioneo oratori conferat. Sic enim ille de Caesare: Totum hominem tibi trado, de manu, ut aiunt, in manum tuam istam, & uictoria, & fide praestantem. h Hom. Il. 18. i Ab honesto. neque n. indecore petit ab rege Latino, id, quod alij populi, & reges ultro obtulerunt Troianis. K Pro, Contemne: figurate.
l Pro, Praetendimus: ut lib. IIX. Et uitta comptos uoluit praetendere ramos. τὴν ἱκετηρίαν προτείνειν.
m Hoc expresse antea ac solis Carthaginiensib. dictum est, lib. I. reliquos tamen possumus intelligere Epirotas, et Siculos, propter Heleni, & Acestae amicitiam, & affinitatem. n Impulerunt, uel coegerunt.

Tyrrhenum

Tyrrhenũ ad Tibrim, et fontis uada sacra Numici.
Dat tibi praeterea fortunae parua prioris
Munera, relliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro [a] libabat ad aras:
Hoc [b] Priami gestamen erat, cum iura uocatis
More daret populis, sceptrumq., sacerq. [c] tiaras,
Iliadumq. labor, uestes. [d]
Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloq. [e] immobilis haeret,
Intentos uoluens oculos: nec [f] purpura regem
Picta [g] mouet, nec sceptra mouent Priameia tantũ,
Quantum in connubio natae, thalamoq. moratur.
Et ueteris Fauni uoluit sub pectore sortem: [h]
Hunc illum fatis externa [i] a sede profectum
Portendi generum, paribusq. in regna uocari
Auspicijs, [k] hinc progeniem uirtute futuram
Egregiam, & totum quae uiribus occupet orbem.
Tandẽ [l] laetus ait: Dij [m] nostra [n] incoepta [o] secundẽt,

a Pateram significat, q. d. hac aurea patera.
b Sub. Diadema.
c Pro, Sacra tiara S.
d Vestes acu pictas intel. quas primum ab Idaeis in Phrygia inuentas fuisse, Pli. l. 4. c. 48. auctor est.
e Homer. Il. 33.
f Proponit in Latino, rege, incorruptum aurei saeculi exemplum, cuius animus nulla opulentia, nullis munerib. moueatur.
g Acu laborata: quod Phrygum fuisse inuentum tradunt: sic ut adhuc acupictores (quos uocant) Phrygiones appellentur.
h Oraculum: ut infra: Ex adito sortes.
i Respicit ad uerba illius paterni oraculi, Externi ueniunt generi.
K Potestate pari. S.
l Quasi dicat, post longam deliberationem.
m Antiquo more de pace, & nuptijs filiae loquitur Latinus, κατὰ τὴν εὐφημίαν, deorum in prooemio mentionem faciens; quem quidem Catonis Censorij morem fuisse peculiarem tradit Ser. eoq. illud apud Cic. in Diu. in Ver. referendum, cum sic ait: Et, si quid ex uetere aliqua oratione est, Iouem ego opt. max. &c.
n Ab insigni regis Latini liberalitate, qui sterile litus petentib. fertiles agros promittit.
o Primum ad suas cogitationes, deinde ad Troianorum postulata respondet Latinus.

Auguriumq. suum: dabitur, Troiane, quod[a] *optas.*
Munera nec sperno. non uobis, rege Latino,
Diuitis uber[b] *agri, Troiae ue opulentia deerit.*
Ipse modo Aeneas (nostri si tanta cupido est:
Si iungi hospitio properat, sociusq. uocari)
Adueniat, uultus. ne ue exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis[c] *erit dextram*[d] *tetigisse tyranni.*[e]
Vos[f] *contra regi mea nunc mandata referte.*
Est mihi nata, uiro gentis quam iungere nostrae
Non patrio ex adyto sortes,[g] *non plurima caelo*
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
Et reor, &, si quid ueri mens augurat,[h] *opto.*
Haec effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant tercentum[i] *nitidi in praesepibus*[k] *altis.*
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictisq. tapetis.
Aurea pectoribus demissa monilia[l] *pendent.*
Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.

a *Pax scilicet.*
b *Pro, Vbertas, ut alibi.*
c *Foederis: ab eo enim quod sequitur, id quod praecessit, determinationem accipit, teste S.*
d *Haec n. amicitiae, haec pacis, haec fidei, atque uirtutis symbolũ esse dicitur.*
e *Per catachresin, pro, Regis: in meliorẽ partem hic capitur Tyrãnus, ut apud uetustiores Grae. qui τύραννον, pro rege, simpliciter dicebant.*
f *Transitio a Latini mandatis ad Aenean perferendis.*
g *Oracula: per catachresin.*
h *Auguratur: enallageticῶς.*
i *Spectauit ad legionis Romanae morem, in qua erant equites trecenti. Atque hic numeri amplificatione regis Latini opes celebrat: ac in donis decorum regium seruat, quem currus, & equos, quib. uehantur oratores tanti principis, dare honestius erat, quam aurum, & gemmas.*
K *Ex praesepium altitudine equorum proceritatem intelligi uult.*
l *Phalerae. S. licet alij, id quod sequitur, Tecti auro, malint ad phaleras referri.*

Absenti

Absenti Aeneae currum, geminosq. iugales [a]
Semine ab aetherio, spirantes naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos Daedala [b] *Circe*
Supposita de matre nothos furata creauit.
Talibus, [c] *Aeneadae donis, dictisq. Latini,*
Sublimes [d] *in equis redeunt, pacemq. reportant.*
Ecce autem Inachijs [e] *sese referebat ab Argis* [f]
Saeua Iouis coniux, aurasq. inuecta tenebat;
Et laetum Aeneam, classemq. ex aetere longe
Dardaniam Siculo prospexit ab usq. [g] *Pachyno.*
Moliri iam tecta uidet, iam fidere [h] *terrae,*
Deseruisse rates. stetit acri fixa dolore; [i]
Tum quassans [k] *caput, haec effudit pectore dicta:*
Heu [l] *stirpem inuisam, & fatis* [m] *contraria nostris*
Fata Phrygum. num Sigaeis [n] *occumbere campis,*

a *Equos currui assuefactos; quos a parentum nobilitate laudat: cum ab eorũ semine esse ait, qui Solis currũ trahere dicuntur.* b *Ingeniosa, ut Daedalus. Epitheton Lucretian. Ait enim, Daedala tellus. Vide hac de re Macrob. Sat. l.6.c.4.* c *Pro, Cum talibus donis, & responsis.* d *Vel, Sublimes tal. don. & dict. i. erectis animis ob talia dona, & responsiones tam optatas.* e *Ad differentiam. nam & Argi erant in Italia, a Diomede conditi.* f *Argos intell. quod Phoroneam uocat Stephan. a Phoroneo, Inachi filio, eius conditore, ut auctor est Plin.* g *Praepositio contra opinionem Seruij, praepositioni iungitur, ut apud Plaut. in Persa; De procul: apud Propert. In ante. Iungitur & aduerbio, ut apud Ter. De repente: apud Cic. Sub posteaquam. Quãquã ĩ Cicerone pro, Sub posteaquã, reponit Aldus Manutius Paulli F. Aldi N. S.V.B. Posteaquã. ut tres literae singulares significẽt, Si uales, bene. Citat hic Fabr. marmor quoddam Veronẽse, in quo sic habeatur: Petimus, ne quis nos inquietet, & ex arca nostra, neq. ab ante aliter ponat, nec commoueat.* h *Sic Prisc. & scripti libri quinque, quos ego super hac re consului. Et infra est, Fidere nocti: Linacer tamen, teste Fabr. Fidere terra, legit. Picrius scriptũ l. citat, in quib. pro, Fidere, est Sidere: ut & ego in uno uet. scriptum uidi.* i *Inuidia: qua Siculi tyranni maius tormentum non inuenere, teste Horat.* K *A signo doloris.* l *Exordium ab exclamatione, orationi patheticae cõuenĩetissimũ: cui uehemẽtiã addunt mirã, breues, intercisaeq. ĩterrogatiũculae. Vide Macr. l.4.c.2. Sat.* m *Volũtatib.* n *Troianis; antonomastice, a Sigaeo Troadis promontorio.*

Num capti potuere capi? num incenſa cremauit
Troia uiros? medias acies, mediosq. per ignes
Inuenere uiam? at,[a] credo,[b] mea numina tandem
Feßa iacent, odijs[c] aut exſaturata quieui.
Quin etiam patria excuſſos infeſta per undas
Auſa[d] ſequi, & profugis toto me[e] opponere põto.
Abſumptae in Teucros uires caelique, mariſq.
Quid[f] Syrtes, aut Scylla mihi, quid uaſta Charybdis
Profuit? optato conduntur Tibridis alueo,
Securi[g] pelagi, atque mei. Mars[h] perdere gentẽ
Immanam Lapithum[i] ualuit: conceſſit[k] in iras
Ipſe deum antiquam genitor Calydona[l] Dianae:
Quid ſcelus[m] aut Lapithis tãtũ, aut Calydone merẽ
Aſt ego, magna Iouis cõiux, nil l'iquere inauſũ (tẽ?
Quae potui infelix, quae memet in omnia uerti,
Vincor[n] ab Aenea. quod ſi mea numina non ſunt
Magna ſatis, dubitẽ haud[o] equidẽ ĩplorare quod uſ-
(quã eſt.

a Fabr. An, legendum ceſſet, ut uehemẽtior ſit ironiae ratio: q. d. Se nec fatigatam deſtitiſſe. b Quaſi dicat, ſcilicet: ironice. c Quidam Odijs, iungunt cum Quieui. d Queritur conatus ſuos irritos fuiße, ut ſtomachum magis acuat. e Per Iunonem, aerem intelligimus: ergo Me, cum dixit, imbres, tonitrua, tempeſtates ſignificare, uideri poteſt. f Spargit querellas per pericula, in quae nauigantes compulerat, ſed fruſtra. g Sine metu pelagi, & mei. h Ab inferorum numinum exemplis exaggeratio. Talis etiam locus eſt lib. 1. Aen. a uerſ 43. Pallas ne exurere claſſem &c. uſque ad uerſ. 54. i Pirithous, Lapitharum rex, uxorem ducturus, cum Centauros, deosq. omnes extra unum Martem ad nuptias uocaſſet, iratus ob acceptam hac ex re contumeliam Mars, furorem Centauris immiſit, ut cum Lapithis comitterentur. K Conceſſit illi ſuas iras in Cal. effundere: ita ulciſci Cal. ut irae ſuae ſatisfaceret. l Oeneus, rex Calydonius, cum de primitijs ſuis, omnib. numinib. praeterquam Dianae ſacrificaſſet, irata dea in Calydonios, aprum terribilem immiſit, qui omnia circum circa uaſtauit, donec a Meleagro interficeretur. m Pro, Quam ſceleris poenam. n Plus dicit, quam ſi diceret, Non poſſum perdere, aut ulciſci Aenean. o Confirmat ſe ad extremum conatum, ad accerſenda ab inferis auxilia: id quod impotentem iram arguit,

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis (esto) [a] prohibere Latinis;
Atque immota manet fatis Lauinia coniux:
Attrahere, [b] atq. moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos exscindere regum.
Hac gener, [c] atq. socer coeant mercede [d] suorum.
Sanguine [e] Troiano, & Rutulo dotabere uirgo: [f]
Et Bellona manet te pronuba. nec face tantum
Cisseis [g] praegnans ignes enixa iugales: [h]
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestaeq. [i] iterum recidiua [k] in Pergama [l] taedae.
Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petiuit:
Luctificam Alecto [m] dirarum ab sede sororum,
Infernisq. ciet tenebris: cui [n] tristia bella,
Iraeq., insidiaeq., & crimina noxia cordi:
Odit & ipse pater [o] Pluton, odere sorores

a Concessio, quã soluit a facultate committendi omnia, extrahendiq. nuptias.
b Extrahere, & differre. Fata enim differri tantum, non prorsus tolli posse, existimauit antiquitas.
c Aeneas, et Latinus.
d Suorum caede confoederationem hanc emant.
e Nuptiarum exsecrationem subiungit, irae impotentia uicta,
f Lauinia regis Latini filia.
g Ex Eurip. sentẽtia, Hecubam, Cissei regis filiam facit. Homerus eam Dymantis filiam fuisse asserit: quem sequitur Ouid. cum ait: Proles enixa Dymantis.
h Pro, Coniugales, id est, matrimonio conceptos. Facem enim parere se somniarat Hecuba, cum Paridem editura esset.
i Exitiales nuptiae. Amplificatio ab historia.
K Post ruinam restituta, ut pag. 380.
l Belli Troiani, ac Latini, similia omnia inter se confert: Venerem Hecubae, Aeneam Paridi, Lauiniam Helenae aequiparans tam apte, ut conuenientius nihil fieri (mea quidem sententia) potuerit.
m Vnam furiarum infernalium sororem, Megaerae, & Tisiphones. Prosopographia constat amplificatione horrendae formae, & operum Alectus.
n Homer. Iliad. 62.
o Furias Aeschyl. Acherontis, & Noctis filias facit: & ideo Pater, hic, non naturae, sed uenerationis nomen existimandum est. Orpheus tamen eas Plutonis, & Proserpinae filias esse tradit, quod huic loco non conuenit, propter illud, quod seq. Virgo sata Nocte, ex Aeschyli sententia.

Tartareae monstrum: tot sese uertit in ora,
Tam saeuae facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit uerbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium uirgo [a] sata Nocte laborẽ,
Hanc operam, ne noster [b] honos, infracta[c] ue cedat[d]
Fama loco, neu connubijs ambire Latinum
Aeneadae possint, Italos ue obsidere fines.
Tu potes [e] unanimes armare in proelia fratres, [f]
Atque odijs uersare [g] domos: tu uerbera tectis,
Funereasq. inferre faces: tibi nomina mille, [h]
Mille nocendi artes: fecundum [i] concute pectus.
Disiice compositam [k] pacem, sere crimina belli:
Arma uelit, poscatq. simul, rapiatq. [l] iuuentus.
Exin Gorgoneis [m] Alecto infecta uenenis
Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni [n]

a Alecto intel. quam Aeschylus Nocte progenitam fingit; quare Iuno hic beneuolentiam ab eius persona captare uolens, eam a generis dignitate commendat.
b Propositio Iunonis.
c Vel, ante hac ĩfracta, uel ualde fracta cedat. d Cedat, pro, Cadat, dictum Scal. existimat: Ser. pro Vincatur, exp. e A facili, argumento ducto de maiori ad minus.
f Vt in Eteocle, & Polynice, Romulo, & Remo, Amulio, & Numitore, superiori lib. meminimus, pag. 613.
g Euertere familias.
h Additione numeri millenarij eius potentiam amplificat, ut nimirum facilitatem, possibilitatemq. inferat.
i Malitiae plenum, ac fraudis.
K De qua iam conuenit inter Troianos, & Latinos.
l Iuuentus optat, interdum arma, sed non audet a principibus petere. Et ut etiam maxime poscat, tamen non ita statim conceduntur. Itaque, inquit, Rapiat, id est, tanta bellandi cupido iuuentuti immittatur, ut sua sponte, contempto duce, ad arma prosiliant. Tanta porro festinatione hortatur ad maturandum consilium, ut negligat etiam epilogum.
m Alludit ad fabulam Medusae, quae una ex Gorgonib. fuit. Gorgoneis autem hic pro Diris uenenis accipi crediderim.
n Regis: ut supra, Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Celsa petit, tacitumq.[a] *obsedit limen Amatae.*[b]
Quam super aduentu Teucrũ, Turniq. hymenaeis
Femineae[c] *ardentem curaeque, iraeq. coquebant.*[d]
Huic[e] *dea caeruleis unum de crinibus anguem*
Coniycit, inq. sinum praecordia[f] *ad intima subdit;*
Quo furibunda domum monstro permisceat omnẽ.
Ille inter uestes, & leuia pectora lapsus
Voluitur attactu[g] *nullo, fallitq.*[h] *furentem,*
Vipeream inspirans[i] *animam: fit tortile*[k] *collo*
Aurum ingens coluber, fit longae taenia uittae,
Innectitq. comas, & membris lubricus errat.
Ac, dum prima lues, udo[l] *sub lapsa ueneno,*
Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem,
Nec dum animus toto percepit pectore flammam:
Mollius, & solito matrum de more locuta est,
Multa[m] *super nata lacrymãs, Phrygijsq. hymenaeis.*
Exsulibus[n] *ne datur ducenda*[o] *Lauinia Teucris,*
O genitor? nec te miseret nataeque, tuique?

a *Pro, Tacite, & sine strepitu obs. nõ enim refertur ad Limen.*
b *Reginae, Latini uxoris. Feminã autem potissimũ ad hãc rem deligit, quod hic sexus pronior ad rixas serendas, miscendaq. omnia, existimetur.*
c *Feminis usitatae.*
d *Ab opportuno. Antea enim semper abhorruerat a Troianorum nuptijs: quare eam sibi peropportunam delegerat furia, ad disturbandas nuptias.*
e *Amatae scilicet.*
f *Recte Praecordia: sunt enim loca cordi uicina, in quibus affectus humani, & perturbationes sitae sunt.*
g *Sic ut non attingeret; uel, ut tactus eius non sentiretur.*
h *Sine sensu accipientis, furorem inycit. S.*
i *Latenter inspirat furenti, id est furere incipienti.*
K *Tort. aurum: torquis circumlocutio.*
l *Serpentum enim uda corpora sunt, ut qui etiam per terram lapsantes, uias humore signent, ceu limaces.*
m *Enallage partis, nominis, scilicet pro aduerbio.*
n *Indignationis plenum exordium, interrogatione etiam, quasi id ipsa ignoraret, constans.*
o *Videtur per intellectionem dixisse, pro, Abducenda: quasi non dicatur de iusto matrimonio, ut uidetur innuere paullo infra, cum ait, Abducta uirgine.*

Nec

Nec matris miseret; quã primo[a] Aquilone relíquet
Perfidus, alta petens, abducta uirgine praedo?
At[b] non sic Phrygius[c] penetrat Lacedaemona pa(stor,
Ledaeamq. Helenã Troianas uexit ad arces?
Quid[d] tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo[e] toties data dextera Turno?
Si gener[f] extrema petitur de gente Latinis;
Idq. sedet; Fauniq. premunt[g] te iussa parentis:
Omnem equidẽ sceptris terram, quae libera nostris
Dissidet, externam[h] reor, & sic dicere diuos.
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus,[i] Acrisiusq. patres.[k] mediaeq. Mycenae.[l]
His ubi nequidquam dictis experta, Latinum

a Prima oblata nauigandi occasione. Tota occupata est Amata in insectando uirulentis uerbis Aenea, quẽ modo Perfidum, modo Praedonem appellat, quod diu in mari iactatus fuerit.

b Al. An non. c Paridis periphrasis; a cuius exemplo dehortatur nuptias. d Quid erit, uel est tua fides, quid &c. q.d. Cuius pretij est; uel, quid prodest. Perstringit regina inconstantiam Latini, mariti sui, & perfidiae notam oblique obijcit, quod fidem Turno non sit seruaturus, addita etiam amplificatione consanguinitatis. e Ipsius Amatae. filius n. Veniliae fuit, Amatae sororis. f Eleganti antipophora tacitae obiectioni occurrit. qua dici poterat, Oracula Fauni iubent filiam externo genero dari. Haec oracula etiam confirmat ipsa, & suo commodo pro se interpretatur, ostendens Turnum genere exterum esse, e Graecia oriundum: Aeneã uero ex Italia ortum. g Vrget. h Interpretatur pro se oraculum, Turnum scilicet externum eum eße, qui gener poscatur,

i Hic omnium primus in Argo Pelasgico regnauit: Inacho prognatus Phoroneus, qui tempore Isaachi regnauit: huius soror Io, Inachi fi ia, a Phoenicibus in Aegyptum auecta fuit. Ab hoc Inacho, Acrisius Abantis filius, qui Proeto in regnum postea successit, genus duxit, teste Pompon. Laeto, & Gyraldo, de dijs gent.

K Pilumnus enim unus ex Turni maiorib. Danaen, Acrisij Argiuorum regis filiam, in Italiam delatam uxorem duxerat, ex qua Daunum, Turni patrem, suscepit.

l Argiae, ubi Inachus, ubi Acrisius regnarint. Abrumpit citra perorationem occupatissima femina suam orationem.

Contra stare uidet; penitusq; in uiscera [a] lapsum
Serpentis furiale malum, totamq. pererrat:
Tum uero infelix, ingentibus excita monstris,
Immẽsam sine more [b] furit lymphata [c] per urbem:
Ceu [d] quondam torto uolitans sub uerbere turbo: [e]
Quem pueri magno in gyro uacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis [f] fertur spatijs: stupet inscia turba,
Impubesq. manus, mirata uolubile buxum:
Dant animos plagae. non cursu segnior illo
Per medias urbes agitur, populosq. feroces.
Quin etiam in siluas, simulato [g] numine Bacchi, [h]
Maius adorta nefas, [i] maioremq. orsa furorem,
Euolat, & natam frondosis montibus abdit,
Quo thalamum eripiat Teucris, taedasq. moretur;
Euhoe [k] Bacche [l] fremens, solum te uirgine dignum
Vociferans. etenim molles tibi sumere [m] thyrsos, [n]

a Nam dixit supra, uers. 354. At dum prĩma lues. b Insuetato quodam, & inaudito modo: ut et supr. l. v. c Furore percussa, aut furijs agitata. d Ex Hom. Il. ξ. Tibull. lib. 1. El. 5. Nãq. agor, ut per plana citus sola uerbere turbo, Quẽ celer aßidua uersat ab arte puer. Theocr. in Pharmaceutr. χ' ὡς δινεῖται ὁ ῥόμβος ὁ χάλκεος. e Turbo, praeter uenti significationem, globus est forma corni, quem alio nomine Trochum nominant, a pueris in plano solo scutica circumagi solitum. Huic poeta Amatae insanientis speciem comparat. f Per uias obliquas.

g Non quod ipsa simularet, (id enim est sanorum,) sed quia ita fureret, ut Liberi sacra celebrare uideretur. S.

h Bacchicum furorem describit Catull. in Epithal. & Columel. in Hortis.

i Bacchanalia, seu Liberi patris festa, Nefas uocat propter Rom. leges postea contra Bacchanalia latas. K Acclamatio Bacchica, εὐοῖ: alij dictum uolunt, quasi εὖ υἱε, ut sit Iouis filio ex bello giganteo reuertenti gratulantis. l Auersio ad Bacchum. m Per heterosin modi, pro, Sumebat, & sic in seq. Ser. Vel, etiã cũ his infinitiuis assumi potest uerbum, Vociferabatur ex participio uocis repetitum. n Hastas Bacchicas exponunt: at tum Baritonũ faciunt θύρσος: acutitonum autẽ θυρσός, nuptiales corollas significare, Hort. scribit.

a *Aut ellipsis est, Te. i. propter te & tui honoris caussa: aut legẽdũ Te lustrare choro, quomodo in duobus. s. l. legi, & H. Steph. sequi uideo.*
b *Bacchantium peruenusta hypotyposis.*
c *Pelles, quib. Bacchãtes tegebantur, ceruorum erãt uel hinnulorum: Graeci νεβρίδας uocant, Inde originem habuisse putantur, quod Bacchus ab expeditione Indica rediens, id genus pelles gestabat. Vnde ẽt Nebrida ferre dicuntur, qui natura sunt timidiores, aut uini amantes.* d *Nam thyrsos pampinis uitium implexos gestabant in his sacris: atq. id genus hastae etiam Thystla uocant: quamquam Thystla ẽt sacrificia Thelestica sunt. i. quae ad initiationem pertineant.* c *Latinas matronas s.* f *Vehemens ac concitata, facem ardentem gestabat.* g *Pineam facem.* h *Sic Infra, paullo post: Tum flammea torquens Lumina. i. oculos ira inflammatos.*

Te lustrare[a] choros, sacrum tibi pascere crinem.
Fama uolat, furijsq. accensas pectore matres
Idem oẽs simul ardor agit, [b] noua quaerere tecta.
Deseruere domos, uentis dant colla, comasque.
Ast aliae tremulis ululatibus aethera complent,
Pampineasq. gerunt incinctae pellibus [c] hastas.[d]
Ipsa inter medias[e] flagrantem feruida[f] pinum[g]
Sustinet, ac natae, Turniq. canit Hymenaeos,
Sanguineam torquens[h] aciem. toruumq. repente
Clamat: Io matres audite ubi quaeque [i] Latinae.
Si qua pijs animis manet infelicis Amatae
Gratia; si iuris materni cura remordet:
Soluite[k] crinales uittas, [l] atque Orgia mecum.
Talem[m] inter siluas, inter deserta ferarum
Reginam Alecto stimulis agit undique Bacchi.
Postquam uisa satis primos acuisse furores,
Consiliumque, omnemq. domum uertisse Latini:
Protinus[n] hinc fuscis tristis dea tollitur alis

i *Codices nonnulli habent Vbicumque: Priscian. leg. Vbi quaeque, pro Quaecumque: alij, Vbiquaque, pro Quaecumque.*
K *Solutis n. crinib. haec sacra celebrari solebant.*
l *Capitum diademata matronarum. nam meretricibus non dabantur.*
m *Talem agit. i. tali modo agit, ita uersat & exagitat.*
n *Transitio ad secundam belli occasionem, ad Turnum. s. quem & ipsum furore implet, & ad arma concitat.*

Audacis

Audacis Rutuli[a] ad muros: quam dicitur[b] urbem
Acrisioneis[c] Danae fundasse colonis,
Praecipiti delata noto.[d] locus Ardea quondam
Dictus auis:[e] & nūc magnū[f] manet[g] Ardea nomē.
Sed Fortuna fuit.[h] tectis hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exsuit, in uultus sese transformat aniles,
Et frontem obscenam rugis arat,[i] induit albos.
Cum uitta crines, tum ramum innectit oliuae;
Fit[k] Calybe Iunonis anus, templiq. sacerdos:
Et iuueni ante oculos his se cum uocibus offert:
Turne,[l] tot incassum fusos patiere labores?
Et tua Dardanijs transscribi[m] sceptra colonis?[n]
Rex[o] tibi coniugium, & quaesitas sanguine[p] dotes
Abnegat, externusq. in regnum quaeritur heres:

a Turni periphrasis.
b Antiptosis, ut & l. 1. Vrbē, quā stat. uestra est, subducite naues. Vide Linac. hac de re.
c Hoc referri uult Ser. nominādi casus ad, Danae, non ad, Colonis: ego ad Colonis, salua uiri doctissimi pace, referendum existimo. ut sit adiectiuum: patronymicum autem femininum, pro Acrisij filia, Acrisione, esse, uel Acrisis, idos, non Acrisioneus. Sed, dicas forte, Danaen cum Argolicis colonis e Graecia non uenisse, quibuscum urbes condere potuisset: Fateor: atqui aduena ipsa, atque Acrisione .i. Acrisij filia, cur in Italia assumptos colonos, de suo nomine Acrisioneos dicere non potuerit, rationem non uideo. d Vento in Italiam deuecta.
e Fabulam. quam hic obiter tangit, do Ardea in auem sui nominis commutata, refert Ouid. l. 14. Metam.
f Alludit forte ad epitheton Arduum, quasi ingens ac celebre nomen.
g Al. Tenet. h .i. Fortuna sic tulit, ut Tur. carperet quietem.
i Pulchra prosopographia, a forma & habitu Alectus.
K sic l. v. Fit Beroe: pro, transformatur in eius speciem.
l Exordium a castigatione tolerantiae, quam exasperat ab indigno, exhortans ad suscipienda arma contra Latinum.
m proprie de colonis: qui transscribi dicebantur: q.d. Patieris transferri a te regnū Latin. ad colonos Dardanios? Vel, tibi ereptū regnum tradi colonis? n Contemptim, ad augendam dignitatem. o Latinus s. Narratio rei gestae. p Tuo s. Amplificatio iniuriae.

I nunc,

a Amarulenta irrisio, et exprobratio meritorum suorũ erga Latinum: quod eo facit amarulĕtius, ut irritet exacerbetq. magis odiũ eius in Latinum ob ingratitudinem s. & inconstãtiam.
b Pro quib. nulla gratia reddetur.

I nunc,[a] ingratis[b] offer te irrise periclis:
Tyrrhenas,[c] i, sterne acies, tege pace Latinos.
Haec[d] adeo tibi me[e] placida cum nocte iaceres,
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia[f] iussit.
Quare age, & armari pubem portisq. moueri
Laetus i arma para: & Phrygios, qui flumine[g] pul
Consedere, duces, pictasq.[h] exure carinas. (chro
Caelestum uis[i] magna iubet. rex ipse Latinus
Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur;
Sentiat, & tandem Turnũ[k] experiatur in armis.
Hic iuuenis[l] uatem[m] irridens, sic orsa uicissim
Ore refert: Classes[n] inuecta Tibridis undam,
Non, ut rere, meas effugit nuncius aures:
Ne tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te[o] uicta[p] situ,[q] ueriq. effeta[r] senectus

c Hoc ideo dicit, quod ante aduentum Aeneae in Italiam perpetuum erat Tyrrhenis aduersus Latinos bellum. Vnde IIX. libro dicturus est, Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina. d Homer. Il. 204. e Quo plus ponderis sua uerba habeant, ex Iunonis auctoritate ea confirmat.
f Iunonis periphrasis, quae Saturni filia fuit. g supra; Fluuio Tiberinus amoeno. Ennianũ hoc aũt uidetur: qui, Flumine sancto, ait. h A facili: quasi ad luxũ magis exornatas, quã ad bellũ instructas. i Iunonẽ intell. de qua sic Auson. in Monosyllab. Et soror cõiux fratris, regina, deum uis.
K Emphasis: q. d. nõ uulgaris uirtutis uirum. Estq. simul Enallage personae, ut orationi maiestas addatur. l Turnus s. m Calyben, Iunonis sacerdotem & uatem. n Primũ respondet Turnus, ad id, quod ad classes, in Tiberi stantes, exurendas attinet: cetera magis irridet, quod non uerisimile sibi uideretur, a Latino quidquam de nuptijs filiae pactis mutatũ iri; quare anum senio delirare ait. o Conclusio constans iocosa exhortatione ad officiũ. p Squalore & marcore consumpta. q qui ex uetustate nascitur. r Cui sunt effetae uires ad dicendum id quod uerum est: ut s. innuat eam iampridem coepisse delirare, quod sacerdos cum esset Iunonis (putabat n. re uera Calyben esse) rixas tamen & arma ferere conaretur.

O mater

O mater[a] curis nequidquam exercet, & arma
Regum inter falsa uatem formidine ludit.
Cura[b] tibi, diuum[c] effigies, & templa[d] tueri:
Bella[e] uiri, pacemq. gerant, quis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti[f] subitus tremor occupat artus:
Diriguere oculi:[g] tot Erinnys sibilat hydris,
Tantaq. se facies aperit: tum flammea[h] torquens
Lumina, cunctantem, & quaerentẽ dicere plura
Reppulit, & geminos[i] erexit crinibus angues:
Verberaq.[k] insonuit, rabidoq. haec addidit ore:
En[l] ego uicta situ,[m] quam ueri effeta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit.
Respice[n] ad haec:[o] adsum dirarum ab sede sororũ:
Bella manu, letumq. gero.
Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro[p]
Lumine fumantes fixit sub pectore[q] taedas.
Olli[r] somnum ingens rupit pauor, ossaq., & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.

a Matrem uocat, quod grandaeua sit, et anus. b Sub. sit: per ellipsim uerbi. c Homerus in Il. 55. d Hoc eo dicit, quod Calyben Iunonis sacerdotem esse putaret, quam nõ cõueniebat bella serere. e Vt apud Homer. πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Alludi uidetur ad paroemiam, Bellum Cononi curae fuerit. f loquenti. g A signis irae.
h Supra, Sanguineam torquens aedem. u. 399.
i Geminos ait, pro parib. uel similib. ut Cic. pro Rosc. Am. Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.
K pro uerberibus. l Retorquet contumelias in Turnum, sollicitudinemq. inijcit, & quidem pari amarulentia, qua ille eam carpserat, ac reprehenderat. m Ex uetustate nascente, sic ut per delirium uera dicere nequeam. n Vt horrendis simulacris Turnum moueat, angues intentat: ut l. VI. Tisiphone sceleratis in Tartaro demersis.
o Ser. construit cum seq. hoc modo: Adhaec adsum. i. ad regum arma concitanda. p furiali inferno.
q Vbi fellis locus, unde iracundia.
r Antiptoechon, pro Illi: subijcit furiae effectus, ex ira, quam Turno in pectus coniecerat.

Arma

Arma amẽs fremit, [a] *arma* [b] *toro, tectiſq. requirit:*
Saeuit amor ferri, & ſcelerata inſania belli:
Ira [c] *ſuper:* [d] *magno ueluti* [e] *cum flamma ſonore*
Virgea [f] *ſuggeritur coſtis undantis aheni:* [g]
Exſultantq. aeſtu latices: furit intus aquae [h] *uis,*
Fumidus atque alte ſpumis exuberat amnis:
Nec iã ſe [i] *capit unda: uolat uapor ater ad* [k] *auras.*
Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
Indicit primus [l] *iuuenum, & iubet arma parari,*
Tutari [m] *Italiam, detrudere finibus hoſtem:* [n]
Se ſatis [o] *ambobus Teucriſq. uenire,* [p] *Latiniſque.*

a *Figurate; pro, cum fremitu & cũ clamore poſcit. Peruenuſte autẽ ipſis dictionib. ſtrepitum militũ ad arma cõclamãtium exprimit.*

b *Relatio eiuſdem dictionis, impetum inſanientis exprimit.* c *Homer. Il. 203.* d *Hoc eſt, inſuper ira ſaeuit, quae maxime uitiat ſanguinem, adeo ut pleroſq. morbos inde pullulare credãt medici.* e *Homerũ. Il. l. XXI. Macrob. recenſet hũc locũ inter eos, in quib. Virg. Homerũ ſuperaſſe uidetur.* f *De uirgis facta.* g *Vt luculenter ſaeuientis ira animi imaginem oculis ſubijciat, addit comparationem, a natura flammae, fomento lignorum ahenis bullientib. ſubiectorum crepitantis, ductam: tum autem & aquae ut ignis ita ſaeuientis, ut intra ollae alueos iam ſe uix contineat, ſimilitudine aeſtuantem ira Turnum, tamquam in tabula, conſpiciendum praebet.*

h *In pleriſq. codicib. Aquae uis, legitur: etſi Ser. Aquai, ſolum agnoſcat, affirmans ita a Tucca & Vario eſſe reſtitutum, cum Virg. Aquae uis, ſcriptum reliquiſſet. Quod ut ita ſit, tamen contra Tuccae, & Varij, Probi, & Macrobij, aliorumq. hos ſequentium iudicia, Aquae uis legendum cenſet Fabric. ex doctiſſima uerbisq. pleniſſima Homeri comparatione.* i *Melius, quam ſi dixiſſet, Nec iam uas capit undam S.* K *Amplificatio ſaeuientis in aheno aquae.* l *Procerib. iuuentutis Rutulae.*

m *Nulla coniugij facta mentione, ſolum patriae, quam tueri ſe uelle ait belli cauſſam conſtituit.*

n *Veterem recentemq. huius uocis ſignificationem, ut eius mira ars eſt in dictis temperandis, uno eodemq. uerſu exprimit: ſiue enim peregrinum, ſiue infeſtum aduenam intelligas, nil peccaueris.* o *A facultate. Suis animũ addit, cũ ſe ſolum, contra Latinũ & Aenean. ad arma ſuſcipienda, aſſerit ſuffecturum* p *Pro, Venturum eſſe: q. d. ſe ſuffecturum utriq. in bello. Hypermetrum, & Polyſyndeton.*

Haec ubi dicta dedit, diuosq. in uota[a] uocauit:
Certatim[b] sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc[c] decus egregiũ formae mouet, atq. iuuentae:
Hunc ataui reges, hunc claris[d] dextera factis.
Dum[e] Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte noua speculata locum, quo[f] litore pulcher
Insidijs, cursuq. feras agitabat[g] Iulus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia[h] uirgo
Obijcit, & noto nares contingit odore,
Vt ceruum ardẽtes[i] agerent: quae prima malorum
Caussa[k] fuit, belloq. animos accendit agrestes.
Ceruus erat forma praestanti, & cornibus ingens:
Tyrrhidae[l] pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant,[m] Tyrrhusq.[n] pater, cui regia[o] parent

a quia uotis nuncupatis, bella sumebãtur. S. b Verisimile obseruat in ficto negotio. c Prolepsis: reddit autem tres potissimum caußas impulsiuas ad bellum: formam Turni, nobilitatẽ antiquã, & res gestas summa cum laude. d Per hypallagen, pro, Clara factis dextera. e Relictis Rutulis ad Troianos transit Alecto, ut ab illis aliquam Turno belli materiam & caussam moueat: hanc ex ceruo uulnerato quaerit.

f Noue inter duo nomina, unum pro nomen posuit. Fabr.

g aptius ad cursum, quam ad insidias, refertur. nam cursu agitamus: insidijs circumuenimus.

h Alectus periphrasis: a Cocyto inferorum flu. ut u. 562. Cocytiq. petit sedem. Vnde profecta erat furia. i Rabie concitati,

K Reprehenditur h. Virg. a Macrob. 7. Sat. c. 17. quod parum grauem tanti belli caußam fecerit: quem defendit Pontan in Ant.

l Tyrrhi filij: quidam leg. Tyrrheidae, & seq. u. Tyrrheusq. pater: sed, quam bene, aliorum esto iudicium: nisi συναίρεσιν constituant.

m Pro, Nutriebant: antiquo more, qui Nutribant, Audibant.

n Hic regij pecoris magister erat, de quo obiter egi, pag. 615. ubi de Lauinia in siluis pariente tractatur.

o Ad regem pertinentia, sed quorum Tyrrhus magister erat & custos. Reges n. quõdam ex agris pecudibusq. uictitabant, quoq. pecorum quis plus habebat, eo ditior existimabatur: adeo ut inde deductum Pecuniae uocabulum, memoriae proditum sit.

Armenta, & late custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror [a] omni Siluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis:
Pectebatq. ferum, [b] puroq. in fonte lauabat.
Ille manum [c] patiens, [d] mensaeq. assuetus herili,
Errabat [e] siluis, rursusq. ad limina nota
Ipse domum sera quamuis [f] se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rapidae uenantis Iuli
Commouere [g] canes, fluuio [h] cum forte secundo
Deflueret, ripaq. aestus uiridante leuaret.
Ipse etiam eximiae laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu:
Nec dextrae erranti deus [i] abfuit: actaq. multo
Perq. uterum sonitu, perq. ilia uenit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit;
Successitq. gemens [k] stabulis; quaestuq. cruentus,
Atq. imploranti similis, tectum omne repleuit.
Siluia prima soror, palmis percussa [l] lacertos,
Auxilium uocat, & duros [m] conclamat [n] agrestes.
Olli (pestis [o] enim tacitis latet aspera siluis)

a Soror Thyrrbidarum puerorum, Almonis s. & alterius fratris natu minoris, ut paullo post uidebis, Tyrrhi pastoris filia. Bonũ, inquit Ser. puellae rusticae nomẽ formauit Virg.
b Id est, quadrupedẽ: ut illud l. II. In latus, inq. feri, &c. S. Al. Feram, legunt.

c Manum, pro, Manuum, ut S. hic: & supra, Currum, pro, Curruum.
d Ergo mãsuefactus erat, etsi natura fera esset; ut & pauones, & columbae, quae ex cõsuetudine abire, & redire solent. Vnde tamen inferri nõ potest feritatẽ amisisse, nec ab alio occupari posse: cum eousque dũtaxat eius, qui mansuefecerit, esse intelligantur, donec animũ reuertendi habeant. L. naturalem. §. pauonum ff. de acquir. rer. do. e Errando, & palando pascebat.. A natura ceruorum, qui libenter gregatim pascebant. f Pro, Quãtumuis sera nocte. g Turbarunt, uel sua natura, uel rabie, a furia immissa. h Ceruos adeo natatu ualere, ut tota maria trãsiiciant, auctor est Plin. l. 8. c. 32. i Masculino genere, pro, Alecto. sic de Venere, lib. II. Descendo, ac, ducente deo. K Pathos. l Imitatus uidetur Homericũ illud: ὣ πεπλήγετο μηρώ. m Ex laborum consuetudine. n Castrense uerbum, ut ex Caes. patet. o Furia. Alecto scilicet. S.

Improuisi

Improuisi adsunt: hic [a] torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi notis. quod [b] cuiq. repertum,
Rimanti, telum ira facit. uocat agmina Tyrrhus;[c]
Quadrifidam [d] quercum cuneis ut forte coactis
Scindebat, rapta spirans [e] immane [f] securi.
At saeua e speculis tempus dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit,[g] stabuli et de culmine [h] summo
Pastorale [i] canit signum, cornuq. recuruo
Tartaream [k] intendit uocem, qua protinus omne
Cōtremuit nemus,[l] & siluae intonuere profundae.
Audijt [m] & Triuiae [n] longe lacus,[o] audijt amnis
Sulfurea [p] Nar [q] albus aqua, fontesq.[r] Velini:

a Prolepsis: seruat autē decorum in armādis rusticis, ut quaeque tela se illis obuia dabant. b Quod quaerens quisq. reperit, ita iubet illi esse pro telo: ut l. I. Aen. Furor arma ministrat. Tale quiddā protulit Attius in Chrysippo: Neq. quisquā a telis uacuus, sed uti cuique obuiā fuerat Ferrum, alius saxo rudeue &c. c In uulgatis exemp. Tyrrheus, legitur. nos Tyrrhus, quomodo legendum esse, patronymicum paenultima prod. quo paulle ante u. 484. usus est, satis demōstrat: nisi forte per συναίρεσιν metiri uersum placeat, quod non displicet. d In quatttuor partes fissilem: uel, magnam, & horribilem. ut Pōpon Laet. e A natura desudantis laborando. f Id est, Supra modum: & si alioqui admirantis uox sit. g Sic in ant. l. recte distinguitur: quod approbat Fabr. h E summo tecto, quod ipsis speculae uice erane. i Pastorib. notū, quo audito, soliti fuerant ad arma concurrere. K Epitheton aptissimū, eleganter ex loco eius natiuo depromptum. l Locus haud lōge ab Aricia. m Hunc locum ex lib. IV. Argon. Apollonij translatū arbitratur Vrsin. aut saltē ex Homer. Il. υ΄. n Dianae, per antonomasiam. o Lacum Aricinum intell. qui & Dianae speculū dicitur. p Sic Ennius Annal. lib. VI. Sulfureas posuit spiramina Naris ad undas.
q Flu. in uia Latina, de quo sic Plin. lib. 3. c. 12. Nar amnis exhaurit illos (Sabinos s.) sulphureis aquis: Tiberim ex his petens replet, e monte Fiscello labens, iuxta Vacunae nemora, & Reate in eosdē conditus. Hactenus Plin. Horum nemorum puto hic meminisse Virg. Testatur & l. 31. c. 4. idem Pli. hunc amnem in agro Narniensi. terrae imbrib. sicciorē fieri: id quod & Cic. in Admirandis suis inseruit. r Lacus Velini, quos accolunt Sabini, teste Plin. lib. 3. c. 12. Tradunt porro potantibus calculosis ex hoc lacu praesentissimum esse remedium.

Et trepidae matres pressere ad pectora natos.
Tum uero ad uocem [a] celeres, qua bucina signum
Dira dedit [b], raptis concurrunt undique telis
Indomiti [c] agricolae. necnon & Troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxere acies. non iam certamine agresti,
Stipitibus duris, agitur, sudibus ue praeustis;
Sed ferro ancipiti decernunt, [d] atraq. late
Horrescit [e] strictis seges [f] ensibus, aeraq. fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant:
Fluctus [g] uti primo coepit cum albescere [h] uento, [i]
Paullatim sese tollit mare, & altius undas
Erigit, inde [k] imo consurgit ad aethera fundo.
Hic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
Sternitur. haesit enim sub gutture uulnus, [l] & udae
Vocis iter, tenuemq. inclusit sanguine uitam.
Corpora multa uirum circa, seniorq. Galesus,
Dum [m] paci medium se offert, iustissimus unus

a Bucinae.
b L. 3. Ann. sic En. Postquam defessi sunt, stant, & spargere sese Hastis ansatis, concurrunt undique telis.
c Sic Caesar lib. 1. de bello Ciu. Pastoresq. indomiti spe libertatis excitati.
d Pugnant, & dimicāt.
e Ex Homeri Il. γ. Ennianis uerbis transtulic hunc locum. Sic n. lib. XIIII. Ann. Ennius: Horrescit telis exercitus asper utrique.
f Metaphora a densitate culmorum in agris: ut, Telorum ferreus imber.
g Sumptum ex Homer. Il. δ. in quo contendit Macrob. Virgilium non satis Homeri maiestatem esse assecutum. Sed hoc ego acutiorib perspiciendum relinquo, qui me acutius uident. h Quia, cum incipit mare paullū turbari, partes eius, quae non mouentur, albescere uidentur, & uernare: at, cum inhorruit, nigrescit. Tur. ex Arist. Probl.
i Aliqui leg. Ponto: quomodo & Carp exemplar habet.
K Ostendit comparatione, quomodo tumultus magis ac magis paullatim increuerit.
l Id est, Sagitta: ut lib. 11. Infesto uulnere Pyrrhus.
m Pathos a caussa, & fortuna: de quo uide Macrob. Sat. lib. 4. cap. 3. & 4. Nulli quantumuis pio bellum parcit: sed ne ijs quidem, qui pacis maxime studiosi sunt.

Qui fuit, Ausonijsq. olim ditissimus aruis:
Quinque [a] greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum uertebat aratris.
Atque [b] ea per campos aequo dũ Marte geruntur; [c]
Promissi dea facta potens, ubi sanguine [d] bellum
Imbuit, & primae commisit [e] funera pugnae,
Deserit Hesperiam, & caeli conuexa [f] per auras
Iunonem uictrix [g] affatur uoce superba:
En perfecta tibi bello discordia tristi:
Dic, in amicitiam [h] coeant, & foedera iungant:
Quãdoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua [i] si mihi certa uoluntas;
Finitimas in bella feram rumoribus urbes,
Accendamq. animos insani Martis amore:
Vndiq. ut auxilio ueniant, spargam arma per agros.
Tum contra Iuno: Terrorũ, [k] & fraudis abunde est.
Stant [l] belli caussae: pugnatur comminus armis.
Quae fors prima dedit, sanguis nouus ibuit arma.
Talia connubia, [m] & tales celebrent hymenaeos.
Egregium Veneris [n] genus, & rex ipse Latinus
Te super aetherias errare licentius auras.
Haud pater ipse uelit summi regnator [o] Olympi.

a Amplificatio ab opibus rusticanis.
b Homer. Il.58.
c A pugnae narratione, transit ad Furiã Alecto, eiusdẽq. exsultationem, quod bellum concitarit.
d Sic Attius in Arund. Inter quos et multo saepe sanguine imbutos.
e Quẽadmodum dicimus Committi pugnam, cum inchoatur.

f Pro, Conuecta, quidam exp. ut, Vsque coloratis amnis deuexus ab undis: pro, Deuectus. Alij, per conuexa caeli, per auras Iunonem affatur.
g Voti compos. h Ironicῶς. Significat enim tantum inter eos odij seuisse, ut facile in amicitiam coire non possint, etiamsi Iuno ipsa caedibus satiata pacem resarcire conaretur. i Eadem uerba lib. IV.
K Terrorum, ex tot hominum caede; fraudis, ex ceruo uulnerato.
l Idonea belli iacta sunt fundamenta. m Talia cõiugia, leg. Pomp. Laet.
n Ironia in Aeneae periphrasi. o Naeuius in carmine Belli Punici: Summe deum regnator, quia nam genus isti. & paullo post: Summi deum regis fratrem Neptunum regnatorem marum.

Cede locis : ego, ſi qua ſuper [a] fortuna laborum eſt,
Ipſa regam . Tales dederat Saturnia [b] uoces.
Illa autem attollit ſtridentes anguibus alas ,
Cocytiq.[c] petit ſedem, ſupera ardua linquens .
Eſt locus Italiae in medio ſub montibus altis ,
Nobilis,[d] & fama multis memoratus in oris ,
Amſancti [e] ualles.[f] denſis hunc frondibus atrum
Vrget utrimque latus nemoris, medioq. fragoſus[g]
Dat ſonitum ſaxis, & torto uertice torrens .
Hic ſpecus horrendum, & ſaeui [h] ſpiracula Ditis
Monſtrantur, ruptoq. ingens Acheronte uorago
Peſtiferas aperit fauces : queis condita Erinnys,
Inuiſum numen , terras , caelumq. leuabat . [i]
Nec minus interea extremam [k] Saturnia bello
Imponit regina manum . ruit omnis in urbem
Paſtorum ex acie numerus , caeſosq. reportant ,
Almonem puerum , foedatiq.[l] ora Galeſi :

a Tmeſis, pro , Supereſt, reſtat. b Antonomaſticῶs Iunonem , Saturni filiam intell. c Synecdoche: q.d. inferos, & Ditis profunda, unde fuerat a Iunone euocata , repetit . d Notus. e Loci ex omni parte ſancti , Ser. interpretatur. Am.n. apud ueteres, in compoſitione, Circum ſignificabat : ut ſit Amſanctus, q.d. circum ſanctus, & undique ſacer. f Italiae umbilicum, ſeu meditullium uocant hunc locum . Eſt autem in Hyrpinis , ac aquas ſulphureas , quae undique ſiluis, anguſtijsq. clauſae ſunt, continet, tam peſtilentes, ut, propter odoris foeditatem, propius accedentes enecent. Vnde recte hic, Inferni ſpiracula cōſtituit poeta : quae a Grae. χαρώνεια , fauces ſubterraneae , taetrum , & peſtiferum odorem exhalantes : ex quo ſcilicet Ditis fauces exiſtimabantur. Per hunc ſpecum autem ait Alecto furiam infernalem, ſuas ſedes repetiјſſe. g Cum fragore labens . h Quod hoſtiae admotae concidant, & moriantur . i Quippe, quod caelo, ac terrae ſua praeſentia fuiſſet oneroſum, & graue . Cui uero bono, bella, diſſidia, rixae, & ſimilia , non ſunt grauia , & inuiſa ? K Phraſis perelegans, Extremam manum operi imponere : pro, rem aliquam finire, & omnib. numeris ſuis abſoluere. Dicitur etiam, Summam addere manum: Metaphora ducta, ab aedificatorib. qui, abſoluto aedificio, faſtigium aliquod ſolent imponere . Cui confine eſt , Colophonem imponere, uel addere . l Cruentati .

Implo-

Implorantq. deos, obtestanturq. Latinum.
Turnus [a] adest, medioq. in crimine caedis, & ignis
Terrorem [b] ingeminat: Teucros in regna [c] uocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
Tũ, quorũ attonitae Baccho nemora auia matres [d]
Insultant thyasis, [e] (neq. enim leue nomẽ Amatae)
Vndique collecti coeunt, Martemq. fatigant. [f]
Ilicet infandum cuncti contra omina [g] bellum,
Contra fata deum, peruerso numine poscunt,
Certatim regis circumstant tecta Latini.
Ille [h] uelut pelagi rupes, immota, resistit.
Vt pelagi [i] rupes, magno ueniente fragore;
Quae sese, multis circumlatrantibus [k] undis,
Mole tenet: scopuli nequidquam, & spumea circũ
Saxa fremunt, lateriq illisa refunditur alga. [l]
Verũ, ubi nulla datur caecũ [m] exsuperare [n] potestas
Consilium; & saeuae nutu Iunonis eunt res:
Multa deos, aurasq. pater testatus inanes,
Frangimur [o] heu fatis, inquit, ferimurq. [p] procella.
Ipsi has sacrilego [q] pendetis sanguine poenas,
O miseri. te, Turne, [r] nefas, te triste manebit

a Vt tumultus ad summum perducatur, Turnum superuenientẽ inducit, ac expostulantem cum Latino de facta iniuria.
b Vt uers. 552. Terrorũ, & fraudis abunde est.
c Quasi exsules, et per fidos.
d De quib. supra, uers. 392.
e Choreis.
f Exercẽt. Scal.

Omina, apum, & flammae prodigia; per Fata, Fauni patris responsa intel. h Ex Homer. Il. l. 16. quo uersu, tamquam prouerbiali, utitur Macrob. Sat. l. 6. c. 4. Hic autem poeta noster hac comparatione Latini constantiam amplificat: estq. uelut exemplum studij pacis in rege Latino. i Comparationis repetitio mire festiua, & elegans est. K Latini uaticiniũ, quod postea exitus comprobauit. l Herba litorali. m Fremitum populi. S. n Al. Expugnare, uincere. o Vt scopulus impulsu fluctuum. p Vt nautae, tempestatis uiolentia, aut undarum ui, quo nolunt, aut minime cupiunt, aguntur. Egregia translatio. q Q. d. Vos sacrilegi pendetis poenas huius belli. Vocat autem eos, Sacrilegos, quia bellum sumebant cõtra uoluntatẽ deorum. r Latini uaticiniũ, quod postea exitus cõprobauit.

Supplicium, uotisq. deos uenerabere seris.
Nā mihi [a] parta quies, omnisq. [b] in limine portus:
Funere [c] felici spolior. Nec plura locutus,
Saepsit se tectis, rerumq. reliquit habenas,
Mos erat [d] Hesperio [e] in Latio, quem protinus [f] urbes
Albanae coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cū prima mouent in proelia Martem;
Siue Getis [g] inferre manu lacrymabile [h] bellum,
Hyrcanis ue, Arabis ue parāt, seu tēdere ad Indos,
Auroramq. [i] sequi, Parthosq. reposcere [k] signa.
Sunt geminae Belli portae, (sic nomine dicunt)

a *Aetate sua se consolatur Latinus, quod sibi iam seni immatura mors accidere non possit.* b *Securitas omnis in promptu est. Alludit ad paroemiam, In portu nauigare, pro eo, quod est, extra periculum, & in tuto esse: sumpta a nauigantibus metaphora.* c *Ostendit suam aetatem in pace exactam, ac tranquillām senectutem consecutum se iam eße, sic, ut nihil sit, quod amplius ad absolutam hominis felicitatem desiderare, aut optare possit, praeter regale funus, quo forte per exortum bellum posset spoliari: quod ipsum tamen in felicitate ponit.* d *Fingit Virgil. hanc consuetudinem tum apud Aborigenes fuisse, quae longo post tempore apud Rom. a Numa Pompilio, condito Iani sacello, instituta fuit, ut auctor est Liu. l. 2. ab V. C. Vide de hoc loco egregiam disputationem apud Macrob.* e *Id est, antiquo. nam duo Latia fuerunt. S.* f *Perpetua, & non intermissa obseruatione statim ab Alba condita col.* g *Scythiae pop. qui hodie Tartari dicuntur. Porro harum gentium enumeratione indicat, latissime ad Ortum, Septemtrionem, & Meridiem, imperium populi Rom. propagatum fuisse. Hyrcani autem, Parthi, & Indi, orientales superiores Asiae sunt, ut Arabes in meridiē sunt reiecti.* h *Thracium, Dacum, ac Sarmaticum bellum, in laudem Augusti celebrat. Daci enim, qui inter Istri fluenta sedes habent, amne frigorib. congelato, populi Ro. sociorum finem hostiliter infestabant. Quorū īpetū coercēdū, et reprimēdū ratus Augustus, per P. Lētulū eos in ulteriorē ripā fluminis submouit, & fugauit. Deinde & Sarmatarū excursiones cohibuit. Thraces partim per Pisonē, partim per Crassum uicit, ac captiuos ī artissima uincula cōiecit, & cōtinuit: etsi barbari, ac feri hoīes ferreas catenas, quib. uincti erāt, nō semel dētib. refringere conati sint.* i *Ortum diei, pro populis dixit, ad Orientē habitātib.* K *Hoc eo dicit, quod olim Crasso cū filio īterfecto, Romana signa a Parthis fuerint adēpta: quae postea Augusto sunt restituta.*

Relligione

Relligione sacrae, & saeui formidine Martis.
Centum aerei claudunt uectes, aeternaq. ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus.
Has, ubi certa sedet patribus sententia pugnae,
Ipse Quirinali [a] trabea, cinctuq. [b] Gabino
Insignis, reserat [c] stridentia limina consul:
Ipse uocat [d] pugnas. sequitur tum cetera pubes:
Aereaq. assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, tristesq. recludere portas.
Abstinuit tactu [e] pater, auersusq. refugit
Foeda ministeria, & caecis se condidit umbris.
Tum regina [f] deum, caelo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine uerso
Belli ferratos rupit [g] Saturnia postes.
Ardet [h] inexcita [i] Ausonia, atque immobilis ante.
Pars pedes ire parat campis: pars arduus [k] altis
Puluerulentus equis furit: omnes arma requirunt.

a Regali: purpurea, s. albo admixto. nam trabearum tria genera fuere, deorum, regum, augurũ. Quirinalem trabeam ait, quod Romulus, i. Quirinus trabea uteretur. Vnde Ouid. Trabeati cura Quirini. b Gabin. cinctus, quo Gabij utebãtur: hic toga erat in tergum reiecta, quali consul utebatur hostib. bellum indicturus. Cuius rei hanc originem produnt, quod cum Gabijs sacrificantib. subito hostes interuenissent, illi, togis in tergum reiectis, ad arma concurrerint, hostesq. fuderint.

c Coel. antiq. lect. l. 12. c. 8. Seruium secutus insignem consulem hic describi putat, quem Cic. & Liu. Priorem, Plin. Maiorem uocat. Hoc tamen non uidetur sensisse poeta, sed magis ad trabeae, cinctusq. Gabini cultum respexisse. Vide Alexand. l. 5. c. 18. d Euocat ad bella. Ser. putat alludi ad tertium militiae genus, quod Euocatio dicebatur. e Attingere portas noluit ad ipsas reserandas. f Rectissime hoc Iunoni tribuit poeta. Nam cum Latinus restitaret bellum suscipere, nemo ducum citra eius consensum, uel ad arma sociare animos audebat, uel belli portas aperire. g Non ait, Aperuit, uel reserauit, uerum Rupit, i. portas e cardinib. euellit, ut s. rei uiolentiam notet. h Ante inexcita, & immob. ut intelligamus, quanto diutius desides fuerint, tanto ardentius ad bellum fuisse profectum Ausones.
i Paullo post ait, Qui bello exciti reges. uers. 642. K Pro, Ardua in altis equis: ad rem, non ad uocem, respicit.

Pars leues clypeos, & spicula lucida tergent
Aruina pingui, subiguntq. in cote secures:
Signaq. ferre iuuat, sonitusq. audire tubarum.
Quinque adeo magnae, positis incudibus, [a] *urbes*
Tela [b] *nouant, Atina* [c] *potens, Tiburq.* [d] *superbũ,*
Ardea, [e] *Crustumeriq.* [f]*, et turrigerae Antemnae.* [g]
Tegmina tuta cauãt [h] *capitum flectuntq. salignas* [i]
Vmbonum crates. alij thoracas ahenos,
Aut leues ocreas [k] *lento ducunt argento.*
Vomeris [l] *huc, & falcis honos, huc omnis aratri*
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses
Classica [m] *iamq. sonant. it bello tessera signum.*

a Recenset urbes, quae Turni ad bellũ auspicia sunt secutae. b Pro, Arma parant, ad bellum se instruunt. c Ciuitas amplissima iuxta Pontinas paludes: dicta ab ἄτῃ, quod morbi frequentes ex ijs paludib. oriantur. Vnde Martial. l. x. Quo ciue prisca gloriatur Atina. Plin. l. 3. c. 5. recenset eam inter opida, quae ex Venetis interiere. Vnde, Atinates, huius incolae. d Vetustissimum in Sabinis opidum, XVI. ab urbe lapide, creberrimis, ijsq. limpidissimis fontib. irriguum, ac singulari aeris temperie commendatum. Ouid. 4. Fast. Iam moenia Tiburis udi Stabant Martial. l. VI. Cum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est. Origine Graecum est, ab Amphiarai liberis, Tiburte, Catillo, & Corace, uel Cora, ut alij, communib. auspicijs, post patris prodigiosum ad Thebas interitum, exstructum, sed a natu maioris Tiburti nomine sic appellatum: ut referunt Cato in Orig. & Solin. Hoc tempore eo se conferunt Romani ualetudinis caussa, ubi per aestum periculosior fore uidetur aer Romanus. Delicias eius, ac amoenitatem elegantissimis uersib. descripsit eminentissimi uir ingenij, M. Anton. Muretus, in fi. suorum Hymnorum sacrorum. e Hoc Latij opidum esse dixi, a Danae, Persei matre, Pilumni uxore conditum. f Crustumerium dicitur, sed, metri caussa mutauit. S. g Sabinorum urbs est, quam ab eo sic dictam autumant, quod ante ipsam amnis praeterlabatur, quasi, Ante amnẽ positae. Turrigeram uocat, quod solidissimis moenib. munita esset, in quib. turres, aut potius turriculas plurimas exstruere solent ueteres. h Pro, Cõficiunt caua tegmina, i. galeas. i A materia salicis. Scuta n. ex salignis uiminib. facta uestiebant coria. K Tibiarũ munimẽta ex aere, quib. solũmodo duarũ primarũ classiũ milites uti solebãt, cũ postremae sortis, tantũ caligas gestarent: ut l. I. ab V. C. Liuius ait. l Agriculturae instrumenta ad belli usum transferuntur. m Tubae, quib. ad pugnam datur signum. Hort.

Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementes
Ad iuga cogit equos, clypeumq., auroq. trilicem
Loricam induitur, fidoq. accingitur ense.
Pandite [a] nunc Helicona [b] deae, cantusq. mouete,
Qui [c] bello exciti reges, quae quemque secutae
Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma uiris, quibus arserit [d] armis.
Et meministis [e] enim diuae, & memorare potestis;
Ad nos uix tenuis famae perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper [f] ab oris
Contemptor [g] diuum Mezentius, agminaq. armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo [h] pulchrior alter
Non fuit, excepto [i] Laurentis corpore Turni;
Lausus, [k] equum [l] domitor, debellatorq. ferarum,
Ducit Agyllina [m] nequidquam [n] ex urbe secutos

a Hom. Il. β. Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, etc. Catalogum ducũ, qui Turni arma secuti fuere, cõtexturus, iterat inuocationem: et quidem id exemplo Homeri, cui id perquam familiare est, quoties difficiliorem aliquam rem aggreditur, ut scilicet Musarum auxilio feliciter se explicare possit. De comparatione Homerici, & Virgiliani catalogi, uide disputationem Macrob. Sat. l. 5. c. 13. & Iou. Pontani defensionem. b Mons est prope Thebas, Musis sacer. c Attentionem, & docilitatem coniungit. d Splenduerit: aut, Quorum armorum amore flagrauerit: aut, quib. armis ardenter proeliata sit Italia. e A facili. Homer. lib. 2. Iliad. f Sine deorum respectu in homines impius, & crudelis: adeo ut suis imperare non sit ueritus, ut primitias, quas dijs immortalibus ponere cõsuessent, sibi offerrent. g Vnde nõ mirũ est, inquit Ser. quod cõtra piũ Aeneã arma mouerit, si deos contemnere ausus fuerit. Fuisse traditur Tyrrhenorum rex, summus deorum contẽptor, a subditis, ob immanẽ crudelitatẽ, cum omni familia regno pulsus. Vnde una cũ Lauso filio, ad Turnum Rutulorum regẽ fugit, cũ quo una cum filio cõtra Aeneã arma ferens, infeliciter pugnauit. h Hom. Il. 25. i Laudat eũ a formae decore, qua omnes facile superabat, extra Turnum. Eod. modo Hom. in Catal. Nireum facile pulcherrimum facit, post Achillẽ, cui noster Turnum cõparat. K Venusta repetitio, ad illustris personae descriptionẽ, ab equitandi, & uenandi studio, & arte singulari. l Hom. Il. 48. m Hanc Dionys. Acyllam uocat. Pompon. Laet. putat Cere, Etruriae opidum, a Pelasgis cõditorib. Agylla dictum. n Frustra, quia in proelio perijt, neque paternum imperium recepit. S.

Mille[a] uiros,[b] dignus[c] patrijs qui laetior esset
Imperijs, & cui pater[d] haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum,
Victoresq. ostentant equos,[e] satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus,[f] clypeoq. insigne paternum,
Cêtum angues, cinctamq. gerit serpentibus hydrã:
Collis Auentini silua quem Rhea[g] sacerdos
Furtiuum partu[h] sub luminis edidit oras,
Mista[i] deo[k] mulier, postquam Laurentia uictor,
Geryone[l] exstincto, Tirynthius[m] attigit arua,
Tyrrhenoq. boues in flumine lauit Iberas.[n]
Pila[o] manu, saeuosq. gerunt in bella[p] dolones,
Et tereti pugnant mucrone, ueruq. Sabello.[q]
Ipse pedes[r] tegmen[s] torquens immane leonis,

a Exemplo Homeri certum militũ numerum Lauso, ut et reliquis, tribuit: obliq. adolescentis optimas uirtutes praedicans, ut eũ a patrijs uitijs degenerasse ostendat: etsi una cum patre a Tyrrhenis pulsus fuerit. b Homer. Il. 171. c Dignus, cui laetior eßet paterni imperij status. d Q. d. Dignus alias patris imperijs laetioribus. e Homer. Il. 115. f De Auentino scriptores uariant. Liu. collis nomen fuisse, ab Albanorũ rege quodam Auentino, ibi sepulto, auctor est: a quo huic pulchro Auentino, ab Hercule patre nomen datum uolunt, cum ab expeditione Hispanica reuersus, in eo colle cum armento consedisset. Alij aliud quid comminiscuntur, quos consulere te malo, quam huc omnia congerere. g Respicere hic tradunt poetam, ad Romuli & Remi, urbis conditorum, procreationẽ, quod Marte deo, & humana matre, Ilia Rhea Siluia, procreati fuerint. h Homer. Il. 22. i Pro, Commista: a Misceor, pro coire. quo pacto etiam Homer. frequenter utitur uerbo μίσγομαι. K Herculi: ut conditorum urbis mater Marti commista fuisse proditur. l Hispaniae rege. m Hercules, per antonomasiã. n Hispanas, Geryoni adeptas. o Ab armorum genere, quib. ad bellum cum suis instructus prodijt. Missilia, quib. utebatur pedestris exercitus, Pila uocabantur, ferro subtili trigono praefixa, unciarũ fere IX, sine pedali: quae in scuto fixa, abscindi non poterãt, & loricam, fortiter directa, facile perrumpebant, teste Veget. l. 2 c. 15. qui Pila, nunc Spicula uocari auctor est. p Dol. sunt uel flagella, intra quorũ uirgam latet pugio: uel, secundũ Var. ingentes conti, cum breuissimo ferro. S. q A Sabinis, Sabellum deducitur: sed Sabelli, Samnites erant. Illyrij appellabant Sabeliam, telum uenabulo simile. r Vide Coel. l. 4. c. 6. s Hom. Il. 104.

Terribili

Terribili impexum seta, cum dentibus albis,
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeoq. humeros innexus amictu.
Tum gemini[a] *fratres Tiburtia*[b] *moenia linquunt,*
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque,[c] *acerq. Coras, Argiua iuuentus:*
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
Ceu[d] *duo nubigenae cum uertice montis ab alto*
Descendunt Centauri, Omolen, Othrynq.[e] *niualem*
Linquentes: cursu rapido dat euntibus ingens
Silua locum, & magno cedunt uirgulta fragore.
Nec Praenestinae[f] *fundator*[g] *defuit urbis,*
Vulcano[h] *genitum pecora inter agrestia regem,*
Inuentumq. focis omnis quem credidit aetas,
Caeculus.[i] *hunc legio late comitatur agrestis:*
Quiq. altum Praeneste uiri, quiq. arua Gabinae[k]
Iunonis, gelidumq. Anienem,[l] *& roscida riuis*

a Homer. Il. 22.

b Tibur intell. quod opidũ ab Amphiarai liberis cõditum tradũt, qui sub Euandro in Italiã uenere, patre ad Thebas occiso, ut Cat. & Solin. scribũt Pli. uero eius originẽ multo uetustiorẽ esse autumat, quã Romae Graecus historicus, P. Sextius, opus Catili esse ait, qui post patris Amphiarai ad Thebas interitum, iussu oraculi cum omni suorũ manu & sacris, missus in Italiam, tres liberos procreauit, Tiburtũ, Catilum, & Coracem, quem Virg. hic Coram uocat, (nisi forte quis pro Coras, Corax legendum existimet) opidumq. condidit, quod, de Tiburti filij nomine, Tibur uocauit. Vnde recte Horat. lib. I. Car. Circa mite solum Tiburis, & moenia Catili. Virgil. aũt Catillus, dixit per epẽthesim, l geminato. c Polysyndeton. de his supra, uers. 630. d Homer. Il. 56.

e Montes sunt Thessaliae, Centaurorum sedes.

f Prenestẽ ἀπὸ τῶν πρίνων, Seruius deducit.

g Solin. Praeneste, non a Caeculo, sed a Praeneste, Vlyssis & Circes filio, conditum tradit: ut et Martianus.

h Homer. Il. 64.

i Hic, quare Vulcani filius fuerit creditus, fabulosa refertur a Ser. ratio. Porro ab hoc Caeculo, quidam contendunt Caeciliorum nobilem familiam apud Rom. originem ducere. K quae Gabijs colitur. l Hic amnis ex Trebanorum montibus oriri creditur.

Hernica saxa [a] colũt; quos diues Anagnia [b] pascit,
Quos Amasene [c] pater. [d] non illis [e] omnibus arma,
Nec clypei, currus ue sonant. [f] pars maxima glãdes
Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu, fuluosq. lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: uestigia [g] nuda sinistri
Instituere pedes: crudus [h] tegit altera pero.
At [i] Messapus equum domitor, Neptunia [k] proles,
Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Iampridem resides populos, [l] desuetaq. bello
Agmina in arma uocat subito, ferrũq. retractat. [m]
Hi Fescenninas [n] acies, aequosq. [o] Faliscos, [p]

a Saxa, ait. propter frequentes montes ĩ illa regione. b Ex ordine cõiunctos populos enumerat. nam in eodem tractu sunt, Praenestini, Hernici, & Anagnini. c Hic Campaniae flu. est. Est & alius eodem nomine in Sicilia, de quo Ouid. 14. Met. Nec non Sicanias uoluens Amasenus arenas. d Sub. Alluis, uel Irrigas: per Apostrophen. e Hernicos describit ab armorum genere, & prodeundi ad bellum consuetudine. Fuere autem hi Hernici, quorum pars Anagnia, a Pelasgis oriundi, & sic ab eorum duce Hernico appellati. f Rotundum pileum, forma sphaerae per medium diuisae, intell. g Pede sinistro nudo pugnare instituerunt. Quod Euripides in Meleagro de Aetolis tradidit, Virg. hic Hernicis tribuit: forte, quod ab Aetolis originem duxisse putentur. Nec uero ignorauit poeta Aristotelẽ, Aetolos nõ laeuo, sed dextro pede nudo ad bellum uenire solitos, scriptum reliquisse, sed maluit hac in re Euripidis, quã Aristotelis, sequi fidem. h Pro, Crudo corio factum calceamentum rusticum dextrum pedem uestit. i Transitio ad Messap. quem ab equitandi studio, & parente describit; & a peculiari fato, quo neque igni, neque ferro laedi a quoquam poterat. Cuius rei fabulosam rationem reddit Ser. K Hoc dicit, quia per mare ad Italiã uenit. S. l Enumeratio populorum, quos secum sub suis signis ad bellum traxit Messapus. m Tractat ferrum, quod tractare desueuerat. n Fescennia, teste Plin. lib. 3. c. 5. Etruriae ciuitas est, cuius incolae ab Atheniensib. originem traxere. Vnde Fescenninum carmen, idem Romanis, quod Graecis Hymenaeus. o Hoc ideo, quod P. R. missis decem uiris ab his iuria fetialia acceperit, & nonnulla alia XII. tab. supplementa. S.
p Ex Falisca, Etruriae urbe. Ab his mulieres Romanae, Lucanicas farcire didicerunt: unde, Falisci uentres, tomacula.

Hi

Hi Soractis[a] habent arces, Flauiniaq.[b] arua,
Et Cimini cum monte lacum, lucosq. Capenos.[c]
Ibant aequati[d] numero, regemq.[e] canebant:
Ceu[f] quondam niuei liquida inter nubila cycni,[g]
Cum sese e pastu referunt, & longa canoros
Dãt per colla modos: sonat amnis,[h] & Asia[i] lõge
Pulsa palus.
Nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aeriam sed gurgite ab alto
Vrgeri uolucrum raucarum ad litora nubem.
Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmẽ agẽs Clausus,[k] magniq. ipse agminis instar.
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus, & gens
Per Latiũ postquã in partem[l] data Roma Sabinis.
Vna[m] ingẽs Amiterna[n] cohors, prisciq.[o] Quirites,

a Mons in Hirpinis, Apollini sacer: ut l. XI. legemus.
b Locus in Sabinis, sub Soracte mõte.
c Vnde porta Capena, quae iuxta est, nomen accepit.
d In pares ordines digesti.
e Messapũ scilicet, Neptuni filiũ.

f Plausum, ac fremitum militum, regem Messapum canentium, cygnorum
a pastu clangori comparat. g Hom. Il. β. notante Macr. Sat. lib. 5. c. 8.
h Caistrus, quo cohaeret Asiae paludi. i Hom. d. Il. 2. ἀσίῳ ἐν λειμῶνι:
quod eos dixisse cõiectare licet, perinde ut Asia prata, dicuntur amoena. He
rodotus auctor est, Lydos affirmare, Asiã, nõ ab Asia Promethei uxore, ue-
rum ab Asia Manis nepote dictã. Forsitan ad eum locum uterq. poeta respe
xit. hoc amplius, quod ibi adhuc monstrent accolae lucos illos duorum he-
roum, Asiae uidelicet, & Caystrij. Huius meminit doctissimus uir in
Iliad. 2. Meminisse autem oportet Virgil. hic primam in Asia syllabam,
imitatione Homer. extendisse, cum alioqui semper corripiatur. K Alludit
ad histeriã, quã refert Liu. ab V. C. Clausum Regillo cum magna clientum
manu Romam concessisse, & pro Clauso, Claudium, totamq. eius familiam
Claudiam fuisse appellatam. l Respicit ad pacẽ inter Ro. & Sab. quae
dirimentib. infestas acies in foro Ro. mulierib. quarum ex iniuria bellum
ortum fuerat, urbẽ utriq. gẽti fecit cõmunẽ, etsi interim ius suffragij Sabi-
nis nõ cõcederetur. Sic Ser. aliter tamẽ sentit Hortẽs. cuius nõdum mihi pro
batur sententia, quod compressa nimis, & arta sit. m Enumerat populos
Clausum secutos. n Amiterninos in Bruttijs collocant, qui rectius de Geo
graphia sentiũt: etsi non ignorẽ aliquos in Sabinis eos constituere. Aquilã
uocant hodie sua lingua Itali, quam ueteres Amiternũ. Vide Pli. l. 3. c. 5.
o Sabini, a quib. & Romani dicti sunt Quirites.

Ereti

Ereti [a] manus omnis, oliuiferaeq. Mutuscae: [b]
Qui Nomentum [c] urbem, qui rosea [d] rura Velini,
Qui Tetricae [e] horrentes rupes, montemq. Seuerũ,
Casperiãq. [f] colunt, Forulosq., [g] et flumẽ Himellae: [h]
Qui Tiberim, Fabarimq. [i] bibũt, quos frigida misit
Nursia, [k] & Hortinae [l] classes, populiq. Latini:
Quosq. secãs infaustum [m] interluit Allia [n] nomen:

a Eretum, Sabinorum opidulũ est, non procul a Tiberi in colle situm, quod etiam ueteres aliquando Mõtem Eretum uocauerunt: hodie Montem Rotundum nominant b Mutucumenses forsan intel, qui & ipsi Latij populi fuere, teste Plin. Seruius autem Mutuscas postea Trebiam dictas autumat, nobilitatam postea memorabili P. R. clade, secundo bello Punico. Quod confirmare uidetur Plin. l. 3. c. 22. ubi ait: Reatini, Trebulani, qui cognominantur Mutuscaei. c De hac urbe uide pag. 618. d Miror, an hic locus mendo careat, praecipue cum apud Pli. l. 3. c. 12. legatur hoc modo: Sabini Velinos accolunt lacus, roscidis collibus. Hoc amplius, quod in duob. uet. exemp. Roscida, pro, Rosea legerim. Carpensis tamen codex & tres alij non nimis recentes, Rosea habent: sed, ut ut est, aut Roscida, aut Rorida legendum arbitror, cum in Rosea, prima syllaba natura sua corripiatur: unde huic uersui non conuenit haec uocula. Ser. per Rosea rura, intelligit Rosulanum agrum, his Velinis lacubus uicinum.
e Tetricum. Ser. montem in Sabinis esse ait, arduum, & asperum, a quo homines tristes ac seueri, Tetrici dicuntur: ad quam significationem alludens, statim ipsum montem Seuerum uocat. f Opidum in Sabinis, fortasse idem cum eo, quod Casperulam Sil. uocat. g Sabinorum opidum Foruli, saxoso in loco situm, quod Strab. l. 5. Petram uocat, ad rebellandum, quam ad habitandum, aptiorem. Mirum tamen, ni eos populo, aut opido innuat, quae postea Forum Decij, & Forum nouum dicta fuere: quae in eodem planè tractu sunt.
h Vt supra, Vrbem Buthroti. Est autem Sabinorũ flu. cuius haud scio, an umquam meminerit Plin.
i Hunc amnem Ouid. Farfarum uocat.
K Antiqua Sabinorum urbs, ex qua Q. Sertorius, uir militaris disciplinae peritissimus, originem traxit. De hac uide Seruij scholion.
l Hortini equites, qui Classes dicuntur. S. m Propter cladem s. ibi a Gallis Senonib. acceptam XV. Kal. Aug. duce Brenno. n Ser. putat Virgilium hic, Allia, per duplex ll, metri necessitate dixisse, pro Alia: Lucanumq. bene posuisse lib. VII. Phars.

Quam

Quã[a] multi Libyco uoluuntur marmore[b] fluctus,
Saeuus ubi Orion[c] hibernis conditur undis:
Vel cum Sole nouo densae torrentur aristae,
Aut Hermi[d] cãpo, aut Lyciae[e] flauentibus aruis.
Scuta[f] sonant,[g] pulsuq. pedũ tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
Curru iungit Halesus[h] equos, Turnoq. feroces
Mille rapit[i] populos: uertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci[k] misere patres, Sidicinaq. iuxta[l]

a Appij Claudij, prius Clausi dicti, copiarum per elegans amplificatio, a comparatione hyperbolica a fluctibus marinis, & camporum aristis, quae sua natura sunt innumerabiles, ducta. b Mari: ut aliquoties supra, & praecipue uers. 28. h. l.
c De hoc signo, consule Indicem: alijs enim locis abunde de eo tractatum est, sic ut hic repeti fuerit non superuacaneum modo, uerum & taediosum.
d Addit fertilissimi soli circumstantiã. A Smyrna Hermus amnis campos fecit, & nomini suo adaptat. Oritur circa Dorialum Phrygiae promontorium, multosq. colligit fluuios, inter quos Phrygem, qui, nomine genti dato, a Caria eam disterminat. Pactolus autem & Hyllus in Hermum se exonerant: ex Pactolo aureas arenulas recipit. Addit Ser. hunc superfusum atque agnos proximos inundantem, fertilitatem gignere, atque ob id fingi aureas arenas fundere.
e De hac regione alijs locis, & praecipue lib. 4. Aen. dixi.
f Quid. Sc. s. iungunt praecedenti comparationi.
g Al. Cursuq. pedum conterita tellus. quo modo & l. Carp.
h Hic siue comes, siue nothus Agamemnonis filius fuerit fluuij etiam in agro Tarentino nomen est. Ab hoc Faliscos nomen accepisse, testatur Ouid. 4. Fast mutato H, in F. sicuti Formiae, quae antea Hormiae dicebantur. Prisci n. multis in uocibus F, pro H. substituerunt.
i Raptim adducit. S.
K Aurunci Seruio idem sunt cum ijs, quos Ausones Graeci uocant.
l Recte ait, Iuxta Sidicinum mare. Nam & Plin. recenset Sidicinum, quod antea Teanum uocabatur in prima Italiae regione: & Sidicini ueterem Auruncam deleuisse traduntur.

Aequora, quiq. Cales [a] linquunt, amnisq. uadosi
Accola Volturni, [b] pariterq. Saticulus asper, [c]
Oscorumq. [d] manus. teretes [e] sunt aclides [f] illis
Tela; sed haec lento mos est aptare [g] flagello.
Laeuas cetra [h] tegit, falcati [i] comminus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
Oebale: [k] quem generasse Telon Sebetide nympha
Fertur, Teleboum [l] Capreas [m] cum regna teneret

a Campaniae opidũ est, quod Plin. l. 3. c. 5. ut mihi uidetur, Calenum nuncupat. Non procul a Capua distat, & agrum habet generosissimi uiri feracem. Vnde Hor. l. 4. Car. Sed pressum Calib. ducere Liberum Si gestis. Ausones tenebant hoc opidum, qui postea Ro. temporibus L. Papirio Crasso, & Kaesone Duellio Cos. cum arma cum Sidicinis coniunxissent, leui proelio a Romanis fusi fuere. Et, quia Sidicini infestissimo in Rom. animo erant, Cales Cos. insequentis anni obsedere, nec prius inde discessere, quam festo uino, & epulis sepultis Calenis, opidum caperent, & diriperent. b In ora Campaniae, Sano flu. est, & opidum Volturnum cum amne uadoso, Vulturnus nomine, teste Mela l. 2. Est & Vulturnũ Etruscorum opidum, teste Liu. lib 4. ab V. C. c Moribus: & est populus Campaniae. S. d Italiae populi, qui tractum maritimum Campaniae tenuerunt, ab oris foeditate ita dicti: sic, ut quibusdam placeat Obscena uerba, quasi Oscena dici. Hoc certe constat ex Liu. primum apud Oscos fabularum ludos fuiße celebratos. e Describit Oscos, ab armorum, quibus ad bellum instructi uenerunt, genere. f Iacula ansata, uel amentata: cum sequatur, Flag. lento, id est, loreo amento. Suspicatur Tur. uocem eße deprauatam ex ἀγκυλίδες, ab ἀγκύλαι. g Sunt enim tela, & iacula, quae fune religata, post inflictum uulnus retrahuntur. h Scutum breue est loreum, Afris & Hispanis familiare, a quib. & hodie Loreum appellatur. Frequenter in elegantissimis suis comment. Cetratarum facit mentionem Caesar: & Liu. de bel. Maced. & Punico. l. 1. i Cuiusmodi fortasse hodie Asiatici, Cappadoces, &, ut semel dicam, Turcae utuntur: aut certe quales superiorib. saeculis Germani, uti consueuere, Turcicis multo longiores. K Hic Telonis, & Sebetides filius fuit, qui Capreis regnauit, ac patrij imperij fines armis, & uirtute late propagauit. Fuit & alius Oebalus, Laconũ rex, e cuius filio Icario, Penelope nata fuit. l Per syncopen, pro Teleboarum. Sed Teleboae, Capreas insulas inhabitarunt, sub imperio Telonis. Strab. l. 7. Teleboas in Acarnania collocat. m De his uide pag. 510.

Jam ſenior ; patrijs ſed non & filius aruis
Contentus , late iam tum ditione premebat
Sarraſtes [a] populos, et quae rigat aequora Sarnus,[b]
Quiq. Rufas,[c] Batulũq. tenẽt, atq. arua Celénae,[d]
Et [e] quos maliferae deſpectant moenia Abellae,[f]
Teutonico [g] ritu ſoliti torquere cateias : [h]
Tegmina [i] quets capitũ raptus [k] de ſubere cortex :
Aerataeq. micant peltae , micat aereus enſis .
Et te montoſae [l] miſere in proelia Nurſae [m]

a Enumerat populos, quos ſub ſuã ditionẽ redegerat Oebalus. sũt autem Sarraſtes, Sarni mõtis accolae. b Campaniae flu. e

monte Sarno oriens, inter Pompeianum, & Salernum agros , iuxta opidum
in radice Sarni montis poſitum. Vide Plin. l. 3. c. 5. c Campaniae, teſte
Ser. caſtella . d Locus quidam Campaniae Iunoni ſacer , teſte Ser.
e Hom. Il. 4. f Nomen & opidi, & montis, & flu. in Samnitib. Opidum
in monte ſitum, deſpectans populos, qui hic a poeta recenſentur : Mons ipſe
niuib. intemperie, uentisq. horridus , quaſi ἄελλα : Latinis modo Abel-
la, modo Auella . Fabr. Vnde nuces Auellanae dictae putantur , quod ibi
copioſiſsime proueniant . g Quod huiuſmodi telis in bello uti ſoleant
Teutones . h Ser. exp. Tela Gallica . Barbara lexis eſt, ut Gaza, Ma-
galia, & ſimilia . Vtitur tamen hac eadem uoce , diligens Virgilij imita-
tur Sil. Vide Alex. l. 6. c. 22. Gell. l. 10. c. 25. i Id eſt, quib. galeae de
ſubere factae erant . K Proprie : quia recens ſuberis cortex in quamuis
formam facile flectitur. l Hinc intelligitur, Aequicolas cis Veſtinos in
montoſiorib. locis habitantes eum intuere , qui propter ſterilitatem ſoli ue-
nationi ſtudent, cũ Aequi, in Sabinis , prope Volſcos ſint . m Aequico-
larum, qui inter Marſos , Pelignos, & Sabellos montes habitant, opidum .
Mire uariant hic ſcripti lib. adeo ut, quomodo legendum ſit , non ſatis con-
ſtet . Duos ſane antiquiſsimos libros uidi , in quib. Nerſae erat : quod ſe-
quitur Pompon. Laet. cui non uerear accedere , relicta communi lectione .
Quod enim ex Plin. lib. 3. cap. 12. proferunt argumentum , non tam pro
ijs facit , quam ſibi perſuadent . Cur enim potius a Nurſis, quam a Nur-
ſia , Nurſinus deriuatur ? Certe in illo Martial. uerſu lib. 13. negare non
poßunt, quin a frigida Nurſia , pilas Nurſinas , dixerit poeta , cum ait :
Nurſinus poteris parcius eſſe pilas . Carpenſis etiam lib. qui mihi multo-
rum inſtar eſt , Nerſae , habet : etſi in alijs Nyrſae , Narſae ; in qui-
buſdam corruptius, ut opinor, Merſae, & Verſae, legatur. Nurſae, nondum
uidere contigit in ſcripto aliquo libro .

Vſens,[a] inſignem fama, & felicibus armis:
Horrida praecipue cui gens, aſſuetaq. multo
Venatu nemorum, duris [b] Aequicola glebis.[c]
Armati terram exercent, ſemperq. recentes
Conuectare iubet praedas, & uiuere rapto.
Quin & Marrubia [c] uenit de gente ſacerdos,
Fronde [d] ſuper galeam, & felici comptus oliua,
Archippi [e] regis miſſu fortiſſimus Vmbro:
Vipereo [f] generi, & grauiter ſpirantibus hydris
Spargere qui ſomnos cantuq., manuq. ſolebat,
Mulcebatq. iras, & morſus arte leuabat:
Sed non Dardaniae medicari [g] cuſpidis ictum
Eualuit, neque eum iuuere in uulnera cantus
Somniferi, & Marſis [h] quaeſitae ĩ mõtibus herbae.
Te nemus Angitiae,[i] uitrea te Fucinus [k] unda,

a Flu. eſt iuxta Terracinã, teſte Plin. l.3.c.5. quod a Circeis per Põtinas paludes labitur. Ab hoc flu. duci nomen finxit, quẽ l. XII. a Gia Troiano interfici leges. b Inferti libus. S. Habuimus n. in Georg. ſolam mollem terrã fertilẽ eſſe lib.2.uerſ.204. Et cui putre ſolũ, numquã hoc imitamur arãdo. c Marubios Plin. inter Marſos numerat l.3.c.12. d Nam ſacerdotes, & uates coronati, & infulati erant. Ser. exp. Comptus frondib. feſtae oliuae. e Gellianus auctor eſt, lacu Fucino hauſtum fuiſſe Marſorum opidum Alchippen, a Marſya eorum duce conditum. Vnde exiſtimat Hort. hic alludi in propria regis appellatione ad opidi hauſti nomẽ: niſi in alterutro mendum ſit, ut uel hic Alchippi, uel apud Plin. Archippe, ſic legendum. f Terrenis ſerpentib. exponit S. & Hydr. aquaticis ſerpentib. g Facetus iocus in ſuperſtitionem magicam, qua cum poſſet alijs prodeſſe, ipſe tamen fatum ſuum euitare nequiuit. h Alludit ad Marſorum naturam, quib. peculiaris quaedam aduerſus ſerpentes uis fuiſſe creditur: quemadmodum in Africa Pſylis. i Pompon. Laet. Anguitiae leg. & exp. progeniei Marſorum nomen fuiſſe, quae anguib. aduerſabatur: cui non repugnat Carp. lectio, quae Anguetiae habet. Nos communem lectionem retinentes, Angitium nemus, a Medea, (quam Marſi, Angitiam, ab angendis incantatione ſerpentib. uocauerunt) ſic appellatum intelligimus, quod, ut dixi, eiuſdem carminib. ſerpentes angerentur. Nec uero me latet, quid Macr. l.1. Sat. & Muſarius, antiquus ſcriptor, de Angerona, & Volupia, dicunt. K Lacus eſt in Volſcis, prope Marſos ad Albam Albenſium, in quarta Italiae regione.

Te liquidi fleuere lacus.
Ibat [a] & Hippolyti [b] proles pulcherrima bello
Virbius: inſignem quem mater Aricia miſit,
Eductum Aegeriae [c] lucis, Hymettia [d] circum
Litora, [e] pingues [f] ubi, & placabilis ara Dianae.
Nãq. ferũt fama, Hippolytũ, [g] poſtquã arte [h] nouer
Occiderit, patriasq. explerit sãguine poenas, (cae
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
Aetheria, & ſuperas caeli ueniſſe [i] ſub auras,
Paeonijs [k] reuocatum herbis, & amore Dianae.
Tũ pater omnipotens, aliquẽ indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere uitae
Ipſe repertorem medicinae talis, & artis,

a Tranſitio ad Virbium, Hippolyti Virbij filium, quẽ fingit ab Aricia matre, ad bellũ miſſum. Eſt autem & Aricia, Campaniae opidum, ut Abellinum, & Alba Longa.

b Hic Thesei, ex Hippolyta Amazone filius fuit, qui nouercae iniuria miſere interijt, ut ſupra, pag. 593. c Aegerium lucum uocat, a nympha Aegeria, quae in ſilua Aracina uerſabatur; huius congreſſu familiari Numa ſe uti populo perſuaſit, ac ab eadem, quae ad religionem pertinerent, edoceri.

d Ab Hymetto, Atticae monte, in quo mellis ad miraculum uſque ab apibus fit copia. Hanc hic uſurpat, pro loco mellis pleno: ut Homer. Ambroſiam noctem, ait. e Hom. Il. 23. f Sub. frequenti ſanguine. Placabilis, i. non qualis ante fuit, uel illic apud Tauros, humano ſanguine gaudens. S. g Digreditur in Hippolyti fabulam, quam uide apud Ouid. lib. 15. Metam. h Phaedrae, Minois filiae.

i Quis fuerit hic a mortuis reſuſcitatus, non ſatis conſtat, uariantib. in eo ſcriptorum ſententijs. Pindarus in re tam dubia nomen omnino nullum expreſſit: Eratoſthenes nominat, Hippolytum, Orpheus Hymenaeum, Steſichorus Capaneum, Teleſarchus Orionem, Diodorus Orum, Epiphanius Eucleem, Pauſanias Semelem, Propertius Androgeonem, quibus alij addunt Glaucum, & Tyndareum. Sunt, qui plures ſimul uitae reſtitutos aſſerant. Philarchus, Phinei filias: Polyanthus, Proeti filias, adducunt. Sed, quid mirum, in fabula tantam eſſe diſſenſionem, cum, ſi conuenirent omnes, fabulae naturam res ſit amiſſura?

K Medicis: a Paeone, deorum medico, cuius meminit Homer. in fi. Il. ε. quaſi dicat, Medicinalibus herbis.

Fulmine Phoebigenam[a] Stygias detrusit ad undas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & nymphae Aegeriae, nemoriq. relegat:[b]
Solus ubi in siluis Italis ignobilis[c] aeuum
Exigeret, uersoq. ubi nomine[d] Virbius esset.
Vnde etiam Triuiae templo, lucisq. sacratis
Cornipedes arcentur equi, quod litore currum,
Et iuuenem[e] monstris pauidi effudere marinis.
Filius[f] ardentes[g] haud secius[h] aequore campi
Exercebat equos, curruq. in bella ruebat.
Ipse[i] inter primos praestanti corpore Turnus
Vertitur,[k] arma tenens, & toto uertice supra est.
Cui[l] triplici[m] crinita iuba galea alta Chimaerã[n]
Sustinet, Aetnaeos[o] efflantem[p] faucibus ignes.
Tã[q] magis illa fremẽs,[r] & tristibus effera flãmis,

a Sic Prob. & uet. lib. Ser. Poenigenam leg. exponens q. poena matris genitũ. Alij, etiam matre Poena genitum exp. Nos per Phoebigenam, ipsum Aesculapiũ, Phoebo genitum, accipimus.
b Commendat, segregatum ab alijs. S. c Pro, Ignotus: q. incognoscibilis. d Caussa haec ex Callimachi αἰνίοις petita est. e Hippolytum Thesei F. f Huius Hippolyti Virbij, ab equis in litore dictracti. g Praeferoces, impetuosos, & concitatos. h Alias, Segnius: ut S. leg. exponens, Non segnius patre suo equos agebat. Tam audax erat, ut nec paternae mortis terreretur exemplo. i Hom. Il. 23. K Ser. exp. pro Agit: at non satis conuenienter, ut mihi quidẽ uidetur. Potius uidetur Homericum στρωφᾶται, & πωλεῖται, exprimere uoluisse poeta. H. St. l Hom. Il. 48. m Galea tres habens conos, & lophos, tresq. item cristas, cuiusmodi Graeci τριφάλειαν, uocant. n Effigiem Chimaerae; de qua lib. V. late egimus. Porro huius monstri speciem ei in galea collocatum fuiße fingit, ut cum animi, & corporis dotib. armorum etiam honorem coniungat.
o Ingentes, & Aetnaeis similes.
p Non inuenuste, ad similitudinem montis Chimaerae, in Lycia, perpetuo incendio celebrati, (perinde ut Vesuuius in Italia, & in Sicilia Aetna) Turnum, cui Chimaeram in capite posuit, uehementes spiritus efflare, fingit. q Sic apud Sallust. Quam quisque pessime facit, tam maxime tutus est. r Habere uidebatur in fremitu, & flammis, ut uisa crudelitate crescere putaretur. Don.

Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.
At [a] *leuem clypeum sublatis cornibus Io*
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum [b] *ingens, & custos* [c] *uirginis Argus,*
Caelataq. amnem fundens pater Inachus urna.
Insequitur [d] *nimbus peditum, clypeataq. totis*
Agmina densantur campis, Argiuaq. [e] *pubes,*
Auruncaeq. [f] *manus, Rutuli, ueteresq. Sicani,* [g]
Et Sacranae [h] *acies, & picti scuta Labici:* [i]

a *A descriptione galeae Turni, transit ad clypei exornationem, aitq. ibi fuisse expressam Io, nõdum in bouem transformatam,*
deinde eandem setis obsitam, & bouis more cornua ostendentem, Argum
custodem, & Inachum patrem, & similia alia. b *Ingeniosum artifi-*
cium; ut Cic. Ver. Ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in
ualuis. & Tranquil. Inter Pyrrhicarum argumenta taurus Pasiphaen
in ligneo iuuencae simulacro abditam iniit.
c *A Iunone appositus, ne reuerti posset in formam priorem.*
d *Summariam syllepsin praemittit, ac deinde partes persequitur, ut Hom.*
lib. XIII. Iliad. qui consimilem personarum coaceruatiunem facit, quã
hic peruenuste expressit Virg.
e *Non indecore Graecarum gentium copias Turno adiungit, ut Graeca ar*
morum insignia, quod scilicet ex Graecia oriundus esset; ut supra dictum
est. A Danae enim Acrisii Argiuorum regis filia Turnus originem du-
xit. f *Fabr. hic Aruncaeq., aut Arruncaeq. legendum docet, non Au-*
runcaeq., ut supra, uers. 206. Auruncos ita ferre senes. Et hinc colligit,
Auruncorum terras possedisse Suessanos; Aruncorum uero, Rutulos.
g *Populi Hispaniae, qui in Italiam uenerunt, pag. 339.*
h *Ardeates, propter uotum sacrum, ut quidam uolunt, teste S. Alij popu-*
los quosdam Romae uicinos intel. qui a Corybante quodam Cybeles sacer-
dote, ea loca tenente, originem duxisse putantur: sic a sacrificando dicti:
Corybantium enim erat Magnae deum matri, id est, Cibeli sacra facere.
i *Glaucum Labicum, Minois filium, in Latium uenisse tradunt, omniumq.*
primum e gentis suae ritu pictum scutum ostendisse. Vnde originem ha-
bent Labici populi, & opidum, cuius Liu. lib. 2. ab V. C. meminit. Hinc
Labicanum, apud Sueton. in Caesare; & Labicanus ager, Labicis opido
uicinus circumcirca.

Qui [a] saltus Tiberine tuos, sacrumq. Numici [b]
Litus arant, Rutulosq. exercent uomere colles,
Circaeũq. [c] iugum, queis Iuppiter Anxuris [d] aruis [e]
Praesidet, & uiridi gaudens Feronia [f] luco:
Qua Saturae [g] iacet atra palus, gelidusq. per imas
Quaerit iter [h] ualles, atq. in mare cõditus Vfens. [i]
Hos super aduenit [k] Volsca [l] de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes aere cateruas,

a Homer. Il.23.
b Sacrum Numici litus, prolepsis est poetica. Porro in hoc flu. postea submersus creditur Aeneas. Vnde Sacrum litus, uocat: quod, inuento ibi Aeneae cadauere, flu. ille sacratus fuerit. c Mons est, & opidum, olim Latij terminus, si Homero credimus. Strabo lib. 5. sic ait: Post Antium Circaeum est, stadiorum CCXC. mons mari, & paludibus instar insulae circumdatus. Habet etiam castellum, & Circes sacellum, cum Mineruae ara. Plura uide apud Homer. lib. x. Odyss. d Quid. uet. libri, Anxurus, habent: quod mihi quidem magis placet, quam Anxuris. e Terracinam intel. quae Anxur Volscorum lingua dicitur, ubi colebatur, Iuppiter puer, dictus Anxurus, quasi ἄνευ ξύρου, id est, sine nouacula: quod barbam nondum rasisset.
f Hic opidum intel. sub Soracte monte positum. Huius lucum, cum subito arsisset incendio, & ob id diuae simulacrum alio transferre uellent incolae, repente produnt euiruisse: atque ideo Viridi luco hic dici ait S.
g Saturae palus, eadem est cum illa, quae Pontina dicitur. Vide Coel. lib. 19. cap. 25. In agro Pontino memorabilis illa Valerij Coruini cum Gallo pugna fuisse dicitur, Liuio, & Gellio testibus.
h Significat fluminis angustias.
i Fabr. scribit, Pompeium, Liuianos lib. marmora antiqua Venetiae, & Insubriae perpetuo habere Oufens: unde Oufentina tribus, & Oufentes populi. Est autem Vfens, ut paullo supra monui, fluuius apud Terracinam, qui statim a Circaeo iugo per Pontinã paludem labitur: quem locus Mucianus scribit quondam fuisse XXIII. urbium
K Muliebrem sexum etiam admiscet, ne quid in imitatione desideretur.
l Erudite eam e Volscis trahit, quod ea gens ab Amazonibus profecta credatur. Etenim Graecorum historijs proditum est, Amazonas, cum in Attica proelio deuictae fuissent, in Italiam fuga delatas; ut nominatim Isac. Tzetzes tradit.

Bella-

Bellatrix. non illa colo,[a] calathis[b] ue Mineruae
Femineas assueta manus, sed proelia[c] uirgo
Dura pati, cursuq. pedum praeuertere[d] uentos.
Illa uel intactae[e] segetis per summa uolaret
Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas:
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret aequore plantas.
Illam omnis tectis, agrisq. effusa iuuentus,
Turbaq.[f] miratur matrum, & prospectat euntem,
Attonitis inhians[g] animis, ut regius[h] ostro
Velet honos leues humeros, ut fibula crinem
Auro internectat, Lyciam[i] ut gerat ipsa pharetrã,
Et pastoralem praefixa[k] cuspide myrtum.[l]

a Lanificio, cuius repertrix, ut aliarũ pulcherrimarũ artium, Minerua fuisse creditur.

b Vasculũ est uimineũ, in quo mulieres pẽsa, tramosque uoluũt: etsi nõ ignorem. interdum ẽt pro qualo, aut alio uasis genere, in quo a rusticis recens lac distertur, accipi: ut Geog. l. 3. uer. 402. Sub lucem exportant calathis.

c Describit Camillam in studio rei militaris, pedum uelocitate, & ornatu, quo in proelium prodijt.

d Cursus amplificatio hyperbolica.

e Homer. Il. 20. de equis Dardani. Apol. Ar. 1. Vide Macrob. l. 5. Sat. cap. 8 & Quinctil. lib. 8. cap. 6.

f Ex Homer. Odyss β. τὸν δ' ἄρα πάντες λαοὶ ἐπερχόμενον θηεῦντο.

g Ore ob stuporem patefacto.

h A decoro puellae habitu.

i Apollineam: quod Pataris in Lycia, & alijs urbibus singulari honore coleretur.

K Quasi dicat, hastam gerebat, cuius cuspidi myrtus erat affixa.

l Apte pariter, ac decore, herbam Veneri dicatam, uirgini tribuit, de cuius herbae excellentia, multa alias dixi.

AENEI-

AENEIDOS
LIB. IIX
ARGVMENTVM

Belli ſignum Turnus ex Laurenti arce proponit, Latiiq. totius, finitimarumq. urbium ſibi auxilia adiungit. Venulus quoque Arpos ad Diomedem mittitur, ut eum periculi ſimilitudine ad belli ſocietatem impellat. Quibus rebus permotus Aeneas, copiarumq. ſuarum paucitati diffidens, Tiberini monitu aduerſo flumine in ea loca ſubuehitur, in quibus poſtea Roma condita fuit: Euandriq. regis, qui ex Arcadia profugus in Palatino monte opidum nomine Pallãteum condiderat, auxilium implorat. Euander Aenean, aduentus eius cauſſa cognita, benigne hoſpitio excipit, ſacrisq. Herculis, quibus tum intentus erat, adhibitum, cauſſam, ritusq. ſacrificii edocet, locaq. eius tractus nobiliora obiter hoſpiti recenſet. Poſtridie Aeneas, equitum quadringentorum ſubſidio adiutus, quibus praeerat Pallas unicus Euandri filius, partem copiarum ſecundo flumine ad ſuos remitrit: ipſe cum reliquis Agyllam, florentiſsimam Tyrrhenorum ciuitatem, petit, cui cum Mezentio, quem ob intolerandam crudelitatem regno expulerat, internecina odia intercedebant. Interim Vulcanus uxoris blanditiis adductus priuigno ſuo arma fabricatur, eademq. a Venere ad Aenean deferuntur: qui, armorum pulchritudine delectatus, cum cetera omnia, tum clypeum in primis, qui res a poſteritate ſua ſtrenue gerendas habebat depictas, ſtudioſe admiratur. Elegantiae multum ac eruditionis habet hic liber, cum propter alia, tũ in primis propter orationes artificioſas, digreſsiones in hiſtorias, amplificationesq. rerum a deſcriptionibus: in quibus omnibus Poeta ſummmum ſe oratorem oſtendit.

ALIVD

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

DAT belli signum Laurenti [a] Turnus ab arce.
Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbē,
Qui petat auxilium, & doceat quae caussa petēdi.
Aeneas diuum [b] monitis [c] adit Arcada regem
Euandrum, [d] Arcadia profugū, noua regna petētē
Accipit auxiliū: huic natū, & socia agmina iungit
Euander, Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamq. habilis bello, & maternis laetus in armis,
Fataq. fortunasq. ducum, casusq. suorum
[e] Sortitus clypeo, diuina [f] intentus in arte [g] est.

ALIVD. INCERTI

Vidit ut Aeneas summa ui bella parari,
Arcades, Euandrumq. senem sibi foedere iungit:
Dardanioq. duci sociatur Etruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber: in clypeoq.
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

Dat simul Aeneae socios octauus & arma.

ALIVD

Praeparat octauo bellū, [h] & quos mittat in hostes.

ALIVD

Intonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.

a Quidam legūt; Turnus, ab arce Mittitur et magna, Ven.
b Lib. 5. s. habent, monitu.
c Alij, adijt; quod tamen metri ratio non tolerat.
d Quattuor scr. & tres impr. habent, Arcadiae.
e Alij, Sortitur.
f Quidam, Tentus.
g Scr. 2. omittunt, Est.
h Scr. 4. et totidem impressi, caret uocula, Et.

A digressione in Catalogum ducum, qui Turno auxilium contra Troianos tulere, redit ad narrationem historiae: hoc est, quibus animis ad bellum itum sit. Contra, quid consilij ceperit Aeneas, unde auxilia petere oraculo iussus fuerit. Iam, quemadmodum Graeci Troianis bellū illaturi in Aulide cōiurarunt, ita Rutulis bellū facturis Aeneae, auxilia in Latio cōiurant.



T BELLI[a] signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu;
Vtq. acres cõcussit[b] equos, utq. impulit[c] arma:
Extemplo turbati animi: simul omne tumultu
Coniurat[d] trepido Latium, saeuitq. iuuentus
Effera. ductores primi Mesapus, & Vfens,
Contemptorq. deum Mezentius, undique cogunt
Auxilia, & latos uastant cultoribus agros.
Mittitur et magni Venulus[e] Diomedis[f] ad urbem;
Qui petat auxilium; & Latio consistere Teucros,
Aduectum Aenean classi,[g] uictosq. penates
Inferre,[h] & fatis regem se dicere posci,
Edoceat,[i] multasq. uiro se adiungere[k] gentes
Dardanio, & late Latio increbescere nomen:
Quid struat[l] his coeptis, quẽ, si fortuna sequatur,
Euentum pugnae cupiat,[m] manifestius ipsi,[n]
Quam Turno regi, aut regi apparere Latino.

a Id est, uexillũ. Alludit autẽ ad Romanorũ consuetudinem, qui subitis tumultibus, cum iustum conscribendi exercitus tẽpus non suppetebat, duo uexilla ex Capitolio proferebãt, ad quae qui remp. saluam uellẽt, sese reciperent.
b Sonitu tubae.
c Ad pedites pertinere, & esse sacrorum, tradit Ser. quem uide. Quidam exponunt de hasta impulsa in hostium fines, ut postea moris fuit fetialibus. d erant enim tria militiae genera, coniuratio, & euocatio, in tumultu: quae hic significantur: tertium sacramentum. e Orator Turni. f Arpos. Dicta est haec urbs prius Argyrippa, quasi ἵππειον ἄργος. g pro classe. h Vt lib. 1. Inferretque deos Latio. i Significet Diomedi.
K Vt magis inuidiam concitaret.
l Pathos per reiectionem, plus cogitationi relinquens, quam uerbis exprimi posset.
m ostendit, uictorem Aenean cum ipso etiam Diomede bella gesturum.
n Diomedi, qui Troianos propius nouerat, quam uel Turnus, uel ipse rex Latinus, quibus eorum artes nondum satis perspectae erant.

Talia

Talia[a] per Latium: quae Laomedontius heros
Cuncta uidens, magno curarum fluctuat aestu;
Atque animũ nunc huc celerem, nũc diuidit[b] illuc,
In partesq. rapit uarias, perq. omnia uersat:
Sicut, aquae tremulum labris ubi lumen ahenis
Sole[c] repercussum, aut radiantis imagine lunae,
Omnia peruolitat late loca, iamq. sub auras
Erigitur, summiq. ferit laquearia tecti.
Nox[d] erat, & terras animalia fessa per omnes
Alituum,[e] pecudumq. genus sopor altus habebat:
Cum[f] pater in ripa, gelidiq. sub aetheris axe
Aeneas, tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, seramq. dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci, fluuio Tiberinus[g] amoeno,
Populeas[h] inter[i] senior se attollere frondes
Visus. eum tenuis glauco[k] uelabat amictu
Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.
Tum sic[l] affari, & curas his demere dictis.
O sate gente deum, Troianam ex hostibus urbem[m]
Qui[n] reuehis nobis, aeternaq. Pergama seruas,
Exspectate solo Laurenti, aruisq. Latinis,
Hic tibi certa domus, certi, ne[o] absiste, penates;

a Fiebant. aut quid tale.
b Sic Cat. Nos alio mẽtem, alio diuisimus aures.
c quia primo aquam ferit, inde tendit ad tecta.
d Temporis nocturni descriptio huc spectat, ut amplificet Aeneae solicitudinem & curas. Nam, omnibus animantib. ad quietem compositis, solus Aeneas quiescere nõ ua-
luit: id quod collatio, quae statim praecedit, et coarguit. e Epethesis est,
pro Alitũ. f Homerus in Il. ψ. g Visitur et hodie Romae Tiberini sta
tua, eadẽ paene forma, qua hic depingitur. h Propter Herculem, qui in ijs
locis uersatus fuerat. Illi populus dicata, ut myrtus ueneri, laurus Apolli
ni, quercus Ioui. i pertinet ad reuerentiam. K Dij fluuiorum & maris
hoc uestitu glauco, i. caeruleo, pingi solebant, & capite arundine tecto. E
carbaso aũt texebãtur tenuissima uela. l Bis hoc uersu supra usus est, se-
mel lib. 2. atq. iterũ lib. 3. m Totũ pro parte. n ob Dardanum, Troia-
ni generis auctorẽ, ex Italia profectum, unde lib. VII. hinc Dard. ortus. Huc
repetit. o i. ne desere tuum inceptum. Iunguntur aũt haec, Ne absiste,
neu terrere. ideo illa, ne abs. non inclusa sunt parenthesi.

Neu

Neu belli terrere minis. tumor [a] omnis, & irae
Conceſſere Deum. [b]
Iamq. tibi, ne uana putes haec fingere ſomnum,
Litoreis [c] ingens inuenta [d] ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fetus enixa, iacebit,
Alba, ſolo recubans, albi circum ubera nati.
Hic locus urbis erit; requies ea certa laborum.
Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. nunc qua ratione, quod inſtat,
Expedias uictor, paucis, aduerte, docebo.
Arcades [e] his oris, genos a Pallante, [f] profectum
Qpi regem Euandrum [g] comites, qui ſigna ſecuti,
Delegere locum, & poſuere in montibus urbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.
Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina.
Hos caſtris adhibe ſocios, & foedera iunge.
Ipſe ego te [h] ripis, & recto flumine ducam;
Aduerſum remis ſuperes ſubuectus ut amnem.

a Al. Timor.

b Hemiſtichion, quod Seruius adijcit, & in antiquis eſt, Profugis noua moenia Teucris, inducendum.

c Idem ſignum Aeneae praedixit Helenus lib. 3. Quattuor autē hoſce uerſus etiā ſupra inuenies lib. 3.

d Aiunt quidā, ſuem ſemper Troianos ſecum habuiße. Alij uolunt perdidiſſe, et poſtea inueniße. Dionyſius in hanc ſnīam ait: Cū Aeneas ſacrificaret, aufugit porca, quam ſecum ferebant. & oraculum erat, ubi deficeret ſus, eo loco manſuri eſſent. Praegnans aūt haec erat. Inſecuti ergo ſunt uſque ad tumulum, qui abeſt a mari tribus millibus paſſuum. Audita uox, ut conſiſterent et obſeruarent ſuem parientem: nam poſt tot annos, quot illa pareret porculos, Troianos mutaturos eſſe ſedem cum meliore fortuna. Die ſequenti triginta porcos eſt enixa: totidem poſt annos deducta fuit colonia ab Aſcanio, ab colore porcae: dicta Alba, & a ſitu Longa. Aeneas porculum, & porcos dijs conſecrauit. e Annis 60. ante bellum Troianum, Arcades in Latiū nauigauere, duce Euandro filio Mercurij, & Nicoſtratae, quae & Themis dicta eſt. f Euander, Pallantis Arcadiae regis nepos, occiſo patre una cū Nicoſtrata matre in Italiam uenit, & in Palatino monte urbem condidit, quam a nomine aui Pallanteum uocauit. g A tuto, & commodo.

Surge age, nate dea; primisq. cadentibus [a] astris,
Iunoni fer [b] rite preces; iramq., minasq.
Supplicibus supera uotis. mihi uictor honorem
Persolues. ego sum, pleno quem flumine cernis
[c] Stringentem [d] ripas, & pinguia culta secantem,
Caeruleus [e] Tibris, caelo [f] gratissimus amnis.
Hic mihi magna domus: celsis [g] caput urbibus exit.
Dixit, deinde lacu fluuius se [h] condidit alto
Ima petens: nox Aenean, somnusq. reliquit.
Surgit, &, aetherij spectans orientia solis
Lumina, rite cauis undam [i] de flumine palmis
Sustulit, ac tales effundit ad aethera uoces:
Nymphae, [k] Laurẽtes nymphae, genus amnib' unde (est,
Tuq. [l] o Tibri tuo [m] genitor cũ flumine sancto,
Accipite Aenean, & tandem arcete periclis.
Quo te cumq. lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis;
Semper honore meo, semper celebrabere donis,

a Vt l. 2. uer. 9. Suadentq. cadẽtia sidera somnos.
b Idẽ suadet Helenus l. 3. Iunonis magnae etc.
c Minuentẽ: quod Tiberis proprium est; Ser. exp. radentem.
d Egregie Tiberis naturã expressit, qui ita ripas suas stringit, & excauat, ut, labefactis saepenumero fundamentis, proxima quaeque aedificia subruant. Vnde & Rumon a quibusdam, & in sacris Serra, uocari solet. Vide Pol. Misc. cap. 58.
e Tiberis, ante Tibris, & prius Albula, oritur in media fere longitudine Apennini montis. in finibus Arretinorum primo tenuis, nec nisi piscinis augetur. Etruriam ab Vmbris, & Sabinis, mox ab urbe paßibus sexdecim, Veientem agrum a Crustumerio, deinde Fidenatem, atq. Latinum a Vaticano dirimens, 40. fluuios benigne excipit. Praecipuus fit Nare, & Aniene. Subito incremento augescit, & numquam nisi in ipsa urbe saeuit.
f Pro, caelitibus: metonymia, continens pro contentis. g De fonte fluuij ex editiore Etruriae parte. cõuenit, quod addit, -quocũque solo pulcherrimus exis, Tur. h Hom. Il. 15. i supra dixi, superis sacrificaturos habuisse satis, si aqua tantum conspergerentur. K Ita Ser. dist. Nymphae Laurentes, nymphae, gen. l Ser. ait sic inuocari solitum: Adesto Tiberine cum tuis undis. m Rectius, Tu, o gen. ut sit anaphora ecphonetica. Etsi lectio uulgata Enniana magis sit. Ex lib. Ann. 1.

Corniger

Corniger [a] Hesperidum fluuius regnator aquarum.
Adsis o [b] tandem, & propius [c] tua numina firmes.
Sic memorat, geminasq. legit de classe biremes,
Remigioq. aptat; socios simul instruit armis,
Ecce autem, subitum, atque oculis mirabile mõstrũ,
Candida per siluam cum fetu concolor albo
Procubuit, uiridiq. in litore conspicitur sus:
Quam pius Aeneas tibi enim tibi maxima Iuno
Mactat sacra ferens, & cum grege [d] sistit ad aram.
Tibris ea fluuium, quã [e] longa est, nocte tumentem
Leniјt, & tacita refluens ita substitit unda,
Mitis ut in morem stagni, placidaeq. paludis
Sterneret aequor aquis, remo ut luctamẽ [f] abesset.
Ergo iter inceptum celerant [g] rumore [h] secundo:
Labitur uncta uadis abies: [i] mirantur & undae,
Miratur nemus insuetum fulgentia longe
Scuta uirum fluuio, pictasq. [k] innare carinas.
Olli remigio noctemque, diemq. fatigant,
Et longos [l] superant flexus, uariјsq. teguntur
Arboribus, uiridesq. secãt placido aequore [m] siluas.
Sol medium caeli conscenderat igneus orbem,

a Flumina quare pingi soleant cornuta, uide duas rationes apud Seruium. 1 Turn. ait, ideo esse, quod fluuiј diuidunt se in Brachia, partes, uel ostia, quae cornua uocantur: ut, Rhenusque bicornis: siue ob mugitum. Vide Lamb. Horatensium.
b non.n. dubitat Aeneas de fide oraculi, sed petit celeritatem

c Sic lib. 10. Donat placidus. irreptitium uidetur. d Foetu. Est autem hyst. prot. pro, sistit, & mactat. e pro, in quantum.
f Labor, & difficultas. g Al. peragunt: quae tamen lectio Fabr. non probatur. h Secundo amne, aestu fluctuq. secundo. Antiquus poeta apud Cic. de diuinat. Soluere imperat rumore secundo. Prouerbiale fuit ueteribus, pro cuiusuis negotiј successu laeto & optato. Vide Nonium & Macrob. Scio plures aliter hunc locum exponere, uerum nulla, praeter hanc Fab. expositionem, mihi arridet.
i Materia pro re. K Homerus ait, naues pingi solitas rubrica.
l Quia Tibris semper flectitur. m id est, apparentes in flumine uicinarum siluarum imagines.

Cum muros, arcemq. procul, & rara domorum
Tecta uident, quae nunc Romana potentia caelo
Aequauit. tum res inopes Euandrus habebat.
Ocius aduertunt proras, urbiq. propinquant.
Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadae [a] magno, diuisq. ferebat
Ante urbem in luco. [b] Pallas [c] huic filius una,
Vna omnes iuuenum primi, pauperq. senatus, [d]
Tura dabant, tepidusq. cruor fumabat ad aras,
Vt celsas uidere rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, & tacitis [e] incumbere remis;
Terrentur uisu subito, cunctiq. relictis [f]
Consurgunt mensis. audax quos [g] rumpere [h] Pallas
Sacra uetat, raptoq. uolat telo obuius ipse;
Et procul e tumulo, iuuenes, quae caußa subegit
Ignotas tentare uias? quo tenditis? inquit:
Qui [i] genus, unde [k] domo? pacē ne huc fertis, an ar- (ma?
Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta,
Paciferaeq. manu ramum praetendit oliuae:
Troiugenas, [l] ac tela uides inimica Latinis;
Quos illi bello [m] profugos [n] egere superbo:
Euandrum [o] petimus. ferte haec; & dicite lectos

a Herculi, Amphitryonis filio, sacrificabant. De hac institutione uide apud Oui. 1. Fast. b Bene lucus. nam in eo luco antrū erat Panis Lycaei, & ara Herculis. c Decore eas partes Pallanti tribuit: quippe iuueni rerū imperito, ac temerario, parato ad arcendū uiribus hostē. sed et sacra interrūpere fuga uetat, ne piaculum committeretur. d Pro senibus posuit, qui pauperes erant. e Pro, taciti incumbere. f In sacris parabantur mensae: quia proiectis exstis comedebant. g Arcadas. h quia nefas erat, intermittere sacra coepta. Vnde etiam lib. 3. Helenus iubet Aenean uelata facie sacrū facere, ne quidquam uideat, quod sacrificium coeptum posset obturbare. i Id est, quo genere: ut illud, Cressa genus Pholoe. K Ita locutos ueteres, Domo &c. obseruatū est ab Aldo Manutio, P. F. A. N. in orthographia, in uerbo, Arretium. l Aeneas loquitur, & respondet ad illud, Qui genus? Troianos uides. m Ad illud, Quae caußa subegit? Latini nos bello huc egere. n ut uos quoque. quaerit n. beneuolentiā a similitudine personae. o Pathos a similitudinae fortunae. Nā & Euander patria pulsus, postquā in iis locis cōsedisset, bello uexabatur a Latinis.

Dardaniae uenisse [a] duces, socia arma [b] rogantes.
Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas:
Egredere o quicumque es, ait, coramq. parentem
Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes:
Accepitq. manu, dextramq. amplexus inhaesit.
Progressi subeunt luco, fluuiumq. relinquunt.
Tum regem Aeneas dictis affatur amicis:
Optime Graiugenum, cui me fortuna precari, [c]
Et uitta [d] comptos uoluit praetendere [e] ramos;
Nō equidē extimui, Danaū quod ductor, et Arcas,
Quodq. a stirpe fores geminis coniunctus [g] Atridis.
Sed mea me uirtus, & sancta oracula diuum,
Cognatiq. patres, tua terris [h] didita fama,
Coniunxere tibi, & fatis egere uolentem.
Dardanus, Iliacae primus pater urbis, & auctor,
Electra, ut Graij perhibent, Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros: Electram maximus [i] Atlas
Edidit, aetherios humero [k] qui sustinet orbes.

a Responsio ad illud, Vnde domo? E Dardania uenimus, huc fatis cōpulsi. b Ad postremā clausulā responsum est, Pacem ne fertis, an arma? Rogamus socia arma. c Precor tibi, antiquissimum est. d Vitta ideo in ramo est, quia oliua pacē, uitta religionē significat. e Paciferae oliuae ramum, ut modo dixit. f Occupatio, cur, cum Troianus sit, non dubitet tamen supplex uenire ad Graecum. g Tantalus, Iouis filius ex una filia Atlantis. Huius Pelops, cuius Atreus: Atrei Menelaus, & Agamemnon. Maia filia Atlātis, ex Ioue, & Maia Mercurius: ex Mercurio, & Nicostrata Euandes. Alij sic, Laeda, & Hypermestra filiae fuerūt Thyestae: Laedae, & Tyndari filiae fuerunt Helene, & Clytemnestra, & Timandra: quae nupta Echino, peperit Euandrum. Alij sic, Ex Sterope filia Atlantis natus fuit Oenomaus, ex illo Hippodamia: Hippodamiae, & Pelopis Atreus: Atrei Agamēnon, & Menelaus. Ex Maia sorore Steropes, & Atlantis filia Mercurius: ex quo Euander. h antiquum uerbū, pro, sparsa, diuulgata, Sic supra l. VII. Diditur hic subito Troiana per agmina rumor. Est aūt uerbum Lucretio admodū familiare. Quare male in quibusdā edit. legitur, Dedita. i Atlātes tes fuerūt, Rex ī Mauritania, Rex Arcadiae, & Rex Corinthi, qui pater Electrae. k Mōtis altitudinē ad hominē trāstulit. Alludit nimirū ad illā fabulā, qua Atlas Mauritaniae rex, cōspecto Medusae capite, ī mōtē cōuersus fingitur, cuius tāta est altitudo, ut caelū attīgere uideatur.

Vobis

Vobis Mercurius pater est, quem [a] candida Maia
Cyllenes gelido conceptum uertice fudit.
At Maiam (auditis si quidquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, caeli qui sidera torquet.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
His [b] fretus, non legatos, [c] neque prima per artem
[d] Tentamenta tui [e] pepigi. meme ipse, meumq.
Obieci caput, & supplex ad limina ueni.
Gens eadem, quae te, crudeli [f] Daunia bello
Insequitur. nos si pellant, nihil absore credunt,
Quin omnē Hesperiā penitus sua sub iuga mittant,
Et mare, quod supra, teneant, quodq. alluit infra.
Accipe, [g] daq. fidem. sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt [h] animi, & [i] rebus spectata iuuetus.
Dixerat Aeneas. ille os, oculosq. loquentis
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca refert: [k] Vt te, fortissime Teucrum,
Accipio, agnoscoq. libens: ut uerba parentis,
Et uocem Anchisae magni, uultumq. recordor.
Nam [l] memini Hesiones uisentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum Salamina [m] petentem,

a Splendidior n. Maia īter Pleiadas.
b Ille est, hac consanguinitate.
c Cū nullo ante pactus sum, ut te aut per artē aliquam, aut per legatos probarē; sed intrepidū me tibi cōmisi. S. Artem fortasse intell. artificiosam orationem.
d Experimenta.
e Pactus sum.
f Rutula, a Danao rege. Ser.

g Ennius lib. 1. Annal. Accipe, daq. fidem, foedusq. feri bene firmum.
h Ne ignauos esse credat Euander, adiuuat animum eius in Troianos generolum, erigitq. in spem certam uictoriae de hostibus.
i Troiano bello per decennium. K Loquax senectus rerum antiquarum commemoratione gaudet. Vnde & hic Euander, & apud Homerum Nestor inducuntur, de ijs, quae in adolescentia uiderāt, loquacius disserentes. Vide Macr. Sat. l 5. c. 14. l Homer. Il. 100. & Virg. lib. 1. Atque equidem Teucrum meminini Sidona uenire.
m Alij uolunt, ut est, insulam dici Aeginam, & urbem ipsam, Salaminā. Est autem Salamis, siue Salamin, in Atthide & insula, & urbs, Eleusi obiecta, Persicae classis excidio celebratae.

Protinus [a] Arcadiae gelidos inuiſere fines.
Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuenta:
Mirabarq. duces Teucros, mirabar & ipſum
Laomedontiaden: ſed cunctis altior ibat
Anchiſes: mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare uirum, et dextrae coniungere dextram.
Acceſſi, & cupidus Phenei [b] ſub moenia duxi.
Ille mihi [c] inſignem pharetram, Lyciasq. ſagittas
Diſcedens, chlamidemq. [d] auro dedit intertextam,
Frenaq. [e] bina, meus quae nũc habet aurea Pallas.
Ergo ei, [f] quã petitis, iũcta eſt [g] mihi foedere dextra:
Et, lux cum primum terris ſe craſtina reddet,
Auxilio [k] laetos dimittam, opibusq. iuuabo.
Interea ſacra haec, quando huc ueniſtis amici,
Annua, quae differre nefas, celebrate [i] fauentes
Nobiſcum, & iam nunc ſociorum [k] aſſueſcite mẽſis.
Haec ubi dicta, dapes iubet, & ſublata repom
Pocula, gramineoq. uiros locat ipſe ſedili; [l]
Praecipuumq. [m] toro, & uilloſi [n] pelle leonis

a Vno, eodemq. itinere, uel continuato itinere. Alij, Vlterius pergentem. b Opidi Arcadiae, cuius dux Agapenor. c Haec humanitatis praedicatio ad laudem Anchiſae pertinet. Conſuetudo ueteribus fuit, ut diſceſſuri inuicem munera hoſpitalia relinquerent, ſui monumenta, & amoris, fideiq. mutui pignora. d Decore: quippe Phrygum inuentum acu pictura eſſe creditur. e Improprie. nam bina tantum dici de ijs, quae ſingulari carent numero, ait Seruius.

f Clauſula, conſtat conceſſione petitionis, & benigna inuitatione ad communia ſacra. g Iuncta eſt antiquis amicitijs per illud Anchiſae hoſpitium. S. h Eodem uerſu ſupra uſus lib. 1. in Oratione Didus, ad Troianos. i Inuitate Aenean ad ſacra.

K Vt hinc oriundi, non ut externi.

l Non uacat, quod dixit Sedili. Nam, ut refert Macr. Sat. 3. c. 6. in ſacris Herculis epulabantur, ſedentes.

m Structo ex herbis, & ſuper ſedile poſito.

n Priſcis hic mos fuit, ut proceres nobilium in pellibus ferarum ſederent. Apud noſtrates, & maxime ſuperiores Germanos, apud eos ipſos ſplendidũ, & luculentum etiamnum habetur, leoninis, lupinis ue ueſtiri.

Accipit

Accipit [a] Aenean, solioq. inuitat acerno. [b]
Tum lecti iuuenes certatim, araeq. [c] sacerdos
Viscera tosta [d] ferunt taurorum, onerãtq. canistris
Dona [e] laboratae Cereris, Bacchumq. [f] ministrant.
Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus
Perpetui [g] tergo bouis, & lustralibus extis.
Postquã [h] exempta fames, & amor cõpressus edẽdi,
Rex Euandrus ait: Non haec sollemnia nobis
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram [i]
Vana superstitio, ueterum ue ignara deorum
Imposuit. saeuis hospes Troiane periclis
Seruati facimus, meritosq. nouamus honores.
Iam primum [k] saxis [l] suspensam hanc adspice rupẽ:
Disiectae procul moles, desertaq. montis [m]
Stat domus, [n] & scopuli ingentem traxere ruinam.
Hic spelunca fuit uasto submota recessu,
Semihominis [o] Caci: facies quam dira tegebat,
Solis inaccessam radijs: semperq. recenti
Caede tepebat humus, foribusq. affixa superbis
Ora uirum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater. illius atros
Ore uomens ignes, magna se mole ferebat.
Attulit [p] & nobis aliquando optantibus aetas

a Acceptū collocat super toro cooperto pelle leonis. Aliter Ser.
b Ex acere arbore confecto. Nota incorruptã illius saeculi tenuitatem, sine auro, sine argento nitentem.
c Quã Maximam diximus fuisse appellatam.
d Describit Oeconomiã hospitalitatis.
e Panes ex Cerere, i. ex frumento, confectos, et elaboratos. Ser. alio refert uocem, Laboratae.
f id est, Vinum: Metonymia.
g Integri, soliti, ac numquam interrupti.
h Homero illud frequens est Iliad. 9. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. Vide Macrob. Sat. 5. cap. 8.
i Maximam sub diuo, sine sacello.
K Narratio, quam ducit a descriptione loci, quem monstrat Aeneae in montis iugo.
l quasi iam iamq. lapsuram. Ser.
m Auentini.
n Caci scilicet, infamis latronis, filij Vulcani.
o Fabulam hanc de furto, & nece Caci, etiam Ouid. refert lib. 1. Fast. & Iustinus lib. 44.
p ut multis.

Auxilium aduentumq. dei. nam maximus [a] ultor,
Tergemini [b] nece Geryonis [c] spolijsq superbus,
Alcides aderat, taurosq hac [d] uictor agebat
Ingentes, uallemq boues, amnemq tenebant.
At furijs [e] Caci mens effera, ne quid in ausum,
Aut intentatum sceleris ue, doli ue fuisset,
Quattuor a stabulis praestanti corpore tauros
Auertit, totidem forma superante iuuencas.
Atq hos, ne qua forent pedibus uestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos, uersisq. [f] uiarum
Indicijs [g] raptos, saxo occultabat opaco.
Quaerentem nulla ad speluncam signa [h] ferebant.
Interea, [i] cum iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumq. pararet;
Discessu mugire boues, atque omne querellis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit una boum uocem, uastoq sub antro
Mugijt, & Caci spem custodita fefellit.
Hic uero Alcide furijs exarserat atro
Felle [k] dolor. rapit arma [l] manu, nodisq. grauatũ
[m] Robur, & aerij cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum uidere timentem,

a Qui se alijs etiam plurimis ultorem exhibuit.
b Tres fuerunt Geryonae fratres, qui summa inter se concordia regnabãt Vnde factus est locus fabulae, Geryonẽ tricorporem fuisse.
c abductis bobus ex Hispania ĩ Italiam, occiso Geryone.
d Eius itineris uestigia ex Hispanijs, tum ĩ Pyrenaeis iugis, tum ĩ Gallia Narbonensi multis saeculis durarunt, ut etiam in ipsis Alpibus aliquot loca Graecas appellationes tenuerint. Et circa Alpes, Lepontu, & Euganei ex Herculis comitibus fuisse creduntur. Parum tamen inter auctores constat, qua ille in Italiã uenerit. e Quinque scr. iteq. Ser. legunt. Furis. Et Propert. l. 4. furem sonuere iuuenci, Furis & impl. Furis nomẽ & olim, et nunc in Italia maxime infame. f quae uestigijs signatae furtum saepe patefaciunt. g id est, uestigijs. h id est, uestigia.
i Eadem fere Liuius lib. 1. ab urbe condita.
K Fel, iracundiae sedes est.
l id est, sagittas. m clauam, intelligit.

Turbatumq. oculis: [a] fugit ilicet ocior Euro,
Speluncamq. petit. pedibus timor addidit alas.
Vt sese [b] inclusit, ruptisq. immane catenis
Deiecit saxum, ferro quod, & arte paterna [c]
Pendebat, fultosq. emuniit obice postes:
Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemq.
Accessum lustrans, huc ora ferebat, & illuc,
Dentibus infrendens. ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini [d] montem: ter saxea tentat
Limina nequidquam: ter fessus [e] ualle resedit.
Stabat acuta silex, praecisis undique saxis,
Speluncae dorso insurgens, altissima uisu,
[f] Dirarum nidis domus oportuna uolucrum.
Hanc, ut prona iugo laeuum incũbebat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsum soluit radicibus: inde repente
Impulit, impulsu [g] quo maximus insonat aether.
Dissultant riuae, refluitq. exterritus amnis:
At specus, & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & umbrosae penitus patuere cauernae:
Non [h] secus, ac si qua penitus ui terra dehiscens
Infernas reserat sedes, & regna recludat
Pallida, diis inuisa, superq. immane [i] barathrum
Cernatur, trepidentq. immisso lumine manes: [k]

a Ea parte turbatum, quae proditrix est mẽtis, ut inquit Ser. addens legi ẽt, Oculi. ut sit, Videre turbatum oculi. Vulgatã tamen lectionem exponit, & sic lib. 9. retinet.
b Perseuerat in fabula. nam Cacum paullo ante Vulcani filium fecit, quem fabrũ esse fingũt Poetae, & Ioui fulmina fabricari.
c Vulcani.
d Auentini montem ea forma dixit, qua lib. 3. Buthroti urbem. e non corpore, sed animo, ut egens consilij. S. Alij simplicius de corpore intelligunt. f Strigum scilicet, bubonum, & similium. Seruius tamen mauult hic significari coruos, uultures, aquilas, ceterasq. id genus aues, quae non sunt mali ominis, sed humanis carnib. uescuntur. g Tragica plane amplificatio. h Hom. in Il. 220. Est autẽ comparatio hyperbolica, ad amplificandum horrorem speluncae. i Immensa profunditas, & uorago inferorum. K Cum quibus confertur Cacus.

Ergo insperata deprensum in luce repente,
Inclusumq. cauo saxo, atque insueta[a] rudentem
Desuper Alcides telis premit, omniaq. arma
Aduocat, & ramis, uastisq. molaribus[b] instat.
Ille autē (neq. enim fuga iā super ulla pericli est)[c]
Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,
Euomit,[d] inuoluitq. domum caligine caeca,
Prospectū eripiens oculis, glomeratq. sub antro
Fumiferam noctem, commistis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seq. ipse per ignem
Praecipiti iecit saltu, qua plurimus undam[e]
Fumus agit, nebulaq. ingens specus aestuat atra.
Hic Cacum in tenebris, incendia[f] uana uomentem,
Corripit in nodum complexus, & angit inhaerens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
Panditur exemplo foribus domus atra reuulsis:
Abstractaeq. boues, abiurataeq.[g] rapinae
Caelo ostenduntur; pedibusq. informe cadauer
Protrahitur.[h] nequeunt[i] expleri corda tuendo
Terribiles oculos, uultum, uillosaq. setis
Pectora semiferi,[k] atq. exstinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos, laetiq. minores

a clamantē. Persius primam uerbi Rudo, quā hic corripuit Poeta, produxit. Findor, ut Arcadiae pecuaria rudere credas.

b Lapidibus, qui minores molaribus non erant.

c Omittendum, Est, ut Super, ualeat, superest. Sic lib. VII. Si qua super fortuna laborū. & Silius Vigilij imitator.

d Hanc ob caußam Cacum Poetae Vulcani filium fecisse creduntur, quod fumum ore euomeret: quod hodie q. in praestigiatoribus quibusdam uidemus.

e Intelligit uaporem qui in morem undae circumuoluebatur. Ducta metaphora ab aquarum inundatione, ut in sequenti uerbo, Aestuat.

f nihil Herculem laedentia.

g Quas iure iurando negauerat esse apud se; Vel, peierando retinebat. H. est. Seruius exponit, clam surreptae, & contra ius retentae.

h Hypotyposis elegans. Pedibus trahere, prouerbium, rem pro suo arbitratu uersare. i Arcades.

K Antea uocauit semihominem.

Seruauere diem; primusq. Potitius[a] auctor,
Et domus Herculei[b] custos Pinaria[c] sacri,
Hanc aram luco statuit, quae maxima semper
Dicetur nobis, & erit quae maxima semper.
Quare agite, o iuuenes, tantarũ in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite[d] dextris,
Communemq. uocare deũ, & date uina uolentes.[e]
Dixerat;[f] Herculea bicolor cum populus umbra
Velauitq. comas, folijsq. innexa pependit;
Et sacer impleuit[g] dextrã scyphus.[h] ocius omnes
In mensam laeti libant, diuosq. precantur.
Deuexo[i] interea propior fit uesper Olympo:
Iamq. sacerdotes, primusq. Potitius ibant,

a *Ipse Hercules ad Aram, quae postea Maxima fuit appellata, opimam mactauit bouem: sacrorum ratione duabus filijs Graijs tradita, Potitijs ac Pinarijs, quorum nomina ab ipso ministerio facta uideri possunt. Liuius ait factum sorte ita euenisse, ut Potitij ad tempus praesto essent, ijsque exta apponerentur: Pinarij extis adesis, ad ceteram uenirent dapem: inde institutum mansisse, donec Pinarium genus fuit, ne extis eo sollemnium die uescerentur. Potitij ab Euandro edocti, antistites per multas aetates huius sacris praefuerunt. donec tradito seruis publicis sollemni familiae ministerio Potitiorum ac Pinariorum omne genus perijt. Aiunt id Appium Claud. fecisse, hisce familijs infestum. Diodorus auctor est, Potitios ac Pinarios, inter eos, qui sub Euandro erant, uiros fuiße illustres, a quibus Hercules summis honoribus fuerit affectus: atque ob id utrumque sacris adhibitum.*

b *id est, ministra: ut lib.* XI. *At Triuiac custos.*

c *Quare Pinariam domum custodem sacrorum* Herculis *uocet, uide apud Macr Sat.3.cap.6. & Liuium lib.1. ab urbe condita.*

d *Praebete pocula: ex Homero Seru.* e *fauentes lubentesq.* f Herculi *consecrata. Erat haec arbor priscis scutis apta.* g *Ad signif. magnitudinem: ut cum Gr. dicunt* χειροπληθὴς λᾶας. h *Hercules legitur tulisse in Italiam ligneum uas magnum, & reliquisse: quod ne uetustas consumeret, obductum pice seruabatur. Scyphus Herculi dedicatus, ut cantharus Libero patri, propterea quod bibax esset, eademq. de caussa eum maiores nostri quaßabundum pingebant, & cum poculo.*

i *in noctem inclinato.*

Pellibus

Pellibus in morem cincti, flammasq. ferebant.
Instaurant epulas, & mensae grata secundae[a]
Dona ferunt, cumulãtq. oneratis lancibus aras.
Tum[b] Salij ad cantus, incensa altaria circum
Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus, ille senũ, qui carmine laudes[c]
Herculeas, & facta ferunt: ut prima nouercae[d]
Mõstra manu, geminosq. premens eliserit[e] angues:
Vt bello egregias idem disiecerit urbes,
Troiãq.,[f] Oechaliamque:[g] ut duros[h] mille labores
Rege sub Eurystheo[i] fatis Iunonis iniquae
Pertulerit. tu[k] nubigenas inuicte bimembres,[l]
Hylaeumque, Pholumq. manu, tu Cressia[m] mactas
Prodigia, & uastum Nemeae[n] sub rupe leonem:
Te[o] Stygij tremuere lacus, te ianitor[p] Orci,

a Bellaria intelligit, quae quid sint, alias dictum est. Addimus nina Liberi patris bellaria fuisse in antiqua comoedia. b qui tripudiantes circuibant aras. c Sollemne priscis habebatur, epulis adhibere Citharoedos aut musicos, a quibus uel deorum laudes, uel Heroum res gestae cantu celebrantur. Cum igitur Salios cantantes introducit, decore Herculis egregia facta eius sacris ebuccinantur. d Iunonis. e Duos angues strangulauit Hercules infans, a Iunone cunis immissos. f Quam expugnauit sub Laomedonte, & Hesionẽ regis filiam Telamoni dedit. g Oechalia urbs est Thessaliae, in qua regnauit Eurytus: cuius filiã Iolẽ, quia pater denegauerat, Hercules ui cepit: Eurytum interfecit, & Iphitũ eius filiũ e turri praecipitem dedit. h Homer. Il. 9. Vide & Hom. Il. ύ. i Eurystheus rex Argiuorum, qui omnia impossibilia praecipiebat Herculi, iubente Iunone. Frater eius erat, ex Amphitryone. K Orationis forma mutatur in mimesin. l Centauros dicit, quos fingunt e nube & Ixione procreatos. Horum alter Hylaeus a Theseo caesus narratur. Pholus Herculem excepit hospitio. m Taurum Pasiphaes adulterum ex Creta insula uiuum Argos ad Eurystheum aduexit.
n Hercules interemit Leonem in Nemaea silua, quae est inter Cleonem, & Phliuntem, in Argiua regione. o Homer. in Il θ'.
p Cerberum intelligit, quem Hercules uinctum ad superos attraxit: quam fabulam tangit Hom. Il. θ'. & Virg. supra lib. VI. Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit.

Ossa

Ossa super recubans antro semesa cruento:
Nec te ullae facies,[a] non terruit ipse Typhoeus
Arduus, arma tenens: non[b] te rationis egentem
Lernaeus turba[c] capitum circumstetit anguis.
Salue,[d] uera Iouis proles, decus addite diuis:
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant, super[e] omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirantemq. ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu, collesq. resultant,
Exin se cuncti diuinis rebus ad urbem
Perfectis referunt. ibat rex obsitus[f] aeuo;
Et comitem Aeneam iuxta, natumq. tenebat
Ingrediens, uarioq. uiam sermone leuabat.
Miratur, facilesq.[g] oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturq. locis, & singula laetus
Exquiritq.,[h] auditq. uirum monumenta priorum.
Tum rex Euandrus, Romanae[i] conditor arcis:
Haec nemora īdigenae Fauni,[k] nymphaeq. tenebāt
Gensq. uirum truncis, & duro robore nata: (ros,
Queis neq. mos, neq. cultus erat: nec iungere tau-
Aut componere[l] opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque asper uictu uenatus alebat.

a scilicet, quae stabulantur ad ostia inferni.

b Nō te ita circumstetit, ut reddiderit rationis egētem, id est, amentem: quod hic poeta saepe pro cōsternato dicit. Vel, nō fuisti rationis egens, & cōsilij inops, cum te circumstetit.

c Huic lernae paludis hydrae, quidam septē, alij centum capita tribuunt.

d Epilogus cōstat religiosa imitatione ad praesentia sacra. e magis quam omnia, ultra omnia. f Sic Ter. in Eun. Pannis annisq. obsitus. Vide Coel. l. 3. c. 28. g mobiles. h Varijs percunctationib. praebet Euandro sequentis narrationis occasionē, quae senibus in primis solet esse iucunda. Vide Macr. l. 7. c. 2. i i. Palātaeae, ubi postea Palatiū fuit. K Post Chaos in elemēta diuisū, geniti principio fuere dei, inde heroes & cetera aīalia. Primi ergo, qui habitauere Latiū fuere dij, & bene inquit Fauni. Primi n. hoīes, priusquā esset repertus usus aedificiorū, habitabāt cauos trūcos arborū & antra, indeq. geniti putabantur. Hi uiuebant brutorum animalium more, ut ait Lucr. l. 5. l Nec quaerere, nec parta tueri, ut Naso loquitur. q.d. in diem uiuebant.

Primus

Primus ab aetherio uenit [a] Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exsul ademptis.
Is genus indocile, [b] ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq. [c] dedit, Latiumq. uocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
[d] Aureaq., ut perhibent, illo sub rege fuere
Saecula. sic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paullatim, ac decolor [e] aetas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus Ausoniae, [f] et gentes uenere Sicanae:
Saepius & nomen posuit [g] Saturnia tellus.
Tum reges, asperq. [h] immani corpore Tibris:
A quo post Itali fluuium cognomine Tibrim
Diximus: amisit uerum uetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagiq. extrema [k] sequentem,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile [l] fatum
His posuere locis, matrisq. egere tremenda
Carmētis nymphae monita, & deus auctor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progressus, monstrat & arā, [m]

a Haudquaquam e caelo Saturnus uenit, sed e Creta. Fuit aequalis Belo, patri Nini. Sed Caeli filius ob id creditus fuit, quod a filio fugatus a Creta, cum in Latium uenisset, locorum indigenae, ī dolem et uirtutem eius mirati, ut e caelo demissum eum uenerati essēt. b pro, indoctum. c Vide Lactantium lib. 1. de falsa relig. cap. 13. d Vet. lib. & Helenius, Aurea quae. e non aurea, i, pulcherrimi coloris, sed infecta, ut sunt corpora uitiosa. Vel, discedens & degenerans a priori colore.
f Numerus requirit, ut scribatur, Manus Ausonia. F.
g Deposuit, mutauit in aliud. h quia rex praedonum.
i Rex fuit, ut multi uolunt, natione Etruscus: ut alij, rex Aboriginum, qui dedit nomen fluuio. Alij uolunt, Tybrim dici, quasi Hybrim, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, i. ab iniuria. Nam aiunt fuisse antiquo tempore per ripas Tiberis quendam praedonem ducem, qui omnia molestabat: & ab eo, qui uenerant Graeci in Latiū, appellauerūt Thybrim, ab iniuria, appositione literae, T. Sed Tibris scribitur per I, nō per Y, testib. antiquis lapidib.
K Nauigationem in longinquas, & ultimas terras procul domo parantem. Sic pelagi extrema, erunt extremae, & longissime remotae eius partes. T. Quidam gramm. aliter. l Ineuitabile. m quam fecit exstinctae matri.

Et

Et Carmentalem[a] *Romano nomine portam.*
Quā memorant nymphae priscū Carmētis honorē[b]
Vatis fatidicae: cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile[c] *Pallanteum.*
Hinc lucum ingētem, quem Romulus acer Asylū[d]
Rettulit,[e] *& gelida monstrat sub rupe*[f] *Lupercal,*
Parrhasio[g] *dictum Panos de more Licaei.*
Nec non & sacri[h] *monstrat nemus Argileti:*
Testaturq.[i] *locum: & letum docet hospitis Argi.*
Hinc ad Tarpeiam[k] *sedem, & Capitolia ducit*
Aurea[l] *nunc, olim siluestribus horrida dumis.*[m]
Iam tum relligio[n] *pauidos terrebat agrestes*
Dira[o] *loci: iam tum siluam, saxumq.*[p] *tremebant.*
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso uertice collem,
(Quis[q] *deus, īcertū est) habitat deus: Arcades ipsū*

a *Carmentalis porta, a Carmente Euandri matre dicta, quae postea Scelerata, appellata est, quod hac porta emissi sint Fabij, qui ad Cremerā perierunt.* b *Strabo l. 5. Matrem etiam Euandri honorāt Romani, secundam nympharum esse dicentes, cognominatam Carmentis.* c *quia in Palatio erat sedes imperij.* d *Erat hic locus situs inter duo querceta, umbris densus, inter arcem, & Capitolium. Intermontio ipsi loco nomē erat. Huc serui, & qui domesticis iudicijs pulsi solum uerterant, uelut ad unicū libertatis portum, e uicinis urbibus confluebant. Hi benigne accepti, & omnibus officijs inuitati, indies nouam urbem frequentiorem reddebant.* e *Ad imitationem Atheniensis Asyli fecit. Ser.* f *montis Palatini.* g *Parrh. de more, id est, ostendit Lupercal Panos Lycaei, dicatum ex more Arcadico. S.* h *Exsecrabilis. S.* i *Iurat non sua culpa hospitij iura fuisse uiolata: quod Argus quidam ab eo susceptus hospitio, ibi fuisset necatus. Ser.* K *Arx Tarpeia fuit loco edito, e regione Palatij, in iugo monticuli, qui Saturnius initio fuit dictus: deinde Tarpeius: nouissime, a capite prodigioso hominis, ibi inuento, Toli dicti, (ut refert Arnobius) Capitolinus. Arx Tarpeij fuit appellata, a Sp. Tarpeio, a cuius filia ea Sabinis hostib. prodita fuit.* l *Adeo ornata fuerunt, ut numerentur quasi prima inter septem spectacula mundi.* m *spinis.*
n *Latius hoc exsequitur Prop. l. 4. Eleg. 1.*
o *magna: ut alibi.* p *Tarpeium.*
q *Homer. Iliad. 10.*

Credunt se uidisse Iouem,[a] cum saepe nigrantem
Aegida[b] concuteret, dextra nimbosq. cieret.
Haec duo[c] praeterea disiectis opida muris,
Relliquias, ueterumq. uides monumenta uirorum.
Hanc[c] Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbẽ:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri passimq.[e] armenta uidebant
Romanoq. foro,[f] & lautis mugire Carinis.[g]
Vt uentum ad sedes;[h] Haec, inquit, limina uictor
Alcides subijt;[i] haec illum regia cepit:
Aude[k] hospes contẽnere opes, & te quoq. dignum
Finge deo, rebusq. ueni non asper egenis.
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aenean duxit, stratisq.[l] locauit.

a Hom. Il. p. Sic legit Donat. alij, Deũ. Pertinet hoc in primis ad laudem Romanorum, quod multis saeculis ante urbem conditã Iuppiter eam sedem delegerit.
b Aegis fuit clypeus Iouis, sic appellatus, quod tectus fuerit pelle caprae Amaltheae; quae Iouem educauerat. Mortuae pellem exemit Iuppiter, ut haberet memoriam nutricis, & clypeum texit ea pelle. Postea Iuppiter dedit clypeum Mineruae, in quo Perseus uictor posuit caput Gorgonis Medusae. Pomp. Sab. Vide infra. c unum Iani, alterum Saturni. d Ianiculum. Erat autem Ianiculus opidum trans Tiberim. e quasi tuta, Caco mortuo. f Romanum forum erat a sinistra parte, ubi sunt tres columnae. Erant ibi quatuor fora, Boarium, Romanum, forum caussarum, forum Traiani. Dictum est Forum, a ferendo. g Carinae, Carinarum, appellata est regia urbis, a similitudinae carinae nauis, & ea ducebat ex Palatio, & Capitolio per mediam uallem Exquilinam, quae nunc dicitur, Regio mõtis: & ex alia parte ducebat uersus uiam Praenestinam. In Carinis erant omnia splendida, & sumptuosa aedificia; & ideo dixit poeta, Lautis. Erat ibi domus Ciceronis, in cuius porticu erant centum columnae. Pomp. Sab. h Palatium.
i Herculis cognomento, Victoris aedes duae Romae fuerunt; altera ad portam Trigeminam, altera in foro Boario. Rationem cognomenti, uide apud Macrob. Sat. lib. 3. cap. 6.
K quasi rem arduam, & difficilem, in animum tuum fortiter inducito.
l strata erant ex herba, & pelle, non ex purpura.

Effultum folijs, & pelle Libystidis [a] ursae.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis
At Venus haud animo nequidquã exterrita mater,
Laurentumq. [b] minis, & duro mota tumultu,
Vulcanũ alloquitur, thalamoq. haec cõiugis aureo [c]
Incipit, & dictis diuinum adspirat amorem:
Dum bello Argolici uastabant Pergama reges
Debita, [d] casurasq. inimicis ignibus arces:
Non ullum auxilium miseris, non arma rogaui
Artis, opisq. tuae: nec te, carissime coniux,
Incassum ue tuos uolui exercere labores:
Quamuis [e] & Priami deberem plurima [f] natis;
Et durum Aeneae fleuissem saepe laborem.
Nunc Iouis imperij Rutulorum constitit oris:
Ergo [g] eadem supplex uenio, & sanctum mihi numẽ
Arma rogo [h] genitrix nato. te filia Nerei, [i]
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux. [k]
Adspice, qui coeant populi, quae moenia clausis
Ferrum acuant portis in me, excidiumq. meorum.
Dixerat, [l] & niueis hinc atq. hinc diua lacertis

a Quidam cod. habent, Libyssidis: quod cum Analogiae ratione potius conuenire uidetur. Plin. tamen lib. 8. cap. ult. negat in Africa ursos gigni. Verum ea in re a Plinio dissentit Solinus. Quidã malunt, Hystidis, legere; ut a Sicilia.

b Latinorum.

c id est, pulchro.

d Fatis exitio destinata. Ita Ser. quasi fato debita. e Homer. Il. 208.
f Propter Paridem, qui iudicauit Venerem forma excellere. g Hom. Il. 209. h Reprehenditur hoc in loco Virg. ab Euangelo apud Macr. Sat. lib. 1. c. 24. quod, parum memor decori, Venerem filio suo, quem in adulterio conceperat, a marito arma petentem, inducat. Defensionem Virgilij, uide apud Pontanum in Antonio. Ser. dicit, post Arma rogo, esse distinguendũ, ut cui petat, non dicat, sed relinquat intellig.
i Periphrasis Thetidis.
K Argumentatur ab exemplis minoribus. Aurora pro Memnone filio impetrauit arma a Volcano, item Thetis pro filio Achille: ego, quae sum filia Iouis, & tua coniux, non impetrabo?
l Homer. Iliad. 157.

Cunctantem [a] amplexu molli fouet. ille repente
Accepit solitam flammam; [b] notusq. medullas
Intrauit calor, [c] & labefacta per ossa cucurrit:
Non secus, [d] atque olim tonitru cum rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit laeta dolis, & formae conscia coniux.
Tum [e] pater [f] aeterno [g] fatur deuictus [h] amore:
Quid [i] caussas petis ex alto? [k] fiducia cessit
Quo tibi diua mei? similis [l] si cura fuisset;
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset:
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata uetabāt [m]
Stare, decemq. alios Priamum superesse per annos.
Et nunc si bellare paras, atque haec tibi mens est:
Quidquid in arte mea possunt promittere curae;
Quod fieri ferro, liquido ue [n] potest electro; [o]
Quantū ignes, animaeq. [p] ualent; absiste [q] precādo
Viribus indubitare tuis. Ea [r] uerba locutus,

a de promissione. Ser. b Veneris. c ignis amoris. d Comparatione ostendit, quo pacto calor amoris per ossa Vulcani serpsit. e Homer. Il. 157. f Vulcanū appellat Patrem; ideo uxoriū ītellige, tāquā esset pater Aeneae, qui maritus Veneris matris suae. g Magno, atque adeo immenso. Tur. h Alij, deuinctus. i Hom. Il. 209. K Nonius exponit, Ex uetusto, & antiquo. At Ser. Argumentatione longe repetita. Al. ab excidio Troiae. l Si sollicita itidem fuißes de armis habendis. m Tages Etruscus summus omnium haruspex, scripsit fata non posse euitari; sed poße protrahi, & contra rescindi. n Puro. Pollicetur firma, & splendida ex electri, & ferri temperatura. De numerorum ratione assentitur Fabr. Politiano: Nonius, & Priscianus, legunt pro, Potest, Potestur. uerum haec lectio tolerari non potest, cum Electrum primam producat. o Electrum nunc, non succinū intelligit, sed metallum fossititium. In omni auro, cum foditur, inest argentū, alibi octaua parte, alibi tricesimasexta. Quoties uero quincta portio argenti in auro est, Electrum uocatur: cui auctoritas fuit etiā Homeri tēpore. Helene dicitur sacrasse Lyndiae Mineruae calicē ex Electro. Potest & artificio fieri, in simplici auro, addito argento. p uenti efficere possunt in fabrili arte. q Desine, precando me, ostendere te incertā de auctoritate, qua ualere possis apud me. r Homer. Il. 157.

Optatos dedit amplexus,[a] placidumq. petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde, ubi prima quies medio iam noctis abactae
Curriculo[b] expulerat somnum, ceu[c] femina primũ,
Cui tolerare colo uitam, tenuiq; Minerua,[d]
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulasq. ad lumina longo
Exercet penso, castum ut seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere[e] natos.
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula[f] Sicanium iuxta latus, Aeoliamq.
Erigitur Liparen,[g] fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnaea[h] tonant; ualidiq. incudibus ictus
Auditi referunt[i] gemitum; striduntq. cauernis
Stricturae[k] Chalybũ,[l] & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hoc[m] tunc ignipotens caelo descendit ab alto.

a castis, pudicisq. uerbis rei Venereae turpitudinẽ uelauit, sicut l. 3. Georg. Nimio ne luxu obtusior usus sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes.
b tempore.
c Carpense, & H. St. Cũ fem. legunt, nec aliter interpres Terentij, a quo Terentio etiã haec similitudo sumpta est.
d Lanificio, Lanificij arte. Alij, pro mercede, & pretio, quod Minerual dicitur.
e Educare.
f Vulcaniae insulae descriptio, quam uulgus nautarum, seruatis manifestis antiqui nominis uestigijs, Bulcam appellat. Turnebus ait, eum Hieram describere, quae una est ex insulis Vulcanijs; ubi collis est flammas noctu euomens.
g Lipara, una est ex Aeolijs, & quidem praecipua magnitudine: ita dicta a rege Liparo, qui eam initio tenuit. Posteris temporibus Gnidij coloniam in eam deduxerunt.
h Quod ex illis ictibus etiam Aetnaea resultarẽt: uel signif. Aetnaeis similia.
i per echo.
K terrae sunt, ferri in massam coactae.
l Chalybs appellatur ferrum, quia primum apud Chalybas populos, qui sunt a dextris maris Pontici, inuentum. Est autem ferri species optime temperata, quae lingua Itala, Acciaio dicitur.
m Hoc, pro huc, test. Prisc. & Ser. Quidam tamen libri habent, Huc.

Ferrum exercebant [a] uaſto Cyclopes in antro,
Brontesq., Steropesq., & nudus mēbra Pyragmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen [b] erat, toto genitor quae plurima caelo [c]
Deijcit in terras, pars imperfecta manebat.
Tres imbris torti [d] radios, [e] tres nubis aquoſae
Addiderant, rutili tres ignis, & alitis Auſtri. [f]
Fulgores [g] nunc terrificos, ſonitumq., metumq.
Miſcebant operi, flammisq. ſequacibus iras.
Parte alia Marti currum, [h] rotasq. uolucres
Inſtabant, [i] quibus ille uiros, quibus excitat urbes:
Aegidaq. [k] horrificam, turbatae [l] Palladis arma,
Certatim ſquamis [m] ſerpentum, auroq. polibant; [n]
Connexosq. angues, ipſamq. in pectore diuae
Gorgona deſecto uertentem lumina collo.
Tollite [o] cuncta, [p] inquit, coeptosq. [q] auferte labores
Aetnaei Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda uiro: nunc uiribus uſus, [r]
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra:
Praecipitate moras. Nec plura effatus. at illi

a Faceta amplificatio, a deſcriptione cyclopum in ca officina. b Fulmen oritur ĩ corpore frigido nubium. c Qualia plur. Iup. ab omni parte caeli deijcit in terras. d Periphraſis grandinis. Torti, id eſt, constricti, & coacti ĩ grē dinem. S. e Fulminis ſcilicet, quod triſidum pingebatur, cuſpides radios dicebant. f Intelligunt quidam per Auſtrum, Autumnum; per Rutilum ignem, Aeſtatem; per Nubem aquoſam, Ver; & per Imbrem tortum, Hiemem. g Homer. Il. 60. h Sugillatur & hic locus a nonnullis, quod riuali ſuo currum fabricetur Vulcanus.
i Omni ſtudio, ac cura fabricabant. K Aegis proprie eſt munimentum pectoris aereum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum, ſi in pectore numinis fuerit, Aegis uocatur; ſi ĩ pectore hominis, Lorica dicitur. S. Vide plura ſup. l Sic Apollonius dixit ἀκτῖνα, Ad bella concitata, ut s. Extemplo turbati animi. Turn. m ſquamoſis corijs.
n Antique, pro, Poliebant. o Homer. Il. 209. Ab hoc uerſu epiſtolam quandam ad Troianum ſcriptam inchoauit Plin. Iunior. p Studiũ Vulcani in cudēdis Aeneae armis, poſthabitis omnib. q Al. certos lab. i. qui quotidiana opera exercentur. qui olim inſtituti, qui uobis praecipue ſoliti. Pier. r Pro, Tempus eſt uti uiribus.

Ocius incubuere omnes, pariterq. laborem
Sortiti.[a] *fluit*[b] *aes riuis, auriq. metallum:*
Vulnificusq. chalybs uasta fornace liquescit.
Ingentem clypeum informat,[c] *unum omnia contra*
Tela Latinorum; septenosq. orbibus orbes
Impediunt. alij uentosis follibus auras
Accipiunt, redduntq.: alij stridentia tingunt[d]
Aera lacu: gemit impositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa ui brachia tollunt
In numerum,[e] *uersantq. tenaci forcipe massam.*
Haec pater Aeolijs properat dum Lemnius[f] *oris;*[g]
Euandrum[h] *ex humili tecto lux suscitat alma,*
Et matutini uolucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior, tunicaq. inducitur artus;
Et Tyrrhena pedum circumdat uincula[i] *plantis:*
Tum lateri, atq. humeris Tegaeũ[k] *subligat ensem,*
Demissa ab laeua pantherae[l] *terga retorquens.*
Necnon & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressumq. canes comitantur[m] *herilem.*
Hospitis Aeneae sedem, & secreta petebat,
Sermonum memor, & promissi muneris[n] *heros.*
Nec[o] *minus Aeneas se matutinus agebat.*

a *diuiserũt inter se, ut alibi, Sortiti remos. proprie, sorte distribuerunt.*
b *liquesit.*
c *Imitatio est Homeri ex Il. 18. ubi Vulcanus a Thetide rogatus, Achilli similẽ clypeum cudit.*
d *tingendo stridere faciunt. Vel, ita tingunt, ut strideãt.*
e *id est, in ordinẽ. Multi uolunt artẽ numerorũ acceptã ex ictibus malleorum.* f *Vulcanus, a Lemno insula.* g *quia, deiectus a Iunone ob deformitatem, cecidit in Lemnum.* h *Redit ab excursu ad intermissam narrationem, hoc est, ad res Euandri. Haec descriptio sumpta est ex Hom. Il. 2. & ab Agamemnone surgere iusso, apte ad Euandum translata. Et Odys. 2. Vide Macr. l 5. c. 8.* i *Quia calceos Tuscos, primũ senatores, deinde & milites, gerere soliti sunt. T.*
K *Arcadicum, quia ipse cum suis ex Arcadia profectus fuerat. Decore ergo patrium telum ei accommodat.* l *animantis maculosae tergus.*
m *Est & hoc Homeri, qui Telemacho duos canes comites assignat Odys. 2.*
n *Promiserat auxiliari Aeneae.* o *Homer. Il. 104.*

Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras, mediisq. residunt
Aedibus, & licito [a] tandem sermone fruuntur.
Rex prior haec[b]u
Maxime Teucrorum ductor, [b] quo sospite numquam
Res [c] equidem Troiae uictas, aut regna fatebor;
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguae uires: hinc Tusco [d] claudimur amni:
Hinc Rutulus premit, & murũ circumsonat armis.
Sed tibi ego ingentes populos, opulentaq. regnis
Iungere castra paro: quam fors inopina salutem [e]
Ostentat: fatis huc te poscentibus affers. [f]
Haud procul hinc saxo incolitur fundata uetusto [g]
Vrbis Agyllinae [h] sedes: ubi Lydia quondam [i]
Gens bello praeclara, iugis insedit Etruscis.
Hanc multos florentem annos, rex deinde superbo
Imperio, & saeuis tenuit Mezentius [k] armis.
Quid memorem infandas caedes, quid facta tyrãni
Effera? dii capiti ipsius, generiq. reseruent.
Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis,
Componens manibusq. manus, atque oribus ora,

a Quem illis tuto inter se cõferre licebat. b Suasorii generis oratio, qua consulit Aeneae Euandrus, ut a Tarchonte, Etruscorum duce, auxilium petat. Suadet ab opportuno, ut spẽ iniiciat firmiorum opum certissimam, aduersus potẽtes hostes. Exordium ductum ab insinuatione. Ostendit enim uires suas tenuiores esse, quam quae ad tantum bellum sufficiant, laudans simul Aeneae uirtutem. c ut illud lib. 3. Postquam res Asiae. d Tiberim, Tuscum uocat, quod in Etruria oriatur, in finibus Arretinorũ. Pli. l. 3. c. 5. e Alludit ad oraculum Sibyllinum; - uia prima salutis, Quod minime reris, Graia pandetur ab urbe. f Fati necessitate factum est, ut uenires; fortunae beneficio, ut illi ducem requirant. Legitur, & Affert. Vide Ser. g antiquo opere. h Agyllam inter Etruriae urbes etiam Plinius enumerat l. 3. c. 5. eamq. a Pelasgis conditam affirmat, eandemq. esse, quae alio nomine dicebatur Caere. Meminit & Stephanus Agyllae. i Lydi uenerunt in Italiam, duce Tyrrheno, Atys filio, & sederunt in Etruria. K Rex Mezentius tenuit Etruriam, sed crudelitate sua expulsus, consedit in Latio.

Tormenti genus, & sanie, taboq.[a] fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat.
At fessi[b] tandem ciues infanda furentem
Armati circumsistunt, ipsumque, domumque;[c]
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter caedes Rutulorum elapsus in agros
Confugere,[d] & Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Etruria iustis:
Regem ad supplicium praesenti Marte reposcunt.
His ego te, Aenea, ductorem millibus[e] addam.
Toto namque fremunt condensae litore puppes,
Signaq. ferre iubent: retinet longaeuus haruspex[f]
Fata canens. O Maeoniae delecta[g] iuuentus,
Flos ueterum, uirtusq. uirum, quos iustus in hostē
Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira:
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
Externos optate[h] duces. tum Etrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuum.
Ipse oratores ad me, regniq. coronam[i]
Cum sceptro misit, mandatq. insignia[k] Tarchon,
Succedam castris, Tyrrhenaq. regna capessam.
Sed mihi[l] tarda gelu,[m] saeclisq.[n] effeta senectus
Inuidet imperium, seraeq. ad fortia uires.

a sanie mortui, tabo uiuentis. Ser. b saeuitia, & crudelitate Mezentij. c familiā. d historice, pro, confugiebat. e quasi fortem multis: ut sit firmus exercitus. f Scilicet Tarchon, Tyrrhenis asserēs quaerendum esse ducem externum. g Tyrrheni ex Maeonia, duce Tyrrheno, in Italiam transmigrarunt: unde hic, ad originem ipsorum spectans, Maeoniae iuuentutem dixit. h uotis. i insigne. nam, coronam Tuscos reges numquam habuisse, ait Ser. species est pro genere. K insignia, omnia ornamenta regalia; uel, Insignia, pro, magna. Ser. l tacitae obiectioni occurrit, per antipophoram. Poterat n. quaerere Aeneas, quare, cū ipse externus esset, sese Tyrrhenis ducē nō praestitisset; aut, si aetate prohiberetur, quare Pallantem ipsis nō praefecisset. m frigore senili tarda, & annis debilitata. n Notādū dicta saecula etiam in uno homine, secundū eos, qui dicunt saeculū 30. annos habere. Nā alij uolunt, 110. Alij mille annis putāt saeculū cōtinori. S.

Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella[a]
Hinc partem patriae traheret. tu, cuius & annis,
Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,
Ingredere, o Teucrũ, atque Italũ fortissime ductor,
Hunc tibi praeterea, spes, & solatia nostri,[b]
Pallanta adiungam. sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.
Arcades huic equites bis centum, robora pubis
Lecta dabo, totidemq. suo tibi nomine Pallas.
Vix ea fatus erat; defixiq.[c] ora tenebant[d]
Aeneas Anchisiades, & fidus Achates;
Multaq. dura suo tristi cum corde putabant;[e]
Ni signum caelo Cytherea dedisset aperto.[f]
Namq. improuiso uibratus ab aethere fulgor[g]
Cum sonitu uenit, & ruere[h] omnia uisa[i] repente,
Tyrrhenusq.[k] tubae mugire per aethera clangor.[l]
Suspiciunt:[m] iterũ atq. iterum fragor intonat ingẽs:
Arma inter nubem,[n] caeli in regione serena
Per sudum[o] rutilare uident, & pulsa tonare.
Obstupuere animis alij; sed Troius heros
Agnouit sonitum, & diuae promißa parentis:

a Euander duxit filiã regis Sabinorum.
b quia, amissa coniuge, unicum habebat solatium.
c Alibi, ut 2. Aen u. 1. Intentiq. Sed Defixi praesefert etiam stuporem quẽdã. Pier.
d tristes, ob auxiliorum paucitatem, ait Ser.
e reputabãt. simplex pro composito.
f Ser. exp. Sereno. ego autẽ in propria sua significatione acciperem. Videtur n. cum fulgurat, & tonitruat, ĩ caelo quasi hiatus quidam.
g Fulgetra proprie est, quae uenit cum sonitu.
h Homer. Il. 125.
i propter concußionem sonitus.
K Tyrrhenos tubae aeneae inuentores fuisse, auctor est Plin. lib. 7. cap. 56.
l A Graeco κλαγγη uenit, ut & Belgicum clanck, idem significans.
m Arcades attoniti.
n Cimbrico bello armorum sonitus auditus in caelo: si cuilibet similis materiae plura exempla scire, eorumq. significationes, consulat eos libros, quos nuper omnium scientiarum genere instructißimus uir, Cornelius Gemma, De naturae diuinis characterismis, in lucem dedit.
o serenum est post pluuias, quasi sub udum. S.

Tum

Tum memorat: Ne uero hospes, ne quaere profecto
Quem casum portẽta[a] ferant: ego poscor Olympo.[b]
Hoc signum cecinit missuram[c] diua creatrix,[d]
Si bellum ingrueret, Vulcaniaq. arma per auras
Laturam auxilio.[e]
Heu quantae miseris caedes Laurentibus instant:
Quas poenas mihi, Turne, dabis: quã multa sub ũdas
Scuta uirum, galeasque, & fortia corpora uolues,
Tibri pater: poscant acies, & foedera[f] rumpant.
Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto:
Et primum Herculeis[g] sopitas ignibus aras
Excitat: externumq.[h] larem, paruosq. penates
Laetus adit: mactat lectas de more bidentes,[i]
Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus.
Post hinc[k] ad naues graditur, sociosq. reuisit:
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Praestantes uirtute legit: pars cetera prona
Fertur aqua, segnisq.[l] secundo defluit amni,
Nuncia uentura Ascanio rerumque, patrisq.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exsortem[m] Aeneae; quem fulua leonis
Pellis obit totum, praefulgens unguibus aureis.[n]
Fama uolat paruam subito uulgata per urbem,[o]
Ocius ire equites Tyrrheni ad litora regis.

a Portentum in bonã partem, pro felici omine.
b De Olympo poscor, i. Haec signa caussa mei fiunt. Vel, in Olympũ poscor. Ser. At Pie. rectius, Poscor ad bellum ex Olympo.
c Homer. Il.204.
d Sic appellatur Venus, quia omnia gignit.
e Κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus Venerẽ Aeneae arma promisisse. Nam eius rei poeta numquã meminit.
f quae se facturum Latinus promiserat.
g Hypall. pro Herculeas aras, in quibus erant ignes sopiti.
h cui pridie sacrificauerat. Ser.
i Bidentes hostiae, quae dicantur, uide Gell. l. 16. c. 6.
K Reuertitur Aeneas ad naues, & delectũ militũ facit.
l sine remigio.
m equum insignem, haudquaquam uulgarem, optimum, & praecipuum, eximium, egregium, leonis eximij pelle instratum.
n aut erant aurati, idq. ad ornatum; ut Papinius, Auro mansueuerat unguis; aut alludit ad colorem unguium.
o Pallanteum.

Vota [a] metu duplicant matres, propiusq. periclo
It timor,[b] & maior Martis iam apparet imago.
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Haeret inexpletum lacrymans,[c] ac talia fatur:
O [d] mihi praeteritos referat si Iuppiter annos:
Qualis eram, cum primã aciem Praeneste sub ipsa
Straui, scutorumq. incendi uictor aceruos,[e]
Et regem hac Herylum dextra sub Tartara misi:[f]
Nascenti cui tres animas [g] Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat:[h] terna arma mouẽda:
Ter leto sternendus erat: cui tum tamen omnes
Abstulit haec aĩas dextra, & totidẽ exsuit armis.
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer usquam,
Gnate, tuo; neque finitimus [i] Mezentius umquam,
Huic capiti insultans, tot ferro saeua dedisset
Funera, tam multis uiduasset ciuibus urbem.
At [k] uos, o superi, & diuum tu maxime rector
Iuppiter, Arcadij quaeso [l] miserescite regis,
Et patrias audite preces. si numina uestra
Incolumem Pallanta mihi, si fata reseruant;
Si uisurus eum uiuo, & uenturus in unum;[m]
Vitam oro: patiar quemuis durare [n] laborem.
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris:
Nunc o nunc liceat crudelem abrumpere uitam;[o]
Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri:

a Hom er. Il.20.
b Timet propinquum periclum. Sc.
c quia non poterat se continere a lacrymis.
d Homer. Il.xi.
e Apud antiquos mos erat, ut uictores incenderent arma, & scuta eorum, quos uicerant.
f Ex Iliad. lib. xi. ubi similiter Nestor eius aetatis robur exoptat, quo Itimoneum occiderat. Vide Macr. Sat. 5.cap.8.
g per tres animas perfectum indicat uirum.
h Hoc ad similitudinẽ rerum ab Hercule gestarum confictum est. Vult n. hunc Herylũ tricorporem fuisse, quẽadmodum & Geryonem.
i Al. finitimo.
K a suis laudibus ad curam filij conuertitur.
l Al. Reminiscere regis, Exaudiq. preces patrias.
m cum filio meo.
n ferre, sustinere.
o Sic alibi: Quando aliter nequeam crudelem abrumpere uitam.

Dum te, care puer, mea sera, & sola uoluptas,[a]
Complexu teneo; grauior ne nuncius aures
Vulneret. Haec genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant.
Iamq. adeo[b] *exierat*[c] *portis equitatus apertis:*
Aeneas inter primos, & fidus Achates:
Inde alij Troiae proceres; ipse[d] *agmine Pallas*
In medio, chlamyde, & pictis cõspectus[e] *in armis.*
Qualis,[f] *ubi Oceani perfusus Lucifer unda,*
Quem Venus[g] *ante alios astrorum diligit ignes,*
Extulit os sacrum[h] *caelo, tenebrasq. resoluit.*[i]
Stant pauidae in muris matres, oculisq. sequuntur
Pulueream nubem, & fulgentes aere cateruas.
Olli per dumos, qua proxima meta uiarum,
Armati tendunt: it clamor, & agmine[k] *facto*
Quadrupedante[l] *putrẽ sonitu quatit ungula*[m] *cãpũ.*
Est ingens[n] *gelidum lucus prope Caeritis amnem,*[o]
Relligione patrum late[p] *sacer: undique colles*
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt.
Siluano fama est ueteres sacrasse Pelasgos,
Aruorum, pecorisq. deo, lucumque, diemque:[q]

a nam & sero, & solus est susceptus. Gr. dicũt, τηλύγετον, & μουνογενῆ. b Adeo, ad ornatũ pertinet tantũ. c Aeneas cũ Pallante praeit Tarchontem. d Homerus Il. 115. e conspicuus, spectabilis. f Imitatio est Homeri Il. x. Hectorem similẽ fingit Autumnali sideri. Vide Macr. Sat. lib. 5. cap. 8. g Veneris enim stella dicitur, & Hesperus, cum sequitur Solem. h uenerabile. i propter iubar, quod sola possidens aliquod efficiat lumen. Ser. K Agmen proprie est, multitudo, ordinata, & incedens. Omnes aliae significationes sunt impropriae. l De quadrupedib. properantibus haec uox dicitur. Plaut. Quadrupedanti canterio. Turn. m Quinque perpetui dactyli profectionis celeritatem exprimentes. n Luci religiosi descriptio. Totum autẽ hunc locum diligenter expendit Macr. l. 3. c. 3. o Minionem, ad urbem Agyllam, quã Pelasgi condidere. Pelasgus omnium primus in Arcadia rerum potitus fuit, teste Pausania in Arcadicis. p quia nõ solũ a ciuib. sed & ab ĩcolis colebatur. q Polysyndetõ. Apud antiquos, dies dedicatiõis sollẽnis erat; atq. is ritus durat adhuc.

Qui

Qui primi [a] *fines aliquando habuere Latinos.*
Haud procul hinc Tarcho, [b] *& Tyrrheni tuta tenebant*
Castra locis: celsoq. omnis de colle uideri
Iam poterat legio, [c] *& latis tendebat* [d] *in aruis.*
Hac [e] *pater Aeneas, & bello lecta iuuentus*
Succedunt, fessiq. & equos, & corpora curant.
At [f] *Venus aetherios inter dea candida nimbos,* [g]
Dona ferens [h] *aderat: natumq. in ualle reducta*
Vt procul egelido [i] *secretum flumine* [k] *uidit,*
Talibus effata est dictis, seq. [l] *obtulit ultro:*
En [m] *perfecta mei promissa coniugis arte*
Munera: ne mox aut Laurentes nate superbos,
Aut acrem dubites in proelia poscere [n] *Turnum.*
Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit:
Arma [o] *sub aduersa posuit radiantia quercu.*
Ille, deae donis, & tanto laetus honore, [p]
Expleri nequit, atq. oculos per singula uoluit:
Miraturq., interq. manus, & brachia [q] *uersat*
Terribilem cristis galeam, flammasq. uomentem,
Fatiferumq. ensem, loricam [r] *ex aere rigentem,*
Sanguineam, ingentem: qualis, cum caerula nubes
Solis [s] *inardescit radijs, longeq. refulget.*
Tum leues ocreas [t] *electro, auroq. recocto,*

a *Post Saturnum, a quo ea terra Saturnia, tũ etiãnum dicebatur, cum eo communiter cõmigrarent. Lãb. Hort.* b *Tarcho, pro Tarchõ, Latinus nominatiuus metri caussa abiecto, n. Ser.* c *exercitus Aeneae.* d *Castra metabatur.* e *apud Tyrrhenos, i. ubi erant castra Tyrrhenorum.* f *Hom. Il.* 211.212. g *Alludit ad fabulã, qua Venus ex mari orta fingitur.* h *Homerum imitatur, qui Il.7. Thetidem inducit arma a Vulcano fabricata suo filio afferentem.* i *id est, nimium gelido. est autem una dictio; ut, Edurus, pro ualde durus.* K *praesidio fluminis. Ser.* l *confessa deam, ut lib.2. Ser.* m *Loquitur Venus Aeneae, eiq. portat arma fabricata a Vulcano. Homeri locus est, Iliad. l.18. & 19.* n *prouocare.* o *Hom. Il.19.* p *Quod manifestã uiderat matrem, & numinis sui plenam.* q *Hypotyposis gestuum eorum, qui aliquid adnituntur.* r *Hom. lib.18. ubi omnia haec praeter ensem, & hastam etiam recensentur.* s *Hom. Il.7.* t *Hom. Il. lib.18.*

Hastamque,

Haſtamque, & clypei non enarrabile textum.
Illic [a] res Italas, Romanorumq. triumphos,
Haud uatum ignarus, uenturiq. inſcius acui,
Fecerat ignipotens: illic genus omne futurae
Stirpis ab Aſcanio,[b] pugnataq. in ordine bella.
Fecerat [c] & uiridi fetam Mauortis in antro
Procubuiſſe lupam;[d] geminos [e] huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos; illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere [f] lingua.
Nec procul hinc Romã, et raptas ſine more [g] Sabinas
Conſeſſu caueae [h] magnis [i] Circẽſibus actis,[k]
Addiderat, ſubitoq. nouum conſurgere bellum [l]
Romulidis, Tatioq.[m] ſeni, Curibusq.[n] ſeueris.[o]

a Ab hoc loco ad finẽ uſque libri, inſigniora quaedã Romanorũ geſta, in clypeo caelata, exſequitur, Homerũ in hoc imitatus, qui Il. l. 18 ſimilis clypei deſcriptione claudit. b ſubaudi, ad Auguſtum Caeſarem uſque. c Orditur a conditorũ urbis ortu, & educatione. d illam, quam fingunt peperiſſe in lupercali. Dicuntur autem Romulus, & Remus fuiſſe lupae filij. Antrum, in quo expoſiti fuerunt, Germalum appellatur. e Totus hic locus Ennianus eſt, teſte Ser. f id eſt, tergere. Alludit autem ad urſorum naturam: g honeſtate. h cauea eſt, ubi populus ſpectat. i Circẽſes ludi, quare magni ſint appellati, uideto Aſcon. K Romulus Circenſes ludos ſimulauit, quando rapuit Sabinas.

l Sabinum, quod ſecutus eſt ex raptu uirginum. Romulus Numitorem cõſuluit de rapiendis uirginibus: placuit omnibus ſententia. ſtatuitur dies, & ludi Neptuno equeſtri. conuenere finitimi omnes ad ludos. Romulus, dato ſigno militis, iubet impetum facere. diffugientibus hoſpitibus illae raptae ſunt. Secundum leges patrias eas iuuenibus locauit, communione panis, & aquae. raptae fuerunt ſexcentae & octogintatres, anno primo imperij Romuli, ut quidam uolunt; ut alij, anno quarto. Romani haec ſacra appellant Conſualia. Deus uocatur Conſus, a conſilio, cuius ara ſubterranea erat iuxta Circum maximum. Ex curſibus equorum ludi fiunt, cũ curru, & ſine curru. Ideo autem ſubterraneam habebat aram, quia conſilium debet eſſe tectum. Pomp. Sab. m T. Tatius rex Sabinorum contra Romanos, regnauit poſtea cum Romulo poſt bellum Sabinum.

n quibus natus fuit Numa Pompilius. o quia morum ſeueritatem, & diſciplinam, quae apud Lacones erat, colebant.

Post ijdem inter se posito certamine reges [a]
Armati Iouis ante aras, paterasq. tenentes
Stabant, & caesa iungebant foedera [b] porca. [c]
Haud procul inde, citae [d] Metiū ī diuersa quadrigae
Distulerant: (at [e] tu dictis [f] Albane maneres [g])
Raptabatq. uiri mendacis uiscera Tullus
Per siluam, & sparsi rorabant sanguine uepres.
Nec non Tarquinium [h] eiectum Porsenna iubebat
Accipere, ingentiq. urbem obsidione premebat:
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem, similemq. minanti
Adspiceres, pontem auderet quod uellere Cocles, [i]
Et fluuium uinclis innaret Cloelia [k] ruptis.
In summo [l] custos Tarpeiae Manlius [m] arcis
Stabat [n] pro templo, [o] & Capitolia celsa tenebat;

a Tullus Hostilius, & Metius Suffetius. b Foedus Ennius appellat Fidus. c In omnibus sacris plus ualent feminei generis uictimae. Pro porco dictū putātgrām. Sueton. porcam, Liuius porcum dixit. Sed porcus & de femina dictum fuiße uidetur. Tur. d Citae quadr. ut quae cursitabant in spatio Circi maxima concitatione curriculi. T. e Apostrophus inclusus parenthesi. f Foedus indicat percußum inter Tullum, & Metium Suffetiū. Pathos a caussis. g manere deberes, uel debueras. h Tarquiniū Superbū dicit, quē Porsena Clusinorū rex in regnū restituturus, urbem artissima obsidione cinxit. i Horatius, Cocles cognomēto dictus, ab uno oculo, amißo altero hostium telis in traiectu amnis. K Hac duce, uel (ut alij) Valeria Publicolae filia, deceptis custodib. Romanae uirgines Tibrim trāsnauerūt. Impetrarūt hae ab illis, quorū custodiae creditae erant, ut ad flumē liceret ire lotū: simulq. rogarāt, ut tātisper oculos tenerēt, dū positis uestib. fluuiali se aqua abluerēt, ne nudae cōspicerentur: ac tū Cloeliae hortatu in ulteriorē ripam tranasse. Cloeliae equestris statua Romae publice posita inde est. Hort. l summa clypei parte. m Diripiētib. urbē Gallis Senonib. Titus Manlius auctor fuit, conscendendi Capitolium; & ea ēt caussa est, quod Capitolinus dictus sit. Mox suspicione regni affectati carceri datus, populi assensu liberatur. cū eiusdē rursus suspicionis reus esset, e saxo Tarpeio praecipitatus est. Pomp. Sab. n Historiā hanc, & oēs praecedentes, uideto apud Liuium lib. 2. ab Vrbe. o pro defensione templi. Ser.

Romuleoq. recens horrebat regia [a] culmo.
Atque hic auratis uolitans argenteus [b] anser [c]
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat:
Galli per dumos aderant, arcemq. tenebant, [d]
Defensi tenebris, & dono noctis opacae.
Aurea caesaries ollis, atque aurea uestis: [e]
Virgatis [f] lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur: duo quisque alpina coruscant
Gaesa [g] manu, scutis protecti corpora longis.
Hinc exsultantes Salios, nudosq. Lupercos,
Lanigerosq. [h] apices, & lapsa ancylia [i] caelo
Extuderat: [k] castae ducebant sacra per urbem
Pilentis [l] matres in mollibus: hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta hostia Ditis;
Et scelerum poenas, & te, Catilina, minaci
Pendentem scopulo, [m] furiarumq. ora trementem,
Secretosq. pios, [n] his dantem iura [o] Catonem. [p]
Haec inter tumidi late maris ibat imago
Aurea: sed fluctu spumabant caerula cano:
Et circum argento clari Delphines in orbem
Aequora uerrebant caudis, aestumq. [q] secabant.

a curiã Calabram dicit, quã Romulus texerat culmis. b pulcher. c Galli, cũ arcem Capitolinam noctu, admotis scalis, adsceñdissẽt, anser clãgorẽ edidit. Quare, Manlio primum excitato, Romani opẽ tulerũt. Inde in templo Iouis Capitolini anseris imaginem fecere. d id est, parum aberat, quã Romulus texerat culmis. c pro barba, accipit Ser. Vnde inuestes, ĩberbes. f Gr. ῥαβδωτοῖς, uirgas quasdam in longum, aut latum uaria serie, & colore porrectas habẽtib. T. Vide Coel. antiq. lect. l. 16. c. 7. g hastas. Barbara lexis. h quia flamines gestabant pileum, in quo erat breuis uirga desuper habens aliquid lanae. i De ancyli Numae tempore caelo delapso, uide Ouid. lib. 3. Fast. K studiose fecerat in clypeo. l uehiculis delicatis, quibus matres sacrificaturae Cereri, aut alij alicui diuae, antiqua cõsuetudine uehebantur. Hort. m Catilinae suppliciũ apud inferos. n Pij dicuntur, qui in Elysiis sunt. o Egregia Catonis laus, quem non inter damnatos, ut Minoem, & Rhadamanthum, sed inter pios iura dantem facit. p Censorium, non enim Vticensem laudasset, qui contra Caesarem, Augusti patrem, arma tulerat, ac a partibus Pompeij steterat. q mare.

In medio claſſes aeratas, Actia bella[a]
Cernere erat: totumq. inſtructo Marte uideres
Feruere[b] Leucaten,[c] auroq. effulgere fluctus.
Hinc Auguſtus agens Italos in proelia Caeſar
Cum patribus, populoq., penatibus et magnis dijs,[d]
Stant celſa in puppi. geminas cui tẽpora flammas[e]
Laeta uomunt, patriumq.[f] aperitur uertice ſidus.
Parte alia uentis, & dijs Agrippa[g] ſecundis,[h]
Arduus, agmen agens, cui belli[i] inſigne ſuperbum
Tempora nauali fulgent roſtrata corona.[k]
Hinc ope barbarica, uarijsq. Antonius armis,[l]
Victor[m] ab aurorae populis, & litore[n] rubro,
Aegyptum, uiresq. Orientis, & ultima ſecum

a Tranſit ad res Auguſti, ut illi in primis gratificetur.
b Enallage coniugationis.
c Sinu Ambracio egreſſos ĩ Ioniũ, ſtatim excipit Leucadius litus, & promontorium Leucates, dein ſinus, ac Leucadia. Ipſa peninſula quondam Neritis appellata, opere accolarum a continenti abſciſſa fuit: & reddita uentorum flatu congeriẽ arenae accumulantium. Locus uocatur inde, Dioryctos. Hort.
d De penatibus, ac magnis dijs Romanorum, uide Macrob. lib. 3. c. 4.
e Quae res haud dubie ſummum imperium, altero addito, auctum portendebant. f Caeſaris. Cometam dicit, qui eius mortui ſimulacro ſuper uerticem Romae publice adiectus fuerat.
g Octauius eo nauali certamine dextrum regebat latus: M. Agrippa laeuum. Cum iam in ipſo pugnae ardore, res contis, & tragulis gereretur, Agrippa laeuum circumagente cornu, cogebatur publicola latius ſe explicare: quo contigit ilico, ut, Antonij claſſe abrupta, turbati fuerint ordines. Idem Pompeium, M. Pompeij filium, nauali proelio uicit: Hort.
h ſignificat deos fauiſſe primum Auguſto, deinde Agrippae.
i De bello Siculo, quod cum Pompeio geſtum eſt. Turn.
K Haec aurea erat, & dabatur ei, qui maritimo bello primus nauem hoſtiũ cum uictoria adſcendiſſet. Hanc meruit Agrippa, eiq. a Caeſare datum eſt uexillum caeruleum poſt naualem uictoriam in Cilicia.
l Auxilijs, ab Aſiae, Africaeq. populis, miſſis. m Parthos duodeuiginti proelijs uicerat: Armenios fudit, eorumq. regem Artauadem cepit.
n Mari. Dicitur Hebraeis mare illud rubrum, Mare Soph, quaſi cariooſum, ſeu papyroſum.

actra

Bactra uehit; sequiturq. (nefas) Aegyptia cõiux.[a]
Vna omnes ruere, ac totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostrisq. stridentibus[b] *aequor.*
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas,[c] *aut montes concurrere montibus altos.*
Tanta mole uiri turritis[d] *puppibus instant.*
Stupea flamma manu, teliq. uolatile ferrum
Spargitur: arma noua Neptunio[e] *caede rubescunt.*
Regina[f] *in medijs patrio uocat agmina sistro:*[g]
Nec dum etiam geminos a tergo respicit angues.
Omnigenũq.[h] *deum mõstra,*[i] *& latrator Anubis,*[k]

a *Cleopatra, cuius cõsilium uicit Antonium, ut nauali proelio cum Octauio decerneret: cũ Antonij amicissimi auctores fuissent terrestris pugnae, non naualis. Ceterum 60. Cleopatrae naues, quae post primum ordinem stabant, repente uelis sublatis fugam capessebant, & suorum animos percellebant. statim & Antonius, qui totus ex Cleopatrae pẽdebat adspectu, pugna egressus fuit: secutus est abeuntem, suis in praesenti discrimine destitutis. At Cleopatra Antonium imperatorem sequentem intuita, signum e celsa puppi sequenti dedit: ad quod ipse delatus, ubi in eandem nauem receptus eßet, neque eam adspicere uoluit, neque ab ea conspici, uerum solus maerore affectus, in prora consedit. Triduo ita solus, ac tacitus in prora haesit. Vbi uero ad Tenarũ promontorium peruentum esset, una cum Cleopatra cenare coepit, ac cubare.* Horten. b *Sic & lib 5. Sed al. leg. utrobique rostris strid. alij, rostrisq. trid.* c *De his insulis, & sporadib. in magno mari Ionio, in lib. 3. dictum est. Est autem hyperbole, eleuaturq. res per similitudinem.*

d *Quod inuenit Agrippa primus, eo proelio nauali, quo apud Actium Antonium uicit. Vide Coel. ant. lect. lib. 29. c. 27.* e *arua Nept. pro mari.*

f *Cleopatra, quae secum sexaginta naues ad bellum traxit, quae post primum ordinem steterunt.* g *aeneo crepitaculo Aegyptio, per cuius laminã incuruam, paucae ungulae mediae traiectae, crispante brachio trigeminos ictus reddunt sonum argutum.* Hort.

h Homer. *Iliad.* 220.

i *Vere monstra: quippe coluit bouem, ciconiam, felem, canem, lupum, caepam, crocodilum.*

K *Osiridis filij duo fuerunt: Anubis, qui pro insigni canem habuit; & Macedon, qui lupum. Physici Anubim Mercurium putant, & pingitur capite canino.*

Contra

Contra Neptunum, & Venerē, contraq. Mineruam
Tela tenent: [a] *saeuit in medio certamine Mauors,*
Caelatus ferro, tristesq. ex aethere Dirae: [b]
Et [c] *scissa gaudens uadit Discordia palla:*
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Actius [d] *haec cernens arcum intendebat Apollo* [e]
Desuper: omnis [f] *eo terrore Aegyptus, & Indi,*
Omnis Arabs, omnes uertebant terga [g] *Sabaei.*
Ipsa uidebatur uentis regina uocatis
Vela dare, & laxos iam iamq. immittere funes.
Illam inter caedes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens, undis, & Iapyge [h] *ferri:*
Contra autem magno maerentem [i] *corpore Nilum*
Pandentemq. sinus, & tota ueste uocantem
Caeruleum in gremiū, latebrosaq. [k] *flumina uictos.* [l]
At Caesar, triplici [m] *inuectus Romana triumpho*
Moenia, dijs Italis, uotum immortale, sacrabat
Maxima tercentum tota delubra per urbem.
Laetitia, ludisq. [n] *uiae, plausuq. fremebant:*
Omnibus in templis matrū chorus, omnibus arae:
Ante aras terram caesi strauere iuuenci.
Ipse sedens niueo [o] *candentis limine Phoebi,*

a Pugnat Antonius fauētibus dijs Agyptiorū. b Deae tristes, uocantur dirae, i. quae ulciscūtur, & puniunt. c Homer. Il.6. d Act. i. litoralis, qui in Leucadio litore colebatur, & ludis trien-nalibus & gymn. & circens. naualibusq. celebrabatur. Turn. e Apud Actium Augustus Antonium superauit et Cleopatrā: quapropter hic fingit eos ab Actio Apolline in fugā esse cōuersos. f Hom. Il.6. g *i. fugiebant. sic l.6. Pars uertere terga.* h *Cauro uento, ex Apulia flante.* i *Prosopopoeia.* K *Quia Nili origo nescitur S. Plin. tamen l.5.c.9. haud longe ab Aethiopia Maurorum post maiorē Atlantē lacū eße, ex quo erūpit: quod uidetur esse uerisimile ex belluarum similitudine.* l *Aegyptios suos.* m *Antoniano, Delmatico, Alexādrino. Nō recedit autē a ueritate historiae. Nam & Suet. in uita ipsius tradidit, Augustum triduo continuo, hos tres peregiße triūphos.* n *Ludi compitalicij celebrantur. S.* o *marmoreū n. erat templū, aduecto marmore de portu Lunae, qui est in Liguria. Intelligit aūt templū Apollinis, ab Augusto ex haruspicū respōsis ī palatio cōditū: cuius meminit Suet. ī uita ipsius. c.29*

Dona

Dona[a] recognoſcit populorum, aptatq. ſuperbis
Poſtibus: incedunt uictae longo ordine gentes,
Quam uariae linguis, habitu tam ueſtis, & armis:
Hic Nomadũ[b] genus, et diſcinctos[c] Mulciber[d] Afros,
Hic Lelegas, Carasque,[e] ſagittiferosq. Gelonos[f]
Finxerat: Euphrates[g] ibat iam mollior undis:
Extremiq. hominum Morini,[h] Rhenusq.[i] bicornis,[k]
Indomitiq.

a aurũ coronarium, quod ferebant uicti, qui uita donati erant a ducibus. b Nomades Africae populi sũt, inter Zeugitanam regionem, & Mauritaniã ſiti, qui poſtea, litteris aliquot mutatis, Numidae appellati ſunt. c Vel habitum eorum oſtendit, qui uſq. in talos fluebat: aut eos inhabiles militiae intellexit: aut inſtrenuos eos eſſe; ut contra Praecincti, ſtrenui dicuntur, Grae. ἐυζωνοι. Ser. d Vulcani epitheton, quod omnia mulceat ignis. e Cariam dicit, minoris Aſiae gentem. Aiunt quidam, Lelegas, & Caras incoluiſſe Ioniam Atticae; hinc pulſos petiſſe Phrygiam, & habitaſſe Siden, & Pedaſum, & Simoentem. Vnde Ouid. de Hippodamia Chriſei filia, amata ab Achille, de Pedaſo regno Chriſei ait, Lelegia moenia uidi. Graeci, qui uicerunt Troiam, expulerunt ex his locis Lelegas, & habitarunt tandem una cum Caribus. Nam inde monumenta Caria, Lelegia dicuntur. Pompon. Laet. f populos Scythiae extremae. g Quaſi amnis ſenſerit etiam Caeſaris uictoriam. Euphrates ex montibus Armeniae maioris fluit, ex quibus & Tygris. Labitur per Armenos, Cappadocas, Comagenos, Syriam, Meſopotamiam, (quae hodie Diarbec dicitur) Babylonem; & ad Seleuciam mari Perſico infunditur. Terminus fuit regni Parthici, & Romani. h Morini, populi ſunt inter Belgas, Atrebatibus, Ambianis, Neruijs, Oceanoq. mari finitimi, a quibus breuiſſimus in Britanniam, nunc Angliam, eſt tranſiectus. continentes ſiluas, & paludes habebant. Eorum finibus comprehenditur Comitatus, cui nomen eſt Pontus, ad Abbatiam Sancti Bertini directo iure pertinens, ueteri nomine Ponti, quo regio illa a pleriſque deſcribitur. Haec Raym. Marl. Horum ciuitas Epiſcopalis, Latine Terrauana, Gallice Terouane, in prouincia Rhemenſi, & regno Francorum ſita, a Carolo Quincto Imperatore Auguſto, funditus euerſa eſt. i Rhenus, Germaniae fluuius, non longe a Danubij, & Rhodani fluminum fontib. & fere in medio eorũ oritur ex Lepontijs, (qui a nonnullis Sarmatae dicti, alpes incolunt, inter fines dioecesum Curienſis, & Tridentinae, non longe ab Italia) longoq. ſpatio per fines Nantuatium, (qui hodie Conſtantienſes eſſe creduntur) Heluetiorum,

& Sequanorum, (ex quibus sunt Basilienses) & Comitatus Ferretensis, Mediomatricum, (hodie Metensium) qui olim usque ad Rhenum extendebantur, Tribocum, (nunc Argentinensiũ, & Treuirorum citatus fertur. ac ubi Oceano proximus est, in plures diffluit partes, multis, ingẽtibusq. insulis effectis, quarum tres fere a Phrysiis, ac reliquae a Sicambris, (nunc Geldrensibus) & Hollandis, qui olim Bataui dicebantur, incoluntur. Sunt etiam, qui hunc, & Danubium in Raetia oriri tradant, & non longe a locis, ubi uina Oltrinasca nascuntur. Raymund. Marlianus. K Quia in duo brachia tum diuisus erat, in VVahalim, & sui nominis amnem Posteris temporibus tertium accessit cornu, Isela scilicet. Diuidit autem se in haec tria cornua paullo supra Neomagũ, circa locum, qui uulgo t'Tolhuys, id est, domus telonaria, dicitur, quod ibidem naues transeuntes uectigal duci Cliuiae persoluant.

a Al. Daae. uel, Daci, uel, Dahae. quo modo et Carp. Daci populi sunt inter Istri flucta, truces, & indomiti. Dahae uero Persarũ populi pastoricij.

Indomitiq. Dacae,[a] & pontẽ indignatus Araxes.[b]
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur; rerumq. ignarus imagine gaudet,
Attollens humero, famãque, & [c] fama nepotum.

b Araxes, fluuius maioris Armeniae, ortus ĩ eisdẽ mõtibus; quibus Tigris, & Euphrates quadraginta duorum millium pass. spatio intrat postea Cirum amnem, & defertur in mare Caspium. Ita rapidus est, ut pontem non patiatur; ideo dicit poeta, eum pontem indignari. Terminat Atropatiam, & Armeniam. Haec Pomp. Laetus. Herodotus in fine libri primi: Araxes e Mantienis montibus nascitur, unde Gindes fluuius, Histro par. Insulas habet Lesbo similes, quarum incolae per aestatem radicibus arborum uescuntur. Maturos fructus in hiemem seruant. Gindem Cyrus rex in riuos quamplurimos mutilauit. c que, &: τε, καὶ: phrasis Homerica, & Virgilio admodum familiaris.

AENEIDOS
LIB. IX
ARGVMENTVM

Absente Aenea, & in Tuscia conquirendis auxiliis occupato, Turnus a Iunone per Iridem admonitus, ne tantam rei bene gerendae occasionem amitteret, quamproxime ad hostes copias admouet. Qui cũ suis se moenibus continerent, neque aequo loco facerent dimicandi potestatem, ut illis spẽ omnẽ fugae intercluderet, classem exurere conatur. Erat eius classis materia ex Idaeae matris luco caesa. quapropter matris precibus adductus Iuppiter, naues oẽs instanti incendio eripuit, & in totidem nymphas marinas conuertit. Post haec, imminente iã nocte, Turnus aduersus hostium eruptiones ad opidi portam excubias disponit, ijs Messapum praefecit: interim consultantib. Troianorum ducib. quemnam potissimum ad Aeneam mitterent, qui de suorum periculo eum faceret certiorem, ultro eam prouinciã suscipiunt Nisus, & Euryalus, coniunctissimum amicorum par: qui cum urbe emissi, hostiũ excubias uino somnoq. obrutas offendissent, Rhamnetẽ cum magno Rutulorum numero trucidant, eorũq. se spoliis exornant: uerum, cum, instante iam luce, se recipere conantur, Volscentis equitibus conspectis, ad siluas cõfugiunt. Ibi Euryalus armorum pondere, uiaeq. errore impeditus in hostes incidit, & a Volscente, frustra deprecante Niso, confoditur. Nisus quoque, caeso Volscente, & Euryali nece strenue uindicata, multis uulneribus confossus super amici corpus concidit. Capita hastis affixa, in castra deferuntur, ubi a Troianis e moenibus agnita ingentem in urbe luctum excitant. Interim Turnus totis uiribus hostes oppugnat, magna utrimque strages editur. Ibi Ascanius Numanum insolentius se iactantem sagittae ictu interficit. Pandarus, & Bitias successu elati portam recludunt, hostesq. subeuntes ingenti caede propellunt. Eius rei nuncio accepto Turnus per portam patentem in opidum irrumpit, Troianosq. in fugam conuertit. tandem hostium multitudine circumuentus, paullatim cedit, ad eam opidi partem, quae fluuio alluitur, &, ut erat armatus, flumen transnans, incolumis ad suos reuertitur.

ALIVD . ARGVMENTVM HERENNII . MODESTINI IVRISCONSVLTI

ATQVE ea diuersa penitus dũ parte gerũtur,
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum naues, Rutulis [a] iaculantibus [b] ignem,
Nympharum in speciem diuino numine uersae.
Euryali, & Nisi ceptis fuit exitus impar.
Pugnatur: castra Aeneadae, uallumq. tuentur.
Audacem [c] Rutulum [d] dat leto pulcher Iulus.
Fit uia ui. Turnus Bitian, & Pandaron altum
Deijcit, [e] & totis uictor dat funera castris;
Iamq. fatigatus recipit se in castra suorum.

a scr. 4. Rutilis.
b scr. 1. Iactantibus.
c scr. 1. Audacter.
d scr. 1. Numanũ. Erythraeus legi uult, Remulum.
e scr. 4. Deiecit.

ALIVD . INCERTI

Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris,
Instigatq. animos: acies mouet ille, Phrygasq.
Obsidet. in Nymphas uersa est [f] Aeneia classis.
Euryalus Nisusq. luunt nece proelia noctis.
Vi Turnus potitur castris, mox pellitur inde.

f Al. inde igni euersa est.

ALIVD . MONOSTICHON OVIDII . NASONIS

Daunius expugnat Nono noua moenia Troiae.

ALIVD

Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultu.

ALIVD

Euryalum & Nisum deflet cum matre iuuentus.

In hoc lib. mutatio est rerũ omnium: nam & personae, & loca alia sunt, et aliud negotium incipitur. Ab Aenea n. transit ad Turnum: a Tuscia ad Ardeam: a petitione auxiliorum ad bellũ. Formatus est autẽ hic liber ad illud Homeri, ubi dicit, per noctẽ egressos esse Diomedẽ, et Vlyssem, cum, capto Dolone, castra penetrarũt. Nã partẽ maximã, et oeconomiae, et negotiorum exinde habet. Haec Ser.



TQVE[a] ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Irim de caelo misit Saturnia Iuno.
Audacem[b] ad Turnum. luco tum forte parentis[c]
Pilumni[d] Turnus sacrata ualle sedebat:[e]
Ad quem sic roseo Thaumantias[f] ore locuta est:
Turne,[g] quod optanti diuum promittere nemo
Auderet, uoluenda[h] dies en attulit ultro.[i]
Aeneas, urbe, & socijs, & classe relicta,
Sceptra Palatini, sedemq. petiuit[k] Euandri.
Nec satis:[l] extremas Coryti penetrauit ad urbes:
Lydorumq. manum, collectos armat agrestes.[m]
Quid dubitas? nūc tēpus equos, nūc poscere currus:
Rumpe moras[n] omnes, turbataq.[o] arripe castra.

a Trāsitio, qua hunc librum connectit cum superiori.
b ita uocat fortes uiros sine felicitate, ut alibi, Pallātē. uterq. autē est occisus.
c Parentē abusiue dixit, pro auo. Fuit n. Turnus, Dauni filius, cuius pater fuit Pilumnus.

d A pilo, sic dictus fuit Saturnus, quod primus docuisse dicatur frumenta in pilo comminuere. e Hic sedere de eo dicit, qui mortuis feriatur. Nā Pil. a Turno colitur pro mortuo, licet habitus postea deus. ut, denicalibus ferijs resideri mortuos scripsit Cic. Turn. f Iris, filia Thaumantis. Ceterum, ut apud Homer. Iris ad Agamemnonem, ita hic ad Turnum, ad miscenda omnia mittitur: ibi a Ioue, hic a Iunone. g Exhortatoria oratio, ad inuadenda castra hostium. Exordium a temporis exspectati ratione ductū: locus ab opportuno. h Voluta, ut apud Lucret. exp. Quidam, uolubilis, sic Homer. περιπλομένων ἐνιαυτῶν. i Tempus tulit, quod nullus deorum auderet promittere. K Polit. misc. c 71. Fabricius, Hortensius, & Turnebus, malūt legere, Petit, pro Petijt, aut Petiuit. quo modo et in Carp. sic in Buc. Malo me Gal. petit. Nam propter coitum uocalium, ult. alias breuis, producitur. Alij, inter quos Erythraeus, malunt, Petiuit, reclamante prima Euandri syllaba, quae diphthongi ratione uidetur producenda.
l petijsse Euandrum. m Extenuatio opum Troianorum.
n Ouid. Rumpe moram: nocuit semper differrre paratis. Et Virg. alibi: Eia age, rumpe moras, teq, &c.
o quae, absente Aenea, turbari facile possunt.

Dixit, & in caelum paribus se sustulit alis,
Ingentemq. fuga secuit sub nubibus arcum.[a]
Agnouit [b] iuuenis, duplicesq. ad sidera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est uoce secutus:
Iri,[c] decus caeli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde haec tam clara repente
Tempestas? uideo medium discindere [d] caelum,
Palantesq.[e] polo stellas: sequor omina tanta,
Quisquis in arma uocas. Et sic effatus, ad undam
Processit, [f] summoq. hausit de gurgite lymphas,
Multa deos orans, onerauitq.[g] aethera [h] uotis.
Iamq. omnis campis exercitus ibat apertis,
Diues [i] equum, diues pictai [k] uestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidae iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur [l] arma tenens, & toto uertice supra est:

a Arcus caelestis e nubibus gignitur, cum Sol inseritur cauis nubibus, colores accipit a mistura nubium, & uarietate ignium aeris. Non fiunt arcus, nisi aduerso Sole, & non nisi dimidia circuli forma, nec noctu. Fit autem maxime ab aequinoctio autumnali, decrescente die. Pompon. Laet.

b arcum caelestem, & eius naturam. c Ex Homer. Iliad. σ. ubi ijsdē paene uerbis Iridi respondet Achilles. Quod etiam annotauit Macr. Sat. lib.5.c.9. d Alij, Discedere, legunt: eamq. lectionem propriam, & elegantem, imitando significauit ueram esse Hier. Vida. Discedere hoc loco, & apud Cic. de Diuin. est idem quod Graecis σχιάζειν. Et eiusmodi discessus caeli, chasmata Pli. nominauit. Cic. de terrae hiatu: Cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus. e quasi in alienum tempus errore uenientes, uel discursantes, uagantes. f Hoc genus purgationis erat apud antiquos. g Multiplicia uota indicat, quae dijs diuersis pro sua, & exercitus salute uouit.

h Iunonem ipsam; aut potius ipsum Iouem. Vel pro aere ponit, unde cepit augurium.

i Exercitus: uel, Messapus.

K Locus est unus ex quattuor, in quibus hac diaeresi usus est Virgilius, ut annotauit Probus.

l In plerisque libris hic uersus desideratur. &, si dicendum est, huc translatus uidetur ex octauo Aeneidos.

Ceu septem[a] surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum[b] Ganges aut pingui flumine Nilus,
Cum refluit[c] campis, & iam se condidit alueo.
Hic subitam[d] nigro glomerari puluere nubem
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.
Primus ab aduersa conclamat[e] mole Caycus:[f]
Quis[g] globus, o ciues, caligine uoluitur atra?[h]
Ferte citi ferrum, date tela, scandite[i] muros:
Hostis adest. eia ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas, & moenia complent.
Namq. ita discedēs praeceperat[k] omnibus[l] armis
Aeneas: si qua interea fortuna fuisset,[m]
Ne struere auderent aciem, neu credere campo:
Castra modo, & tutos seruarent aggere muros.
Ergo, etsi conferre manum pudor, iraq. monstrat,[n]
Obijciunt portas tamen, & praecepta facessunt.
Armatiq. cauis exspectant turribus hostem.
Turnus[o] ut ante uolans tardū[p] praecesserat agmē,
Viginti lectis equitum comitatus, & urbi

a Seruius septem Gangis alueos intelligit. Sed hoc Straboni repugnat, qui lib. 15. unicum esse confirmat Gangis ostium. Vnde rectius uidetur septem flumina intelligere, quae in se recipit Ganges. Plin. tamen lib. 6. c. 18. auctor est nouēdecim flumina in Gangem influere: sed sex tantum, aut septem enumerat, quae sunt nauigabilia.
b id est. per profundā altitudinem. c Inundat proxima quaeque agrorū.
d A signis aduentantium hostium. e non interrogans (ipse enim nunciat) sed cum admiratione. f Troianus, cuius item meminit in primo. Nomen huic factum est, a Caico, amne Mysiae, antea Astraeo dicto.
g pro quātus, admirātis, non interrogantis. h A. Furius Antias in poematibus, Omnia notestunt tenebris caliginis atrae. i In Rom. & scr. 5. legitur, & Scandite. In alio quodam, Adscendite.
K Alludit ad disciplinam Romanae militiae, qua seuerissime animaduertebatur in eos, qui iniussu imperatoris in hostem pugnassent.
l quasi dicat, sicut decet optimum ducem.
m Si quis casus bellicosus interuenisset.
n hortatur. o Homer. Il. 85. p Tard. agm. Peditum, qui equitum comparatione tardi sunt. S.

Improuisus adest: maculis quem Thracius [a] albis
Portat equus, cristaq. tegit galea aurea rubro.
Ecquis erit mecum, iuuenes, qui primus in hostem?
En, ait, & iaculum intorquẽs [b] emitttit [c] in auras,
Principium pugnae, & campo sese arduus infert.
Clamorem [d] excipiunt socij, [e] fremituq. sequuntur
Horrisono: Teucrum mirantur inertia [f] corda,
Non aequo dare se campo, non obuia ferre (huc
Arma uiros, sed castra fouere: huc turbidus, atque
Lustrat equo muros, aditum per auia [g] quaerit.
Ac, ueluti [h] pleno lupus insidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas, uentos perpessus, & imbres [i]
Nocte super media, [k] tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper, & improbus ira
Saeuit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccae sanguine fauces: [l]
Haud aliter [m] Rutulo, muros, & castra tuenti,
Ignescunt irae, & duris dolor ossibus ardet,
Qua tentet ratione aditus, & quae uia [n] clausos
Excutiat [o] Teucros uallo, atq. effundat in aequor. [p]

a A colore, & loco celebrat nobilitatem equi. Hoc dicendi genus apud Macr. siccũ appellatur. b Al. attorquens. c more Romano. hasta enim in hostium fines immissa, pugnae principium indicabatur. d Sic habẽt scr. 5. Legitur tamen etiam, Clamore, & eum sensum esse dicit Seruius, hastae iactum socij clamore comitantur. e Rutuli. f quia non ueniebant, instructa acie, in pugnam. g Quod in alijs legitur, Aditumq. & peruia quaerit, Virgilianum non est. Incensi hominis est, aditum per auia, hoc est, ubi nullus sit, quaerere. Fab. h Comparatio energiae plena, qua clarissime impotentes Turni affectus ob oculos ponuntur.
i Ab incommodorum contemptu, amplificat constantiam lupi.
K ultra mediam noctem. l scilicet, fatigant.
m Applicatio. Turnus, lupus, oues intra caulas conclusae, Troiani moenibus tuti.
n Ser. probat hanc lectionem. Quidam, Qua, legunt, & exp. In quo loco: quo modo & Carp. uia autem, accessio ad muros. o turbet. p cogat aequo campo sedare; ut uers. 56.

Classem,

Classem,[a] *quae*[b] *lateri castrorũ adiuncta latebat,*
Aggeribus septem circum, & fluuialibus undis[c]
Inuadit, sociosq. incendia[d] *poscit ouantes,*
Atque manum pinu[e] *flagranti feruidus implet.*[f]
Tum uero incumbunt: urget praesentia Turni:
Atque omnis facibus pubes accingitur[g] *atris.*
Diripuere focos;[h] *piceum fert fumida lumen*
Taeda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.
Quis Deus, o Musae,[i] *tam saeua incendia Teucris*
Auertit? tantos ratibus quis depulit[k] *ignes?*
Dicite. prisca fides facto;[l] *sed fama perennis.*
Tempore, quo primum Phrygia formabat[m] *in Ida*
Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat,
Ipsa deum fertur genitrix Berecynthia[n] *magnum*
Vocibus his affata Iouem: Da, nate, petenti,
Quod tua cara parens domino te poscit Olympo.
Pinea silua mihi multos dilecta[o] *per annos*
Lucus in arce fuit summa,[p] *quo*[q] *sacra ferebant,*
Nigranti picea, trabibusq. obscurus acernis.
Has ego Dardanio iuueni,[r] *cum classis egeret,*
Laeta dedi:[s] *nunc sollicitam timor anxius urget.*[t]

a *Homer. Il. 172.* b *classis, i. cohors.* c *Numici.* d *Ignẽ, uel faces ad incendiã.* e *face, quã in naues torqueat, cum neque muros, neque aggerem labefactare posset ulla ui praesenti.* f *Alij, Infert. quod et Donatus uidetur agnoscere. Ita infra, Funiferos infert Mezentius ignes. Fabr. retinet, implet, uel quasi proprium, uel ut antecedens ponatur pro consequente.* g *amatur, instruitur. S.* h *scilicet Rutuli, quia Turnus poposcerat ignẽ.* i *Rem incredibilem narraturus, inuocationem renouat, quod colloquia, & facta deorum, nisi a Musis edoctus, nosse non poterat.* K *Cybeles depulit ignes e ratibus.* l *Factum hoc licet priscum sit, tamen fama eius nõ est obliterata. Ser.* m *formare cogitabat. non enim in Ida, sed in Antandro facti.* n *sic dicta, a Berecyntho, monte Phrygiae.* o *Pinus Magnae matri sacra.* p *Cacumina montis Idae, Gargara dicuntur.* q *ad quem lucum.* r *Aeneae.* s *Impietatis suspicionem remouet ab Aenea, ne lucum Matri Idaae sacrum, ipsa inuita, succidisse uideatur.* t *Ser. legit, Angit, ut & 5. scr. necnon Med. cod. & alij aliquot.*

Solue

Solue metus,[a] atque hoc precibus sine posse parenté
Neu cursu quassatae ullo, neu turbine uenti
Vincantur:[b] prosit nostris in montibus ortas.[c]
Filius huic contra, torquet[d] qui sidera mundi:
O genitrix,[e] quo fata uocas?[f] aut quid petis istis?[g]
Mortali ne[h] manufactae, immortale carinae
Fas[i] habeant? certusq.[k] incerta pericula lustret
Aeneas?[l] cui tanta deo permissa potestas?
Immo, ubi defunctae[m] finem, portusq. tenebunt
Ausonios, olim[n] quaecumque euaserit undis,[o]
Dardaniumq. ducem Laurentia uexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magniq. iubebo
Aequoris esse deas; qualis Nereia Clotho,[p]
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idq. ratum Stygij per flumina fratris,[q]
Per pice torrentes[r] atraq. uoragine ripas
Innuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat[s] promissa dies, & tempora Parcae
Debita complerant, cum Turni iniuria[t] matrem[u]
Admonuit sacris ratibus depellere taedas.

a Exime mihi metus. Libera me hoc metu. Petitio.
b trabes, quae sacrae mihi sunt.
c ortas fuisse in luco meo.
d sustinet, regit.
e Iuppiter matri loquitur.
f Ser. leg. Trabis?
g ut, Peto illi beneficium, id est, pro illo.
h confutatio ab impossibili. Neq. enim fieri potest, ut idem sit mortale, & immortale; certum, & incertum.
i pro, ius. K securus euentuum, ac periculorum. quia potius qui nauigat, incertus certa adit pericula. Sc. l id est, cui ergo deorum est permissa tanta potestas, scilicet ex mortali facere immortalem, q.d. nulli.
m liberatae longa nauigatione. n Vel, olim, iunge cum praeced.
o ab undis, a procellis, p Legendum est, Doto. Haec enim ab Homer. S. & Hesiodo in Theog. inter Nerei filias connumeratur. Facilis in scribendo error, cum littera, d, minuscula, litteris, cl, non dissimilis sit. In nullis autem scr. h, aspiratio, post, t, reperitur, q id est, per Stygiam paludem, per quam non poterant dij peierare. r ardentes. Confirmat autem promissum iuramento peculiari. s A deorum consilijs redit ad res humanas, & Iouis promissa: hoc est, ad nauium metamorphosim.
t quam Turnus inferebat matri Cybelae. u Deorum.

Hic

Hic primum noua lux [a] *oculis effulsit, & ingens*
Visus ab Aurora [b] *caelum transcurrere nimbus,*
Idaeiq. chori: tum uox horrenda per auras
Excidit, [c] *& Troum, Rutulorumq. agmina cōplet.*
Ne trepidae [d] *meas Teucri defendere naues,*
Ne ue armatae manus: maria ante [e] *exurere Tur-*
Quā sacras, dabitur, pinus. [f] *uos ite solutae, (no,*
Ite deae pelagi; [g] *genitrix iubet. & sua* [h] *quaeque*
Continuo puppes [i] *abrumpunt uincula ripis;*
Delphinumq. modo demersis aequora rostris
Ima petunt: hinc uirgineae (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, [k] *pontoq. feruntur,*
Quot [l] *prius aeratae steterant ad litora prorae.*
Obstupuere animis Rutuli: conterritus ipse [m]
Turbatis Meßapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonans, reuocatq. pedem Tiberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltro animos tollit dictis, atque increpat ultro.
Troianos [n] *haec mōstra* [o] *petūt:* [p] *his Iuppiter ipse*
Auxilium solitum [q] *eripuit. non tela, nec ignes*
Exspectant Rutulos: [r] *ergo maria inuia Teucris,*
Nec spes ulla fugae: [s] *rerū pars altera* [t] *adēpta est:*
Terra autem in manibus nostris: [u] *tot millia gētes* [x]

a *id est, nimbus deorum.*
b *ab oriente.*
c *ex nimbo.*
d *loquitur Cybele.*
e *hoc eo pertinet, ut a Troianis timiditatis suspicionē amoliatur.*
f *naues e silua sacra Idaea excisas.*
g *id est, ite uos naues iā factae deae maris.*
h *Alij leg. Pelagi. Genitrixq. iubet, sua.*
i *naues uertuntur in nymphas.*

K *prima parte uirgines, postrema delphines,* l *Ex sequenti libro huc translatus uersus, & παρεμβεβλημένος, qui in quibusdam antiquis etiā desideratur. Habet τὸ ἀνακόλουθον uim suam; ut lib. 2. Millia quot magnis numquam uenere Mycenis.* m *etsi Neptuni eßet filius.*
n *Homer. Il. 85.* o *naues euersae.* p *malum Troianis portendunt.*
q *maritimum, propter naues.* r *Non exspectant Troiani, ut Rutulorum telis, aut ignibus pereant, qui iam nauium amißione perierunt. Ser.*
s *i. fugere non poterunt.* t *beneficium nauigationis, facultas nauigādi.*
u *In nostra est potestate, nobis patet.* x *Appositio. Alij, Gentis, legunt.*

Arma

Arma ferunt Italae. nil me fatalia[a] terrent,
Si qua Phryges prae se iactant, responsa deorum.
Sat fatis,[b] Veneriq. datum est. tetigere[c] quod arua
Fertilis Ausoniae Troes. sunt & mea contra
Fata mihi,[d] ferro sceleratam excindere gentem,
Coniuge praerepta: nec solos[e] tangit Atridas[f]
Iste dolor, solisq. licet capere arma Mycenis.[g]
Sed periisse semel satis est: peccare fuisset
Ante satis, penitus modo non genus omne perosos
Femineum.[h] quibus[i] haec medij fiducia ualli,
Fossarumq. morae, leti discrimina parua,[k]
Dant animos; an non uiderunt moenia[l] Troiae,
Neptuni fabricata manu, considere in ignes?
Sed uos,[m] o lecti, ferro quis scindere uallum
Apparat? & mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis[n] mihi Volcani, non mille carinis
Est opus in Teucros. addant,[o] se protinus omnes
Etrusci socios: tenebras, & inertia furta
Palladij, caesis summae custodibus arcis,

a *Occupat id, quod de fatali necessitate responsum fuerat oraculis. Atque occupationem eam soluit commoda interpretatione uaticiniorum, ut quae sibi nil sint obfutura.*
b Homer. in Il. 172.
c *Expositoraculum, Troianos peruenturos; in Italiam.*
d *Troianorum fatis uicissim sua opponit: haec nempe, ut gentem Troianam in hac ipsa terra deleat. Fictio.*
e *Homer. Il. 9. Vide Prouer. Non soli Atridae amant uxores.*
f *Scilicet Menelaum, cui ablata fuit Helene uxor.*
g *Mycenae urbs Agamemnonis.*
h *Ab euentu. Ait autem: Si semel peccasse, atque periisse satis esset, iam Troiani essent perosi omnes feminas.*
i *Homer. Il 9.*
K *Al. Leti discrimine paruo. quo modo & Carp.*
l *A maiori, ad minus.*
m *Exhortatur ad oppugnandum.*
n *gladio enim, quem fecerat Vulcanus, utebatur. unde illud, Ensem quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti Fecerat.*
o *Donat Troianis, quantum sibi dari ausint optare, auxilia & praesidia: se tamen suffecturum omnibus.*

Ne

Ne timeant,[a] nec equi caeca condemur in aluo:[b]
Luce palam[a] certum est igni circumdare muros.
Haud sibi cum Danais rem, saxo, & pube Pelasga
Esse putent, decimũ quos distulit Hector in annũ.
Nunc adeo,[d] melior quoniam pars acta diei,[e]
Quod superest, laeti beni gestis corpora rebus
Procurate[f] uiri, & pugnam sperate parati.
Iaterea, uigilum excubijs obsidere[g] portas,
Cura datur Messapo, & moenia cingere flammis.
Bis septem[h] Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quemque secuti
Purpurei[i] cristis iuuenes, auroq. corusci
Discurrunt, uariantq. uices, fusiq. per herbam
Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos.[k]
[l] Collucent ignes:[m] noctem custodia[n] ducit
Insomnem ludo.[o]
Haec[p] super e uallo prospectant Troes, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine[q] portas

a Non est quod timeãs ut noctu capiatur, quod tempus maxime opportunũ est insidijs. In tenebris Diomedes & Vlyßes peruenerunt in urbẽ, & arcis custodibus caesis rapuerunt furtim Palladium. A tẽpore.
b Victoria non dolo, sed uirtute paranda. Respexit autẽ ad hos uersus lib. 2. Huc delecta uirum sortiti corpora furtim Includunt caeco lateri, penitusq. cauernas Ingentes, uterumq. armato milite complent. c Haec opponit tenebris & furtis, quae dixit. d Homer. in Il. 20. Epilogus est, constans exhortatione, ad curanda corpora ante pugnam, more militari. e Ennius lib. 7. Annal. Magna cum lapsa diei Parte fuisset. f Attius in Annalib. Exercent epulas laeti, famulos procurãt Quisq. suos. g Enallage coniugationis. h Homer. Il. 9. Mille quadringentos dicit in statione nocturna dispositos, ne quis ex opido elaberetur.
i Scr. 2. Purpureis. K Ennianum hemistichium, teste Ser.
l Homer. in Il. 91. m Id tum ueteribus, ut ex Homero liquet, usitatum fuit: tum nostra item tempestate, extra telorum coniectum, hibernis mensibus propter frigus fere fit. n milites, qui excubabant. o Quidam liber calamo exaratus, supplet hunc uersum, & addit, Nisi somnum Bacche uacares. p Homer. in Il. 107.
q Festini per formidinem. S.

Explo-

Explorant, pontesq. & propugnacula iungunt,
Tela gerunt: instant Mnestheus, acerq. Serestus;
Quos pater Aeneas, si quando aduersa uocarent,
Rectores iuuenum,[a] & rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio, sortita[b] periclum,
Excubat, exercetq. uices,[c] quod cuiq. tuendũ est.[d]
Nisus erat portae custos, acerrimus armis,
Hyrtacides,[e] comitem Aeneae quem miserat Ida[f]
Venatrix, iaculo celerem, leuibusq. sagittis:
Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadũ, Troiana nec induit[g] arma,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.[h]
His[i] amor unus erat; pariterq. in bella ruebant:
Tum quoq. communi portam statione tenebant.
Nisus ait: Dij ne hunc ardorem mentibus addunt,[k]
Euryale? an sua cuiq. deus fit dira[l] cupido?[m]
Aut pugnã, aut aliquid iãdudum inuadere magnũ
Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete est.
Cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum.
Lumina rara micant: somno uinoq. soluti[n]
Procubuere: silent late loca: percipe porro,[o]
Quid dubitẽ,[p] & quae nũc animo sententia surgat.

a Germana lectio est, Iuueni, scilicet Ascanio. Et est in 2. ser.

b sorte diuisa, ad pericula depellenda.

c i. per uices excubat.

d Scilicet, ad id quod accepit.

e Hyrtaci filius. Describit Nisum a parente, studioq. iaculandi. Nisus & Eurialus numerãtur inter amicorũ paria, ut Pylades & Orestes, & alij. f Idam Ser. Nisi matrẽ intelligit. Nã si de mõte Phrygiae intelligas, nõ uideo, quo pacto Idã uenatricẽ dicat, cum eiusmodi uerbalia actiue accipi soleant. g per aetatem. h Iuuenta pro lanugine & erumpẽte barba; ut & ἥβη, Gr. Turn. i Homer. in Il. 177. K Incendorne hoc ardenti desiderio, dei alicuius instinctu? l An quisq. suã dirã cupiditatẽ pro dei instinctu habet? uel afflatu. m pro, magna, alibi exitiosum significat. n Sepulti, legunt quidam. Sic infra: Rutuli somno, uinoq. sepulti. Hãc lectionẽ in utroq. loco habẽt quattuor scripti. Vnus scr. recentior, habet, Soluti. o Hortantis est dictio. Laet. p pro, cogitare incipiam.

Aenean acciri omnes populusq. [a] patresq.
Exposcunt, [b] mittiq. uiros, qui certa reportent.
Si tibi, [c] quae posco, promittunt: (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo uideor reperire sub illo
Posse uiam ad muros, & moenia Pallantea.
Obstupuit magno laudum perculsus amore
Euryalus, simul his ardentem affatur amicum:
Me ne igitur socium summis adiungere rebus,
Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita [d] me genitor bellis assuetus Opheltes, [e]
Argolicum [f] terrorem inter Troiaeq. labores
Sublatum, erudijt: nec tecum talia gessi, [g]
Magnanimũ Aenean, & fata extrema secutus.
Est hic, [h] est animus lucis contemptor, [i] & istum [k]
Qui uita bene credat emi, [l] quo tendis, honorem.
Nisus [m] ad haec: Equidem de te nil tale [n] uerebar:
Nec fas: [o] non, ita me [p] referat tibi magnus ouantẽ
Iuppiter, aut quicũq. oculis haec adspicit aequis.

a Alludit ad Romanorum consuetudinem: apud quos primum populus iubebat, deinde patres fiebant auctores. b Poscimus propter merita, Petimus supplices. c Propositio consilij. d Homer. in Il. 44. Seruat decorũ, cum puerũ, qui propriã uirtutẽ commemorare nõ potest, paterna gloria superbientem inducit. e Commendat patrem, a uirtute rei militaris. f quẽ Graeci Troianis inferebant, non quo ipsi turbarentur. g ut me comitẽ fugias. h Hic potest esse & aduerbium demonstrantis, ut sit, Est hic, i. in meo pectore. Põt & sic accipi ut dicas, Hic est, est animus l. contemp. hoc est, iste animus. Ergo Hic & produci põt, & corripi. Ser. i q.d. non curo mori. K s. honorẽ. optima & nõ ingrata est emptio, dare uitam pro honore. l i. ad quẽ niteris, libenter emat uita, i. uitae pretio. m Tres caussas sodalicij, ut honestas, obtendit. amicitiae fidem: si cadat hostium manibus, adsit amicus praesens, a quo sepeliatur, aut certe absenti parentet: & ne matri occisi caussa luctus sit, quae una omnium matrum Troianorum, Troianos in Italiam usque esset secuta.
n quale tu suspicaris in praesentia. o scilicet erat ita uereri.
p Distinctione τὸ ἦθος illustratur. In Cul. Eurydicemq. ultro ducendam reddere, non fas, Non erat. Contra XI. Aen. Non uitae gaudia quaero, Nec fas.

Sed,

Sed si quis, (quae multa uides discrimine [a] tali)
Si quis in aduersum rapiat casus ue, deus ue,
Te superesse uelim: tua uita dignior aetas.
Sit qui me raptum pugna, pretio ue redemptum
Mādet humo solita, [b] aut si qua id fortuna uetabit,
Absenti ferat inferias, decoretq. sepulcro.
Neu matri miserae tanti sim caussa doloris;
Quae te sola, puer, multis e matribus [c] ausa [d]
Prosequitur, [e] magni nec moenia curat Acestae. [f]
Ille autem: Caussas [g] nequidquam nectis inanes;
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus, ait: uigiles simul excitat. illi
Succedunt, seruantq. uices: statione relicta,
Ipse comes Niso graditur, regemq. [h] requirunt.
Cetera [i] per terras omnes animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrum primi, & delecta iuuentus
Consilium [k] summis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quis ue Aeneae iam nuncius esset
Stant [l] longis adnixi hastis, [m] & scuta tenentes
Castrorum, & campi medio: [n] tum Nisus, & una

a Solet n. rebus praeclare coeptis raro fortuna respondere. Vnde est illud apud Statium, -fors ingentibus ausis Rara comes.
b ubi ceteri sepeliuntur.
c matres nō nisi nobiles dici, ait Ser.
d Aluina.
e id est, ausa est prosequi. Vel, Prosequitur, rem tantam ausa. De hac uer. 284.
f Acesta in Sicilia condidit urbem ex suo nomine Acestam.
g Loquitur Euryalus. h Ascanium, regis filium. sic lib. 6. Reginae sed enim miseratus amorem. Ser. i Profundi temporis nocturni descriptio huc spectat, ut Ascanij, & aliorum ducum uigilantiam doceat.
K Homer. Il. 10. Est autem uersus hic integer ex lib. 1. Lucilij, unico uocabulo mutato: Consil. sum. hominum de r. hab. l gubernatores Teucrorum. m ostendit iam eos diuturna statione fatigatos. Quod autem stant, & Romani moris est, & bellicae necessitatis. hunc autem standi habitum & Sallust. lib. 3. Histor. commemorat, cum ait: Fessi arma sua quisque stantes incubuere. n In medio castrorum, quae pro urbe erant, campus fuit. Apronianus legit, campis in medio castrorum. Pomponio uero Laeto Campi placet.

Euryalus

Euryalus confestim alacres admittier orant:
Rem magnã, pretiũq. morae[a] fore. primus Iulus
Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tunc sic Hyrtacides: Audite[b] o mentibus aequis,
Aeneadae, ne ue haec nostris spectẽtur ab annis,[c]
Quae ferimus. Rutuli somno, uinoq. sepulti[d]
Conticuere. locum insidijs conspeximus ipsi,
Qui patet in biuio portae, quae proxima ponto.
Interrupti ignes, aterq. ad sidera fumus[e]
Erigitur. si fortuna permittitis uti,[f]
Quaesitum Aenean ad moenia Pallantea,
Mox hic cum spolijs, ingenti caede peracta,
Affore cernetis: nec nos uia fallit[g] euntes.
Vidimus[h] obscuris primam sub uallibus urbem[i]
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.[k]
Hic annis grauis, atq. animi maturus Alethes:
Dij[l] patrij, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Cum[m] tales animos iuuenum, & tam certa tulistis
Pectora. sic memorans humeros, dextrasq. tenebat
Amborũ, & uultum lacrymis, atq. ora rigabat.
Quae uobis, quae digna uiri pro talibus ausis[n]
Praemia posse rear solui? pulcherrima primum
Dij moresq. dabunt uestri: tum cetera reddet
Actutum[o] pius Aeneas, atque integer aeui[p]

a Sic Naso, Grande morae pretium.
b Beneuolentia a persona.
c Suspicioni temeritatis occurrit, quae in adolescentibus magis dominari solet, quam ratio.
d Alij, Soluti.
e Sine flamma.
f Fortunã sequi, & arripere occasionem oblatam. Sc.
g multos occidimus in uia.
h Dat caussam.
i Nos in obsc. uallibus positi uid. primam ut bis partem. Ser. Intelligit autem Pallanteum. K Tiberim scilicet. l loquitur Alethes, ubi uidet tales animos iuuenum. m Homer. Il. 10. n Seru. legit, (ut & in 3. scr. est.) Laudib. istis: & exponit, uirtutibus: ut a laude uirtus intelligatur, id est ab eo, quod sequitur, id, quod praecedit. o cito. p Vel de praesenti tempore, uel de futuro, i. cum ad maturam seu uirilem peruenerit.

Aſcanius, meriti tanti non immemor umquam.
Immo ego uos, cui ſola ſalus genitore reducto.
Excipit [a] Aſcanius, per magnos, Niſe, penates, [b]
Aſſaraciq. larem, & canae [c] penetralia Veſtae,
Obteſtor, quaecumque mihi fortuna, fidesq. eſt,
In ueſtris pono gremijs: [d] reuocate parentem,
Reddite conſpectum: nihil illo triſte recepto.
Bina dabo, [e] argento perfecta, atque aſpera ſignis,
Pocula, deuicta genitor quae cepit Ariſba; [f]
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si uero capere [g] Italiam, ſceptrisq. potiri
Contigerit uictori, & praedae ducere ſortem:
Vidiſti quo Turnus equo, [h] quibus ibat in armis
Aureus? ipſum illum clypeum, criſtasq. rubentes [i]
Excipiam ſorti, [k] iam nunc tua praemia Niſe.
Praeterea, bis ſex genitor lectiſſima matrum
Corpora, captiuosq. dabit, ſuaq. omnibus arma:
Inſuper his, [l] campi, quod [m] rex habet ipſe Latinus.
Te uero, mea quem ſpatijs propioribus aetas
Inſequitur, uenerande puer, iam pectore toto
Accipio, & comitem caſus complector in omnes.
Nulla meis ſine te quaeretur gloria rebus;
Seu pacem, ſeu bella geram: tibi maxima rerum,
Verborumq. fides. Contra quem talia fatur

a Suſcipit, ut l. 6. Suſcipit Anchiſes, atq. ordine ſingula pādit. b Iuramēto cōfirmat promiſſum. c purae, & ſanctae. d id eſt, Me cōmendo ueſtrae uirtuti. Sc. e Homerus Iliad. 9. f Ariſbam Troadis opidum. Plin. lib. 5. c. 30. numerat inter urbes ab Homero celebratas. g Hom. Il. 1. & 9. h Hom. Il. 10. introducit Hectorē promittentē Doloni ſpeculatum ituro, equos, & currus Achillis. i Promittit ſpolia ex Turno, quae eo die uiderant. K Extra ſortem tibi dabo: nec in ſortitionem praedae mittentur, ſed tibi extra ordinem cedent. Turn. l ita legit Ser. & exp. Super haec. Vel, Praeter haec. Hor. 2. Serm. Et paullum ſiluae ſuper his foret. Ita aliquoties Silius, poetae noſtri, (ut uolūt) imitator. Quidā legūt, Inſuper, id cāpi, etc. m ſer. 3. Quos, legūt, & īter eos unus, Cāpos, ēt habet.

Euryalus:

Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit: [a] *tantum:* [b] *fortuna secunda,*
Aut aduersa cadat.[c] *sed te super* [d] *omnia dona*
Vnum oro. genitrix Priami de gente uetusta
Est mihi: quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem: non moenia regis Acestae.
Hanc ego nunc, ignaram huius, quodcũq. pericli est,
Inq. salutatam [e] *linquo; (nox,* [f] *& tua testis*
Dextera) quod nequeã lacrymas perferre parentis.
At tu, oro, solare inopem, [g] *& succurre relictae.*
Hanc sine me spem ferre tui: [h] *audentior* [i] *ibo*
In casus omnes. Perculsa [k] *mente dederunt*
Dardanidae lacrymas, ante omnes pulcher Iulus:
Atque animum [l] *patriae strinxit pietatis imago.*[m]
Tum sic effatur:[n]
Spondeo [o] *digna tuis ingentibus omnia coeptis.*
Namque erit ista mihi genitrix, nomenq. Creusae
Solum defuerit: nec partum gratia talem
Parua manet,[p] *casus factum quicumq.*[q] *sequetur.*
Per caput hoc [r] *iuro per quod pater ante solebat;*
Quae tibi polliceor reduci, rebusq. secundis,[s]
Haec eadem matriq. tuae, generiq. manebunt.[t]

a *Numquã meã de hoc audaci incepto sententiam mutabo.*
b *Hoc tantummodo de me possum promittere. Ser. At Donat. uidetur legisse, tãtum fortuna secunda, Haud aduersa cadat. Et hãc lect. reperi in scr. duob.*
c *scr. unus, Cadens.*
d *i. ultra.*
e *Tmesis.*
f *Al. & Vox. Al. Mox.*
g *auxilij egentem, me discedente.* h *Fac me posse sperare, te non defuturum precibus meis. Sc.* i *scr. 1. legit, Audacior: Alter, Quam ardentior.* K *scr. 4. Percussa.* l *Pathos a similitudine passionis: de quo uide Macrob. lib. 4. c. 6.* m *Repraesentauit Euryalus caritatẽ erga parentes. Sc.* n *scr. 1. implet hũc uersum, & addit: Placido puer inclytus ore. Alij, Affatur.* o *Carpẽs. Sponde.* p *quae peperit te talem, debet ab omnibus coli.* q *Praemia enim nõ euentis, sed uirtuti, debentur.* r *Graecor. imitatio, qui per caput alterius iurare cõsueuerunt. Porro, cũ patris sui exẽplo per proprium caput iurat, ratũ ac indubitatum esse indicat, quod pollicetur.* s *Silentio mittit aduersa omnia.* t *Mos erat, ut decreta dona alicui, si cecidisset, cui debebantur, darentur domui suae.*

Sic ait [a] illacrymans; humero ſimul exſuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon [b]
Gnoſius, atque habilem uagina aptarat eburna.
Dat [c] Niſo Mneſtheus pellem, horrentiſq. leonis
Exſuuias, galeam fidus permutat [d] Alethes:
Protinus [e] armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum [f] manus ad portas iuuenũque, ſenũque, [g]
Proſequitur uotis. necnon & pulcher Iulus,
Ante annos animumq. gerens, curamq. uirilem,
Multa patri portanda dabat mandata: ſed aurae
Omnia diſcerpunt, [h] & nubibus irrita donant. [i]
Egreſſi [k] ſuperant foſſas, noctisq. per umbram
Caſtra inimica [l] petunt, multis tamen ante futuri
Exitio. paſſim uino ſomnoq. [m] per herbam
Corpora fuſa uident: [n] arrectos litore currus,
Inter lora, rotasq. uiros ſimul arma iacere,
Vina [o] ſimul. prior Hyrtacides ſic ore locutus:
Euryale, audendum dextra: nunc ipſa uocat res: [p]
Hac [q] iter eſt: [r] tu, ne qua manus ſe attollere nobis
A tergo poſſit, cuſtodi, & conſule longe.
Haec ego uaſta [s] dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, uocemq. premit, ſimul enſe ſuperbum

a *Homerus Il. 10.* b *Laus ab artifice Cretenſi. Addit Gnoſium, ad differentiam Lycaonis Pelaſgi F. quem in lupum fabulae mutatũ tradunt.* c *Hoc uerbum in praeced. etiã intell. Enſẽ exſuit, et dat Euryalo.* d *quia ſunt aliae galeae explorãtiũ.* e *Hom. Il. 10. & 22.* f *Genitiuus hic uenit ab eo, quod eſt Hi Primores, ſicut hi proceres: quorum nominatiuus ſingularis non inuenitur, licet dicamus Primoris. Ser.* g *Ergo ſenes hic erant.* h *Quia non pertulerunt illa mandata Aeneae. Quae inutiliter iubentur, dicitur, uentus diſcerpere. Ser.* i *Alibi: Partem uolucres diſperſit in auras. Catull. Quae nunc aerij diſcerpunt irrita uenti.* K *Hom. Il. 112.* l *mortem illis allatura.* m *Nota ebrietatem Rutulorum.* n *Neglectae excubiae, & corrupta reimilitaris diſciplina, rem ueriſimiliorem reddunt: Alioqui incredibile uideri poterat, duos adoleſcentes tantam ſtragẽ edere potuiſſe.* o *continens pro contento.* p *id eſt, occaſio ſuadet. Sc.* q *Hom. Il. 112.* r *id eſt, per hoſtium caedem, & audaciam noſtram. S.* s *fuſa humo corpora.*

Rhamnetem[a] aggreditur:[b] qui forte tapetibus altis
Exstructus, toto proflabat pectore somnum:
Rex idem, & regi Turno gratissimus augur,
Sed [c] non augurio potuit depellere pestem,[d]
Tres iuxta [e] famulos temere [f] inter tela iacentes,
Armigerumq.[g] Rhemi premit,[h] aurigãq. sub ipsis
Nactus equis, ferroq. secat pendentia colla.[i]
Tum caput [k] ipsi aufert domino, truncũq. relinquit
Sanguine singultantem atro;[l] tepefacta cruore
Terra, toriq. madent: necnon Tamyrũq., Lamũq.,
Et iuuenem Serranum, illa qui plurima [m] nocte
Luserat insignis facie, multoq. iacebat
Membra [n] deo [o] uictus: [p] felix, si protinus [q] illum
Aequasset nocti ludum, in lucemq. tulisset.[r]
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans [s]
(Suadet enim uaesana fames) mãditq., trahitq.
Molle pecus, mutumq. metu: fremit ore cruento.
Nec minor Euryali caedes: incensus [t] & ipse
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebẽ,
Fadũque, Hebesumq. subit, Rhetũq.[u], Abarimq.[x],
Ignaros,[y] Rhetum [z] uigilantẽ, & cuncta uidentẽ;

a Rhamnetis erat rex, & augur.
b Ad eundem modum apud Hom. Il. 10. dormiens interficitur Rhesus.
c Ho. Il. 10
d idest, exitium, mortem, caedẽ, a Niso illi illatam.
e Enumerat eos poeta, quos Nisus, castra hostium ingreßus, interfecit.
f paßim, fortuitu, negligenter.

g Hom Il. 6. h Al. Perimit, i. interficit, occidit. i equorum, expono, & non, aurigae, ut Pompon. Laet. K Hom. Il. 13. l Hom. Il. 4.
m Plurimum, Qui lu. in plurimam usque noctem, i. maximam noctis partẽ.
n Hom. Il. 112. 109. 134. o uino, uel somno. S p Al. uinctus.
q Vlterius pergendo, seu progrediẽdo. Vel, non intermittendo. r id est, si tota nocte lusisset. s Tmesis, pro, Perturbans ouilia. t exemplo Nisi.
u Maxima huius nominis ĩ diuersis libris est lectionis uarietas. Alÿ enim Rhoecũque; Alÿ, Rhoetũque; Al. Roethũque; Al. Retumque; Al. Rophetũque; Al. Lethẽũque Ego, quod nomẽ in hac diuersitate recipiẽdum sit, non statuo, ut tu lector diligẽtius cõsideres, & examines. x scr. 4. Habarimq.
y i. dormiẽtes. z Hunc alium esse a superiori existimo, cũ superiorẽ ignarum dicat, hunc uero uigilantem, & cuncta uidentem.

Sed magnum metuens se post cratera tegebat:[a]
Pectore in aduerso totum cui comminus ensem
Condidit [b] assurgenti, & multa morte [c] recepit.[d]
Purpureã uomit ille animã, & cũ sanguine mista
Vina refert moriens. hic furto feruidus instat:[e]
Iamq. ad Messapi socios tendebat, ubi ignem
Deficere extremum, & religatos rite uidebat
Carpere [f] gramen equos: breuiter cũ talia Nisus,
(Sensit enim nimia caede, atq. cupidine ferri)
Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Poenarũ exhaustũ [g] satis est. uia facta per hostes.
Multa uirum solido argento perfecta relinquunt.
Armaq., craterasq. simul, pulchrosq. tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim
Quae mittit dona, hospitio cum iungeret [h] absens
Caedicus: ille suo moriens dat habere [i] nepoti:
Post mortem bello Rutuli, praedaq. potiti.
Haec rapit, atq. humeris nequidquã fortibus aptat.
Tum [k] galeam Messapi habilem,[l] cristisq. decorã[m]
Induit: excedunt [n] castris, [o] & tuta capessunt.
Interea praemissi equites ex urbe Latina,[p]

a Attende hic, quanta olim fuerit Craterũ magnitudo. b scilicet, Euryalus. c Cruore. d Eduxit gladium cũ multo cruore. Alij leg. Purpureũ, de ense, qui multo cruore esset purpureus. S. et Don. Vel, Multa morte, cum multo morientis cruore. e latenter enim saeuiebat, nocturno proelio. S. Alij exp. Prosequitur caedes furtiuas. f Homer. Il. 61. g ostendit eos auidos caedis fuisse.
h Fuit mos hospitalitatis apud maiores, ut hospites inuicem sibi munera darent: qui nũc est apud Turcas. Vel sic intelligamus, Caedicus dedit Remulo filio Tiburti, dona hospitalitatis. Rutuli, cũ superiori tempore expugnassent Tibur, potiti fuerunt tali munere: ideo Rhamnetis habebat, quia Rutulus erat. mihi placet, ut intelligamus Rhamnetẽ nepotẽ Remuli. P. Laet.
i Graeca phrasis est, pro, dat habenda.
K Homer. Il. 140. l Aptam, & conuenientem. Sic, - humeris de more habilem suspenderat arcum. m splendentem. n Nisus, & Euryalus. o Rutulorum. p regis Latini.

Cetera

Cetera dum legio [a] campis instructa moratur,
Ibant, & Turno regi responsa ferebant,
Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro: [b]
Iamq. propinquabant castris, muroq. subibant,
Cum [c] procul hos laeuo flectentes limite cernunt,
Et galea Euryalum sublustri [d] noctis in umbra
Prodidit immemorem, [e] radijsq. [f] aduersa refulsit.
Haud temere est uisũ: cõclamat ab agmine Volscẽs:
State uiri: quae caussa uiae? qui ue estis in armis?
Quo ue [g] tenetis iter: nihil illi tendere [h] contra,
Sed celerare fugam in siluas, & fidere nocti.
Obijciunt equites sese ad diuortia [i] nota,
Hinc, atq. hinc; omnẽq. aditum [k] custode coronant. [l]
Silua fuit, [m] late dumis, atque ilice nigra
Horrida: quam densi complerant undiq. sentes:
Rara per occultos ducebat [n] semita calles:
Euryalum tenebrae ramorum, onerosaq. praeda
Impediunt, fallitq. timor regione uiarum.
Nisus aait: iamq. imprudens euaserat hostes,
Atque locos, [o] qui post Albae de nomine dicti
Albani: tum rex stabula alta Latinus habebat.
Vt stetit, & frustra absentem respexit amicum:
Euryale, infelix [p] qua te regione reliqui?

a proprie ꝯnã legio de peditibus, turma de equitibus dicitur.
b Equitum magistrum denotat: quae dignitas secunda erat a dictatura.
c Hom. Il. 110.
d Non penitus illustri, quod l. 6. dicit, lunae sub luce maligna.
e quia non debuerat ferre galeam.
f Lunaribus.
g Homerus Il. 110.
h Nihil responderunt. Tendo contra sermonem tuum, id est, Tibi respondeo. Ser.
i semitas transuersas, quae sunt a latere uiae militaris.
K Ser. Abitum, mauult. Ideo enim siluam cinxerunt equites Rutuli, ne quis inde abiret, uel effugeret.
l cinguna.
m Descriptio siluae ab arborum generib.
n Al. lucebat.
o Sunt, qui hic, Lacus, legere malint, eo quod uel Dionysio teste, constat Albam inter excelsum montem, & magnum lacum fuisse extructam. Lacus huius meminit Cic. lib. 1. de Diuin. & Val. Max. l. 1.
p ad se ipsum, non ad Euryalum.

Quaue [a] ſequar? rurſus perplexũ iter oẽ reuoluens
Fallacis ſiluae, ſimul & ueſtigia retro
Obſeruata legit, dumisq. ſilentibus errat:
Audit equos, audit ſtrepitus, & ſigna ſequentum.
Nec longum in media [b] tẽpus, cum clamor ad aures
Peruenit, ac uidet Euryalũ, quẽ iã manus omnis,
Fraude loci, [c] & noctis ſubito turbante tumultu
Oppreſſum, rapit, & conantem plurima fruſtra.
Quid faciat? [d] qua ui iuuenẽ, quibus audeat armis
Eripere? an ſeſe medios moriturus in hoſtes
Inferat, & pulchrã properet per uulnera mortem?
Ocius adducto torquens hoſtile lacerto,
Suſpiciens altam Lunam, ſic uoce precatur:
Tu [e] dea, tu praeſens noſtro ſuccurre labori,
Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos,
Si qua tuis [f] umquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, ſi qua ipſe meis uenatibus auxi,
Suſpendi ue tholo, [g] aut ſacra ad faſtigia fixi:
Hunc ſine [h] me turbare globũ, [i] & rege tela per auras.
Dixerat: et toto connixus corpore ferrum
Conijcit. haſta uolans noctis diuerberat umbras, [k]
Et uenit aduerſi [l] in tergum Sulmonis, [m] ibiq.
Frangitur, ac fixo [n] tranſit praecordia ligno.

a Diuerſitas lectionis apud uet. Gramm. nõ omittenda. Don. & Vrban. ita legerunt, & diſtinxerũt: Quaue ſequar, rurſus perplexũ iter omne reuoluẽs, Fallaces Siluas, ſimul & ueſtigia retro Obſeruata legit. b inter auditum ſonũ, & uiſum Euryalum. c Sic modo dixit, Fallacem ſiluam. d Pathos ab addubitatione, quã Graeci ἀπόρησιν uocant. Vide Macrob. Sat. lib. 4. cap. 6. e Hom. in Il. 50. f Ex paternorum, ſuorumq. meritorum fiducia ueluti debitam ſibi gratiã repoſcit. Sic Chryſes ad Apollinem Iliad. α. Εἴ ποτέ τοι &c. g Tholus pars illa ſub tecto eſt, in qua trabes coeunt, ubi ſuſpendebantur ſpolia & dona, quae ſacrificabantur dijs. h Hom. Il. 5. Eſt autẽ Petitio. i militum 300. K tenebras dubias. l Qui erat e regione, etſi non aduerſo pectore. Haſta porro ſic fracta eſt ipſo impetu, ut finderetur ita haſtile fiſſum, & ipſa fiſſione acuminatum praecordia tranſit. Turn. m interemit Sulmonem. Tractum eſt hoc nomen ab opido in antiquo Latio, quod Sulmo dicitur. n obſcurum hunc eſſe locum, ait Ser.

Voluitur

Voluitur ille uomens calidum[a] *de pectore flumen*
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circumspiciunt.[b] *hoc acrior idem*
Ecce aliud summa telum librabat[c] *ab aure,*[d]
Dum trepidant. it hasta Tago per tempus utrumq.
Stridens, traiectoq. haesit tepefacta cerebro.
Saeuit atrox Volsens, nec teli conspicit usquam
Auctorem, nec quo se ardens immittere possit.
Tu tamē interea[e] *calido mihi sanguine poenas*[f]
Persolues amborum, inquit: simul ense recluso
Ibat in Euryalum. tunc uero exterritus, amens
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me me:[g] *adsum, qui feci: in me conuertite ferrū,*
O Rutuli. mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit: caelum hoc, & sidera conscia testor.
Tantum infelicem nimium[h] *dilexit amicum:*
Talia dicta dabat:[i] *sed uiribus ensis adactus*
Transadigit[k] *costas, & candida pectora rupit.*[l]
Voluitur[m] *Euryalus leto; pulchrosq. per artus*
It cruor; inq. humeros ceruix collapsa recumbit:
Purpureus ueluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens: lasso ue[n] *papauera collo*
Demisere caput, pluuia cum forte grauantur.

a *Lucr. l. 2. Sāguinis expirans calidum de pectore flumen.* b *Rutuli, admirati unde telum in Sulmonem per tenebras proficisceretur.* c *Al. Vibrabat.* d *Gestus iaculantis exprimitur. Nam manualia tela, aut ab aure, aut a latere iaciuntur. Ser.* e *donec ille inuenitur.* f *Ennius l. 1. Ann. mihi nam calido das sanguine poenas.* f *subaudi, occidite.* g *Ecphonesis, in pium amorem Nisi.* h *Nisus uidelicet, ut sua interpellatione & iudicio, ferrum libratum ab amico auerteret.* i *Rectius uidetur, Trans abijs, uel Transadyt, tū quia praecessit adactus, tū quia nō dicimus, Ensis adigit, sed adigitur.* K *Alij, Pectora candida rumpit. Dixit Pectora, & adiecit pathos, Cādida, itē Rumpit, non Rupit, energiae gratia. Probat hanc lectionem Donat. probant lib. uet.* l *Pathos ab attestatione rei uisae, & hypotyposi deficientis in ipso uulnere.* m *Homer. in Il. 8.*

At

At Nisus ruit in medios, solumq. per omnes
Volscentē petit: in solo Volscente moratur.[a] (hinc
Quē circum glomerati hostes, hinc comminus, atq.
Proturbant:[b] instat non segnius, ac rotat[c] ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Cōdidit aduerso, & moriēs animā[d] abstulit hosti.[e]
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus, placidaq.[f] ibi demum morte quieuit.[g]
Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt:
Nulla dies umquam memori uos eximet aeuo.
Dum domus Aeneae Capitoli immobile[h] saxum
Accolet; imperiumq. pater Romanus habebit.
Victores praeda Rutuli, spoliysq. potiti[i]
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exsangui, & primis una tot caede peremptis,
Serranoque, Numaque. ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesq. uiros, tepidumq. recenti
Caede locum,[k] & plenos spumāti[l] sanguine riuos.
Agnoscunt spolia inter se, galeamq. nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
Et iam[m] prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile,
Iam Sole infuso, iam rebus luce retectis,

a cum illo solo congreditur, eūq. unum sternere conatur.
b Ser. 5. Perturbāt.
c Hypotiposis Nisi, hinc illinc perturbantis hostes ferro, & excipiētis Volscentem incautum.
d Homer. in Il. 64.
e Rutulo.
f quasi contentus, perēpto hoste.
g Tum demum q. ibi m. pl. cum illum uidit a se peremptum.
h Per immobile saxum Capitolij, aut Tarpeiam ipsam rupem, intelligit; aut, ut Seruio placet, Terminū Deum, qui solus ne ipsi quidem Ioui noluit concedere.
i Non solum suis armis eos exsuerunt, sed etiam illa praeda, quae Rutulis fuerat ante detracta.
K Sic lib. 11X. Semperq. recenti Caede tepebat humus.
l spumat enim sanguis, cum effunditur. & adhuc effundebatur: quia dixit: Seminecesq. uiros. Ser.
m Hom. Il. XI. Est autem descriptio diei.

Turnus[a] *in arma uiros, armis circumdatus ipſe,*
Suſcitat, aeratasq. acies: in proelia cogit
Quisq. ſuos; [b] *uarijsq. acuunt rumoribus* [c] *iras.*[d]
Quin ipſa arrectis (uiſu mirabile) in haſtis
Praefigunt capita,[e] *& multo clamore ſequuntur,*
Euryali, & Niſi.
Aeneadae duri murorum in parte ſiniſtra
Oppoſuere aciem; nam dextra cingitur amni)
Ingentesq. tenent foſſas; & turribus altis
Stant maeſti: ſimul ora uirum praefixa uidebant,
Nota nimis miſeris, atroq. fluentia tabo.
Interea [f] *pauidam uolitans pinnata per urbem*
Nuncia fama ruit, matrisq. [g] *allabitur aures*
Euryali; ac ſubitus miſerae calor oſſa reliquit:
Excuſſi manibus radij: [h] *reuolutaq. penſa.*
Euolat infelix, & femineo ululatu,
Sciſſa comā, muros [i] *amens, atque agmina curſu*
Prima petit. non illa uirum, non illa pericli,
Telorūq. memor: caelum dehinc queſtibus implet.
Hunc[k] *ego te, Euryale, adſpicio? tu ne ille ſenectae*
Sera meae requies? [l] *potuiſti linquere ſolam,*
Crudelis? nec te[m] *ſub tanta pericula miſſum,*
Affari extremum miſerae data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data [n] *praeda Latinis,*

a *Homer. Il.* 10.
b Fabricius *legit & diſtinguit hoc modo: Aeratasq. acies in proelia cogit: Quisq. ſuos, ut ſit ſynthesis. Turnus adhortabatur milites, ad oppugnationem opidi ſeſe parent: duces eum ſecuti cohortes expediebāt, & quiſque colligebat ſuos.*
c *Duos Romanos pulcherrimum facinus auſos, tantam ſtragem in caſtris nocte, ea edidiße.*
d *ex Euryali, & Niſi audacia ſuſceptas.*
e *Niſi, & Euryali.*
f Homer. *Il.* 246.
g *Euryali.*
h *Radius dicitur inſtrumentum illud, quo telae innectuntur.*
i Homer. *in Il.* 70. 246.
K *id eſt, talem Querella matris Euryali, amplificandi luctus cauſa.*
l *Quem ſperabam fore requiem.*
m *Homer. Il.* 24.
n *Fabr. placet, Date. ut in* I I X. *Decus addite diuis.*

Ali-

Alitibusq.[a] *iaces: nec te tua funera*[b] *mater*
Produxi, preßi ue oculos, aut uulnera laui
Veste tegens, tibi quam[c] *noctes festina, diesq.*
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Quo sequar? aut quae nũc artus, auulsaq. mẽbra,
Et funus[d] *lacerum tellus habet? hoc mihi de te,*
Nate, refers? hoc[e] *sum terraque, mariq. secuta?*
Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conijcite, o Rutuli, me primam absumite ferro.
Aut tu, magne pater,[f] *diuum miserere, tuoq.*
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo;[g]
Quando aliter nequeo crudelem[h] *abrumpere uitã.*
Hoc fletu concußi animi, maestusq. per omnes
It gemitus: torpent[i] *infractae ad proelia uires.*
Illam[k] *incendentem*[l] *luctus Idaeus, & Actor,*[m]
Ilionei monitu, & multum lacrymantis Iuli,
Corripiunt,[n] *interq. manus sub tecta reponunt,*
At tuba[o] *terribilem sonitum procul aere canorum*
Increpuit: sequitur clamor, caelumq[p] *remugit.*
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac uellere uallum.
Quaerunt pars aditũ, & scalis[q] *adscendere muros,*
Qua rara est acies,[r] *interlucetq.*[s] *corona*[t]
Non tam spissa uiris: telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Assueti[u] *longo muros defendere bello.*[x]
Saxa[y] *quoq. infesto uoluebant pondere, si qua*

a *Ho. Il. 3.*
b *pro, Funerea. Nã funereae sũt, ad quas funus pertinet. Alÿ intelligũt, pro In funera, uel, Ad funera. Legitur, & Funere. Producere autem exp. ante aedes proponere mortuos ad exsequias. Hoc faciebãt funereae. Praeficae uero sequebantur. Funerarum quaestus parietibus cõtinebatur, Praeficarũ clamor ad Libitinã, & in publico personabãt.*
c *uestẽ ex tela.*

d *cadauer.* e *funus tuum.* f *o Iuppiter.* g *fulmine Al Caelo.* h *miserabilẽ.* i *pigrescunt.* K *matrẽ Euryali.* l *Al. Accẽdẽtẽ.* m *Auctor.* n *nõ cum iniuria, sed cũ celeritate.* o *Praeparatio ad oppugnationẽ, quã primũ summatim graphice describit, atque inde particulatim eam enarrat.* p *Plane tragice.* q *Ho. Il. 136.* r *Troianorũ.* s *parũ lucet.* t *hominũ.* u *Ho. Il. 206.* x *propter obsidionẽ Troianã.* y *Ho. Il. 131.*

Possent

Possent tectam aciem [a] perrumpere: cũ tamen oẽs
Ferre libet subter densa testudine [b] casus.
Nec iam sufficiunt. nã, qua globus imminet ingẽs,
Immanem Teucri molem uoluuntque, ruuntque: [c]
Quae Rutulus strauit late, armorumq. resoluit
Tegmina: [d] nec curant caeco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere uallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus uisu quassabat [e] Etruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Messapus equum domitor, Neptunia proles, [f]
Rescindit uallum, & scalas in moenia poscit.
Vos, o Calliope, [g] precor, adspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus
Ediderit, quem quisq. uirum demiserit Orco:
Et mecum ingentes oras [h] euoluite belli. [i]
Et meministis enim diuae, & memorare potestis.
Turris erat uasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna [k] loco: summis quam uiribus omnes
Expugnare Itali, summaq. euertere opum ui
Certabant: Troes contra defendere saxis,
Perq. cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps [l] ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam adfixit lateri: quae plurima uento
Corripuit tabulas, & postibus haesit adesis. [m]

a Tectam aciẽ hic uocat, quã in seq. uer. Testudinem. b sub testudine Rutuli tolerabãt ictus. c Polysyndeton, Voluuntque, ruuntque: quod idẽ alibi propemodũ Graecorũ imitatione prouerbialiter extulit, Rapiuntque, ferũtque, ἄγουσι καὶ φέρουσι, agũtq. feruntque: pro eo quod est, hostili more populari, aut infestare. Terent. in Adelph. Ceteros ruerẽ, agerem, raperem, tunderẽ, prosternerem. d i. ipsam testudinẽ, quae armorũ erat cõnexio. e Vires, & magnitudinẽ Mezentij ex eo uult intelligi, quod solidã pinũ manu quatiebat. f Ab eo, quod equi originem habuerunt a Neptuno: et cũ Messapus esset domitor equorũ, uidebatur Neptunia proles. g Calliopẽ pro oĩb. Musis ĩuocat, quapropter ẽt pluralis numeri uerbũ ei adiunxit. Est aũt haec inuocatio sumpta ex Homeri Il. μ'. h extrema, uel principia: ut dixit Quinctil. Oras soluentib. bene precemur. i spatia magna belli explicate. ut Ennius l. 6. dixerat, Quis potis ingentes oras euoluere belli. K circa portas. l Primus. m Cõsumptis.

Turbati trepidare intus, frustraq. malorum
Velle fugam. dum se glomerant, retroq. residunt
In partem, quae peste [a] caret; tum pondere turris
Procubuit subito, & caelum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, immani mole secuta,
Confixiq. suis telis, & pectora duro
Transfossi ligno ueniunt: uix unus [b] Helenor,
Et Lycus elapsi. quorum primaeuus Helenor,
Maeonio regi quem serua Lycimnia [c] furtim
Sustulerat, [d] uetitisq. [e] ad Troiam miserat armis,
Ense leuis nudo, [f] parmaq. [g] inglorius [h] alba.
Isque, ubi se Turni media inter millia uidit,
Hinc acies, atque hinc acies adstare Latinas,
Vt fera, [i] quae densa uenantum saepta corona
Contra tela furit, seseq. haud nescia morti
Inijcit, & saltu supra uenabula fertur;
Haud aliter iuuenis [k] medios moriturus in hostes,
Irruit, [l] &, qua tela uidet densißima, tendit.
At pedibus longe melior [m] Lycus, inter [n] & hostes
Inter & arma fuga muros tenet, altaq. certat
Prendere tecta [o] manu, [p] sociũq. attingere dextras.

a id est, incendio, ut lib. 5. - toto descẽdit corpore pestis. b Pro, unus & alter, uidelicet Hel. & Lycus. c Varia huius nominis est lectio. Alij n. legunt, Liciniа; Alij, Licinia; Alij, Lacynia; Al. Lacinnia; Al. Lacymnia; Alij, Licinnia. d educauerat. supra: Argolicum terrorẽ inter, Troiaeq. labores Sublatum. e Quia serui olim capitis poena a militia arcebãtur. Auctor Mart. Digest. de re militari. Pompon. expon. Vetitis, propterea quod Tiro esset, & necdum bella tractare sciret. f id est, stricto. g parma, species scuti, leuis armaturae, qualis uelites erant, Latinum est uocabulum, sic dicta, teste Var. lib. 4. de ling. Latina, quod a medio in omnes partes par est. Haec lorea fuit, teste Suida, & rotunda, magnitudine tripedali. De hac sic loquitur Polybius: Parma, ob structuram & fortis est, & idoneã securitati habet magnitudinẽ; figura exsistẽs rotunda, & diametro tripedali. Nonius breue scutũ ait esse, quod ĩtelligẽdũ est respectu scuti a Polybio descripti. h Ingl. quasi Tiro. Ser. i Ho. Il. 129. K s. Helenor. l Ho. Il. 117. m Ergo & Helenor bonus. n id est, per. o Al. Saxa. p quia tunc alti non erant muri, sed ad impetum tantum repellendum.

Quem Turnus pariter cursu, teloq. secutus
Increpat his uictor: Nostras ne inuadere demens
Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit:
Qualis [a] *ubi aut leporē, aut candēti corpore cycnū*
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger [b] *uncis,*
Quaesitum [c] *aut matri multis balatibus agnum*
Martius a stabulis rapuit lupus. undiq. clamor
Tollitur. inuadunt, & fossas aggere complent.
Ardentes [d] *taedas alij ad fastigia iactant.* [e]
Ilioneus [f] *saxo, atque ingenti fragmine montis*
Lucetium portae subeuntem, ignesq. ferentem,
Emathiona Liger, Chorineum sternit Asylas;
Hic [g] *iaculo bonus, hic longe fallente sagitta.*
Ortygium Caeneus, uictorem Caenea Turnus,
Turnus [h] *Ityn,* [i] *Cloniūque, Dioxippū, Promulūque,*
Et Sagarim, [k] *& summis stantē pro turribus* [l] *Idam:*
Priuernū Capys. hūc primo leuis hasta Themillae [m]
Strinxerat: [n] *ille manū, proiecto tegmine, demens* [o]
Ad uulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
Et laeuo infixa [p] *est lateri manus, abditaq. intus*
Spiramenta animae [q] *letali uulnere rupit.*
Stabat in egregijs Arcentis [r] *filius armis,*
Pictus acu [s] *chlamydē, et ferrugine* [t] *clarus Ibera,* [u]

a *Hom. Il. 244.*
b *Aquila. Haec auis, quia fulmine non tangitur, fingitur a poetis armiger Iouis esse.*
c *Ho Il 5.*
d *Hom. Il. 46. & 132.*
e *saepe iaciunt.*
f *Hoc nomē cum sequētibus Graecum est, & Tyrrhenū. Graeca autem habent nomina Troiani, propter Euandrum: Nā ex Euādro, & Tyrrhenis auxilia erant.*

g *Emathio.* h *Anadyplosis.* i *Haec omnia sumpta ex antiquitate Phrygiae.* K *A fluuio Phrygiae Sangario.* l *pro defensione turrium. Aut, sic magnum, ut turrim putares. Ser.* m *Themillas Troianus erat.* n *Leuiter uulnerarat.* o *qui tegmen, i. scutū, proiecerit.* p *Al. Affixa.* q *Periphrasis pulmonis.* t *Personae descriptio, a genere armorū, habitu, forma, & loco, in quo educatus fuerat.* s *Phrygio opere intertextā, quia ipse Phryx.* t *Ferrugineus color ferro ardenti, aut certe ferrugini similis est, qui & Hyacinthius ab hoc poeta appellatur: Ferrugineos hyacinthos.* u *Loquitur hic de Iberis, inter Albanos, & Colchos sitis: unde olim ī Hispanias uenere, qui amni Ibero, & ipsi Hispaniae, nomē fecerunt.*

Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
Eductum Martis luco, Simethia[a] circum
Flumina; pinguis ubi, & placabilis ara Palici.[b]
Stridentem fundam, positis Mezentius armis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduersi liquefacto[c] tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.[d]
Tum primum bello celerem intendisse sagittam[e]
Dicitur, ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius, fortemq. manu fudisse Numanum;
Cui Remulo cognomen erat, Turniq. minorem
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
Is[f] primam ante aciem digna, atq. indigna relatu
Vociferans, tumidusq. nouo praecordia regno[g]
Ibat, & ingenti[h] sese clamore ferebat.
Non pudet obsidione iterum, ualloq. teneri,
Bis[i] capti Phryges, & morti praetendere muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Qui deus Italiam,[k] quae uos dementia adegit?[l]
Non hic Atridae, nec fandi fictor Vlysses:
Durum a stirpe genus: natos ad flumina primum

a Simethos fluuius est Siciliae, circa Gatanen & Centuripas.
b Quis fuerit Deus Palicus, uel qui potius Palici, nam duo fuisse memorãtur, uide Macr. Sat. lib. 5. cap. 19. & Diod. Siculum lib. XI.
c quia plũbum iactum dissoluitur nimio rotatu, & aeris calore.
d Mezentius funda interemit filium Arcentis.
e Haec erat prima sagitta emissa ab Ascanio contra homines.
f Numanus.
g A.ceperat enim in dotem a Turno particulam regni.
h Ingentem Ser. legit, id est, Non erat ingens, sed se esse ingentem clamitabat.
i Immo ter capta est Troia diuersis temporibus: primum, ab Herucle; deinde, ab Amazonibus; postremo, a Graecis, duce Agamemnone. Tzetzes in Lycoph.
K Subaudi, uobis promisit, aut simile quiddam.
l huc cursum uestrum uertere.

Dese-

Deserimus,[a] saeuoq. gelu duramus,[b] & undis:[c]
Venatu inuigilant pueri, siluasq. fatigant.
Flectere ludus[d] equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoq. assueta iuuentus,
Aut rastris terrā domat,[e] aut quatit opida bello.
Omne aeuum ferro teritur,[f] uersaq. iuuencum
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat uires animi, mutatq. uigorem:
Caniciem galea premimus; semperq. recentes
Conuectare iuuat praedas, & uiuere rapto.
Vobis picta croco,[g] & fulgenti murice[h] uestis,
Desidiae cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicae manicas,[i] & habēt redimicula mitrae.

a *E consuetudine Germanorū traxit, qui aquae Rheni arbitrio explorabāt partus, essent ne legitimi, an nothi. Turn.* b *Hoc de Spartanorū moribus tractum uidetur, qui pueritiam suā, (ut auctor est Seneca lib.1.suasoriarum) ad futurae militiae patientiam Eurota flumine indurabant. Vide Coel ant.lect.lib.18.c.1. Galenus alicubi praecipit, infantes sale aspersos fasciis inuoluendos; hoc est, ut Auicenna docet, ut perluantur aqua, in qua colliquatum sit sal, ut ita commode cutis et umbilicus occallere incipiant, ore ac naribus intactis. Improbat autem Galenus infantes frigida lauare. Vide Aetium Tetr.1.Serm.4. cap.3. & Oribasiū Synopseos lib.2. cap.43. & ad Eunap.lib.2. cap.21.* c *pro, gelidis undis.* d *aliorum labor, nostrae pueritiae ludus est.* e *Cato ait, Maiores nostri uirum bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam bonumq. colonum: amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Optimos etiam milites ex agricultura accipiebant.* f *Semper in manib. tela militaria gerimus, etiam cum terrā subigimus. Nam hasta pro boum stimulo utimur. Turn.*

g *crocoton uestem dicit delicatam, fimbriatam, ac rotundam, qua potissimum mulieres utebantur.*

h *purpura.* i *Tunicae χειροδωτοὶ, hoc est, manicatae, siue (ut Plautus loquitur) manuleatae, primum apud priscos Latinos, ac deinde etiam Romae incorruptis adhuc moribus, probrosae habebantur, feminasq. potius quam uiros decere putabantur. Vide Gell.l.7.c.12.*

K *Mitra mulierum fuit: unde Mitella. Tale tegmen capitis apud Lydos etiam in usu fuit.*

O uere[a] Phrygiae,[b] (neq. enĩ Phryges) ite per alta
Dindyma,[c] ubi assuetis biforem[d] dat tibia cãtum.
Tympana uos, buxusq. uocat Berecynthia[e] matris
Idaeae: sinite arma uiris,[f] & cedite ferro.
Talia iactantem dictis, ac dira canentem,
Non tulit Ascanius; neruoq. obuersus equino
Contendit telum; diuersaq. brachia ducens,
Constitit ante Iouem, supplex per uota precatus:
Iuppiter omnipotens, audacibus annue coeptis.
Ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona,[g]
Et statuam[h] ante aras aurata fronte iuuencum
Candentẽ,[i] pariterq. caput cũ matre ferentem,[k]
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
Audijt, & caeli genitor de parte serena
Intonuit laeuum.[l] sonat una letifer[m] arcus:
Effugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perq. caput Remuli uenit, & caua tempora ferro
Traijcit. I, uerbis uirtutem illude superbis.[n]
Bis capti Phryges[o] haec Rutulis respõsa remittũt,
Haec tantũ[p] Ascanius. Teucri clamore sequuntur,

a Homer. Il. 18. b Appellat eos mulieres. c Dindymon mons Cyzici est, sacer Matri deũ, quod gemina ubera fundere uideatur. d sinistram dicit, quae duo foramina, ut dextra unũ, habebat. Hanc tibiam sacris Cybeles tribuunt, quod orgyastica fuerit, hoc est, concitatrix, & inflãtis os, uultumq. deformarit. Qua de caussa fabulantur eam a Pallade abiectam, quã ipsa repererat, deprehensa deformitate oris. Tibiarũ apud ueteres plures fuisse species constat: interq. eas una fuit, quae a Libybus Plagialos dicebatur, ex loto: Elymos ex buxo fuit, inuenta a Phrygibus: quã poeta hic innuit, cum dicit, Buxusq. uocat Berecynthia. Inuenere etiã Phryges lugubrem tibiam, qua Cares simul coepere uti. Hort. e a monte Berecyntho. f Vos, qui mulieres estis, relinquite nobis, qui uiri sumus, arma. g spolia Numani Remuli. h Homer. in Il 109. i candidum, nitidum, ac praepinguem. K aequalem matri, nondum patri. S. l Laeua tonitrua felicia putantur, quod, quae nobis sinistra sunt, ea superis dextra esse creduntur. m Carp. Fatifer, id est, ferens mortẽ. n Versus leoninus. o Hostilis insultatio, quam σαρκασμὸν uocant Graeci. p Subaudi, & dixit, & fecit. sic alibi; Nec plura. Sub. dixit.

Laetitiaeq. fremunt, animosq ad sidera tollunt.
Aetheria tum forte plaga crinitus[a] Apollo
Desuper Ausonias acies, urbemq. uidebat
Nube sedens, atq. his uictorem affatur Iulum:
Macte[b] noua uirtute puer, sic[c] itur ad astra,
Dijs genite,[d] & geniture deos. iure omnia bella
Gente sub Assaraci[e] fato uentura resident:
Nec te Troia capit.[f] Simul haec effatus, ab alto
Aethere se mittit, spirantes[g] dimouet auras,
Ascãniumq. petit. forma[h] tum uertitur[i] oris
Antiquum in Buten. hic Dardanio[k] Anchisae
Armiger ante fuit, fidusq. ad limina custos.
Tum comitem Ascanio pater addidit. ibat Apollo
Omnia lõgaeuo similis, uocemque, coloremque,
Et crines albos,[l] & saeua[m] sonoribus arma:
Atque his ardentem dictis affatur Iulum:
Sit satis Aeneide[n] telis impune Numanum
Oppetijsse tuis. primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus[n] non inuidet armis.

a Apollo a Poetis crinitus fingitur, propter solis radios, qui quandã capillorum speciem uidentur referre.
b Mactus, quasi magis auctus: uocabulũ tractum a sacris: cum.n. uino spargebantur cornua uictimae, dicebãt; Magis auctus est taurus.
c cum uirtute.

d ob Venerẽ. Geniture autem, ob Iulium Caesarem, & Augustũ. e Assaracus pater Capyos fuit, patris Anchisae. f Ex Phil. dicto ad Alex. μακεδονία σὲ ὀυ χωρεῖ. At Ser. exp. Maioris es meriti, quam ciuitas, in qua nunc es. g uitales, quibus uiuimus. h Homer. in Il. 185. i Apollo se in Buten mutauit. K Il. 99. l Scr 5. flauos. m strepitu terribilia. S. n In quibusdam codicibus legitur, Aeneade, abiecta ex secunda syllaba uocali subiunctiua: quemadmodum lib. 1. Defessi Aeneadae. Plurima tamen exemplaria habent Aeneide: quod aut per syncopam dictũ est, abiecta, a, littera: aut (ut Seruius putauit) a nominatiuo Aeneas, sicut Theseides, a Theseus. Priscianus quoque auctor est, Virgilium sua auctoritate Aeneidem dixisse, cum ars exigat Aeneadem.
o Simil. armis, non peritia, sed genere uictoriae. Pari gloria. quia, ut Apollo puer occiso Pythone ultus est matris iniuriam, sic Asc. occiso Num. iniurias Troian. defendit. Ser.

Cetera parce puer bello. Sic orsus [a] Apollo,
Mortales medio adspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnouere [b] deum proceres, diuinaq. tela
Dardanidae, pharetramq. [c] fuga sensere sonantem.
Ergo auidum pugnae dictis, ac numine Phoebi
Ascanium prohibent: ipsi in certamine rursus
Succedunt, animasq. [d] in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acres arcus, [e] amentaq. torquent. [f]
Sternitur omne solum telis. tum scuta, cauaeque
Dant sonitum flictu [g] galeae: pugna aspera surgit.
Quantus [h] ab occasu ueniens pluuialibus Haedis [i]
Verberat imber humũ: quã multa grandine nimbi
In uada praecipitãt, cũ Iuppiter [k] horridus austris
Torquet aquosã hiemẽ, et caelo caua nubila rũpit.
Pandarus, [l] & Bitias, Idaeo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco siluestris Hiera, [m]
Abietibus iuuenes patrijs [n] & montibus aequos, [o]
Portam, [p] quae ducis imperio commissa, [q] recludũt
Freti armis, ultroq. inuitant moenibus hostem.

a Homer. in Il. 10.
b Homer. Il. 13.
c Homer. Iliad. α.
d id est, uitam.
e Ipsi acres intẽdunt arcus.
f Tela amentis torquent.
g Afflictu, ictu. Ser.
h Homer. in Il. 104.
i Haedi duae stellae sũt, in manu Heniochi, siue aurigae, quartae & quĩctae magnitudinis. Germ. Caesar in Aratum: At manus haedos Ostendit nautis inimicum sidus in undis. A Graeci ἔριφοι dicuntur. Quoniam autem occidẽte 4. nonas Octob. Heniocho matutino, Caesaris corona incipit oriri, Haedi uesperi 8. Idus Octob. occidunt. Turbidũ sidus & uehemens suo exortu ut succulae, Orion, Arcturus, & librae occasus. Tantus telorum imber est exortus.

K aer, ut alibi; itemq. Hor. Sub Ioue frigido. l Totus hic locus de Pandaro & Bitia portas aperientibus sumptus est, ex lib. 15. Ennij. Vide Macrob. Sat. l. 6. cap 2. m Sic in omnibus, quos uidere licuit, scriptis, inueni. Verum Turn. legendum suspicatur Hyaena. n Idaeis. o i. pares, uel, aequandos montibus & abietibus. p Homer. in Il. 113. q Quae imp. abeuntis Aen. commissa ei fuerat. uel potius, quae imp. Aen. fuerat comm. Pand. & Bitiae. uide Ser.

Ipsi

Ipsi intus dextra, ac laeua pro turribus adstant
Armati ferro, & cristis capita alta corusci:
Quales aeriae Liquetia[a] flumina circum,
Siue Padi ripis, Athesim[b] seu propter amoenum,
Consurgunt geminae quercus,[c] intonsaq. caelo
Attollunt capita, & sublimi uertice mutant:[d]
Irrumpunt, aditus Rutuli ut uidere patentes.
Cōtinuo Quercēs, & pulcher Aquicolus armis,
Et praeceps animi Tmarus, et Mauortius Haemo[e]
Agminibus totis aut uersi terga dedere,[f]
Aut ipso portae posuere in limine uitam.
Tum magis increscunt animis discordibus[g] irae:[h]
Et iam collecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere longius audent.
Ductori Turno, diuersa in parte furenti,
Turbantiq. uiros, perfertur nuncius,[i] hostem
Feruere[k] caede noua, & portas praebere patentes.
Deserit inceptum, atque immani concitus ira
Dardaniam[l] ruit ad portam, fratresq. superbos:
Et primū Antiphatē, (is enim se primus agebat)
Thebana de matre mothum Sarpedonis alti,[m]
Coniecto sternit iaculo. uolat Itala cornus[n]
Aera per tenerum,[o] stomachoq. infixa sub altum

a Liquetia fluuius, est Venetae ditionis, post Taruisinū agrum, & oritur in mōtibus Opitarginis.
b Athesis fluuius funditur ex alpibus Tridētinis, & per Veronam labitur.
c Comparatio Homerica ex Iliad. μ'. ubi Polypoetes, & Leoteus portarū defensores similiter quercubus comparantur.
d quercus.
e Tmarus, & Haemō, uirorum nomina a montium nominibus efficta. Ipsum praeterea epitheton Mauortius ad Haemum Thraciae montem respicit, in quo Martis domicilium poetae collocarunt.
f Significat eos primo fugatos esse, & inde caesos.
g hostilibus. h Troianorum.
i nunciatur Turno caedes suorum.
K Enallage coniugationis. l Ita dictam, a Dardania porta deletae Troiae. m id est, nobilis. n id est, telum de Itala cornu. S.
o Al. Tenuem.

Pectus abit reddit specus atri uulneris[a] undam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tū Meropē, atq. Erymanthā manu,[b] tū sternit Aphidnum:
Tū Bitiā ardētē oculis, aīsq. frementē,
Non iaculo:[c] (neq. enim iaculo uitā ille dedisset:)
Sed magnum stridens contorta Phalarica[d] uenit,
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama[e] lorica fidelis, & auro
Sustinuit. collapsa ruunt immania membra.
Dat[f] tellus gemitū, et clypeū[g] super[h] intonat ingēs.
Qualis in Euboico Baiarum[i] litore quondam
Saxea pila cadit: magnis quam molibus ante
Constructam iaciunt ponto:[k] sic illa ruinam
Prona trahit, penitusq. uadis illisa recumbit:
Miscent se maria, & nigrae attolluntur arenae.
Tum sonitu Prochyta[l] alta tremit, durūq.[m] cubile
Inarime[n] Iouis[o] imperijs imposta Typhoeo.

a Alij, Sanguinis. Ser. tamē agnoscit Vulneris; ut dependeat a nominatiuo Specus, sitque exaggeratio poetica. b i. Gladio cominus ferit: cū Antiphatē occidisset iaculo. c s. sternit. d Phalarica quod genus teli sit, uide Vegetium de re militari lib. 4. cap. 8. e Laminas intelligit aereas, quibus compacta est lorica. f Hom. in Il. 48. g Clypeum neut. gen. extulit: ut sit sensus, ingens Clypeū super eum insonat. h Sic alibi, Sonitum super arma dedere. Probatur autē haec sententia a Nonio, & optime cum illo Homerico conuenit: ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. Item: ἀμφὶ δὲ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ. i Vrbs prope Cumas, a socio Vlyssis Baio.
k Ser. quidā, inter quos & Carp. legunt, Ponto iaciunt. l Prochyta, auulsa Pithacusis est, insula ante Misenū promontorium in Baiano mari; ita dicta a sono, quod fuerit inde profusa. προχύω enim profundo significat. Quidam existimant sic dictum, a nutrice Aeneae, eiusdem nominis.
m mortiferum. n Inarima, insula est, quae ab statione nauium Aeneae etiam appellata est Aenaria, & Pithacusa etiam a dolijs. Eam insulam Eretrienses & Chalcidenses habitarunt. Flammas aliquando uomit: unde nata fabula, sub ea sepultum esse Typhoeum gigantem, cui nomen inditum est a uerbo τύφεσθαι, id est, exhalare fumum. Totus ille tractus cauernosus est, & uentos facile concipit, qui luctantes, aut terrae motum faciunt, aut ignem emittunt. o Hom. Il β'. & ε'.

Hic Mars[a] armipotens animum, uiresq. Latinis
Addidit, & stimulos acres sub pectore uertit;
Immisitq. fugam Teucris,[b] atrumq.[c] timorem.
Vndiq. conueniunt;[d] quoniã data copia pugnae:
Bellatorq. animo deus[e] incidit.
Pandarus, ut fuso germanum[f] corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Portam ui multa[g] conuerso cardine torquet.[h]
Obnixus[i] latis humeris, multosq. suorum
Moenibus exclusos duro in certamine linquit:[k]
Ast alios[l] secum includit,[m] recipitq. ruentes,
Demens, qui rutulũ in medio non agmine regem
Viderit irrumpentem, ultroq. incluserit urbi,
Immanem ueluti pecora inter inertia tigrim:[n]
Continuo noua lux oculis offulsit;[o] & arma
Horrendum sonuere: tremunt in uertice cristae
Sanguineae, clypeoq. micantia fulgura mittit:[p]
Agnoscunt faciem inuisam, atq. immania mẽbra
Turbati subito Aeneadae. tum Pandarus ingens
Emicat; & mortis fraternae feruidus ira,

a Transitio ad pulcherrimũ facinus Turni, qui intra muros conclusus fortissime cum hostibus dimicauit.

b Hac ueloti pro oeconomia sequentẽ narrationem uerisimilẽ reddere conatur. Nam sine manifesto numinis auxilio, prorsus incredibile uideri poterat, Turnũ hostium castris inclusum, incolumen euasisse.

c Atrum per Metalepsin dicit, turpem, molestum, odiosum, quod atra, inauspicata & funesta et iniucunda erãt. Turn.

d Itali scilicet, quibus Mars animos addidit. e Mars. f Bitiam.

g Carp. & quidam alij, legunt, Magna.

h Claudit. i Conatus. K sine spe euadendi, S.

l Rutulos, inter quos erat & Turnus.

m Pandarus clausa porta suos reliquit in medijs hostibus, & hostes cum Turno inclusit moenibus.

n Turnum Martis stimulis concitatum (Tigri) Troianos timore perculsos Pecori comparat.

o Alij, Effulsit: quomodo & Carp. habet.

p Turnus.

Effatur. Non haec [a] dotalis [b] regia Amatae, [c]
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica uides: nulla hinc exire potestas.
Olli subridens [d] sedato corpore Turnus:
Incipe, [e] si qua animo uirtus, & consere dextram:
Hic etiam inuenem Priamo narrabis [f] Achillem.
Dixerat: ille [g] rudem nodis, [h] & cortice crudo [i]
Intorquet summis adnixus uiribus hastam.
Excepere [k] aurae uulnus: Saturnia Iuno
Detorsit ueniens; portaeq. infigitur hasta.
At non [l] hoc [m] telum, mea quod ui dextera uersat,
Effugies: neq. enim is [n] teli, nec uulneris auctor. [o]
Sic ait, & sublatum alte consurgit in ensem,
Et mediam [p] ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq. immani uulnere malas.
Fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus, [q] atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens, atq. illi partibus aequis. [r]
Huc caput, [s] atq. illuc humero ex utroq. pependit.
Diffugiunt [t] uersi trepida formidine Troes:
Et, [u] si continuo uictorem ea cura subisset,
Rumpere claustra manu, sociosq. [x] immittere portis;
Vltimus ille dies bello, gentiq. fuisset:
Sed furor ardentem, caedisq. insana cupido

a Loquitur Pandarus. b tibi datа per dotē. Ostendere uult se non per imprudentiā Turnum inclusisse, sed illum per temeritatem sibi minime profutura castra penetrasse. Ser. c reginae, uxoris scilicet Latini. Porro Amatae nomen priscū est. eo enim appellari cōsueuerūt omnes Vestales: quod ea ita fuisset dicta, quam primam Numa rapuit. Raptae statim hoc nomen imponebatur. d confidentia uirtutis. e Loquitur Turnus. f caesus mea dextera apud inferos: hoc est, morieris. Se alterum facit Achillem. g Pandarus. h impolitam, & per hoc nodosam. i Viridi, Ser. Duro, Pompon. Sab. K Hom. Il. 35.227. l Hom. Il 48. m Turnus loquitur Pandaro, dicens: Non effugies hoc telum, ut ego effugi tuum. n Aly, Es; Aly, Est. o ductor. p Hom. Il. δ. & ϖ. q Pathos a modo; de quo Macr. Sat. l. 4 c. 3. ubi hunc locum citat. r Diuisum fuit aequali parte caput Pādari. s Ho. Il. π. t Ho. Il. δ. u Ho. Il. θ. x Rutulos.

Egit

Egit in aduersos.[a]
Principio Palarim,[b] & succiso poplite Gygen
Excipit[c] hinc[d] raptas fugientibus[e] ingerit hastas
In tergum: (Iuno uires, animumq. ministrat)
Addit Halyn comitē, & cōfixum Phegea[f] parma;
Ignaros deinde in muris, Martemq. cientes,
Alcādrumq.,[g] Haliūq., Noemonaq., Prytanimq.;
Lyncea[h] teneentem contra, sociosq. uocatem
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat. huic uno deiectum comminus ictu
Cum[i] galea longe iacuit caput. inde ferarum
Vastatorem Amycum,[k] quo non felicior[l] alter,
Vngere[m] tela manu, ferrumq. armare[n] ueneno:
Et Clitium[o] Aeoliden, & amicum Cretea[p] Musis
Cretea Musarum comitem, cui carmina semper,
Et cytharae cordi, numerosq. intendere neruis:[q]
Semper equos, atq. arma uirum, pugnasq. canebat.
Tandem ductores, audita caede suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheus, acerq. Serestus;
Palantesq. uident socios, hostemq. receptum.[r]
Et[s] Mnestheus, Quo deīde fugā, quo tēditis, īquit?

a Eos, qui ante eum ex aduerso ei erāt, etsi tergum auerterant, et fugerāt. Turn. b Enumerat aliquot, qui in pugna Turni manu ceciderīt. Sunt autem haec nomina partim Sicula, partim Asiatica, ex antiquitatibus, uel sumpta, uel conficta. Nominum uero haec cōgeries ad ornatū magis, quā ad narrationē pertinet, & fere tota ex Il. ε. sumpta est. c Excipit, & succidit poplitē. Nam ante fuit, ut eum circumueniret insidijs. Ser. d Hom. Il. υ. e Deinde raptus de hostibus cadaueribus. f φηγεὺς, a φάγω. g Homeri uersus ex Il. ε. tantum commutatis interiectionib. h Allusum ad Lynceum illum oculatum, qui hyperbolem prouerbialē fecit, Lynceo perspicacior. Hort. i Hom. Il. σ. & υ. K Nō obscure ad Amyci Bebrycum regis mores, & ingenium allusit, qui, hostes in caestuum certamē prouocare solitus, postea a Polluce pugile ex prouocatiōe īterfectus fuit. l i. peritior. m Ho. Odyss. α. n Translatio in eodem uerbo duplicata. Nā & ueneno armare, & Ferrum armare, sine metaphora non dicimus. Vide Quinctil. l. 8. c. 6. o Clitius quidā Euryti filius, frater Iphyti. p Poetā Lyricum. Ser. Quidā scribunt Crethea. Alij, Crathea. q rhythmos facere intentione neruorum, i. Qui secundum chordas uerba componebat. Ser. r intra moenia. s Homer. Il. 86.

Quos alios [a] muros, quae iã ultra moenia habetis?
Vnus homo, [b] & uestris o ciues undiq. saeptus
Aggeribus, tantas strages impune per urbem
Ediderit? iuuenem primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriae, ueterumq. deorum, [c]
Et magni Aeneae segnes miseretque, pudetque?
Talibus [d] accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt. Turnus paullatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem, quae cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum, ceu [e] saeuum turba leonem
Cum telis premit infensis: at territus ille
Asper, acerba tuens retro redit, & neque terga
Ira dare, aut uirtus patitur; nec tendere contra,
Ille quidem hoc cupiens, potis est per tela, uirosque.
Haud [f] aliter retro dubius uestigia Turnus
Improperata refert, [g] & mens exaestuat ira.
Quin [h] etiam bis tum medios inuaserat hostes:
Bis conuersa [i] fuga per muros agmina uertit.
Sed manus e castris [k] propere coit omnis in unum:
Nec contra [l] uires [m] audet Saturnia Iuno

a Locus sumptus ex Il. ό. ubi simili oratione Graecos, ad defensionẽ nauiũ, adhortatur Aiax Telamonius. Quod ẽt annotauit Macr. Sat. lib. 5. cap. 9.
b Hom. Il. 50. A turpi, quod multi ab uno in fugam uerterentur.
c penates intelligit.
d Homer. Il. 65.
e Aptissima cõparatio, qua Turnum leoni confert, qui neque omnium tela solus sustinere, neq. prae animi generositate fugam potest arripere. f Haud aliter Turnus retrocedẽs, petebat fluuium, ac solet leo, pressus multitudine, nec terga praebere, propter irã, uel pudorẽ; nec posse, licet cupiat in uenantes impetum facere. Ser. g paullatim decedebat. h Hom. Il. 124. i scr. lib. 5. item Carpensis, legunt. Confusa.
K ex urbe. l Minas Iouis artificiose subticuit, quas tamen Hom. expressit. Locum hunc primum Ennius ex Iliad. ό. mutuatum, in librum suum transtulit; unde eum Virg. accuratius expolitum in hunc locum transumpsit. Vide Macr. l. 6. c. 3.
m Troianorum.

Sufficere:

Sufficere :[a] aeream [b] caelo nam Iuppiter Irim
Demisit, germanae [c] haud mollia [d] iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis.
Ergo [e] nec clypeo iuuenis subsistere [f] tantum,
Nec dextra ualet : iniectis [g] sic undique telis
Obruitur: strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida aera fatiscunt,
Discussaeq. iubae capiti : nec sufficit umbo
Ictibus : ingeminant hastis & Troes, & ipse
Fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum [h] (nec respirare potestas)
Flumen agit : fessos quatit aeger anhelitus artus.
Tum demum praeceps [i] saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit. ille [k] suo cum gurgite flauo [l]
Accepit uenientem, [m] ac mollibus extulit [n] undis,
Et laetum ad socios, [o] abluta caede, [p] remisit.

a Elegans cum primis uerbum in hac significatione, pro Subministrare; contra Iouem, cuius maior est potētia, ac numen maius.
b quod in aere uersicolor sit, Soli semper apposita.
c Iunoni sorori, et cōiugi.
d Superba.
e Hom. Il. π΄. & Ennius Annal. l. 15.
f resistere.
g Obiectis, est apud Macr.
h nigrū, et ex eo multum. Multus n. humor nigricat, qui paucus pellucet, et limpidus est, Turn.
i Sub Turni persona pulcherrimum Caesaris dictatoris facinus celebrat, qui bello Alexandrino ab hostibus cinctus, armatus de ponte in subiectum mare desiluit, ac ducentis passibus ad proximam nauem adnauit, laeua manu sublata, qua libellos habuit, ne madidi corrumperentur, mordicus paludamentum trahens, ne hostis spolio potiretur.
K Tiberis.
l eo colore aqua Tiberis est.
m Quod necessitatis erat, religioni adscripsit.
n extra tulit. Quaeritur hic, quare fauerit ei Tibris, cum pro Aenea esset : quod ita soluitur, ut seruaret eum, ad maiorem Aeneae laudem. Pomp. Sab.
o Quidam hic, inter quos & Virg. Carpens. legunt pro, Ad socios, Sociis.
p Quia, caede contaminati, aqua se abluere solebant.

AENEIDOS
LIB. X
ARGVMENTVM

Iuppiter, conuocato deorum concilio, ad concordiam ipsos adhortatur. ibi Venus, de Troianorum periculo, insatiabiliq. Iunonis odio, cõqueritur: aliquamq. tandem tot calamitatum requiem petit. Iuno contra malorum omniũ caussam in Troianos, ueluti primos belli auctores, atq. adeo in Venerẽ ipsam reijcit. Frustra itaq. tentata reconciliatione, Iuppiter, ubi nullum uidet esse cõtentionũ finẽ, ne aut uxorẽ, aut filiã laederet, se neutrarũ partiũ studia secuturũ pronunciat, sed pro sua aequitate oĩa fatis esse permissurũ. Interim Rutuli totis uirib. ad oppugnationẽ redeũt: nõ minore animo obsessi se ad defensionem parant. Dum haec in Latio gerũtur, Aeneas, reb. in Etruria ex animi sentẽtia cõfectis, multorũq. sibi populorũ auxiliis adiunctis, 30. nauiũ classe ad suos reuehitur. Ibi nymphas paullo ante in eã formã ex nauib. suis trãsformatas, obuias habet: ex his, & de classis amissione, & de suorũ periculo certior redditur. Inde in hostiũ usq. cõspectũ prouectus, copias suas exponit. Rutuli oppugnatione desistunt, occurrentesq. ad litus, terra hostẽ prohibere conantur. Magno utrimq. detrimẽto pugnatur. Ibi Pallas, magna prius edita hostiũ strage, tandẽ a Turno occiditur. cuius rei dolore percitus Aeneas magnos Rutulorũ aceruos amico inferias mittit. Ascanius quoque, eruptione facta, suas cũ patre copias cõiungit. Quibus rebus permota Iuno, & pro Turno solicita, impetrata a Ioue uenia, praesenti eũ periculo eripit. obiecta illi falsa Aeneae imagine: quã dum in nauim quandam fugiẽtem insequitur, uinculis a Iunone ruptis, ui tempestatis ad litora Ardeae proxima deuehitur. Interim Mezẽtius Iouis monitu pugnae succedens, magnũ tã Troianorũ, quã Etruscorũ numerum prosternit: donec ab Aenea hastae ictu uulneratus, & a Lauso filio protectus, aegre se ad obligandũ uulnus ex acie recipit. ibi Lausus quoque, dũ patrẽ ulcisci conatur, ab Aenea interfiritur. eius rei nuncio accepto, Mezentius, conscenso equo, in proeliũ redit: ubi dum filij mortem uindicare parat, eadem, qua filius, dextra concidit.

ALIVD

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

CONCILIVM diuis hoīum de reb' habetur.
Interea Rutuli portis circū omnibus instāt.
Aduenit Aeneas multis cum millibus heros.
Mars uocat, & totis in pugnam uiribus itur.
Interimit Pallanta potens in proelia Turnus:
Caeduntúrq. duces: cadit & sine nomine uulgus.
Subtrahitur pugnae [a] Iunonis numine Turnus.
Aeneas perstat Mezenti [b] caede piata.
Et Lausum inuicta perimit per uulnera dextra.
Mox ultor [c] nati Mezentius occidit [d] ipse.

a Pugna, legunt alij.
b scrip. 4. Mezentij.
c Al. Victor.
d Al. Attulit.

ALIVD. INCERTI

Placat & uxorem dictis & iurgia natae
Iuppiter. Auxilijs instructus Troius heros
Aduenit: occurrunt Rutuli, atq. in litore [e] pugnāt.
Occidit a Turno Pallas, uictorq. superbus
Aeneae eripitur. Mezentius interit acer.

e Alij, ad litora.

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

Exponit Decimus Tuscorum in litore pugnas.

ALIVD

Occidit Aeneae Decimo Mezentius ira.

ALIVD

Mezenti interitus canitur: post funera Lausi.

Principio libri decimi refertur deorum consilium, de rebus utriusque gentis, & belli ratione. Inde redit ad narrationem pugnae, quae uario inde Marte dirempta fuit.

PANDITVR



PANDITVR[a] interea[b] domus omnipotētis[c] Olympi:[d]
Consiliumq. uocat diuum pater, atque hominum rex
Sideream in sedem:[e] terras unde arduus omnes,
Castraq.[f] Dardanidū adspectat, populosq. Latinos.
Considunt tectis bipatentibus:[g] incipit ipse:
Caelicolae magni,[h] quia[i] nam sententia uobis
Versa retro? tantumq. animis certatis iniquis?[k]
Abnueram[l] bello Italiam concurrere Teucris.
Quae contra uetitū discordia? quis metus aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrumq. lacessere suasit?
Adueniet[m] iustum pugnae (ne accersite) tempus:

a Totus hic uersus ex Naeuio, solo epitheto, Altitonantis, in Omnipotentis; uel, ut alij legunt, Omnipatentis, immutato, desumptus est. Alij tamē hic malunt legere, Domus omnipotentis Olympia. Sed ea lectio testimonio Fabij confutatur lib. 9. c. 14. qui in hoc uersu quinque tantum dactylos agnoscit. Videtur autem conuersus esse ex Homeri locis Il. θ'. & δ'. & υ'. Est temporis matutini descriptio, quo caelum, & terra aurora coepit illustrari. b dum ista uario habitu geruntur in Italia. Etenim oriente Sole caelum uidetur aperiri, sicut occidente claudi.

c omnia complectentis, omnibusq. potientis, ut sit a potior. T. d Scribit Appul. Minuc. & Iouem Olympum dici. e Periphrasis caeli. Videtur circulum lacteum significare, per quem aditum in caelum fingunt.

f Hom. Il. θ'. g apertis. h Oratio Iouis dissuasoria, generis deliberatiui. Huius propositio est, a bellis esse desistendum in praesenti. Quod si omnino stet sententia bellare, tempus uēturum, quo ad satietatem pugnabunt. Exordium tractum est ab expostulatione uehementi cum dijs, de eorum inconstantia, quae in deos cadere non debeat. Hort.

i cur. Ennianum sermonem Seruius ait esse.

K conuenerat enim, ut satisfieret fatis: hoc est, ut Aeneas in Italiae possessionem ueniret. Nunc id agi contra fata, ut per concitatum bellum Aeneas, & Troiani internecione deleantur.

l Vt uicissim annuere dicitur cum nutu (quo totum Olympum tremefacit) sibi aliquid placere testatur. m secundo bello Punico contigit, quo Hannibal Italiam perpetuos 18. annos crudelissime uexauit.

Cum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atq. alpes immittet apertas.[a]
Tum certare odijs, tum res rapuisse[b] *licebit.*
Nunc sinite,[c] *& placidum laeti componite foedus.*
Iuppiter haec paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert:[d]
O pater,[e] *o hominum, diuumq. aeterna potestas,*
Namq. aliud quid sit, quod iã implorare[f] *queamus?*
Cernis[g] *ut insultent Rutuli, Turnusq. feratur*
Per medios insignis equis, tumidusq. secundo
Marte ruat? nõ clausa regunt iã moenia[h] *Teucros:*
Quin intra portas, atq. ipsis proelia miscent
Aggeribus moerorũ;[i] *& inundãt*[k] *sanguine fossae.*
Aeneas ignarus abest. numquam ne leuari[l]
Obsidione sines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiae, necnon exercitus alter:[m]
Atq. iterum in Teucros Aetolis[n] *surgit ab Arpis*

a *ab eo patefactas.*
b *bellum per feriales indicere. S.*
c *Epilogus. Sinite, pro, Desinite: simplex pro cõposito.*
d *Recte Veneri loquacitatem tribuit. Nã, ut ait Catullus, Verbosa gaudet Venus loquella.*

e Homer. *Il.* 2. & 5. f *cum misericordia poscere.* g *Altius orditur narrationem, a praesentium rerum motu. Hac admonet Iouem praesentium periculorum, quae tamen ipse intueatur.*
h *Pathos a loco, ad concitandam hostibus inuidiam. Addit & amplificationem rei, ad exaggerandam indignitatem: intra portas: in aggeribus: & quod plus est, fossae onerantur sanguine caesorum. Alludit ad Xanthum, & Simoentem, qui, bello Troiano cadaueribus oppleti, sanguine inundabant proximos campos.*
i *antique, pro murorum.*
K *Inundant, neutrum actiue posuit, ut in 8. annotat Prisc. nec aliter expo. Seruius. Antea legebatur Fossae: quod natum ex illo l. 2. Dum distinet hostem Agger murorum, nec inundant sanguine fossae.*
l *Liberari.*
m *Prior enim ante Troiam erat Graecorum; hic uero Latinorum.*
n *Diomedes, nepos Oenei, filij regis Aetoliae, condidit Arpos in Apulia.*

Tydides.[a] equidem[b] credo, mea uulnera restant;[c]
Et tua progenies[d] mortalia demoror arma:[e]
Si sine pace[f] tua, atque inuito[g] numine Troes
Italiam petiere: luant peccata; neque illos
Iuueris auxilio. sin tot responsa secuti,
Quae superi, manesq.[h] dabant: cur nunc tua quisquam
Flectere iussa potest?[i] aut cur noua condere fata?[k]
Quid repetam[l] exustas Erycino in litore classes?
Quid tempestatum regem, uentosq. furentes,
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam Manes[m] (haec intentata manebat
Sors rerum[n]) mouet, & superis immissa repente
Alecto,[o] medias Italum bacchata per urbes[p]
Nil super[q] imperio moueor: sperauimus ista,[r]
Dum fortuna fuit: uincant, quos uincere mauis.

a Diomedes filius Tydei. b Homer. in Il. 53. c Hoc mihi restat, ut iterum a Tydide uulnerer. Alludit ad fabulam, quam Iliad. ε'. narrat Homerus, Venerem cum filio suppetias ferre uellet, a Diomede fuisse uulneratam. d Ab indigno: Iouis filia & Dea, arma hominum sustineo. e Exspectanda mihi sunt arma mortalia; Manet me, seu impendet mihi casus ille ex armis mortalibus. f uenia.

g immo tu uoluisti Troes uenire in Italiam. h per superos Apollinem intelligit; per manes Creusam, Aeneae uxorem, & Anchisen patrem.

i Tacite Iouem inconstantiae arguit: quemadmodum & lib. 1. Quae te genitor sententia uertit? K ut cadant, qui non sunt casuri.

l Praeteritione probat minorem: hoc est Aenean grauissima incommoda perpessum, perinde, ut qui inuitis dijs huc sit delatus: naues in Sicilia exustas: tempestates ab Aeolo excitatas: Irim ad concitandas matres Troianas. m Iuno supra, Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

n Obiter tangit eam fabulam, qua rerum uniuersitas inter Iouem, Neptunum & Plutonem sorte dicitur esse diuisa. Vnde est etiam illud lib. 1. Non illi imperium pelagi, saeuumq tridentem, Sed mihi sorte datum.

o Remotioribus missis, recentem iniuriam commemorat Iunonis, per quam Alecto, ab inferis excita, res Italas bello turbauit.

p Laurentum, & Ardeam.

q Occupatio, qua praesentem cupiditatem ita remouet, ut anteactam non infitietur. r aduersa ista ferendo uicimus.

Si nulla est[a] regio, Teucris quam det tua coniux
Dura:[b] per euersae, genitor, fumantia Troiae
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumen Ascanium, liceat superare nepotem.[c]
Aeneas sane ignotis iactetur in undis;[d]
Et, quamcumque uiam dederit fortuna, sequatur.[e]
Hunc[f] tegere, & dirae ualeã subducere[g] pugnae.
Est Amathus,[h] est celsa mihi Paphos, atq. Cythera,
Idaliaeq. domus. positis inglorius armis
Exigat hic aeuum. magna ditione iubeto
Carthago premat Ausoniam: nihil urbibus inde
Obstabit Tyrijs. quid pestem[i] euadere belli[k]
Iuuit, & Argolicos medium fugisse per ignes?
Totq. maris, uastaeq. exhausta pericula terrae,
Dũ Latiũ Teucri, recidiuaq.[l] Pergama quaerant?
Non satius cineres patriae[m] insedisse supremos,
Atq. solũ, quo Troia fuit?[n] Xanthũ, & Simoenta[o]
Redde oro miseris:[p] iterumq. reuoluere casus

a Obtestatio, cũ extenuatione petitionis. Hac simul Iunoni inuidiam concitat.
b Dura Ser. iungit cũ nomine Cõiux: fortasse aũt excidia, fumantia, id est quae adhuc fumãt.
c Pathos ab ab aetate. Seruetur Ascanius, a quo est futura gens Iuliorum.
d Alludit ad amnẽ Numicum, in quo postremo proelio haustus creditur fuisse. e Alibi: Nate dea, quo fata trahunt, retrahuntq. sequamur. f Homer. in Il. 180.
g ut in priore bello, magno illo Troiano, filium pugnae subtraxit. Enumerat tuta aliquot Cypri loca, in quae Ascaniũ ex hostium manibus submoueat. h Amathus ultimã habet longam diphthongo. Nã apud Graecos scribitur ἀμαθοῦς. Legitur in quibusdam exemplaribus hic uersus, sic: Est Amathus, est celsa Paphos, atq. alta Cythera. Est autem altera lectio propter numeros melior. i incendium. K quo uictores fuerunt Graij.
l Pergama recidiua dici putat Seruius quasi rediuiua, uel renascentia. Sed rectius est, ideo recidiua dicta esse, quod bis ceciderint, semel ab Hercule, atq. iterum ab Agamemnone euersa. m Pathos a loco, & collatione periculorũ. a minorib. exaggeratis. n significat iam non esse, sed perijsse.
o Intell. sedes certas peti, quae antiquae patriae imaginẽ habeãt, ut loci, portae, fluuij idem nomen habentes in memoriam redigant eis belli Iliaci condicionem atq. formam. Turn. o Pathos a commiseratione.

Da pater Iliacos Teucris. Tum[a] regia Iuno
Acta furore graui. Quid me alta ſilentia cogis
Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem?
Aenean hominum quiſquam, diuumq. ſubegit[b]
Bella ſequi, aut hoſtem regi ſe inferre Latino?
Italiam petijt fatis auctoribus, eſto,
Caſſandrae impulſus furijs.[c] num linquere caſtra[d]
Hortati ſumus, aut uitam committere uentis?[e]
Num puero ſummam belli, num credere muros,
Tyrrhenam ue fidem,[f] aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem,[g] quae dura potentia noſtra
Egit? ubi hic Iuno, demiſſa ue nubibus Iris?
Indignum eſt Italos Troiam circumdare flammis
Naſcentem, & patria Turnum conſiſtere terra:
Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia[i] mater:
Quid face[k] Troianos atra uim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atq. auertere praedas?
Quid ſoceros legere, & gremijs[l] abducere pactas?
Pacem orare manu,[m] praefigere puppibus arma?[n]
Tu potes[o] Aenean manibus ſubducere Graium,

a Hom. in Il. 38.
b Coegit. Legitur interrogatiue. Quae non ſunt geſta narrat; praeterita mandat ſilentio.
c Caſſādrae uaticinium ſupra retulit Anchiſes li. 2. Saepe mihi tales caſus Caßandra canebat, etc.
d Vrbē caſtra contemptim uocat, & culpam abſentiae in Aenean retorquet, diluens obiectum, ut non ſit, quod eum abeſſe queratur Venus.
e incertis, & inanibus. f Opem, uel auxilium, ut cum dicitur, Dij ueſtram fidem. Don. in Ter. g Fraus pro damno uel periculo, ut apud Ciceronem in Philip. Eisq. fraudi ne ſit, quod cum Antonio fuerint. h Ironice ludit magis, quam refutat, id quod de Iride Venus dixerat, cuius impulſu matronae naues in Sicilia exuſſerant. i pungit Venerem, Aeneae matrem. non enim dea Venilia, ſed nympha. K bello ſaeuo. Ser.
l Turni, cui Lauinia deſponſa fuerat. m Aliud habere promptum in lingua, aliud praeſtare reipſa. Pacem per oratores centum petebat: ac mox, Rutulis Latinisq. ad arma concurrentibus, ad opem Euandri implorandam coactus fuit. n Propter illud, Scuta uirum fluuio, pictasq. innare carinas. o Ex Iliad. ε΄. ubi Aeneas cum Diomede congreßus a matre certiſſimae neci eripitur.

Proq.

Proq. uiro nebulam, & uentos obtendere inanes,
Et potes in totidem classem conuertere nymphas.
Nos aliquid Rutulos contra iuuisse, nefandū est.[a]
Aeneas[b] *ignarus abest. ignarus & absit.*
Est Paphos, Idaliumq. tibi, sunt alta Cythera.
Quid[c] *grauidā bellis urbē,*[d] *et corda aspera*[e] *tētas?*
Nos ne tibi fluxas[f] *Phrygiae res uertere fundo*
Conamur? nos, an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quae caussa fuit consurgere in arma
Europamque, Asiāque, & foedera soluere furto?
Me duce[g] *Dardanius Spartā expugnauit adulter?*
Aut ego tela dedi? foui ue cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis. nunc sera querellis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno; cunctiq. fremebant[h]
Caelicolae, assensu uario: ceu flamina[i] *prima,*
Cum deprensa fremunt siluis, & caeca[k] *uolutant*
Murmura, uenturos nautis prodentia[l] *uentos.*
Tum[m] *pater omnipotens, rerū cui summa potestas,*
Infit. eo dicente deum domus[n] *alta silescit,*
Et tremefacta solo tellus, silet arduus aether:
Tū Zephyri[o] *posuere, premit placida aequora pōtus*

a *Q. d. Scilicet nefandū est. Vel cum interrog.*
b *Eadē uerba repetit, quibus supra usa est Venus, eaq. debent intelligi a Iunone, et pronunciatione deprauari, & amara quadam ironia eludi.*
c *Omnium bellorū caussam in Venerem reÿcit, ut quae Paridi rapiendae Helenae fuerit auctor.*
d *Ardeā.*
e *Asperi sunt Latini ad bellandum.*
f *molles, quae etiam sine inimicis perire possent. Ser. Rectius, caducas.*
g *Fatetur ironice, quae in ipsa non sunt.*
h *Indignabantur propter odiorum inter deas certamen: quorum partim huic, partim illi studebant.*
i *In hac comparatione sunt signa futurae tempestatis.*
K *Ideo caeca murmura, quod eorum ratio non appareat. Fit enim quadam arcana naturae ratione, ut sit murmur in siluis ante uentorum flatum.*
l *Denunciantia procellas uentorum.*
m *Homer. in Il. 265.*
n *Metonymia. Continens pro contento.*
o *Species pro genere.*

Accipite[a] ergo animis, atq. haec mea figite dicta.
Quãdoquidẽ Ausonios coniungi foedere Teucris
Haud licitum est; nec uestra capit discordia finem:
Quae cuiq.[b] est fortuna hodie, quã quisq. secat[c] spẽ,
Tros, Rutulus ue fuat,[d] nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italum castra[e] obsidione tenentur,
Siue errore malo Troiae, monitisq. sinistris.[f]
Nec Rutulos soluo.[g] sua cuiq. exorsa[h] laborem,[i]
Fortunamq.[k] ferent. rex Iuppiter omnibus idem[l]
Fata uiam inuenient.[m] Stygij per flumina fratris,[n]
Per pice torrentes, atraq. uoragine ripas.
Annuit;[o] & totum nutu tremefecit Olympum.
Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
Surgit, caelicolae[p] medium[q] quẽ ad limina ducũt.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere caede uiros, & moenia cingere flammis.
At legio Aeneadum uallis obsessa tenetur:
Nec spes ulla fugae: miseri stant turribus altis
Nequidquam, & rara muros cinxere corona.
Asius Imbrasides,[r] Hicetaoniusq.[s] Thymoetes,

a Attentio. Summa orationis haec est, quod promittat se aequũ utrisq. fore. Aequus erit, si rẽ fatis permittat. b Iouis pronunciatio, qua se neutrarum partiũ studia secuturũ ostẽdit, sed pro sua se aequitate exitũ fatis permissurum. c pro tenet: unde sectae philosophorũ, propriã quaedã institutã retinentiũ. S. Turnebus aũt hoc modo exp. Secat. i. desecat, ac proinde sumit. Qui. n. quid desecat, sibi id sumit. quod & Gr. ἀποτέμνεσθαι dicũt. d pro, fuerit. Futuri tẽporis uerbũ defectiuũ. Ser. e ipsa noua Troia. f Quia Iuno dixit, Cassandrae furijs. g absoluo. h opera s. Sc. i periculũ. K felicitatẽ. l scilicet, erit: quia dixit, Nullo discrimine habebo. m Quia scit hoc esse fatale, ut Aeneas imperet in Italia. Ser. n per stygiã paludẽ. Cõfirmat promissa iuramẽto. o Hom. Il. α. p Hom. in Il. 12. Il. 129. q Celebrat poeta Romanã cõsuetudinẽ, deducẽdi cõsulẽ e curia domũ. r Imbrasi filius, ab Imbraso fluuio Sami insulae in ora Ioniae. s Hicetaonis filius: ut eũ ab illo Thymoete sene distinguat, cuius meminit in secũdo, qui Troianos primus hortabatur, ut equũ durateũ intra muros duceret, et in arce statuerẽt. Hic porro Thymoetes Hicetaonis filius fuit illius, quẽ Homer. lib. Iliad. 3. inter senes quoq. recẽset, qui circa Priamũ in Scaeis portis sedẽtes pugnã spectant.

Assa-

Assaracíq. duo, & senior cum Castore Tibris,
Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus Ethaemon Lycia comitantur ab alta.[a]
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partẽ exiguã montis, Lyrnesius [b] Agmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.[c]
Hi iaculis, illi certant defendere saxis,
Moliriq. ignem, neruoq. aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus[d] honestum,[e]
Qualis gemma micat, fuluum quae diuidit aurũ,[f]
Aut collo decus, aut capiti, uel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia [g] terebintho
Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.
Te quoque magnanimae uiderunt Ismare [h] gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare ueneno,[i]
Maeonia[k] generose domo; ubi pinguia culta
Exercentq. uiri, Pactolusq.[l] irrigat auro.
Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina [m] Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit:
Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.[n]
Illi inter sese duri certamina belli.

a nobili.
b Phryx.nã Lyrnesos ciuitas est Phrygiae.
c sic Seruius, & recte. Nam, si Mnestheo legas, iã in quinta sede erit Trochaeus.
d siue galea: ut non pugnaturus. ob illud quod audiuit supra, Cetera parce puer bello &c. Ser. Respicit autem ad Caesarem dictatorẽ, quem aliquando nudo capite cum hoste signa contulisse accepimus. e pulchrum. f id est, quae est in medio anuli aurei.
g Oricos ciuitas est Epiri, iuxta quam nascitur terebinthus nigri ligni.
h Ismarus opidum Thraciae sub Maro monte.
i Ab ingenio & natura gentis.
K Lydia olim Maeonia dicta est: unde Tyrrheni originem traxerunt.
l Pactolus fluuius Lydiae, habet ramenta auri.
m Oratione Mnesthei pulsus fuit Turnus.
n Capyn Capuae nomen fecisse, etiam Stephanus auctor est.

Contulerant: media Aeneas [a] freta nocte secabat.
Namq. ut ab Euandro castris ingressus Etruscis,
Regem [b] adit, & regi memorat nomenq. genusq.: [c]
Quid ue petat, quid ue ipse ferat, Mezentius arma
Quae sibi conciliet, uiolentaq. pectora Turni
Edocet: humanis quae sit fiducia rebus,
Admonet, imiscetq. preces. haud fit mora, Tarchon
Iungit opes, foedusq. ferit. tum libera fatis [d]
Classem conscendit iussis gens Lydia [e] diuum
Externo commissa duci. Aeneia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones: [f]
Imminet Ida super, profugis gratissima [g] Teucris.
Hic magnus sedet Aeneas, secumq. uolutat
Euentus belli uarios: Pallasq. sinistro
Affixus lateri: iam quaerit sidera, opacae
Noctis iter; iam quae passus terraque, mariq.
Pandite [h] nunc Helicona deae, cantusq. mouete,
Quae manus interea Tuscis comitetur ab oris
Aenean, armetq. rates, pelagoq. uehatur.
Massicus [i] aerata princeps [k] secat aequora Tigri: [l]
Sub quo mille manus iuuenum, qui moenia Clusi, [m]

a Redit ad Aeneã, quẽ ad finẽ octaui libri dixit in Etruriã ad Tarchontẽ esse profectum.
b Tarchontem.
c s. suum.
d Intell. libere licuisse militatũ ire Etruscis, nihil refragantibus fatis, cum Aeneae externo duci, ob illud lib. 8. Externos optate duces, commisissent. Nã duce Etrusco militarẽt in Mezentium, uatum effatis ante moniti fuerant. Turn. Respicit autem ad Euandri uerba lib. 8. Retinet longaeuus haruspex, Fata canens.
e Tyrrheni, Etrusciq.
f A pictura, qua nauis illa ornata erat. Decore omnia. Leones matri deum consecrati sunt: & ex Ida materia sublata fuerat, unde naues confecerat.
g Propter facta illic nauigia: materiã enim ad nauet suppeditauit.
h Nouum catalogum eorum populorum, qui Aenean ad bellum sint secuti, contexturus, iterat inuocationem, quo fides sit penes Musas.
i Massicus rex Clusinorum, filius Osini fuit.
K Catalogus ducum, qui Aenaee auspicia ad bellum sunt secuti.
l Nauis nomen hic est.
m Clusium ciuitas Etruriae, regia Porsenae.

Quiq.

Quiq. urbem liquere Cosas; [a] quis tela, sagittae,
Corytiq. [b] leuis humeris, & letifer arcus.
Vna toruus Abas. huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline [c] puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes, ast Ilua [d] trecentos
Insula, inexhaustis Chalybũ generosa metallis.
Tertius, ille hominum, diuumq. interpres Asylas,
Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent, [e]
Et linguae uolucrum, & praesagi fulminis ignes, [f]
Mille rapit [g] densos acie, atq. horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alpheae ab origine Pisae, [h]
Vrbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, [i] & uersicoloribus armis.
Tercentum adijciunt: mens omnibus una sequendi,
Qui Caerete domo, qui sunt Minionis [k] in aruis,
Et Pyrgi ueteres, intempestaeq. [l] Grauiscae.
Non ego te Ligurum [m] ductor, fortissime bello,
Transierim Cycne, & paucis comitate Cupauo: [n]
Cuius olorinae surgunt de uertice pennae,
Crimen [o] amor uestrum, formaeq. insigne paternae.
Namq. ferunt, luctu Cycnum Phaetontis amati,
Populeas inter frondes, umbramq. sororum [p]

a Cosae, maritima urbs Etruscorũ, cis Populoniam. Hinc Cosanum litus, contra Egilium et Dianium.
b pharetra.
c Auratum Apollinẽ simulacrum habebat. Alij de imagine picta intelligunt.
d Iluã insulam a ferri fertilitate etiã Plinius commẽdat lib. 3. c. 6. & lib. 34. c. 14.
e Homer. Il. 28.
f peritissime agnoscuntur.

g raptim ducit. h Pisae, Etruriae opidum, Pisaeorum in Arcadia colonia est: unde & nomen accepit. i Per equum equitandi peritiam uidetur intell. Ser. qui exp. Eques optimus. K fluuius est Caeretanus adhuc nomen retinens. l pestiferae, quasi sine temperie, Grauiscae enim dictae, quod grauẽ aerem sustinerent. S ex Cat. m A Macra amne, qui finis est Etruriae, ad Varum usque Ligures iacent: quorum clarissima hac nostra tempestate Genua est, ciuitas maritima, cum celebri portu.
n Cycno prognate. o Dicit caussam, quare ferebat pennas oloris.
p Phaetontis scilicet, quae mutatae fuerunt in arbores.

Dum canit, & maestum musa solatur amorem,
Canentem [a] molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sidera uoce sequentem.[b]
Filius,[c] aequales comitatus classe cateruas,
Ingentem remis Centaurum [d] promouet: ille
Instat aquae, saxumq. undis immane minatur
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicae Manthus,[e] & Tusci filius amnis:
Qui muros, matrisq. dedit tibi Mantua nomen,
Mantua diues auis: sed non genus omnibus unum.
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:[f]
Ipsa caput populis, Tusco de sanguine uires.
Hinc quoque quingentos in se [g] Mezentius armat:
Quos patre Benaco [h] uelatus arundine [i] glauca
Mincius infesta ducebat in aequora pinu.
It grauis Auletes, centenaq. arbore [k] fluctum
Verberat assurgens. spumant uada marmore [l] uerso.
Hunc uehit immanis Triton,[m] & caerula concha

a Pompon. Sabi. nlegit Candentẽ, & exp. Cã-descentem. b Cum cã tu caelum petentem. Vel, quod est re uera in sidera relatus, ut uidemus in sphaera. S. c Cupauo. d Nauem hic intell. a pictura eo nomine appellatam. Ipsius autẽ Centauri imaginem depictam, qua forma, atque habitu, describit: saxum uidelicet in aquam iacturo similem.
e Mantho filia Tiresiae uatis, & mater Ocni, quem & Bianorem uocat in Bucol. Hic Mantuam condidisse putatur, & a nomine matris eam appellasse. f quia Mantua, urbs Tusciae, tres habuit tribus, quae in quaternas curias diuidebantur. S.
g odio sui in arma compellit.
h In hac regione decem lacus sunt celeberrimi, amnesq. eorum, aut partus, aut alumni: ut Abduam Larus reddit, Verbanus Ticinum, Minciũ Benacus, Ollium Sebinus, Lambrum Eupilis.
i propter amnis, & lacus huius ingenium, in quibus arundineta.
K id est, centum remis, ad exprimendam nauis magnitudinem, quae plures habuit remorum ordines. l mari. m Tritonem ea, quae hic describitur, forma, in Lusitaniae litoribus fuisse conspectum tempore principatus Tiberij, auctor est Plin. lib. 9. c. 5.

Exterrens ſreta: cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem praefert, in Priſtin deſinit aluus.
Spumea ſemifero ſub pectore murmurat unda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subſidio Troiae, & campos ſalis [a] aere ſecabant.
Iamq. dies caelo conceſſerat: almaq. curru
Noctiuago Phoebe medium pulſabat Olympum.
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipſe ſedens clauumq. regit,[b] uelis q. miniſtrat.[c]
Atque illi medio in ſpatio [d] chorus ecce ſuarum
Occurrit comitum, nymphae,[e] quas alma Cybele
Numen habere maris, nymphasq. e nauibus eſſe
Iuſſerat. innabant pariter, fluctusq. ſecabant,
Quot prius aeratae ſteterant ad litora prorae.
Agnoſcunt longe regem, luſtrantq. choreis.
Quarum quae fandi doctiſſima Cymodocea,[f]
Pone ſequens dextra puppim tenet, ipſaq. dorſo
Eminet, ac laeua tacitis ſubremigat undis.
Tum ſic ignarum alloquitur: Vigilas ne, deum gens,
Aenea? [g] uigila, & uelis immitte rudentes.
Non ſumus Idaeae ſacro de uertice pinus,
Nunc pelagi nymphae, claſſis [h] tua, perfidus [i] ut nos
Praecipites ferro Rutulus, flammaq. premebat:
Rupimus inuitae [k] tua uincula, teq. per aequor
Quaerimus. hanc genitrix faciem miſerata refecit,

a Periphraſis maris.
b & lib. 5. dedit ei gubernandi peritiam.
c Miniſtrũ ſe praebet uelis. Tur.
d Feſtiuũ commentũ, ut rerũ Troiae interuias ſit certior.
e Nymphae ex nauibus factae, Aeneae in mari occurrunt.
f Cymodocea, aptum nymphae marinae nomen, a fluctuum recepiu dictũ.
g Oſtendit poeta, alijs altum ſtertentibus, Aenean ſolicite uigilare, cogitabundum, & de futuris agitantem animo.
h Hanc nauium immutationem etiam Ouidius inter Metamorphoſes ſuas recenſet lib. 14.
i qui poſt foedus bellum commouit: unde illud Latini regis, Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine poenas.
K q. d. maluiſſemus tibi ſeruire, quam in nymphas commutari.

Et dedit

Et dedit esse deas, aeuumq. agitare sub undis.
At puer Ascanius muro, fossisq. tenetur
Tela inter media, atq. horrentes Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet forti permistus Etrusco
Arcas [a] eques. medias illis [b] opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age; [c] & Aurora socios ueniente uocari
Primus in arma iube, et clypeũ cape, quẽ dedit ipse
Inuictum ignipotens, [d] atq. oras [e] ambijt auro.
Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, [f]
Ingentes Rutulae spectabit caedis aceruos.
Dixerat, [g] & dextra discedens impulit altam,
Haud ignara modi, [h] puppim: fugit illa [i] per undas
Ocior [k] & iaculo, & uentos aequante sagitta.
Inde aliae celerant cursus. stupet inscius ipse
Tros Anchisiades, animos tamen omine [l] tollit.
Tũ [m] breuiter supera adspectans conuexa precatur:
Alma parens [n] Idaea deum, cui Dindyma [o] cordi,
Turrigeraeq. urbes, bijugiq. [p] ad frena [q] leones,

a Horum equitũ ante non meminit: sed ex hoc loco κατὰ τὸ σιωπώμενον uult intelligi, equestres copias Arcadum terrestri itinere praemissas fuisse.
b equitibus uenientib.
c Exhortatio ad arma suscipiẽda.
d Vulcanus. Antonomasia.
e extremitates clypei. f Si non putes mea dicta uana, crastina lux uidebit magnã caedem Rutulorum. g Totum hoc commentum huc spectat, quod Aeneas secundis uentis, ac mari, sed in primis, diuis fauentib. redierit in castra Troiana. h moderationis, quippe quae fuerat nauis. i Nam & ipsa antea nauis fuerat. K Hyperbole. Sed & amphibologia est in iaculo.
l tali cursu prospero.
m Hom. Il. 268.
n Loquitur Aeneas ad Cybelem, eamq. precatur, ut augurium obiectum uelit secundare. Beneuolentia a potentia numinis.
o De Dindymis uide supra.
p Alludit ad fabulam, qua dicitur Cybele Hippomenem, & Atalantam in leones commutatos currui suo subiugasse. Vide Ouid. Metam. lib. 10.
q domiti. Nam, quae animalia frenos recipiunt, domita sunt. Tur.

Tu mihi[a] nũc pugnae princeps, tu rite propinques[b]
Augurium, Phrygibusq. adsis pede diua secundo.
Tantum effatus; & interea reuoluta[c] ruebat
Matora iam luce dies, noctemq. fugarat.[d]
Principio socijs edicit, signa sequantur,
Atque animos aptent armis, pugnaeq. parent se.
Iamq. in conspectu Teucros habet, & sua castra,
Stans celsa in puppi. clypeum tum deinde[e] sinistra
Extulit ardentem. clamorem[e] ad sidera tollunt[f]
Dardanidae e muris: spes addita suscitat iras.
Tela manu iaciunt: quales[g] sub nubibus atris
Strymoniae[h] dãt signa grues,[i] atq. aethera tranãt,
Cum sonitu, fugiuntq. Notos clamore secundo.
At Rutulo regi, ducibusq. ea mira uideri
Ausonijs, donec uersas ad litora puppes
Respiciunt, totumq. allabi claßibus aequor.
Ardet[k] apex capiti, cristisq. a uertice flamma
Funditur, & uastos umbo uomit aureus ignes:
Non secus,[l] ac liquida si quando nocte cometae
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius[m] ardor:
Ille sitim, morbosq. ferens mortalibus aegris,
Nascitur, & laeuo[n] contristat lumine caelum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit

a comprecatio.
b familiare facias, ut, Et propius res adspice nostras.
c Aperta. ut, Inuolutũ dicitur, quod clausum est.
d diem describit.
e Hom. Il. 29.56.
f scilicet cognito Aenea.
g comparatio sumpta ex Iliad γ. Vide Macrob. Sat. l. 5. c. 10.
h Hom. Il. 29. Strymõ Thraciae fluuius est, circa urbem Hedonidem, initio Palaestinus nũcupatus. Species pro genere.
i Nam Gruum in aere clangor, prognosticum est ingruentis tempestatis: contra, serenitatem denunciat, si silentio per sublime uolant.
K Totus hic locus sumptus est ex Il. ε. ubi fulgorem armorum Diomedis stellae autumnali comparat Homerus.
l Homer. Il. 239.
m Sirius est stella in lingua canis, pestifer, & morbos afferens.
n sinistro, infelici.

Litora

Litora praeripere,[a] *& uenientes pellere terra.*
Vltro animos tollit dictis, atque increpat ultro.
Quod[b] *uotis optastis,*[c] *adest, perfringere dextra.*
In manibus Mars[d] *ipse, uiri.*[e] *nunc coniugis esto*
Quisq. suae, tectiq memor: nunc[f] *magna referto*
Facta patrum, laudes:[g] *ultro occurramus ad undã,*
Dum trepidi, egressisq. labant uestigia prima.
Audentes fortuna iuuat:[h]
Haec ait, & secum uersat,[i] *quos ducere contra,*
Vel quibus obsessos possit concredere muros.[k]
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus[l] *exponit. multi seruare recursus*
Languentis[m] *pelagi, et breuibus*[n] *se credere saltu:*
Per remos[o] *alij. speculatus litora Tarchon,*
Qua uada nõ sperat,[p] *nec fracta remurmurat unda,*
Sed mare inoffensum[q] *crescenti allabitur aestu,*
Aduertit subito proras, sociosq. precatur.
Nunc o lecta[r] *manus ualidis incumbite remis:*
Tollite, ferte rates, inimicam findite[s] *rostris.*

a *id est, antecapere.* b Homer. *Il.* 171. c *Oratio Turni ad suos, & mirum in modum persuadet.* d *Praesentes iam sũt hostes, ita ut manu cũ illis confligere possitis. Iam uobis facta est manũ cõferendi potestas. Est autem acrior adhortãtis sententia, a necessario, honesto, & utili. Sil. 2. Stat campus & arma, Et Mars in manibus.* Huic *contrarium mox subijcit prouerbium, Mars in pedibus. item, Mars in lingua. 2. Aeneid. Fabr.* e *Al. Viris.* f Hom. Il. 83. 171. g *Al Facta, patrum laudes. Al. Laudesque.* h *Sic Ennius lib. 7. Fortibus est fortuna uiris data. Vide Macr. Sat. l. 6. c. 1.* i *cogitat quidem, non tamen facit: ne, diuiso exercitu, utrobiq. uincantur.* K *Quos relinquat in obsidione.* l *scalis nauium. S.* m *Tranquilli.* n *Vadis. Sic lib. 1. In breuia & Sirtes.* o *Scaphis. Ser.* p *Pompon. Sab. legit, Spirant: quae lectio etiam est in Carp. Virgilio. Aqua, cum alta est, nec spirat, nec remurmurat.* q *Quod non offendit.*

r *Exhortatoria oratio Tarchontis ad milites, ut nauiter remis incumbant, ad inuadendum litus, etiam cum nauis suae periculo.*

s *Militari felle dictum est, ut etiam terra ipsa quodam modo sentiat hostis aduentum. Ser.*

Hanc

Hanc terram, ſulcumq. ſibi premat [a] ipſa carina.
Frangere nec tali puppes [b] ſtatione recuſo, [c]
Arrepta tellure ſemel. Quae talia poſtquam
Effatus Tarchon; ſocij conſurgere tonſis,
Spumantesq. rates aruis inferre Latinis;
Donec roſtra tenent ſiccum; [d] & ſedere carinae
Omnes innocuae, [e] ſed non puppis tua [f] Tarchon:
Namq. inflicta uadis, dorſo [g] dum pendet iniquo,
Anceps ſuſtentata diu, fluctusq. fatigat,
Soluitur, [h] atq. uiros medijs exponit in undis:
Fragmina remorum quos, [i] & fluitantia tranſtra
Impediunt, retrahitq. pedes ſimul unda relabens.
Nec [k] Turnum [l] ſegnis retinet mora; ſed rapit acer
Totam aciem in Teucros, & contra in litore ſiſtit.
Signa canunt. Primus turmas inuaſit agreſtes
Aeneas, omen [m] pugnae; ſtrauitq. Latinos,
Occiſo Therone, [n] uirum qui maximus ultro
Aenean petit. huic gladio perq. aerea ſcuta,
Per tunicā ſqualentē [o] auro latus haurit [p] apertū.
Inde Lycam ferit, exſectum iam matre perempta,
Et tibi, Phoebe, ſacrum; [q] caſus euadere ferri
Cui licuit paruo. nec longe Ciſſea [r] durum,

a *faciat.* b *Al. Puppim.* c *Inſigne Tarchontis odiū in Mezentium ex hoc loco uult intelligi, qui omnis morae impatiens, nauim frangere maluit, quam paullo tardius proclium inire.* d *ſcilicet litus.* e *Innocuus, hic paſſiue accipitur, teſte Seruio, pro co, cui non nocetur: cui tamē refragatur Valla.* f *Auerſio. Tarchontis enim nauis naufragium ibi fecit quidem, uerum ipſe euaſit saluus.* g *arenae durioris cumulo.* h *Naufragium patitur.* i *Naufragos.* K *Homer. Iliad. 130.*
l *Tranſitio ad Turnum, & Rutulorum ſtudia, ad excipiendos Troianos: ut Hector quondam feſtinabat cum ſuorum manu ad litus, ut inde copias Graecorum prohiberet.* m *quia, ut nunc, ſic ubique uincet Aeneas.*
n *Enumeratio corum, qui manibus Aeneae in primo conflictu concidere.*
o *Loricam ſplendentem auro. Vel, auro in ſquamarum modum contextam. Vide Gellium noct. Att. lib. 3. c. 6. & Macr. Sat. l. 6. c. 7.*
p *Haurit, pro hic ferit, ponitur. Ser. Sic apud Siliū: Latus haurit Hiberi.*
q *Propterea quod ex matre exſectus.* r *Ciſſeus, & Gias, filij Melāpodis.*

Immanemq.

Immanemq. Gyam, ſternentes agmina claua,
Deiecit leto. nihil[a] illos Herculis arma,
Nil ualidae iuuere manus, genitorq. Melampus,[b]
Alcidae comes, uſque graues dum terra labores
Praebuit. ecce, Pharon[c] uoces dũ iactat inertes,
Intorquens iaculum clamantis ſiſtit in ore.
Tu quoque, flauentem prima lanugine malas
Dum ſequeris Clytium[d] infelix, noua gaudia, Cydõ,
Dardania ſtratus dextra, ſecurus amorum,[e]
Qui iuuenũ[f] tibi ſemper erant, miſerande iaceres,
Ni fratrum ſtipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies, ſeptem numero, ſeptenaq. tela
Conijciunt. partim galea, clypeoq. reſultant
Irrita: deflexit[g] partim ſtringentia[h] corpus
Alma Venus[i] fidum Aeneas affatur Achaten.
Suggere[k] tela mihi, (non ullum dextera fruſtra
Torſerit in Rutulos) ſteterũt[l] quae in corpore Graiũ
Iliacis campis. tum magnam corripit haſtam,
Et iacit. illa uolans clypei tranſuerberat aera
Maeonijs, & thoraca ſimul cum pectore rumpit.
Huic frater ſubit Alcanor, fratremq. ruentem
Suſtentat dextra. tranſiecto[m] miſſa lacerto,
Protinus haſta fugit, ſeruatq. cruenta tenorem:[n]
Dexteraq. ex humero neruis moribunda pependit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,

a Hom. Il. 48.64.
b Comes Herculis, dum terra praebuit labores.
c Legitur & Pharo. Seruius utramque lectionẽ agnoſcit: & Clamanti legit utrobique, non Clamãtis.
d puerum, quem turpiter amabat.
e Cydones Cretenſes erant. porro de Cretenſibus legitur, intemperantes in amore puerorum fuiſſe.
f tibi ſemper erant amores iuuenum. g Hom. Il. δ. & ε. h quae ueniebant, ut affigerentur corpori. i Non ſine Deo eorum tela euaſit. K Etſi, iuxta prouerbium, ne Hercules quidem aduerſus duos, nedum Aeneas: armis tamen confidens Vulcanijs, poſcit tela ſibi dari, ut cum ſeptem unus manum conſerat. l Hom. Il. 13. m retroacto. n currendi modum.

Aenean

Aenean petijt. sed[a] non & figere contra
Est licitum; magniq. femur perstrinxit Achatae.
Hic Curibus,[b] fidens primaeuo corpore, Lausus[c]
Aduenit, & rigida Dryopen ferit eminus hasta,
Sub mentum grauiter pressa; pariterq. loquentis
Vocem, animamq. rapit transiecto gutture. at ille
Fronte ferit terram, & crassum uomit ore cruorem.
Tres quoq. Threicios Boreae[d] de gente suprema,
Et tres,[e] quos Idas pater, & patria Ismara[f] mittit,
Per uarios sternit casus. occurrit Halesus,
Auruncaeq.[g] manus: subit & Neptunia proles,
Insignis Messapus equis;[h] expellere tendunt[i]
Nunc hi, nunc illi. certatur limine in ipso
Ausoniae. magno discordes aethere uenti
Proelia ceu tollunt,[k] animis, & uiribus aequis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu: stant obnixa omnia contra
Haud aliter[l] Troianae acies, aciesq. Latinae.
Concurrunt:[m] haeret[n] pede pes, densusq. uiro uir.

a Homer. Il. 87.

b *Cures Sabinorũ oppidum fuit, Numae Põpilij patria postea illustratũ. Cõditum tradunt a Fabidio, nato ex Genio quodã, qui Cures fuerit dictus, & puella indigena.*

c *Seruius legit, Clausus, (quo modo & Carpẽs habet,) eundem esse existimans, de quo ad finem lib. 7. dictum est, Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus. Lausus porro cum patre Mezentio ex Etruria pulsus ad bellum uenit.*

d *Boreas creditur e Thracia spirare.* e *A. Gellius noct. Att. lib. 13. c. 20. in praecedenti uersu Treis, in hoc Tres legendum contendit, eumq. sonum putat multo auribus esse gratiorem.* f *Thraciae urbs.*

g *Aurunci appellantur homines barbari. Nam barbae caprarum dicuntur Aurunci.* h Homer. Il. 135. i *Tyrrhenos descendentes.*

K *Grauis comparatio, ducta a natura uentorum inter se pugnantium diu', ut neuter alteri cedat. Spectat autem ea huc, ut animorum utrimque pertinaciam in pugna amplificet.* l *Applicatio similitudinis.*

m *contra stant.* n *Ex Furij 4. Annal. hunc locum sumptum putat Macrob. Sat. 6. c. 3. ubi sic lectum est: Pressatur pede pes, mucro mucrone, uiro uir. Constat tamen locum esse* Homeri Iliad. ν'.

At

At parte [a] ex alta, qua ſaxa rotantia late
Intulerat torrens, arbuſtaq. diruta ripis,
Arcades inſuetos acies inferre pedeſtres
Vt uidit Pallas Latio [b] dare terga ſequaci, [c]
Aſpera queis natura loci dimittere quando
Suaſit equos: [d] unum quod rebus reſtat egenis,
Nunc prece, nunc dictis uirtutem accendit amaris.
Quo fugitis, [e] ſocij? per uos, [f] & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictaq. [g] bella,
Spẽq. [h] meã, patriae [i] quae nũc ſubit aemula laudis,
Fidite [k] ne pedibus. ferro rumpenda [l] per hoſtes
Eſt uia, qua globus ille uirum denſiſſimus urget.
Hac uos, & Pallanta ducem patria alta repoſcit: [m]
Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoſte
Mortales: totidem nobis animaeque, manusque.
Ecce maris magno [n] claudit nos [o] obice pontus:
Deeſt iam terra fugae; pelago Troiam ne petemus?
Haec ait, & medius denſos prorumpit [p] in hoſtes.
Obuius huic pimum, fatis adductus iniquis,
Fit Lagus. hunc, magno uellit dum pondere ſaxum,
Intorto figit telo, diſcrimina coſtis

a Omiſſo Aenea, narrat ea, quae ab Arcadibus in diuerſa cãpi parte ſint fortiter geſta: ut Pallantis, qui hic Patrocli Homerici peaſonã refert, uirtutem maxime celebret, nõ diu ſuperſtitis futuri.
b pro, Latinis.
c ſequentibus.
d id eſt, deſcendere ab equis, & pədeſtes certare.

e Militaris oratio Pallantis exhortatcria eſt, ad perrumpẽdum per hoſtes, & fugae dedecus fugiendum. Conſtat Suaſorij generis partibus.
f Exordium ductum eſt ab obteſtatione, ne fugae conſilium capiant.
g finita. h quam in uobis habeo. i patris. K Homer. Il. 168.
l Propoſitio, quae pugnandi neceſſitatem illis proponit. m Patria hoc petit a nobis, ut uictis, ac caeſis hoſtibus reuertamur. n In Carpenſ. & uetuſtis fere omnibus magna obice legitur fem. gen. Eamque lectionem etiam Ser. agnoſcit. Olim n. obex duqij generis fuit, teſte Capro. o A pugnandi neceſſitate. Quid ſi maxime uellent capere fugam? non poſſunt. Hinc clauduntur mari, illinc aq hoſtibus ſunt cincti. Ergo uia ferro per hoſtes eſt facienda, cum magna laude. p ut eos hortaretur exemplo.

Per

Per medium qua spina dedit; hastamq. receptat[a]
Ossibus haerentē. quem non super occupat Hisbon,
Ille quidem hoc sperans: nam Pallas ante ruentē,
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis
Excipit, atq. ensem tumido[b] in pulmone recondit.
Hinc Helenum petit, & Rhoeti[c] de gente uetusta
Anchemolū, thalamos ausum incestare nouercae.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis,
Daucia Laride, Thymberque,[d] simillima proles,
Indiscreta suis, gratusq. parentibus error.
At nunc dura dedit uobis discrimina[e] Pallas.
Nā tibi Thymbre[f] caput Euandrius abstulit ensis:
Te decisa suum Laride dextera quaerit,
Semianimesq.[g] micant digiti, ferrumq. retractant.
Arcadas accensos[h] monitu, & praeclara tuentes
Facta uiri, mistus dolor, & pudor armat in hostes.
Tum[h] Pallas bijugis fugientem Rhoetea praeter
Traijcit. hoc spatium, tantumq. morae fuit[k] Ilo:
Ilo[l] namq. procul ualidam direxerat hastam:
Quā medius Rhoeteus ītercipit, optime Teuthra[m]

a cum difficultate di uellit.
b naturaliter tumidus est pulmo.
c Rhoetus rex fuit Marruuiorū, qui sunt in Marsis. is genuit Anchemolum, cui su perinduxit nouercā nomine Casperiam, quam Anchemolus adamauit & stuprauit. inde aufugit irā patris, & contulit se ad Turnū.

d Hos gemellos adeo inter se forma similes dicit fuisse, ut parentes neutrum ab altero dinorint. e casus: alterum ferro obtruncauit, alteri praecidit manus. f Metathesis pro Thymber.
g Homerus in Il. 49. h Qualis dux, talis miles: uirtute Pallantis Arcades accensi, in hostes communiter se armant.
i Homer. in Il. 48.
K ad mortem.
l id est, in Ilum. Sermo Virgilio usitatus
m Auersio. Fuit alius Teuthras, Thespy pater multo uetustior, à quo Thespij filiae ab Ouidio in ep. Deianirae ad Herculem, Teuthrantia turba appellantur. Aeschylus Thespiam, urbem Teuthrantis, appellauit, in tragoedia Agamemnone.

Te fugiens, fratremq. Tyren: curruq. uolutus
Caedit semianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac,[a] uelut optato [b] uentis aestate coortis,
Dispersa immittit siluis incendia pastor:
Correptis subito medijs, extenditur una
Horrida per latos acies Vulcania[c] campos:
Ille sedens uictor flammas despectat ouantes:
Non aliter socium uirtus coit omnis in unum,
Teq. iuuat[d] Palla. sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos, seq. in sua colligit arma.[e]
Hic mactat [f] Ladona, Pheretaq. Demodocumque:
Strymonio dextram fulgenti diripit ense,
Elatam in iugulum: [g] saxo ferit ora Thoantis,
Ossaq.[h] dispergit cerebro permista cruento.
Fata[i] canens[k] siluis genitor [l] celarat Halesum:
Vt senior leto canentia lumina soluit,
Iniecere[m] manum Parcae, telisq. sacrarunt
Euandri. quem sic Pallas petit ante precatus:
Da nunc Tibri [n] pater ferro, quod missile libro,
Fortunam, atque uiam duri per pectus Halesi.
Haec arma, exsuuiasq. uiri tua quercus habebit.[o]

a Homer. in Il. 117.
b id est, Ex uoto & in tempore, ut: Optato aduenis.
c Quasi flãmae sint Vulcani exercitus. Ser. exp. uis ignea.
d quod Arcades simul cũ duce coiuere.
e post scutum se clausit. S. Totũ se scuto communijt propter uim plurimorũ. D.
f Mactantur Arcades ab Haleso.

g Iugulo uulnus minantem. h capitis Thoantis.
i Hom. in Il. 28. K Al. Cauens. l Ad delectandum inserit fabulã Halesi, fato in bellum. mortuo patre, protracti.
m Locum hunc interpretatur Macrob. Sat. lib. 3. cap 7. ubi Virgilium hoc in uersu admodum proprijs diuini, humanique iuris uerbis usum ostendit.
n uicinum inuocat numen. nam circa ripas eius pugnabant.
o Romuli facinus praeclarum sub persona Pallantis celebrat, donatque eum morem dedicandi opima spolia, antiquitate. Romulus Sabinorum regem in proelio obtruncatum spoliauit: spolia ad quercum pastoribus sacram deposuit, uoluitque ea opima appellari, quae dux duci in proelio detraheret.

Audijt

Audijt illa deus. dum texit [a] Imaona Halesus,
Arcadio [b] infelix telo dat pectus inermum.
At non caede uiri tanta perterrita Lausus, [c]
Pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem
Oppositum interimit, [d] pugnae nodũque, [e] morãq. [f],
Sternitur Arcadiae proles: sternuntur Etrusci,
Et uos o Graijs imperdita [g] corpora Teucri.
Agmina concurrunt ducibusque, & uiribus aequis.
Extremi addensent [h] acies: nec turba moueri
Tela, manusq sinit. hinc Pallas instat, & urget,
Hinc cõtra Lausus: nec multum discrepat aetas: [i]
Egregij forma, sed queis fortuna negarat
In patriam reditus. ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator Olympi:
Mox illos [k] sua fata manent maiore sub hoste. [l]
Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum: qui uolucri curru medium secat agmen.
Vt uidit socios: Tempus [m] desistere pugnae:
Solus ego in Pallanta feror: soli mihi Pallas
Debetur: cuperem, ipse parens spectator adesset.
Haec ait: & socij cesserunt aequore iusso. [n]

a id est, spoliat. sic Plautus: Hominem detexã pallio. S. Est autem simplex pro cõposito. b Pallanteo. c Lausus non sinit agmina Rutulorum esse perterrita caede Halesi. d Homer. Il. 7. e Nodum pugnae, hoc est, robur, & firmamẽtum: Elegans metaphora ab arboribus ducta, quae, qua ex parte sunt nodosae, difficulter cuneis perrumpi possunt. f Subaudi, dissipauit. g Quos Graeci perdere nequiuerũt. Teucros autem intell. quos secum duxit Aeneas. Ser. h Addensent, secundae coniug. H. St. i Lausus, & Pallas, erãt pares aetate. K Ratio cur non datum illis fuerit concurrere. Pallantem enim paullo post Turnus, Lausum Aeneas interimet. l Enallage numeri, pro, maioribus sub hostibus. ut non intel. utrumque sub eodem hoste. m Hom. Il. 242. Loquitur autem Turnus. n Hanc lectionem agnoscunt Ser. & Macrob. Sat. lib. & cap. 6. ita tamen, ut fateantur per hypallagen dictum, Socij cesserunt aequore iusso, pro eo quod est, Socij iussi cesserunt aequore. Sunt tamen codices, in quibus legere est, Iussi.

At Rutulum abscessu iuuenis, tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno, corpusq. per ingens
Lumina uoluit, obitq. truci procul omnia uisu:
Talibus & dictis it contra dicta tyranni:
Aut [a] spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni: [b] sorti pater aequus utriq. est: [c]
Tolle minas. fatus medium procedit in aequor.
Frigidus [d] Arcadibus coit in praecordia sanguis.
Desiluit Turnus bijugis. pedes apparat ire
Comminus. utq. leo, [e] specula cum uidit ab alta
Stare procul campis meditantem proelia taurum,
Aduolat: haud alia est [f] Turni uenientis imago.
Hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae; [g]
Ire prior Pallas, si qua fors adiuuet ausum [h]
Viribus imparibus; magnūq. ita ad aethera fatur:
Per patris hospitiū, [i] & mēsas, quas aduena adisti, [k]
Te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis:
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victoremq. ferant [l] morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenem, magnumq. sub imo
Corde premit gemitum, lacrymasq. effundit inanes.

a Homer. Il. 134.
b Alterutrum praesens proponit: aut uincere, aut fortiter mori. Vtrūque ex aequo laudabile ducit. Attius in armorū iudicio: Nā tropheacum ferre me a forti uiro pulchrum est. Si autem et uincar, uinci a tali nullum est probrum.
c Pater, quem cupis spectatorem adesse, aequo animo feret, quidquid acciderit.
d Homer. Iliad. 7
e A comparatione subijcit utriusque ferociam.
f Turnum Leoni, Pallantem Tauro comparat.
g Eo processisse, ut hasta posset contingi. Venisse infra iactum hastae, ita ut ea posset feriri.
h Alludit ad sententiam illam, Audentes fortuna iuuat.
i Obtestatur Pallas Herculem per hospitij ius cum patre Euandro quondam, ut suo numine sibi nunc praesens adsit.
K Hercules, interempto Caco, ab Euandro hospitio susceptus est. Sic enim supra lib. 8. loquentem fecit Euandrum: Haec limina uictor Alcides subijt.
l Cogantur inuita hoc spectaculum ferre.

Tum genitor natum [a] *dictis affatur amicis:*
Stat [b] *sua cuiq. dies:* [c] *breue & irreparabile tēpus*
Omnibus est uitae: sed, famam extendere factis,
Hoc uirtutis opus. [d] *Troiae* [e] *sub moenibus altis*
Tot nati cecidere deum: [f] *quin occidit* [g] *una*
Sarpedon, mea progenies: [h] *etiam sua* [i] *Turnum*
Fata uocant, metasq. peruenit ad aeui.
Sic ait, [k] *atque oculos Rutulorum reijcit aruis.*
At Pallas [l] *magnis emittit uiribus hastam,*
Vaginaq. caua fulgentem diripit ensem.
Illa uolans, humeri [m] *surgunt qua tegmina summa,*
Incidit, atque uiam [n] *clypei molita* [o] *per oras,*
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro praefixum robur acuto
In Pallanta diu librans [p] *iacit, atque ita fatur:*
Adspice, [q] *num mage sit nostrum penetrabile telū.*
Dixerat: ac [r] *clypeum, tot ferri terga, tot aeris*
Cum pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis [s] *medium transuerberat ictu,*
Loricaeq. moras, & pectus perforat ingens. [t]
Ille rapit calidum frustra de uulnere telum:
Vna, eademq. uia sanguisque, animusq. [u] *sequūtur.*
Corruit [x] *in uulnus. sonitum super arma dedere:*

a *Iuppiter* Herculem. b Hom. *Il.* 6. & 12. c *Dies, feminino genere, pro tēpore non cōstituto; masculino, pro tempore 12. horarum, ut Pedianus meminit.* d *Dicit ideo esse amandā uirtutem, ut uitae breuitas fama, et gloriae meritis possit augeri. S.* e *A loco maiori.* f *ut Achilles Thetidis, Memnō Aurorae, Ascalaphus Martis. A maiori ad minus.* g Homer. *Il.* ρ. h *Sarpedon, Iouis filius, a Patroclo fuit interfectus. Vide* Hom. *Il.* π. *Ab exemplo maiori.* i Hom. *Il.* ν. K Hom. *Il.* 30. l *Pugna Pallantis cum Turno.* m *Al. Humeris.* n Hom. *Il.* δ. o *quasi, cum difficultate.* p *cum diu librasset.* q *Loquitur Turnus.* r Homer. *Il* 57. s *telum missum a Turno, perforauit clypeum, & loricam, & pectus Turni.*
t *non pectus, sed cuspis. non enim ingens pueri pectus.*
u *pro anima. Ser.*
x *Locus Ennij, ex lib. 16. ut annotauit Macrob. lib. 6. cap. 1.*

Et terram [a] hostilem moriens petit ore cruento.
Quam Turnus super assistens, sic ore profatur: [b]
Arcades haec, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit, [c] Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi
Largior: haud illi stabunt [d] Aeneia paruo (est,
Hospitia: & laeuo pressit pede talia fatus,
Exanimum, rapiens immania pondera baltei,
Impressumq. [e] nefas: [f] una sub nocte iugali
Caesa manus iuuenum foede, thalamiq. cruenti:
Quae bonus Eurytion [g] multo caelauerat auro:
Quo nunc [h] Turnus ouat spolio, gaudetq. potitus.
Nescia mens [i] hominum fati, sortisq. futurae,
Et seruare modum rebus sublata [k] secundis.
Turno [l] tempus erit, magno cum optauerit emptum
Intactum Pallanta, & cum spolia ista, [m] diemq.
Oderit. At socij multo gemitu, lacrymisq.
Impositum scuto referunt Pallania frequentes.

a Hom. Il. λ'. & π'. & φ'.
b Haec uerba, Sic ore profatur, pro nothis habentur: ut testãtur lib. antiq. inter quos & Carpen. ea non habet.
c scilicet, habere pater.
d constabunt.
e Insculptum.
f Danai filiarũ, quae suos uiros occiderunt omnes una nocte, excepta Hypermnestra, quae sola Linceum seruauit.
g Carpens. & quidam alij scr. legunt, Quae Clonus Eurytides. Ab artifice laudat, filio Euryti, sculptore optimo; itemq. materia, & caelatura.
h Loquitur poeta. Hom. Il. ρ'.
i Ecphonesis in Turni temerariam exsultationem, ob Pallantis necem: qui cum in secunda fortuna sibi comparare nequiret, haud multo post similem sortem experturus erat. Hectoris, & Patrocli pugnam, & euentuum horum congressus per omnia refert. Hectorem Turnus, Pallas Patroclum repraesentat. Hoc noster ab Homero uariat, quod ibi circa caesi corpus acriter pugnatur: hic Turnus donat Euandro filium humandum. In pugna, caeso Euphorbo, alijsq. nonnullis Troianis, corpus subtrahitur: hic Arcades ducem suum scuto impositum in castra referunt.
K elata.
l Homer. Il. ζ.
m Quia propter hunc balteum, quem nunc se sustulisse laetatur, periturus est, ut ad finem lib. 12. uidere est.

O [a] dolor, [b] atque decus magnum rediture parenti:
Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert;
Cum tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor
Aduolat Aeneae, tenui discrimine leti
Esse suos, tempus uersis [c] succurrere Teucris.
Proxima quaeq. metit gladio, latumq. per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne, superbum
Caede noua, quaerens: [d] Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis: [e] mensae quas aduena primus
Tunc adijt, dextraeq. datae. Sulmone [f] creatos
Quattuor hic iuuenes, totidem, quos educat Vfens,
Viuentes rapit, inferias quos immolet umbris, [g]
Captiuoq. rogi perfundat sanguine flammas,
Inde Mago [h] procul infensam cum tenderet hastā,
Ille [i] astu subit, [k] ac tremebunda superuolat hasta,
Et genua amplectens effatur talia supplex:
Per patrios manes, [l] & spes surgentis Iuli,
Te precor, hanc animam serues natoque, patrique,
Est domus alta: iacent penitus defossa [m] talenta
Caelati argenti: sunt auri pondera facti,

a Hom. Il. 275. b Hos duos uersus seq. alij a poeta, alij a socijs reportantibus cadauer, dici nolunt. Decus autem, propter haec. Cum tamen ingentes Rut. &c. Est autem exclamatio pathetica poetae, in luctum, & dolorem senis Euandri, ubi casum filij ac ceperit. Hūc paucis uerbis ominando amplificat. Pathos ab auersione. c scilicet in fugam, fugatis. d ut te interimat. e Gratitudo Aeneae: enumerat enim beneficia. f ab Sulmone, urbe Latij. g Homerum imitatur Iliad. ⏊. ubi Achilles duodecim Troianos Patroclo mittit inferias. h Hunc in ipsa turba obuium fundit, ut Achilles Lycaonem Priami filium: atque eundem pariter supplicem fingit, ut ille Lycaonem, ut sibi parcat, & incolumem dimittat. i Homer. Il. 13. K Subsedit. Ser.
l Aenean crudelitatis arguit Lactantius, lib. 5. cap. 10. quod supplici, & per manes patrios deprecanti non pepercerit. Sumptus est autem totus hic locus ex Iliad. lib. 4. & 6.
m alte infossa, fossae commissa.

Infectique mihi. non hic uictoria Teucrum
Vertitur; haud anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat: Aeneas [a] contra cui talia reddit:
Argenti, atque auri memoras quae multa talenta,
Gnatis parce [b] tuis: belli commercia [c] Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto. [d]
Hoc patris Anchisae manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus, galeam laeua tenet, atque reflexa
Ceruice orantis capulo tenus [e] abdidit ensem.
Nec procul Aemonides Phoebi, Triuiaeq. sacerdos,
Infula [f] cui sacra redimibat tempora uitta,
Totus collucens ueste, atque insignibus armis. [g]
Quem congressus agit campo; lapsumq. superstans
Immolat, [h] ingentiq. [i] umbra tegit. arma Serestus [k]
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue [l] trophaeũ. [m]
Instaurant acies, [n] Vulcani stirpe creatus
Caeculus, [o] & ueniens Marsorum mõtibus Vmbro.
Dardanides [p] contra furit: Anxuris [q] ense sinistrã,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.

a Hom. Il. 116. 230.
b id est, Serua. S. & D.
c ignoscendi facultatem, & uicissitudines. Ser. Humanitatem poscis, quae inter partes solet aliquando praestari: sed istum mihi tuus ille Turnus sustulit, et inhumanitatem plenam morte Pallantis docuit.
d cum peremit illum.
e Pathos a modo: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 4.
f fascia de albo, & cocco.
g Probus, teste Ser. Albis, legendum putauit; Asper uero, Armis.
h Quasi uictimam, ut ille consueuerat. nam hoc uerbo ad sacerdotis nomen allusit. Ser.
i Aut ad magnitudinem corporis, aut ad laudem Aeneae refertur.
K Duo erant Seresti, alter remanserat in Troia, alter cum Aenea.
l Mars. Auersio.
m Victoriae monumentum.
n iam fusas.
o Caeculus, quare Vulcani filius sit creditus, uide ad finem lib. 7.
p Aeneas: Antonomasia.
q Hunc, ut ineptum factorum, & uirtutis suae ostentatorem, perstringit.

Dixerat ille aliquid magnum,[a] uimq. affore uerbo
Crediderat, caeloq. animum fortasse ferebat,[b]
Canitiemq.[c] sibi, & longos promiserat annos.
Tarquitus[d] exsultans contra fulgentibus armis,
Siluicolae[e] Fauno[f] Dryope quem nympha crearat,
Obuius ardenti[g] sese obtulit: ille reducta[h]
Loricam, clypeiq. ingens onus impedit hasta.
Tum[i] caput orantis nequidquam, & multa parãtis
Dicere, deturbat terrae; truncumq. repente
Prouoluens, super[k] haec inimico pectore fatur:
Istic[l] nunc metuende iace: non te[m] optima mater
Condet humi, patrio ue onerabit membra sepulcro:
Alitibus linquere feris:[n] aut gurgite mersum
Vnda feret, piscesq. impasti uulnera lambent.
Protinus Antheũ, & Lycam, prima agmina Turni,
Persequitur, fortem q. Numã, fuluumq. Camertẽ
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri
Qui fuit Ausonidũ, & tacitis regnauit Amyclis.[o]

a significat infestã fortasse fuiße ei Nemesim, aduersari solitã superbis: eiusq. insolentiã prouocasse deorum inuidiam, quae ei exitij caussa fuerit, & pestis. Turn. b id est, aequabat. Allusum ad paroemiam, Caelum manibus contingere: de ijs, qui magna de se praedicant, inaniterq. se uenditant. c A signo, notat senectutem: stultorum est, ea sibi promittere, quae in nullius hominis manu sunt, sed a Deo pendent. Nemo fatum suum, aut fatalem diem, nouit, ita ut praesens hora certam non habeat fidem. Hort. d Homer. Iliad. 121. e Epitheton hoc ex lib. 1. Naeuij de bel. Pun. sumptum esse ostẽdit Macr. lib. 6. cap. 5. f Pompon. Laetus legit, Dauno, dicitq. eos errare, qui Faunum, rusticum deum, hoc loco recipiunt. g Aeneae ferro saeuienti in hostes. h Hasta Aeneae transuerberatus fuit clypeus, & ita penetrata lorica, ut in ea haereret. ita l. & cl. impediebantur. Reducta autem, quia lacertos retro reducunt, hastam mittere parantes. Turn. i Hom. Il. 117. K Hom. Il. 122. l Hom. Il. φ. m Hom. Il. 230. 166. n Homeri uerba, & belli Troiani euentum respicit, quo cadauera, uel auibus rapacibus lanianda obijciebantur; uel in aquam piscibus esca praecipitabantur. Hort. o quia, ueniente hoste, cum nemo nunciaret, improuiso captae sunt. Vide prouerb. Amyclus silentium perdidit.

Aegeon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq. manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribusq arsisse, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.
Sic toto[a] Aeneas desaeuit in aequore uictor,
Vt semel intepuit mucro. quin[b] ecce Nyphei
Quadriiuges in equos, aduersaq pectora tendit:
Atq. illi longe[c] gradientem, & dira frementem,
Vt uidere, metu uersi. retroq. ruentes,
Effunduntq. ducem, rapiuntq. ad litora currus.
Interea biiugis infert se Lucagus albis
In medios, fraterq. Liger:[d] sed frater habenis
Flectit equos. strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto feruore furentes:
Irruit,[e] aduersaq. ingens apparuit hasta.
Cui Liger:
Non Diomedis equos, non currū cernis Achillis,[f]
Aut Phrygiae campos: nunc belli finis, & aeui
His dabitur terris. uaesano talia late
Dicta uolant Ligeri: sed non & Troius heros
Dicta parat contra:[g] iaculum nā torquet in hostē.
Lucagus ut pronus pendens in uerbera telo
Admouit biiugos; proiecto[h] dum pede laeuo
Aptat se pugnae; subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei, tum laeuum perforat inguen.
Excussus curru moribundus uoluitur aruis.
Quem pius[i] Aeneas dictis affatur amaris:
Lucage, nulla tuos[k] currus fuga segnis equorum

a Hyperbolica comparatio.
b Homer. in Il. 64.
c longis gradibus.
d Liger, & Lucagus fratres erant.
e Homer. Il. 116.
f Oblique fugacitatē, Aeneae obijcit Liger, quod primū a Diomede, deinde etiā ab Achille in fugā fuerit uersus. Vide Macrob. Sat. lib. 6. c. 9.
g Non respōdit Aeneas, sed intorsit iaculum.
h protento, extento.
i Quamuis pius: procacitas linguae nō pōt non opt'mi cuiuslibet aīum exacerbare.
i Sarcasmus, quo & hosti perempto insultat, & fugam ab illo sibi obiectā in equorū timiditatē, & umbrarū terriculamenta confert: nisi potius malis cum ad Nyphaei necem respicere.

Pro-

Prodidit, aut uanae uertere [a] ex hostibus umbrae:
Ipse rotis saliens iuga deseris. Haec ita fatus
Arripuit bijugos. frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem.
Per te, per qui te [b] talem genuere parentes,
Vir Troiane, sine hãc animã, et miserere precantis.
Pluribus oranti Aeneas: [c] Haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem [d] ne desere frater.
Tum, latebras animae, pectus mucrone recludit. [e]
Talia [f] per campos [g] edebat funera ductor
Dardanius, torrentis [h] aquae, uel turbinis atri
More furens. Tandẽ erumpũt, & castra relinquũt,
Ascanius puer, & nequidquam obsessa iuuentus.
Iunonem [i] interea compellat Iuppiter ultro:
O [k] germana mihi, atq. eadem gratissima coniux, [l]
Vt [m] rebare, Venus [n] (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes, non uiuida bello
Dextra uiris, animusq. ferox, patiensq. pericli.
Cui Iuno submissa: [o] Quid o, [p] pulcherrime coniux,
Sollicitas aegram, & tua tristia [q] dicta timentem?
Si mihi, [r] quae quondam fuerat, quãq. esse decebat,
Vis in amore foret; non hoc mihi namq. negares
Omnipotens, quin & pugnae subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Nunc pereat, [s] Teucrisq. pio det sanguine poenas. [t]

a equos tuos.
b Obtestatio, per eos, quos uir pius habuit carissimos.
c Sub. dixit: Defectio.
d ut ironice alluserit ad paroemiã, Frater uiro adsit.
e aperit.
f Ho. Il. 46
g Epiphonema clausulae loco, in perpetratae cladis enumerationẽ, ut accingat se ad nouã narrationẽ.
h Ho. Il. ε. Obiter duplici collatione Aeneae ferociam hyperbolice subijcit.

i Hom. Il. ό. K Hom. in Il. 30. l Iuno quare soror & coniux Iouis fingatur, uide rationem physicam apud Macr. l. 1. Sat. c. 17. m Hom Il. δ'. n Narratio breuis, ut Iunoni querẽdi, loquẽdique, id, quo angatur, suppeditet. o summissum animum praeseferens, uel, summissa uoce. p Abruptum exordiũ, dolẽti aegrescentiq. aptũ. q seuera. r Eodẽ fere uersu, fine tantũ immutato, et supra usus est lib. 5. s Cõcedit ironice: quod, ne fiat, tacite optat. t Eũ latẽter Aeneae exaequat, qui ubiq. cultor deorum inducitur. Ser.

Ille

Ille[a] *tamen nostra deducit origine nomen:*
Pilumnusq. illi quartus pater:[b] *& tua larga*
Saepe[c] *manu, multisq. onerauit limina donis.*
Cui rex aetherij breuiter sic fatur Olympi:
Si mora[d] *praesentis leti, tempusq. caduco*[e]
Oratur iuueni, meq. hoc ita ponere sentis:[f]
Tolle fuga Turnum, atq. instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse uacat.[g] *sin altior istis*
Sub precibus uenia[h] *ulla latet; totumq. moueri,*
Mutari ue putas bellum: spes pascis inanes.
Cui Iuno illacrymans: Quid si, quod uoce grauaris,
Mēte dares,[i] *atq. haec Turno rata*[k] *uita maneret?*
Nunc manet insontam grauis exitus:[l] *aut ego ueri*
Vana feror.[m] *quod ut o potius formidine falsa*
Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.
Haec ubi dicta dedit,[n] *caelo se protinus alto*
Misit,[o] *agens hiemem nimbo*[p] *succincta per auras;*
Iliacamq. aciem, & Laurentia castra petiuit.
Tum[q] *dea nube*[r] *caua tenuem sine uiribus umbrā*
In faciem Aeneae (uisu mirabile monstrum)

a Homer. Il. 264. b Locus hic pugnare uidetur cum illo superiori, Cui Pilumnus auus. nisi intelligamus & auū, & abauum Turni eodem nomine fuisse appellatos. c Homer. Il. ϑ. d ut Iuno aliquid obtinuisse uideatur, concedit dilationem necis: quando fatum ineuitabile est. Iouis enim uox, fatum ipsum est immutabile, quod ita sit fatus. Hort. e morituro. f uis me hoc ita statuere. Sc. Graecum loquendi genus, quo Lucilium quoque alicubi usum esse, ostendit Seruius. g Vndique iam in mortem truditur: hoc tantum uacat spatium. h Veniae impetratio. Sin preces istae tendunt ad impetrandam aliam ueniam, id est, ut aliud indulgeam. i Vtinam, quae negas uoce, id est, fato, traderes mente. K In quibusdam cod. legitur, Data uita. Seruio tamen, & doctis omnib. magis uideo placere, ut Rata, legatur. l crudelis finis. m ignara ueritatis sum. S. n confirmata nonnihil Iuno uerbis Iouis in praesenti, Turnū caedi subtrahere maturat. o demisit. Iunonis descēsus. p nubibus. S. q Hom. Il. 55. r Fictio haec pertinet ad decorū, ut Turnus errore potius ex pugna auferri, quam sponte sua fugere uideatur.

Dardaniјs ornat telis, clypeumque, iubasque
Diuini aſſimulat capitis: dat iaania[a] uerba:
Dat ſine mente ſonum, greſſusq. effingit euntis.
Morte obita,[b] quales[c] fama eſt uolitare figuras;
Aut quae ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.
At primas laeta ante acies exſultat imago,[d]
Irritatq. uirum[e] telis, & uoce laceſſit.
Inſtat cui Turnus, ſtridentemq. eminus haſtam
Conijcit. illa dato uertit ueſtigia tergo.
Tum uero Aenean auerſum ut cedere Turnus
Credidit, atq. animo ſpem turbidus[f] hauſit inanẽ;
Quo fugis,[g] Aenea? thalamos[h] ne deſere pactos;[i]
Haud dabitur dextra tellus quaeſita per undas.
Talia uociferans ſequitur, ſtrictumq. coruſcat
Mucronem, nec ferre uidet ſua gaudia uentos.[k]
Forte ratis celſi coniuncta crepidine[l] ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato,
Qua rex Cluſinis[m] aduectus Oſinius[n] oris.
Huc ſeſe trepida Aeneae fugientis imago
Conijcit in latebras: nec Turnus ſegnior inſtat,
Exſuperatq. moras, & pontes tanſilit altos.[o]

a *Exſilia: ueniẽtia ab umbra.*
b *id eſt, ſuſcepta. Eſt autem imitatio Lucretij, qui ſic habet l. 1. Morte obita quorum tellus amplectitur oſſa. Vide Macr. l. 6. cap. 1.*
c *Duabus euidentibus cõparationibus umbrae ſpeciẽ illuſtrat.*
d *Iuno uerſa in umbram Aeneae.*
e *Turnum.*

f *elatus, arrogantia tumens.* g *Loquitur Turnus.* h *Simile eſt illud lib. 12. En agros, & quam bello Troiane petiſti, Heſperiam metire iacens.*
i *Exſpecta, dum ſeruata pactorum fide, optatam ducas uxorem. Don.*
K *Nec animaduertit uanum eſſe ſuum gaudium. Non animaduertebat, quod ferebant talem laetitiam uenti.*
l *abrupti ſaxi altitudine; Pro, Crepidini, poſitum. Ser.*
m *Taxat hoc loco Virgilium Euſtathius apud Macr. lib. 5. c. 15. tamquã parum memorem catalogi, quem ad finem lib 7. contexuit. A qua tamen calumnia facile tuetur Virg. Pontanus in Antonio.*
n *Maſſicus, filius Oſinij.*
o *ut inſequatur imaginem.*

Vix proram attigerat: rumpit Saturnia funem,[a]
Auulsamq. rapit[b] reuoluta per aequora nauem.
Illum[c] autem Aeneas[d] absentem in proelia poscit:
Obuia multa uirum demittit corpora morti.
Tunc leuis[e] haud ultra latebras iam quaerit imago,
Sed sublime uolans nubi se immiscuit atrae:
Cum Turnum medio interea fert aequore turbo.
Respicit ignarus rerum,[f] ingratusq. salutis;[g]
Et duplices cum uoce manus ad sidera tendit:
Omnipotens genitor,[h] tanton' me crimine dignum
Duxisti? & tales uoluisti expendere poenas?[i]
Quo feror? unde abij? quae me fuga, quẽ[k] ue redu
Laurẽtes ne iterũ muros;[l] aut castra uidebo? (cet?
Quid manus illa uirũ,[m] qui me, meaq. arma secuti?
Quosq. (nefas) omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes[n] uideo, gemitumq. cadentum
Accipio. quid agã? aut quae iam satis ima dehiscat[o]
Terra mihi? uos o potius miserescite uenti:
In rupes, in saxa, uolens uos Turnus adoro,
Ferte[p] ratem, saeuisq. uadis immittite[q] Syrtis,
Quo neq. me Rutuli, neq. conscia fama sequatur.
Haec[r] memorans, aĩo nũc huc, nunc fluctuat[s] illuc:

a ne redire posset in proeliũ, deprehenso dolo. Ser. b Iuno scilicet. c Turnum. d Al. (nõ recte) Ille autem Aenean &c. c Iuno euanuit. f artis, per quam euaserat. g ingratus salutis, utpote ignarus rerum. Nullã gratiam habẽs pro illis, quae in eius salutem facta erãt: utpote qui ea nesciret. Est autem nouus dicendi modus, pro eo quod est, accepta salute ingratus. h Querulatoria Turni oratio ad Iouem, tota composita est exaggerationibus indignis, a turpitudine fugae, cum apud alios, tum suos. i Credebat se in aqua perire. Sic apud Sil. l. 17. Iuno delusit Hannibalẽ. K qualem. l Pathos ab addubitatione: de quo uideto Macr. l 4. c. ult. m Defectio: deest enim, Dicet, uel aliud uerbum. Vel, Quid multitudo facit nunc sine me duce. Metuit, ne a suis, uelut Hector a Polydamante, coarguatur. n illos timentes absentia mea mori. Mouet affectus. o imprecatio sibi irati ob facti turpitudinem. p Impellite. q ut obruar, & peream. r Hom. Il. 85. s μερμηρίζει. Coarguit ancipitem hominis animum, & incertum consilium in turpi fuga.

An

An sese mucrone [a] ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum [b] per costas exigat ensem:
Fluctibus an iaciat medijs, & litora nando
Curua petat, Teucrumq. iterum se reddat in arma. [c]
Ter [d] conatus utramq. [e] uiam; ter maxima Iuno
Continuit, iuuenemq. [f] animi miserata repressit.
Labitur alta secans, fluctuque, aestuq. secundo:
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem. [g]
At Iouis interea monitis [h] Mezentius ardens
Succedit pugnae, Teucrosq. inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenae acies, [i] atque omnibus uni,
Vni odijsq. uiro [k] telisq. frequentibus instant.
Ille, [l] uelut [m] rupes, uastum quae prodit in aequor
Obuia uentorum furijs, expostaq. ponto,
Vim cunctam, atq. minas perfert caeliq., marisque:
Ipsa immota manet, [n] prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagū, Palmumq. fugacem:
Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat os, [o] faciemq. aduersam; poplite Palmum
Succiso uolui segnem [p] sinit; armaq. [q] Lauso
Donat habere humeris, & uertice figere cristas.
Nec non Euantem Phrygium, Paridisq. Mimanta

a Priscianus hunc locum citans, legit Mucronē. Sincerior tamē lectio uidetur Mucrone, septimo casu. Sic locutus est Caesar l. 7. de bel Gal. Se ipsi acutissimis uallis induebāt. Et l. 2. Acutissimis stipitib. induebantur. Male igitur Seruius putat, uel per abusionē, uel per hypallagen esse dictum. Alij expo.

An se mucrone suo transfigat. b *crudelem.* c *reddat armis.*
d *Additione numeri ternarij, amplificatio.* e *Et interficere se, & natare*
ad litus. f *pro, animo.* g *Ardeam.* h *Mezentium Iuppiter ho-*
minem sibi, dijsq. omnib. ob impietatem inuisum, ad pugnam instigat, quo
maturius spretae religionis poenas lueret. i *concurrunt inter se Tyrrhe-*
ni sub Mezentio, & sub Aenea. K *Mezentio.* l Homer. *Il.* 170.
m *comparatione Mezentij uirtutem in bello amplificat, ut eo plus gloriae*
ad uictorē postea redeat. n *Al. Manes.* o *Occupat os Latagū, Graeca*
figura dixit, pro eo, quod est, Occupat os Latagi. Sic Gr. ἔκρουσεν ἀχιλλέα
τὸν πόδα. p *i. nō ambulātē, ob succisū poplitē.* q *Palmi s. & Latagi.*

Aequalem,

Aequalem, comitemque: una quē nocte [a] *Theano*
In lucē genitori Amyco dedit; & face praegnās [b]
Cisseis [c] *regina Parin creat: urbe paterna*
Occubat; [d] *ignarum* [e] *Laurēs habet ora Mimanta:* [f]
Ac, [g] *uelut* [h] *ille canum morsu de montibus altis*
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosq. palus Laurentia, [i] *silua*
Pastus arundinea, postquam inter retia uentum est,
Substitit, infremuitq. ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci, propius ue accedere uirtus:
Sed iaculis, tutisq. procul clamoribus instant:
Haud [k] *aliter,* [l] *iustae quibus est Mezentius irae,* [m]
Non ulli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longe, & uasto clamore lacessunt. [n]
Ille autem impauidus partes cunctatur [o] *in omnes,*
Dentibus infrendens, & tergo [p] *decutit hastas.*
Venerat antiquis Coryti [q] *de finibus Acron,*
Graius homo, īfectos linquēs profugus hymenaeos. [r]
Hunc [s] *ubi miscentem longe media agmina uidit,*
Purpureum pennis, [t] *& pactae* [u] *coniugis ostro:*
Impastus [x] *stabula alta leo ceu saepe peragrans*
(Suadet enim uaesana fames) si forte fugacem

a *Quia una, eademq. nocte natus fuerat, qua Paris.*
b *Quia antequam pareret, facem se peperisse uidit ī somnijs. S.*
c *Cisseida uocat Hecubam, Euripidis sententiam secutus, qui eā Cissei filiā facit. Homerus eā Dimāte patre natam tradidit: quem & Ouid. secutus, Proles, inquit, praeclara Dimantis.*
d *Paris.* e *pro, Ignoratum; ut, test. etiam Gell. Sic Nescius, pass.*
f *Mimas, comes Paridis.* g Hom. Il. 121. 189. h *Alia comparatione Mezentij ferociam impotentem illustrat.* i *Latina.* K Hom. Il. 189.
l *Applicatio. pari ui, & truculentia Mezentius in Troianos saeuit.*
m *Quibus irae est: ut dicitur, esse odio. Nō est animus ulli eorum, quibus est irae.* n *Mezentium.* o *disponit se.* p *Tergum pro scuto posuit. Nam scuta tergoribus bubulis solent tegi.* q *Corytus, Tusciae opidum, patria Dardani.* r *nuptias.* s Hom. Il. 50. t *crista purpurea.* u *propter nouas nuptias.* x *Comparatio* Homerica *ex Il. γ. huc translata: quod etiam annotauit Macr. lib. 5. c. 10.*

Conspexit

Cōspexit capream, aut surgētē in cornua [a] ceruum,
Gaudet hians immane, comasq. arrexit, & haeret
Visceribus super accumbens: lauit improba taeter
Ora cruor:
Sic ruit [b] in densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur infelix Acron, & calcibus [c] atram
Tundit humū exspirans, infractaq. tela cruentat. [d]
Atque idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec iacta caecum dare cuspide uulnus.
Obuius [e] aduersoq. occurrit, seq. uiro uir [f]
Contulit, haud furto [g] melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum [h] posito pede nixus, & hasta,
Pars [i] belli haud tēnenda uiris, iacet altus Orodes. [k]
Conclamant [l] socij laetum Paeana [m] secuti:
Ille [n] autem exspirans: Non me, quicūq. es, inulto,
Victor, nec longum laetabere: te quoque fata
Prospectant paria, atq. eadem mox arua tenebis. [o]
Ad quem subridens mista Mezentius ira:
Nūc [p] morere, ast de me diuū pater, atq. hōīum rex
Viderit. Hoc dicens, eduxit corpore telum.

a cornibus eminētem. Ser. Capite arduo. Sc.
b ad consimilem modum in confertos hostes irruit Mezentius.
c Pathos a modo: de quo Macr. lib. 4. c. 4.
d sanguine suo.
e Mezentius.
f Mezentius.
g furto, id est, insidijs, uel dolo.
h prostratum.

i *Homer. Il. 40.* k *Allusum est ad uocis etymon* ὄρος *enim Graecis Mons est;* ὀρώδης, *montuosus, siue melius dicam, menti similis.*
l *significanter de Mezentij socijs: quasi laetitia exsultant de uictoria, quam clamoribus effusis testantur.*
m *Laetam cantionem, ob uictoriam, quod magnum Orodem fudisset. Paean alioqui proprie est carmen Apollineum. Apollo ipse a feriendo,* παιὰν *dicitur. Vnde in cantiuncula,* ἰὲ παιὰν, *quod sagittis suis Pythonem serpentem confecisset.*
n *Homer. Il. 187.*
o *Sic apud Ho. Il.* π *Patroclus moriens Hectori instare praedicit necem.*
p *Sumptus est hic locus ex Il.* χ *ubi Hectori, sibi mortem praedicenti, totidem prope uerbis respondet.*

Olli[a] *dura quies*[b] *oculos, & ferreus urget*
Somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.
Caedicus[c] *Aleathoū*[d] *obtrūcat, Sacrator*[e] *Hydaspē,*
Partheniumq.[f] *Rapo, et praedurū uiribus Orsen:*[g]
Messapus Cloniumque, Lycaoniumq.[h] *Ericaten,*
Illum infrenis[i] *equi lapsu tellure iacentem,*
Hunc peditem pedes. & Lycius processerat[k] *Agis:*
Quem tamē haud expers Valerus uirtutis auitae[l]
Deijcit, Atronium Salius, Saliumq. Nealces
Insignis iaculo,[m] *& longe fallente sagitta.*
Iam grauis aequabat luctus & mutua Mauors
Funera: cedebant pariter, pariterq. ruebant
Victores, uictique: neque[n] *his fuga nota, nec illis.*
Dij Iouis in tectis iram miserantur[o] *inanem*
Amborum,[p] *& tantos mortalibus esse labores.*[q]
Hinc Venus. hinc contra spectat Saturnia Iuno.
Pallada Tisiphone media inter millia saeuit.
At uero ingentem quatiens Mezentius hastam

a Homer. Il. χ.
b Periphrasis mortis.
c Imitatione Homerica, coacernat enumeratione sūmaria quosdam in eo proelij ardore caesos, & qui uicissim statim ab alijs interfecti fuere: iuxta illud, κὰι κτανέοντα κατέκτα.
d ab Alcathoe, urbe propinqua Megaris: pro Arcade ponitur.
e A Sacranis, qui fuere populi antiquissimi in Latio.
f A Parthenio, fluuio Arcadiae.
g Nomen Argiui, apud Homerum.
h A Lycaone, rege antiquissimo Arcadiae.
i asperrimi, qui frenorum sperneret regimen. Ser.
k Dimicaturus contra Mess. Sed Val. praeueniens eum occidit.
l Non degenerans a uirt. auita. Seruius aliter exp.
m Iactu longe fallentis sagittae: ut sit ἓν διὰ δυοῖν S.
n Homer. Iliad. 115.
o Miserantur mortalium calamitatis hic dij, non autem in pugnam descendunt, ut in bello Troiano apud Graecum uatem. Hort.
p Rutulorum scilicet, & Troianorum.
q contra deos immortales ῥεῖα ζῶντας, id est, sine labore uiuentes, inducit Homerus.

Turbidus

Turbidus ingreditur campo. quã[a] magnus Orion,[b]
Cum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna[c] uiam ſcindens, humero ſupereminet undas:
Aut ſummis referens annoſam montibus ornum,
Ingrediturq. ſolo, & caput inter nubila condit:
Talis ſe uaſtis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas, ſpeculatus in agmine longo,
Obuius ire parat. manet imperterritus ille,
Hoſtem magnanimum opperiens, et mole ſua ſtat:[d]
Atq. oculis ſpatium emenſus, quãtum ſatis haſtae:
Dextra mihi deus,[e] & telum, quod miſſile libro,
Nunc adſint: uoueo[f] praedonis[g] corpore raptis

a id eſt, ut, Duabus rurſus comparationib. robur, uim, & heroicã proceritatẽ Mezẽtij attollit.

b Tradunt Hircũ quẽdam ſenem fuiſſe, qui cum Ioue, & Mercurium hoſpitio humaniter excepiſſet, ab ijs petiuiſſet filium: uxorem olim ſterilem deceſſiſſe. Et, ut id impetraret a dijs, ſtatim illis mactaſſe bouem. Porro dij bouis in corio lotium ſuum reddiderunt, atque ita conuolutum condiderũt in terra. Vnde natus eſt Hiera, quem a Lotio Vrionẽ uocauit: atque inde, unius literae mutatione, Orion coeptus eſt appellari. Hic ubi ad maturam aetatem perueniſſet, magnus uenator euaſit, ac Dianae comes adiunctus eſt. Paullatim uenandi ſtudio exercitus eo peruenit, ut iactaret nullum animal gigni poſſe e terra, quod ipſe non ſuperaret. Breui a paruo ſcorpione, qui e terra erepſerat, ictus perijt. Idẽ aliquando Pleiadas conſtuprare, & Dianae uim inferre uoluit. Sunt, qui hunc a Ioue, Mercurio, & Neptuno genitum prodant, ſtaturaeq. ingentis. Hic cum aliquando a rege hoſpitio exceptus fuiſſet, egreſſus fuit eius uitiare filiam, quamobrem ab ea oculis priuatus fuit. Conſuluit oraculum, qua arte uiſum recuperaret. Reſpõſum ei fuit, ſi per mare contra ortum incederet, ut radij ſolares oculis eius illuceſcerent: id quod fecit. Cum itaque Cyclopum, arma Ioui fabricantium, ſtrepitum audiuiſſet, ſonum ſecutus, ad eos ductus peruenit. Ibi unum in humeros ſublatum abſtulit, quo duce oraculum impleuit.

c Stagna, per Tapinoſin dixit, pro Mari: cuius tamen dictionis humilitatẽ ſuo more ſubleuat epitheto, cũ ait, Maxima Nerei Stagna. d Virtute ſua confiſus ſtabat. Ita D. non recte. e Hinc ſupra, Contemptor diuum Mezentius. Notatur in perſona Mezentij, illorum pietas, qui, ſpreto deorum auxilio, proprijs tantum uiribus confidunt. f Conſecro, & dico.
g Appellat Aenean Praedonem, quod in aliena patria praedaretur.

a Homer. in Il. 46.
b Legēdum hoc est, Antonē, nō autem Anthorē, aut Athorem, aut Actorē, ut diuersis legitur exēplaribus. Fuit hic Antones prognatus ex Antone filio Herculis: aut, quēadmodum Poeta dicit, unus ex comitibus Herculis, qui apud Euandrum, illo ex Italia digrediente, relictus fuit. Plutarchus auctor est in uita Antonij, Antoniam familiam ab Herculis filio Antone originem duxisse. Appianus Alexan. lib. 3. auctor est, Octauium Antonio respondisse: Futurus, inquit, eras Caesaris adoptiuus, si te ex Herculeo Aeneadem fieri malle cognouisset. Ἀντώνιος Graece, pro uenali habetur, ut testatur quoddam Graecum epigramma, ab Alciato in linguam Latinam hoc modo traductum: In bellis qui notus eras Antonius olim,
Cur tria perdideris prima elementa, refer.
sublatis enim a fronte tribus litteris Ant, manet ὤνιος, hoc est, uenalis. Hort.
c Pathos a caussa. Vide Mar. l. 4. c. 4. ubi hunc locum citat.
d telo in Aenean destinato.
e Pathos a loco.
f Homer. in Il. 35.
g ligno enim tegebantur scuta, ut posset inhaerere pictura. S.
h tergoribus taurorum.
i Mezentij scilicet.
k loquitur Poeta.
l Al. Optime, uocandi casu.

Indutum spolijs, ipsum te, Lause, trophaeum
Aeneae. Dixit, stridentemq. [a] eminus hastam
Iecit: at illa uolans clypeo est excussa, proculq.
Egregium Anthorem [b] latus inter, & ilia figit,
Herculis Anthorē comitē, [c] qui missus ab Agris
Haeserat Euandro, atque Itala consederat urbe.
Sternitur infelix alieno [d] uulnere, caelumq.
Adspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos. [e]
Tum [f] pius Aeneas hastam iacit, illa per orbem
Aere cauum triplici, per linea [g] terga, tribusq.
Transijt intextum tauris [h] opus, imaq. sedit
Inguine, [i] sed uires haud pertulit. ocius ensem
Aeneas, uiso [k] Tyrrheni sanguine laetus,
Eripit a femore, & trepidanti feruidus instat.
Ingemuit cari grauiter genitoris amore,
Vt uidit, Lausus, lacrymaeq. per ora uolutae.
Hic mortis [l] durae casum, tuaq. optima [m] facta,

Si qua fidem tanto est operi [a] latura uetustas,
Non equidem, nec te iuuenis memorande silebo. [b]
Ille, [c] pedem [d] referens, & inutilis, inq. ligatus [e]
Cedebat, clypeoq. inimicum hastile trahebat,
Proripuit [f] iuuenis, seseq. immiscuit armis:
Iamq. assurgentis dextrae, [g] plagamq. ferentis
Aeneae subijt mucronem, ipsumq. [h] morando
Sustinuit. socij magno clamore sequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret;
Telaq. conijciunt, proturbantq. eminus hostem [i]
Missilibus furit [k] Aeneas, tectusq. tenet se.
Ac, [l] uelut, [m] effusa si quando grandine nimbi
Praecipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & [n] tuta latet arce uiator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris, ut possint, sole reducto,
Exercere diem: [o] sic obrutus undiq. telis
Aeneas, nubem belli, dum detonet, [p] omnis
Sustinet, & Lausum increpitat, Lausoq. minatur.
Quo moriture [q] ruis, maioraq. uiribus audes?
Fallit te incautum [r] pietas tua. Nec minus ille [s]

a pietati, & uirtuti Lausi. Operi tanto, i. dest, a pietate profecto. ut mox, Fallit te incautum pietas tua. Quidã male de carm. Virg. intell. b O Lause non silebo mortẽ tuam, si qua uetustas est latura fidem, tanto operi, tuis gestis, tuae pietati ac uirtuti. Nam ex scelerato patre Lausus generatus, pius, ac mitis erat. c Mezentius. d Hom. Il. 59. e illigatus. Sic legitur de Scipione, qui patrẽ liberauit apud Ticinum. f Al. Prorupit: quae dictio optime cõgruit huic loco, propter id quod sequitur, Seseq. immiscuit armis. g Al. Dextrã. ut ordo uerb. sit, Subijt dextrã Aen. iã ass. & mucr. f. l. pl. Sic mox, ut pro me hostili paterer succedere dextrae. h Aenean, facientẽ impetũ in patrem. i Aenean. k Quod plenã de tanto hoste uictoriã reportare non possit. D. l Hom. Il. 42. 133. m Cõparatione hyperbolica, uim telorum, quae in Aeneã undiq. conijciuntur, amplificat. n Quidã omittunt, Et, & ultimã in Agricola producunt caesura, ut apud Ouid. Nomẽ amicitia, nomẽ inane fides. o Hypall. pro Exerceri per diẽ. p Violentus impetus hostium remittatur. Al. Detinet omnes. Vel, -nubem belli dum detinet, omnes Sust. q Loquitur Aaeneas. r Pathos a caussa. s Lausus

Exſultat demens: ſaeuae iamq. altius irae
Dardanio ſurgunt ductori; extremaq. Lauſo
Parcae fila[a] legunt.[b] ualidum namq. exigit enſem
Per medium Aeneas iuuenem, totumq. recondit.[c]
Tranſiit & parmam[d] mucro, leuia arma, minacis,
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro:[e]
Impleuitq.[f] ſinum[g] ſanguis: tum uita[h] per auras
Conceſſit maeſta ad manes, corpusq. reliquit.
At[i] uero, ut uultum uidit morientis, & ora,
Ora[k] modis Anchiſiades pallentia miris,
Ingemuit[l] miſerans grauiter, dextramq. tetendit:
Et mentem patriae ſubiit[m] pietatis imago.
Quid tibi nunc,[n] miſerande puer, pro laudib. iſtis,
Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma, quibus laetatus, habe tua; teq. parentum
Manibus, & cineri, (ſi qua eſt ea[o] cura) remitto,
Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem:
Aeneae magni[p] dextra cadis. increpat ultro
Cunctantes ſocios, & terra ſubleuat[q] ipſum,
Sanguine[r] turbantem comptos de more[ſ] capillos.

a Periphraſis mortis iamiam impendentis Lauſo. b colligūt. c Interficitur Lauſus ab Aenea. d parmam, leuia arma, non clyp. S. At Donat. haec ſeparat. e A materia. f Hom. Il. 227. g Pathos ab atteſtatione: de quo uide Macrob. l.4.c.6. h anima. i Hom. Il. 57. k Anadiploſis. l Aeneas, morte Lauſi. m Affectus a ſimilitudine paſſionis: Greci uocant ὁμοιοπάθειαν. n Nuſquam poeta recedit a decoro perſonae Aeneae: qui cum inducatur pius, non ſolum pietatem adoleſcentis hoſtis in patrem Mezētium laudat, & deoſculatur, uerum etiam praemio donat. Reddit illi ſua arma, quibus exſuere poteſt: remittit eum ſepeliendum: ipſosq. eius ſocios increpat cunctantes, ſegnioresq. in auferendo corpore. o Aut ad Mezentij impietatē ſpectat haec parētheſis, qui deos omnes, ſuperos, inferosq. cōtemnebat: Aut ad fabulam alludit, qua dicuntur defuncti, ubi ſemel letaeas aquas guſtauerint, rerum omnium terrenarum curā deponere. Vnde eſt & illud lib. 4. Id cinerē & manes credis curare ſepultos? p Moriēti ſolatiū eſt, Magni potius alicuius manib. perire, quā gregarij militis. q magnū pietatis exēplū. r Pathos a re uiſa. ſ tunc n. uiri, ut mulieres, cōponebāt capillos.

Interea[a] genitor[b] Tiberini ad fluminis undam
Vulnera siccabat lymphis,[c] corpusq. leuabat[d]
Arboris accliuis[e] trunco, procul aerea ramis
Depēdet galea, & prato grauia arma quiescunt:[f]
Stant[g] lecti circum iuuenes. ipse aeger, anhelans
Colla fouet,[h] fusus propexam in pectore barbam:
Multa super Lauso rogitat,[i] multosq. remittit,
Qui reuocent, maestiq. ferāt mandata parentis.
At Lausum socij exanimum super arma ferebant
Flentes, ingentem, atque ingenti uulnere uictum.
Agnouit[k] longe gemitum praesaga mali mens:[l]
Canitiem[m] immūdo deformat puluere,[n] et ambas
Ad caelum tendit palmas, & corpore inhaeret.[o]
Tantane me[p] tenuit uiuendi, nate, uoluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextrae, (uor,
Quē genuit?[q] tua ne haec, genitor, per uulnera[r] ser
Morte tua uiuens? heu nunc misero mihi demum
Exsilium infelix, nunc alte uulnus adactum.
Idem ego, nate, tuum maculaui crimine nomen,[t]
Pulsus ob inuidiam[u] solio, sceptrisq. paternis.
Debueram patriae poenas, odijsq. meorum:

a *Redit ad Mezētium, cui mors filij nunciata, occasio est ad congrediēdum cū Aenea, & pugnando moriendum.* b *Mezentius.* c *aqua.* d *Al. Lauabat.* e *Acclinis, lege, nō Accliuis. quo modo & Carp. Qui error & apud Hor. Est aūt pro Acclinatus:* f *posita sūt:*

ab aīali ad non animal. g Ho. Il. 41. h *sustinens se trunco arboris S. Adiutus arb. tr. reficiebat lassata colla.* Ita Don. *nisi potius scripsit Adnixus.* i *Decorum, circa paternam curam pro filio.* k Hom.. Il 201. l *Mezentij. Quae suspicamur, aut timemus, facilius, ac citius sentimus, quam ea, quae ad nos nihil attinent.* m *Pathos ab aetate & gestibus, ut est apud Macr. l. 4. c. 3.* n *Est hic locus sumptus ex Iliad.* σ'. *ubi Achilles intellecta morte Patrocli similiter caput puluere foedat.* o *intellige allatū Lausū, & eū haesisse cadaueri filij.* p *Amplificat narrationē a querelis Mezētij patheticis.* q *Pathos a relatione, ut ī Genitor.* r *quae adspicio, ab Aenea tibi illata. & Vulnera, pro Vulnus.* s *Salutem habeo per tua uulnera.* t *regium. Nam, nisi expulsus fuissem, successisses in regnum.* u *Tacet scelera sua, & dicit, Inuidiam.*

Omnes per mortes[a] animā fontem ipse dedissem. [b]
Nunc[c] uiuo: neq. adhuc homines, lucemq. relinquo;
Sed linquam.[d] Simul haec dicēs, attollit in aegrū[e]
Se femur: &, quamquā uis alto uulnere tardat,
Haud deiectus[f] equum duci iubet. hoc decus[g] illi,
Hoc solamen erat: bellis hoc uictor abibat
Omnibus. alloquitur maerentem, & talibus infit:
Rhoebe,[h] diu, res si qua diu mortalibus ulla est,
Viximus: aut hodie uictor spolia illa cruenta,[i]
Et caput Aeneae referens, Lausiq. dolorum
Vltor eris mecum:[k] aut, aperit si nulla uiam uis,[l]
Occumbes pariter: neq. enim[m] fortissime credo
Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
Dixit, & exceptus tergo[n] consueta locauit
Mēbra, manusq. ambas iaculis onerauit acutis.
Aere caput fulgens, cristaq. hirsutus equina.[o]
Sic cursū in medios[p] rapidus dedit. aestuat ingēs
Imo in corde pudor,[q] mistoq. insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia uirtus:
Atque hic Aenean magna ter[r] uoce uocauit.
Aeneas agnouit eum,[s] laetusq. precatur.

a Per omnia mortis genera. q. d. Debueram me cuilibet periculo, sine ullius mortis metu, obijcere. b Al. Dedisse; & tum omittitur distinctio post, Meorū. Est autem pathos per hyperbolē. Vide Macr. Sat. li. 4. c. ult. ubi hūc locum citat c Homer. in Il. 203. d s. uitam. e uulneratum. f deiecto animo. g Lau equi, a uirtute & robore. h Imitatio Homeri Iliad. lib. 19. ubi ad eūdem modum equum suum Xanthū nomine alloquitur Achilles. i Lausi cruore perfusa. k Inanis iactantia plane personae conueniens. Promittit sibi arrogāter, quae in diuina potestate sunt posita, ut certa. l Si uirtuti est aduersus euentus. m Aetiologia a turpi.
n equi se praebētis, & admouentis: Al. Don. Exceptus, tamquam e superiore loco, cum h. adscēdere non posset. o A terribili hominis ornatu: quasi eo hostem territuri. Ex Il. γ'. sumptum, ubi similiter Paridis galea cauda equina exornatur. p Fertur in campum Mezentius.
q quia uictus iam sit. r Additione numeri, pro Saepe, & identidem, exemplo Homeri τρίς.
s Al. Enim.

Sic pater [a] ille deum faciat, [b] sic altus Apollo,
Incipias conferre manum:
Tantam effatus, & infesta [c] subit [d] obuius [e] hasta.
Ille autem: [f] Quid me erepto saeuissime nato
Terres? haec uia sola fuit, qua perdere posses:
Nec mortē horremus, nec diuum parcimus [g] ulli:
Desine, iam uenio [h] moriturus, & haec tibi porto
Dona [i] prius. Dixit, telumq. intorsit in hostem:
Inde aliud super, atque aliud figitque, uolatq.
Ingenti gyro, sed sustinet [k] aureus umbo.
Ter [l] circū adstantem [m] laeuos equitauit in orbes, [n]
Tela manu iaciens: ter secum Troius heros
Immanem aerato circumfert tegmine siluam.
Inde, ubi tot traxisse moras, tot spicula taedet
Vellere, & urgetur pugna congressus iniqua: [o]
Multa mouens animo, iam tandē erūpit, [p] & inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusumq. equitem super ipse secutus
Implicat, eiectoq. incumbit cernuus [q] armo.
Clamore incendunt caelum Troesque, Latinique:
Et super [r] haec: Vbi nunc [s] Mezentius acer, & illa
Effera uis animi? Contra Tyrrhenus, ut auras

a Breuis quidem precatio, sed circūstātijs plane conueniens. b ut cōgrediaris mecum. c in uulnus parata, ad uulnus infligēdum protenta. d accessit. e Mezētio. f Ex pronocatione uterq. alteri cōmittitur. g Propter illa Aeneae; Sic pater ille deū f. &c. Impius etiam contumeliosius i morte persistit in Deum, ut sui per omnia semper sit similis. hoc est, impius, improbus, & magnus ostētator. Vide Macrob. l. 4. c. 4. h Imitari uidetur illud ex Niobe Graeca Tragoedia, ἔρχομαι, τί μ' αὔεις, Venio, quid me uocas? i tela scilicet. k ict..s Mezentij. l Additione numeri ternarij, frequentem eiusdem rei iterationem indicat. m Aenean. n In laeuam partem circumibat, ut dextram Aeneae partem circumueniret, quae nuda erat. S. o pede contra equitem. p Aeneas. q quia cecidit in faciem, quasi in eam partem, quam cernimus. r scilicet Mezentium. s Hostilis insultatio, quam Graeci σαρκασμὸν uocant. Breuis est, ut sapientem, & fortem uirum decet.

Suspiciens

a Hom. Il. ὠ Loquitur Mezentius Aeneae.
b s. est tibi: q. d. occide, nullum est nefas.
c Non cum hoc pacto a te Lausus recessit, ut uita requiram. S.

Suspiciens hausit caelum, mentemq. recepit;
Hostis[a] amare, quid increpitas, mortemq. minaris?
Nullum in caede nefas: [b] nec sic ad proelia ueni;
Nec tecũ meus haec pepigit mihi foedera Lausus.[c]
Vnũ hoc [d] per, si qua est uictis uenia hostibus, oro,
Corpus [e] humo patiare tegi. scio acerba meorum
Circumstare odia: [f] hunc oro defende furorem, [g]
Et me [h] consortem nati concede sepulcro.
Haec loquitur, iuguloq. haud inscius accipit[i] ensẽ,
Vndantiq. animam diffundit in arma cruore.

---

d Petitio pia. e Homer. Il. χ. similiter sepulturae honorem petit ab Achille Hector. f Caussa, cur pius uir nihil huiusmodi, etiam hosti uicto negare possit. Hunç exitũ, poetico consilio Maro tribuit Mezentio. Liuius refert, primo proelio uictos quidẽ fuisse, sed amissum Latinũ regẽ. Turnus uno ille aduerso proelio fractus, ad Mezẽtiũ Etruscorũ regẽ cõfugit, qui nimil grauate cũ Rutulis arma socia iũxit. Aduersus hos Aeneas, suos ĩ aciẽ rursus eduxit. Hac quoq. pugna Latini prospere pugnarunt quidẽ, sed Aeneae casu uictoria parũ laeta fuit. Tradũt eũ Numico haustũ periisse. At Dionysius auctor est, primo cõgressu Turnũ caesũ, & Latinũ ipsũ. Triẽnio inde post, bellũ a Rutulis est reparatũ, adscito ĩ eius societatẽ Mezẽtio Etruscorũ rege. Pugnatũ fuit acriter, sed neutro inclinãte uictoria, nox proeliũ diremit. Ibi tũ Aeneas desideratus fuit. Fama tamẽ fuit, eũ in proximo fluento submersũ fuisse. Septimo inde fere anno ab euersione Troiae Ascanius paternũ regnũ suscepit. Hic post patris interitũ intra opidũ Lauiniũ ab Etruscis pressus fuit. cũ aũt multa indigna toleratu, ab hoste arrogãte, & superbo imperarẽtur, ut omne uinũ, quod ĩ agro Latino nasceretur, Mezẽtius posceret tributi noĩe, Ascanius noctu de ĩprouiso hostium castra inuasit, ac, Lauso Mezẽtii filio, una cum stationariis caeso, prius uallum tenuit, quã tumultus ad eos puenit, qui in planitie tetẽderãt. Mox, incẽdio cõspecto, & terribili clamore ad aures delato, totis castris fit fuga. Ascanius per uiarũ amfractus hostem, locorum parũ gnarum, sequẽdo carpsit. Mezẽtius, nocturna illa clade, magna ex parte exercitu amisso, ubi filii necẽ audisset, pacẽ ultro ab Ascanio per caduceatorẽ petiit. Petẽti regi pax data est ab Ascanio uictore. Huiusmodi fere Dionysius narrat. g meorum s. ne dilaniẽt me, & proiiciãt deuorandũ feris, & alitib. h Ho. Il. ψ. Vide Macr. l. 6. c. 6. i Ostendit illum praebuisse iugulum.

AENEI-

AENEIDOS
LIB. XI
ARGVMENTVM

Occiſo Mezentio, uictor Aeneas Marti trophaeum erigit. Pallantis mortui corpus magno pompae apparatu ad Euandri urbē remittit, ubi ſummo & patris, & ſuorum omnium luctu excipitur. Interim oratores a Latinis miſsi, dierum XII. indutias impetrant: quo temporis ſpatio utrique ſuorum cadauera perquirunt, ſupremoque ſepulturae honore proſequuntur. Eodem quoque tempore Venulus, quem ſub belli initium legatum ad Diomedem miſeraut Latini, ad ſuos rediens, auxilia ſibi denegata renunciat. Ea ſpe deſtitutus Latinus, concilio conuocato, de ſumma belli conſultat: legatosque de pacis condicionibus ad Aenean mittendos cenſet. Ibi Drances, & Turnus, pro inueterato inter ipſos odio, ſe mutuis conuicijs proſcindunt. Interim Aeneas, bipartito diuiſis copijs, leuis armaturae equites planis itineribus ad urbem premittit, ipſe cum reliquo exercitu per loca ſiluis, montibusque impedita ad editiorem opidi partem contendit. Cuius rei nuncio Laurentum perlato, concilium dimittitur, paranturque ea, quae ad urbis defenſionem putantur pertinere. Turnus, cognito per exploratores Aeneae conſilio, biſariam & ipſe ſuas copias partitur. equitibus Meſſapum, & Camillam praeficit, eosque hoſtium equitibus opponit: ipſe cum peditibus anguſtias, qua neceſſario Aeneae ad urbem iter erat, breuiori itinere occupat, atque ibi in inſidijs ſubſiſtit: interim equeſtre proelium cōmittitur, diuque dubio utrimque euentu pugnatur. Ibi Camilla, magna prius edita hoſtium ſtrage, dum Chloreum Cybeles ſacerdotem, armorum eius pulchritudine capta, incautius inſequitur, ex inſidijs ab Arunte haſta tranſijcitur. quam tamen ſacrae uirginis caedem Aruns non diu tulit inultam. nam & ipſe paullo poſt ab Opi, Dianae miniſtra, ſagitta tranſiectus, offenſi numinis poenas perſoluit. Camillae nece conſternati Rutuli, ſugam arripiunt. Troiani urbis oppugnationem parant. Eius calamitatis nuncio ab Acca, Camillae comitē, ad Turnum perlato, relictis, quas obſederat, anguſtijs, ſuis auxilio occurrit. eodem ſubſequitur & Aeneas, &, quoniam, imminente iam nocte, proelium committi non poterat, utrique poſitis caſtris ante urbem conſidunt.

ALIVD

ALIVD . ARGVMENTVM
HERENNII . MODESTINI
IVRISCONSVLTI

CONSTITVIT *Marti spoliorũ ex hoste tro-* *(phaeũ:*
Exanimumq. patri natũ Pallanta remittit:
a *.Thura.* *Iura*[a] *sepulturae tribuit, tempusq. Latinis.*
Euander patrios affectus edit in urbe.
b *Al. disiecta.* *Corpora caesa uirum passim digesta*[b] *cremantur.*
Legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances, & Turnus, leges aequante Latino,
Concurrunt dictis. Aeneas imminet urbi.
c *Al. acta.* *Pugnatur: uincunt Troes: cadit icta*[c] *Camilla.*
Deinde duces castris, donec cessere, minantur.

ALIVD . INCERTI

Occisis proprium pars utraq. reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis,
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Aeneas equitem praemittit, & obuia uirgo
Excipit. exstincta Rutuli dant terga Camilla.

ALIVD . MONOSTICHON
OVIDII . NASONIS

Vndecimo Rutuli superantur morte Camillae.

ALIVD

Vndecimo uicta est non aequo Marte Camilla.

ALIVD

Vltaq. dehinc fertur telo mactata Camilla.

Caeso, quomodo in superiori libro dictum est, impio Mezentio, Aeneas pius Marti in remunerationem constituit trophaeum, exsuuias scilicet & arma hostis. Inde suos hortatur, ut socios caesos terrae mandarent. remittens interim Euandro filium caesum, cum egregijs uirtutis eius monumentis. &c.

OCEANVM





CEANVM [a] interea surgens [b]
aurora reliquit.
Aeneas (quamquam &, socijs dare tempus humandis,
Praecipitant [c] curae, turbataq. funere [d] mens est)
Vota deum primo [e] uictor soluebat [f] Eoo. [g]
Ingentem [h] quercum, decisis undiq. ramis,
Constituit tumulo, fulgentiaq. induit arma,
Mezenti ducis exsuuias, tibi magne [i] trophaeum [k]
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaq. trunca [l] uiri, & bis sex [m] thoraca petitum,
Perfossumq. locis: clypeum ex aere sinistrae
Subligat. atque ensem collo suspendit eburnum. [n]
Tum socios (namq. omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes:

a Exordium a temporis matutini descriptione. Hom. Il. T.
b Vellicat hunc locum Donatus in Eunuchum, quod hic diei ortum describit poeta, cum antea nullam noctis fecerit mentionē: Eum tamen scrupulum facile dissoluit Seruius.

c urgent. d Pallantis. e Primo Eoo, id est, simul atque Sol ortus fuit, Prima luce, In prima parte dici. f Horatius Publius in dedicatione Capitolij, cum nunciaretur ei mors filij, ait, Cadauer esto. post dedicationē funus celebrauit. Aeneas prius peregit sacra, inde funera. g Eoos, Mons Arabiae est: Inde Eous, id est., Oriens. Gr ἠῶος, & ἑῶος, ab ἠώς, & ἑώς dicitur. Et Ideo Latini modo primam extendunt, modo contrahunt.
h Ho. Il. 112. i Mars: Auersio. k Trophaeum proprie est signum, & monumentū uictoriae erectum, & quidem eo loco, in quo hostes in fugā uersi, ac uicti sunt: a τρέπω, id est, uerto, τροπὴ, & τροπαῖον. Latini tenuē π, in φ adspiratum uertunt, cum Tropaeum dicendum esset. Aeneas erigit trophaeum Marti in colle. Pompeius, ut meminit Plinius lib. 7. & Sallustius, in Pyrenaeo monte. l perfracta. ita enim trophaeis poni consueuere. m Bis sex ait, propter duodecim populos Etruriae, qui in condenda Mantua iuuerunt. Etrusci reges appellarunt Lucumones: ideo ait supra, Populi sub gente quaterni. Mortuos duces singulae tribus uulnerabant. Dicit & Bis sex, pro infinito numero, ut notaret, multa tela iacta in Mezentium, & ideo melius perfossum thoracq. Pompon. Laet.
n Vaginam eburneam. S.

Maxima

Maxima[a] res effecta, uiri: timor omnis abesto.
Quod superest; haec sũt spolia, & de rege superbo[b]
Primitiae; [c]manibusq. meis Mezentius hic [d] est,
Nunc iter [e] ad regem nobis, murosq. Latinos.
Arma parate [f] animis, & spe praesumite bellum:
Ne qua mora ignaros, ubi primum uellere signa
Annuerint superbi, [g] pubemq. educere castris,
Impediat, segnesq. metu sententia tardet.
Interea [h] socios, [i] inhumataq. corpora terrae
Mãdemus: qui solus honos [k] Acherõte sub imo est.
Ite, ait, egregias animas, quae sanguine [l] nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus: maestamq. Euandri primus ad urbem
Mittatur Pallas, quem non uirtutis [m] egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.[n]
Sic ait illacrymans, recipitq. ad limina gressum,
Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acetes[o]

a Hom. Il. χ. & ω. b Quẽ uero dicat regem superbum, ipse poeta se ipse exponit, cũ addit; Mezẽtius hic est: q̃ idẽ est cũ superiori: haec sunt spolia Mezentio superbo detracta a me, primitiae uictoriarũ mearũ. Ab ĩsultatione superbiae, cuius ob deor. cõtẽptũ, iustas poenas dedit. Oratio hortatoria est, ad arma sumẽda, ubi signa moueri uiderint. Tũ uero, ad socios sepeliẽdos, qui cecidere. Ad postremũ ad remittendũ Pallantis corpus Euandro. Exordium ductum est a laudibus militum, ob res bene gestas. c Alludere uidetur ad id, quod de Mezentio tradit Cato Orig. lib. I. suos illum subditos coegisse, ut primitias, quas illi Ioui solent persoluere, sibi sacrificarent.
d Talis est, S. Vide, num rectius, Hic est. e Propositio consilij.
f Parate animos armis, per hypall. g Bono omine, si euulsa sequãtur.
h Homer. Il. 248. i id est, sociorum corpora inhumata. per hendiad.
K Honore sepulturae non defraudari. Nã insepulti, indefletiq. circa ripã Pyriphlegetõtis diuagari credebãtur, donec corpora, iustis exhibitis, in terra cõdita essent. l Pathos a caussa miserabili, & uirtute: de quo uide Macrob. l. 6. c. 4. m Non egentẽ uirtutis, figura est, quã λιτότητα, uocãt Grae. hoc est, tenuitatẽ, uel simplicitatẽ sermonis, pro eo, quod est, abunde magna uirtute praeditũ. Est aũt locus ex Ennio sumptus, ut annotat Ser. Laus Pallantis, a uirtute militari. n ante diem, immaturo. translatio a pomis. o deducto nõie ab ἄκος, i. remediũ: siue ab ἄχος, quod est, dolor

Seruabat

Seruabat senior: qui Parrhasio Euandro.
Armiger [a] ante fuit. sed non felicibus [b] aeque
Tum comes auspicijs caro datus ibat [c] alumno.
Circũ omnes, famulũq. [d] manus, Troianaq. turba,
Et maestae Iliades [e] crinem de more solutae.
Vt uero Aeneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
Pectoribus, maestoq. immugit, [f] regia luctu.
Ipse caput niuei fultum Pallantis, & ora
Vt uidit, [g] laeuiq. patens in pectore uulnus [h]
Cuspidis Ausoniae, lacrymis ita fatur obortis:
Te ne, [i] inquit, miserande puer, [k] cũ laeta ueniret,
Inuidit fortuna mihi, ne regna uideres
Nostra, neq. ad sedes [l] uictor ueherere paternas?
Non haec Euandro [m] de te promissa parenti
Discedens dederam, cum me complexus euntem
Mitteret in magnum imperiũ, metuẽsq. moneret [n]
Acres esse uiros, cum dura proelia gente. [o]
Et nunc ille quidem spe [p] multum captus inani,
Fors [q] & uota facit, [r] cumulatq. altaria donis:
Nos iuuenẽ exanimũ, & nil iam caelestibus ullis
Debentem, [s] uano maesti comitamur honore.

a Ab officio. b propter mortẽ Pallantis. c Pro, Ierat. d Arcadũ. e ancillae Aeneae. nã honestas mulieres in Sicilia omnes reliquerat, exceptã Euryali matre. f insonuit. g Pathos ab attestatione rei cõspectae: ut annotauit Macrob. Sat. l. 4. c. ult. h Aeneas Pallantis mortem deflet.

i Quod fecerat Turnus. k Pathos ab aetate. Propositio querellarum. l Pathos a debito, a loco. m Transitio. n A praemonitione. o Latina. p Pathos praeter spẽ. de quo consule Macr. loco iam citato, ubi hos uersus adducit. q Al. Forsit uota facit; forsit, pro forte, antiquum. Hor. l. 1. Sat. 6. forsit honorem Iure mihi inuideat quis. Prisc. l. 15. Eodem tamen lib. Prisc, legit bis, Fors &, distinctis dictionib. ubi probat loco aduerbiorum nomina poni, per casus diuersos. Nominatiuũ, Fors & uota facit. Itẽ, Sole recens orto, pro forte, & recenter. Fabr. r pro reditu tuo pater ignarus. s Nil deb. cael. quia, qui mortui sunt, non amplius dijs superis obnoxij sunt, sed inferis.

Infelix

Infelix, [a] nati funus crudele uidebis.
Hi nostri reditus, [b] exspectatiq. triumphi:
Haec mea magna fides. at non, [c] Euādre, pudendis [d]
Vulneribus pulsum adspicies: nec sospite dirum
Optabis nato funus pater. [e] hei mihi, [f] quantum
Praesidium, Ausonia, et quantum tu perdis, Iule
Haec ubi defleuit; [g] tolli miserabile corpus
Imperat, & toto [h] lectos ex agmine mittit [i]
Mille uiros, qui supremum [k] comitentur honorē,
Intersintq. patris lacrymis; solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes [l] alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt uirgis, & uimine querno,
Exstructosq. toros obtentu frondis [m] inumbrant.
Hic iuuenem agresti sublimē in stramine ponunt.
Qualem [n] uirgineo demessum pollice florem,
Seu mollis uiolae, seu languentis hyacinthi,
Cui neq. fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit,
Non iam mater alit tellus, uiresq. ministrat.
Tum [o] geminas uestes, ostroq. auroq. rigentes,

a Ecphonesis in subitum, & inperatum luctum. b Ironia pathetica, cum quiduis potius quam huiusmodi reditus & triumphi exspectati essent. Sed et significanter dixit, Exspectati. Nam exspectati etiam dicuntur senes, quorū exspectabatur mors. Teren. Potius quam ut te exspectatum ei. f. c Homer. in Il. 141. 267.

d Emollitio doloris ab honesto, quod aduerso pectore uulnus acceperit. id quod fortiter pugnando morientis est, non autem uertentis tergum.

e Si uiueret nunc natus, ac fugiendo excepisset uulnera tergo, optares illi mortem: sed, quia praestantissime cecidit, minus dolebis. f Exclamatio pathetica in laudem Pallantis. g Fletum absoluit: ut, Debellare, Defungi. Scalig. h ergo Troianos, Tuscos Arcades. i Pallantis corpus magno funebris pompae apparatu, ad Euandrum remittitur. K. Periphrasis funeris. l A diuisione. m id est, obtentis frondibus.

n Pathos a parabola, ut annotauit Macr. Sat. lib. 4. cap. 5. Secutus uidetur Catul. Idem cum tenui carptus defloruit ungui. Et Prop. Quae modo decerpens tenero pueriliter ungui.

o funebris pompae descriptio.

Extulit

Extulit Aeneas, quas illi, laeta laborum,[a]
Ipsa[b] *suis quondam manibus Sidonia Dido*[c]
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Harum unam inueni,[d] *supremũ, maestus, honorẽ,*
Induit, arsurasq. comas obnubit amictu:
Multaq. praeterea Laurentis praemia[e] *pugnae*
Aggerat,[f] *& longo praedam iubet ordine duci.*
Addit[g] *equos, & tela, quibus spoliauerat hostem.*
Vinxerat & post terga manus, quos mitteret um-
Inferias,[h] *caeso sparsurus*[i] *sanguine flãmas: (bris*
Indutosq.[k] *iubet truncos*[l] *hostilibus armis*
Ipsos ferre duces,[m] *inimicaq. nomina*[n] *figi.*
Ducitur[o] *infelix aeuo*[p] *confectus Acetes,*
Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora:
Sternitur & toto proiectus corpore terrae.
Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.[q]
Post bellator equus, positis insignibus, Aethon.[r]
It lacrymans, guttisq. humectat grandibus ora.[s]
Hastam alij, galeamq. ferunt: nam cetera Turnus

a *Antique, pro, laeta laboribus, quam scilicet laboris nõ pigeret.*
b *Homer. in Il. 60.*
c *Laus telae a donatrice, & artifice.*
d *unam induit iuueni, altera caput eius uelauit.*
e *spolia.*
f *Al. Legunt. Aggregat, id est, Accumulat.*
g *Homer. Il. 250.*
h *Sumptum ex Il. φ'. ubi Achilles Patroclo duodecim Troianos inferias mittit. Inferiae autem sacra sunt mortuorum.* i *Quem caesi spargerent.*
k *Hinc liquet, spolia hostium in funeribus, in feretris praeferri solere, ad ostentationem uirtutis illius, qui fortiter pugnando occubuerat.*
l *Iubet truncos ferre ducum spolia. ut trophaea duces ipsos dixerit.*
m *Aeneae autem hac in re crudelitatem accusat Lact. lib. 5. cap. 10.*
n *eorum nempe, quibus arma illa fuissent adempta.*
o *quasi prae dolore non posset ire.* p *Pathos ab aetate. & gestu.*
q *sine phaleris.* r *Eodem nomine est apud Homerũ Il. θ'. unus ex equis Hectoris. & apud Ouid. Meta. 2. unus ex equis Solis. Quod autẽ hic equũ inducat dominum suum lugentem, sumptum est ex Il. ρ'. ubi equi Achillis Patrocli mortem deflere finguntur.* s *Lucret. lib. 1. Et lacrymis falsis humectat ora, genasq.*

Victor hẽt. tũ[a] maesta[b] phalãx,[c] Teucriq. sequũtur,
Tyrrheniq. duces, & uersis [d] Arcades armis.
Postquam omnis longe comitum processerat ordo;
Substitit Aeneas, gemituq. haec addidit alto:
Nos alias hinc ad lacrymas, [e] eadem horrida belli
Fata uocant. salue [f] aeternum mihi maxime Palla,
Aeternumq. uale. Nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, gressumq. in castra ferebat.
Iamq. oratores [g] aderant ex urbe Latina,
Velati, ramis oleae, [h] ueniamq. [i] rogantes:
Corpora [k] per campos, [l] ferro quae fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo[m] sineret succedere terrae:
Nullum[n] cum uictis certamẽ,[o] & aethere cassis: [p]
Parceret hospitibus[q] quondam, socerisq. [r] uocatis.
Quos[s] bonus Aeneas, haud aspernanda [t] precãtes,
Prosequitur uenia, & uerbis haec insuper addit:
Quaenam [u] uos tanto [x] fortuna indigna Latini

a *Homerus Il.* ⸸ b *Est Maestitia, & Maestitudo, tristitia uehemens, & externatio animi ex concepto dolore. Liuius: Lucretiam maestã sedẽtem in cubiculo inueniunt. Caesar lib. 7. de bel. Gal. At ij, qui ab Alesia processerant, maesti prope uictoria desperata, se in opidum receperunt. Ouid. 4. Trist. Eleg. 4. Alter ab alterius funere maestus erat.* c *Macedonum lingua, peditum stabile agmen est, definitore Q. Curtio historiographo.* d *lugentum more, qui mucronem hastae, non cuspidem, contra terram tenebant. Sic Corn. Tacit. lib. 3. Praecedebant incompta signa, uersi fasces.* e *Ad alia funera sequentis belli.* f *Varro ait dici ideo mortuis, Salue, & Vale, ut ab eis recedamus.* g *Aptum seruat ordinem in funebri negotio, ut a principib. caesis auspicetur, inde ad uulgus transeat.* h *Pacis petendae qualiscumque argumentũ, ut primo congressu nõ hostili animo se uenire testentur.* i *Beneficium.* k *Hom. Il. 80.* l *Ergo campi erant in potestate Troianorum.* m *Tumulum sub re.* n *Hom. Il. 264.*
o *Celebratur etiam hodie prouerbialis Planci sententia, Cum mortuis non nisi laruas luctari.* p *uita spoliatis, mortuis.* q *Apio.*
r *Al. Socijsque.* s *Hom. Il. 80.* t *Quia sepeliendi beneficium uniuersis debetur.* u *admirantis est, non dubitantis.*
x *Exordium a reprehensione modesta, quod aduersus se arma induerint.*

Implicuit

Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem ne[a] *exanimis, & Martis sorte peremptis*
Oratis: equidem & uiuis concedere uellem.[b]
Nec ueni,[c] *nisi fata locum, sedemq. dedissent:*
Nec bellum cum gente[d] *gero. rex nostra reliquit*
Hospitia, & Turni potius se credidit armis.
Aequius[e] *huic*[f] *Turno fuerat se opponere morti.*
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat; his decuit[g] *mecum concurrere telis.*
Vixet,[h] *cui uitam deus, aut sua dextra dedisset.*
Nunc ite,[i] *& miseris*[k] *supponite ciuibus ignem.*
Dixerat Aeneas. olli[l] *obstupuere silentes:*
Conuersiq. oculos inter se, atq. ora tenebant.
Tum senior, semperq. odijs, & crimine Drances
Infensus[m] *iuueni Turno, sic ore uicissim*
Orsa refert. O fama[n] *ingens, ingentior*[o] *armis*
Vir Troiane, quibus caelo[p] *te laudibus aequem?*

a *Al. Me.* b *Donatus, Mallē. Magis (inquit) uellē et uiuis praestare beneficiū pacis. Aliqui mittūt, Et; ut sit, Equidē uiuis concedere mallē.* c *Veni, pro, Venissem, per* ἐναλλαγὴν *modorū. Quod etiam Ser. annotauit. caussam obiter aduētus sui, cur contra se arma sint sumpta, reddit: obtenditq. fatum, ut a se remoueat, quod toties ab hostibus fuit obiectum.* d *scilicet, uestra Latina, sed cum Turno; id est, non sum infestus Latinae genti, sed Turno.*
e *Taxat oblique sinistra Latini consilia, qui persuasus pessime maluerit se propter Turnum bello implicare, quam secum societatem inire.*
f *Huic morti,* δεικτικῶς *quasi ostendat eos iacentes. Ser.*
g *Sunt, qui uitandae cacophoniae gratia sic legant transpositis dictionib. Mecum decuit concurrere. Et sic habet Carpen. & quidam alij scr. lib.*
h *Vixisset.* i *Epilogus, qui constat perbenigna permissione eius rei, quam petunt.* k *quasi aliena culpa pereuntibus.* l *Autithesis.*
m *Ho. Il. 17.* n *Beneuolentia a persona Aeneae. Habet gratiā Drances Aeneae, pro beneuolētia, & pietate sua in hostes. Quāobrē nō solum eum laudat iustitia, et uirtute, uerum ēt promittit uicissim beneuolum aīum, & accepti beneficij cōpensationem.* o *Hunc locum ex Cicer. Catone Maiore sumptū putat Macr. Sat. lib. 6. c. 2. Contingebat, inquit, in eo, quod in plerisq. cōtra solet, ut maiora ciare, quam fama, uiderētur.* p *ijs, qui in caelo sunt, id est, dijs. Scr.*

Iustitiae ne prius mirer,[a] belli ne laborum?[b]
Nos uero haec[c] patriã grati referemus ad urbem:
Et te, si qua uiam[d] dederit fortuna, Latino
Iungemus[e] regi: quaerat sibi foedera Turnus.
Quin & fatales[f] murorum attollere moles,
Saxaq. subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat haec, unoq. omnes[g] eadem ore fremebãt:
Bis senos pepigere dies, & pace[h] sequestra[i]
Per siluas Teucri, mistiq. impune Latini
Errauere iugis: ferro sonat alta[k] bipenni[l]
Fraxinus: euertunt actas ad sidera pinus:
Robora[m] nec cuneis, & olẽtem scindere cedrum,[n]
Nec plaustris[o] cessant uectare gementibus ornos.
Et iam fama[p] uolans tanti praenuncia luctus,
Euandrũ, Euandriq. domos, & moenia complet,
Quae modo[q] uictorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades[r] ad portas ruere,[s] & de more uetusto
Funereas[t] rapuere[u] faces. lucet uia longo
Ordine flammarum,[x] & late discriminat agros.
Contra turba Phrygum ueniens plangentia iũgit.

a Dat huic uerbo constructionẽ Graeci θαυμάζω, sut jub... d. caussa: sicut Gr. ἕνεκα.
b Aeneas enim et iustus erat, & pius, et praestan in re militari.
c Narratio.
d si uoluntatẽ nostrã fortuna comitetur.
e Remuneratio.
f Propter illud, Nisi fatal. sed. dedissent.

g legati. h Pacẽ sequestrã, dixit περιφρασικῶς, quas una uoce Indutis uocamus. i media. k Al. Icta. l nomen proprium pro epitheto usurpauit. m Hom. Il. 276. n Recte cedrum, non solum propter gratum odorẽ, uerum ẽt ut testentur perennem famã eos meruisse, qui in bello pugnãdo pro patria ceciderant. o Curribus. Hypotyposis caedentium. p Hac praesenti narratione paullisper intermissa, trãsit ad funus Pallãtis, quo luctu publice priuatimq. sed nominatim a patre sene sit acceptum. Pallas Hectori, Euãder Priamũ hic repraesentat, filij necem acerbo luctu prosequentẽ. q paullo ante. r ij, qui erant intra urbem. s Quas noctu ante funera gestare solebant, quarum alioqui inter diu nullus futurus erat usus. Inde clara luce ẽt in caerimonijs funeralibus seruari ceperunt. Durat etiamnũ hodie is ritus in mortuorum exsequijs. t citat hunc locũ Quinct. l. 8. c. de tropis. u Raptim, & festinanter tulerunt. x Processere Arcades obuiã cum facibus accensis

Agmina: quae[a] postquam matres succedere tectis
Viderunt, maestam incendunt[b] clamoribus urbem.
At non Euandrum potis est uis ulla tenere:
Sed uenit in medios: pheretro[c] Pallanta reposto
Procũbit[d] super, atq. heret lacrymansq., gemensq.
Et uia uix tandem uoci laxata dolore est.
Non haec,[e] o Palla, dederas promissa parenti,
Cautius ut saeuo uelles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantũ noua gloria in armis,
Et praedulce decus primo certamine posset.
Primitiae iuuenis miserae, belliq. propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
Vota precesq. meae: tuq. o sanctissima[f] coniux,
Felix morte[g] tua, neque in hunc seruata dolorem.
Contra ego[h] uiuendo uici[i] mea fata, superstes
Restarem ut genitor: Troum socia arma secutum
Obruerent[k] Rutuli telis: animam ipse dedissem,[l]
Atq. haec[m] põpa[n] domũ me, non Pallãta, referret.
Nec uos arguerim Teucri,[o] nec foedera, nec, quas

a Homer. Il. 201.
b Ducta metaphora a re militari qua igne ac flammis urbes incẽduntur. Eadẽ figura, amore, odio, ira incẽdi dicimur.
c Hom. in Il. 265.
d Al. Pallante.
e Quidam codices habẽt, Procubuit: quod minus recte uidetur conuenire cũ sequẽti uerbo, Haeret.

f Pathos contrarium illi, quod sumitur a loco praeter spẽ. Vide Macr. Sat. 4. c. ult. uidetur hoc loco imitatus Catulli Aegeum in eo poemate, quod epithalamium Thetidis, & Pelei uulgo inscribitur. Huiusmodi pathetica querella, qualis ab Euandro fit ad amplificãdum luctum, refertur ab Homero Andromaches, Hecubae, & Helenae, lib. Il. ult. ad corpus Hectoris exanime a Priamo in urbem reportatum e tentorio Achillis.
g Sanctissimam coniugem dixit, quasi purissimum, non alicuius religionis, sed solius castitatis respectu. Consule Macr. Sat. lib. 3. c. item 3.
h superaui naturalem ordinem uita longiore, qui est, ut sint parentib. superstites filij. Est & alia expos. uide Ser.
i Comparatione a maioribus extenuatis, crescit id, quod minus est.
K Amplificatio minoris, ut maius uideatur.
l Obr. & dediss. si non uicissem mea fata. Quasi dicat, alioqui obr.
m Effudissem potius.
n funebris.
o Excipit culpa Troianos, ut factum fato suo imputet potius, quam Aeneae.

Iunximus hoſpitio, dextras: ſors iſta ſenectae
Debita erat noſtrae. quod ſi immatura [a] manebat
Mors natum, caeſis [b] Volſcorum millibus [c] ante:
Ducentem in Latium Teucros cecidiſſe iuuabit. [d]
Quin ego [e] non alio digner te funere, Palla,
Quam pius Aeneas, et quã magni Phryges, et quã
Tyrrheniq. duces, Tyrrhenumq. exercitus omnis.
Magna [f] trophaea ferũt, quos dat tua dextera leto. [g]
Tu quoq. nũc ſtares [h] immanis truncus in armis,
Eſſet par aetas, & idem ſi robur ab annis, [i]
Turne. ſed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & haec memores regi [k] mandata referte.
Quod uitam [l] moror inuiſam, [m] Pallãte perempto,
Dextera [n] cauſſa tua eſt: Turnum gnatoq., patriq.
Quã debere uides: meritis uocat [o] hic [p] tibi ſolus,
Fortunaeq. locus: [q] non uitae gaudia quaero:
Nec fas: ſed gnato manes perferre ſub imos.

a Acerba. Omnia imputat fato ſuo. b Homer. Il. ὠ. c Mitigatio doloris ab honeſta morte filij, quod minime ĩultus perierit. d Iucunda interim memoria mitigat dolorẽ, quod Pallãtis auxilio, & Teucri in Latium ſint ĩuecti, et Volſcorũ millia aliquot. e Aliud argumentum ſolatij: honos delatus mortuo, a communibus amicis Troianis, Aenea, & ab omnibus Tyrrhenis. & conſpectus praeſens ſpoliorum, quibus hoſtes exſuit. f in quibusdam codicibus hic uerſus non legitur; putantq. nonnulli Virgilianum non eſſe. Sed eſt in Carp. g Hi fuere, Lagus, Sthenius, Rhoetus, Anchemolus, Larides, Tiber, Rheteus, Hilus, Haleſus.
h ſicut reliqui duces, a Pallante caeſi, de quibus haec ſunt trophea, ut ſupra u. 83. Indutosq. iubet &c.
i Si Pallas fuiſſet aequalis tibi aetate.
k Mandatum regis ad Aaenean, ut Turnus & ſibi, & Pallanti caeſo det poenas. l Hom. Il. σ. m mihi ipſi.
n Spes, quam de uirtute tua concipio: quae Turni caede natum meum & me ulciſci debet. Non enim aliud ſupereſt, quod uirtus tua, uel fortitudo praeſtare poſſit. o nihil mihi poteſt praeſtare maius tua fortuna, quam ut ulciſcaris. p Fab. leg. His tib. ſolus. Erudita hoc in loco Seruij interpretatio. q Hom. Il. 203.

Aurora

Aurora [a] interea miſeris [b] mortalibus almam
Extulerat lucem, [c] referens opera, atque labores:
Iam pater Aeneas, iam curuo in litore Tarchon
Conſtituere pyras. [d] huc [e] corpora quiſque ſuorum
More tulere patrum; ſubiectiſq. ignibus atris,
Conditur in tenebras altum caligine caelum.
Ter [f] circum accenſos [g] cinctis fulgentibus armis [h]
Decurrere rogos: ter maeſtum [i] funeris ignem
Luſtrauere in equis, ululatuſq. ore dedere.
Spargitur [k] & tellus lacrymis, ſparguntur et arma.
It caelo [l] clamorq. uirum, clangorq. tubarum.
Hinc alij ſpolia [m] occiſis direpta Latinis,
Conijciunt igni, galeas, enſeſq. decoros,
Frenaque, feruenteſq. [n] rotas: pars munera nota,
Ipſorum clypeos, & non felicia [o] tela.
Multa [p] boum circa mactantur corpora morti.

a *A temporis matutini deſcriptione, ut Troianis ſōno refectis inſequentis diei ſpatium tribuat ſuos humādi, & caeſorū iuſta rite exſequēdi. Nox quieti, Dies laboribus a Deo comparatus eſt. Quare diſerte ſubnectit, Referēs opera, atque labores. Aſinius Pollio notat Virgiliū aliquādo ſeruare ortum diei cō uenientem materiae, ut hic Extulerat. Efferimus autē mortuos: & in quarto relicturus Didonem, dicit, Titoni croceum linquens aurora cubile,*
b *Miſeris mortalibus, epithetō eſt Homericū, apud quē frequēs eſt illud,* δειλοῖσι βροτοῖσι. *Eo et Lucret. uſus eſt hoc uerſu in l. 5. Pabula dia tulit, miſeris mortalibus ampla, &c. Pōponius in Atellanis, Aedituo, uel ut alij, Aeditimo, ait: Nec mortalis, nec mortaliū ullū in terra miſertus eſt. quo uerſu uidetur expreſſiſſe Homer. carmē,* οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο. c *Hom. Il.* ς′ d *Ordine cōcinno oē caerimonias funebres, ac morem luſtrādi rogos deſcribit.* e *Hom. Il.* ύ f *antiquorum.* g *Hom. Il.* 248. h *De hac conſuetudine luſtrandi rogos, uide Budaei Annot. in Pan.* i *Ipſi maeſti morte ſociorum ſuorum.* K *Hom. Il.* ψ′. l *Hiperbole,* ἐς οὐρανὸν ἵκε. m *Partitio. Mos in caerimonijs id genus erat, ut non ſolum una cum corporibus ſpolia, quae hoſtibus eripuerant, uerum etiam ſua arma ipſorum, eaq. quae in uita habuerant cariſſima, igni abolerentur. Inde caedebantur hoſtiae, & ad ultimum conclamabātur ab omnib. circūfuſis.* n *nimio curſu. Horat. Metaq. feruidis euitata rotis.* o *Quibus ſe defendere nequiuerunt. Vel, ita ſe defendere, ut mortē propulſarent.* p *Il. lib. 23.*

Setigeroſq.[a] ſues, raptaſq. ex emnibus agris
In flammam iugulant pecudes: tum litore toto
Ardentes ſpectant ſocios, ſemuſtaq. ſeruant
Buſta, neque auelli poſſunt,[b] nox humida[c] donec
Inuertit caelum, ſtellis fulgentibus[d] aptum.[e]
Nec minus[f] miſeri[g] diuerſa in parte Latini
Innnmeras ſtruxere pyras, & corpora partim
Multa uirum terrae inſodiunt, auectaq. partim
Finitimos tollunt in agros, urbiq. remittunt.
Cetera, confuſaeq. ingentem caedis[h] aceruum,[i]
Nec numero, nec honore[k] cremāt: tunc undiq. uaſti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia[l] lux gelidam caelo dimouerat umbram.
Maerentes[m] altum cinerem, & confuſa ruebant[n]
Oſſa focis, tepidoq.[o] onerabant aggere terrae.
Iam uero[p] in tectis praediuitis urbe Latini
Praecipuus fragor, & longe pars maxima luctus.
Hic matres,[q] miſeraeq. nurus, hic cara ſororum
Pectora maerentum, pueriq. parentibus orbi[r]

a Vſus eſt epitheto Lucre. L. 5. Setigeriſq. pares ſuibus ſiluestria membra.
b Amor erga ſuos notatur.
c Thales Mileſius, qui omnia gigni ex humore dicit, obruēda humo corpora cenſebat, ut in humorē reſoluerentur.
d Lucret. lib. 5. Autumniq. magis ſtellis fulgentibus alta Concutitur caeli domus undiq. totaq. tellus. e coniunctum, ut alibi. f Totus hic locus ex Il. ή. tranſlatus eſt.
g A publica Troianorum lamentatione, & luctu funebri, tranſit ad Latinorum caeſorum iuſta: quorum clades, ut fuit magis cruenta, ita operoſiores exſequiae, quod tātus caeſorum numerus rogis cremari haud potuerit. h Al. Stragis. i ideſt, cumulum cadauerum. K ſine numero. ſine honore, ſine caerimonijs legitimis. ſed aceruatim ſparſim oībus agris concremati fuerunt. l Homeri. Il. ψ'. m Maerendo eruebant ſocij oſſa e cineribus, ut conderent in aliquo loco.
n Eruebant e cineribus. o Hypallage, pro onerabant aggere oſſa tepida. p A cauſſis ad effectus: hoc eſt, ad luctum, qui tota urbe ab omnis generis mortalibus propter cladem eſt concitatus. q Deſcribit familiam lugentem. Matres, quae liberos nurus, quae maritos: ſorores, quae fratres amiſere. Homer. in Iliad. ω' r filij caeſorum.

Dirum

Dirum exsecrantur [a] bellum, Turniq. hymenaeos:
Ipsum armis, ipsumq. [b] iubent decernere ferro; [c]
Qui regnum Italiae, & primos sibi poscat honores.
Ingrauat [e] haec saeuus Drances, [f] solumq. uocari [g]
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contra uarijs sententia dictis
Pro Turno, et magnũ reginae [g] nomen obumbrat: [h]
Multa uirum meritis sustentat [i] fama trophaeis.
Hos inter motus [k] medio flagrante tumultu,
Ecce super, maesti magni Diomedis ab urbe [l]
Legati [m] responsa ferunt; nihil omnibus [n] actum [o]
Tantorum impensis operum; nil dona, [p] nec aurum;
Nec magnas ualuisse preces; alia arma Latinis
Quaerenda, aut pacem Troiano ab rege petẽdum. [q]
Deficit ingenti luctu [r] rex ipse Latinus:
Fatalem [s] Aeneam [t] manifesto numine ferri
Admonet ira deum, tumuliq. [u] ante ora recentes.

a Horat. Od 1. Belloque Matrib. Detestata. b Turnum. c Ennius l. 2. Annal. annuit sese meců decernere ferro. d maiorem concitat inuidiam Turno. e Inimicus Turni. f in singulare certamen ab Aenea. g Amatae, quod Amata insana & fatua caussa erat, ut Lauinia daretur Turno. h Obumbrat Turnum, i. tuetur, defendit. Metaph. ab arbor. Amor reginae ad fauorem populare plurimum proderat Turno. Ser. i defenditur: sensus: sed Turnus defendebatur meritis suis, quia multos obtruncauerat. k Malum malo cumulatur: ac tragoedia tragoediam, ut ansa ansam trahit. Augentur post acceptam cladem gradatim motus terroresq. intra muros, donec tãdem in pugnam funestam rursum concurratur. l ab Arpis. m Venulus, & qui cum eo Arpos initio belli ad Diomedẽ petitum auxilia missi fuerant: de quo in princ. l. 8. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbẽ, Qui petat auxilium. n in omnibus rebus. o hoc est frustra petita auxilia. Enumerat ordine ea omnia, quae frustra fuerunt: iter magnum & difficile. impensas, preces, dona, quibus non potuerit corrumpi Aetolus. p scilicet ualuisse. q Eadem constructione utitur & Lucret. lib. 6. Poenas in morte timendum. r Quod spe auxiliorum a Diomede destitutus esset, in quo anchoram salutis suae posuerat. s Fatis aduectum. t Duo signa, & euidentissima Latinus argumẽta potissimum ex Diomedis responso colligit, cum Aenea pacem faciendã; Recentẽ cladem acceptam, & oracula, quae apud se tacite expendit. u caesorum in pugna.

Ergo

Ergo concilium [a] magnum, primosq. suorum,
Imperio accitos, alta intra limina cogit.
Olli [b] conuenere, fluuntq. [c] ad regia plenis
Tecta uijs. sedet [d] in medijs & [e] maximus aeuo,
Et [f] primus sceptris haud laeta [g] fronte Latinus.
Atque hic legatos Aetola ex urbe remissos,
Quae [h] referant, fari iubet, & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. [i] Tunc facta silentia linguis:
Et Venulus dicto parens, ita farier infit:
Vidimus, o ciues, [k] Diomedem, [l] Argiuaq. castra:
Atque iter emensi casus superauimus omnes: [m]
Contigimusq. manum, [n] qua concidit Ilia tellus. [o]
Ille urbem Argyripā [p] patriae [q] cognomine gentis,

a *Consilium uocat Latinus, cui interfuit Turnus.* b Ho. Il. 15. c *simplex pro composito, pro Cōfluunt.* d *Ita Fabr. ex boni cod. Aetatis n. prouectu, et regia dignitate uenerabilem Latinum, tristem consedisse ait, ab eius persona duplicem affectum mouens.* e *Al.* Rex. f Ho. Il. 15. g *ob responsum inexspectatum.* h Ho. Il. 103. i *Nam reges clam prius summam legationis audiunt.* k *Venuli oratio narratorij generis est. Hac autē dilucide, ac grauiter exponit, ut legatus, quibus argumentis, quibusque de caussis, non solum Diomedes negauit auxilia, sed bellum omnino dissuaserit: a quo eum terret, suo & aliorū Graeciae ducum exemplo, nisi accepto malo grauius experiri malit, quā pacem petere. Cōsilium hoc componi potest cum Homerico illo Iliad. 9. in quo grauissimae conciones ducum exponuntur, de legationibus ad Achillē mittendis, ut, posita simultate, ac acceptis donis splendidis cū rege Agamemnone in gratiam redeat: atque illis reconciliatus, rebus Graecorum periclitantibus succurrat: istoc modo citato, & illo altero Iliad. primo, unū concilium conflarit. Sed, ut illic legati ab Achille, ita hic Venulus a Diomede repulsam refert. Haec Hort.* l *Macrob. Sat. l. 5. c. 17. legit Diomede, pro, Diomedea.* m *itineris, ut flumina, latrones. S.* n *Graecos intelligit.* o ἐμφατικῶς, *dixit, pro, urbs Ilia. Nam terra non concidit, sed ciuitas.* p *Stephanus uocat Argyrippam. Vnde hic metri caussa uidetur abiectum alterum p. Hanc urbem postea cōtracto nomine, Arpos uocarunt: eademq. esse putatur, quam hodie Montem S. Angeli uocant.* q *Argi. Caussam exsulij Diomedi referunt fuisse, quod in bello Troiano ferro Venerem sauciasset: ut refert Lycophron, eiusq. enarrator; & Homeri Scholiastes lib. Iliad. 5.*

Victor Gargani[a] condebat Iapygis [b] agris.
Postquam[c] introgressi, & coram data copia fandi:
Munera praeferimus, nomen, patriamq. docemus,
Qui bellum intulerint, quae caussa[d] attraxerit Ar-
Auditis ille haec placido sic reddidit ore: (pos.
O fortunatae [e] gentes, Saturnia regna,
Antiqui [f] Ausonij, quae uos fortuna quietos [g]
Sollicitat, suadetq. ignota lacessere bella?

a Iapygia, pars Apuliae, in qua est mons Garganus. Ser.

b pro, Iapygij. Est uentus Iapyx, ab Iapyge. filio Daedali. Haud procul a Gargano sitae insulae sunt, quae Diomedis sunt dictae. Et Diomedis promontorium. Item Diomedeae aues, quae oculos, & dentes habent ignei coloris, cetera candidae. Duos uolando habent duces, alterum, qui ducit agmen; alterum, qui cogit. Scrobes excauant rostro, & crate consternunt superinducta terra. Nidificant uno solo loco totius orbis, insula scilicet, nobili Diomedis tumulo, atque delubro. Aduenas barbaro, inquit Plin. clamore infestant. Græcis tantum adulantes, ueluti generis Diomedis hoc tribuentes, miro discrimine. Templum Diomedis, ut refert Plin. quotidie pleno gutture, & madentibus pennis perluũt, atque purificant, unde origo fabulae, Diomedis socios in earum effigies mutatos. Sunt hae insulae e regione Apuliae. Teutria, & Sebria, habitata altera, altera deserta, in qua Diomedes euanuit, eiusq. comites, in aues conuersi. Hae aues aetate mansuescunt, & humane quodammodo degunt. Alij uolunt, Diomedem perijsse, inchoata fossa ab Arpis ad mare. Alij uolunt ex habitu effossae terrae eum exanimatum. Veneti dicunt illum apud eos inter deos relatum. Haec Pompon. Laet. Dicitur prouerbium, Diomedea necessitas, de ijs, qui, adacti ui, non sponte quid faciunt,

c Ordine exponit rationem aduentus sui, ac legationis.

d Quoniam autem ea nota est, silentio praeterit, properatq. ad respõsum.

e Diserte exponit in concilio, dissuasorium Diomedis responsum. Terret primum Latinum a bello: ab exemplo Graecorum. qui omnes fere in reditu a Tria infeliciter periere. Et caussam communis calamitatis, ac cladis transfert in publicam totius Graeciae impietatem, & iniuriam, quod Troianam gentem communi consilio bello uexassent, & excidissent.

f Primi enim Ausones tenuisse dicuntur Italiam.

g Quietos alioqui, & amantes pacis. Exclamatio in Latinorum felicitatem.

Quicunque

Quicumque[a] Iliaco: ferro uiolauimus agros,
(Mitto ea.[b] quae muris bellādo exhausta subaltis,
Quos Simois premit ille uiros) infanda per orbem
Supplicia & scelerū poenas[c] expendimus omnes,[d]
Vel Priamo[e] miserāda manus. scit triste Mineruae[f]
Sidus,[g] & Euboicae cautes, ultroq.[h] Caphareus.[i]
Militia ex illa diuersum ad litus adacti,
Atreides Protei[k] Menelaus ad usque columnas.

a A distributione. Omnes infeliciter perijmus: hic exsilio, ille naufragio, alius insidijs adulterae cōiugis. b Praeteritio, qua cladem suorum ad muros Troiae obiter in uniuersum refricat. c Poenas oēs luimus, quae sunt statutae sceleribus. Ita Ser. qui addit legi etiam, Sceleris omnis. d Amplificatio. e id est, etiam Priamo. Respexit ad paroemiam, Vel hosti miserandus: sicut in secūdo, Miserebitur hostis. ut ēt miseraturus fuisset, si nostrum uidisset casum. Hyperbole: nā hostis non facile misericordia aduersus hostem cōmouetur. Hort. f iratae Graecis ob stuprū Cassandrae. g Constat certorū siderū exortu tēpestates concitari, quare pro istis tēpestatib. usurpantur. Aiax Oileus, propter uim Cassandrae in Palladis tēplo oblatā, in mari, immissa a Minerua tēpestate cū socijs naufragiū fecit. h ultor necis Palamedis. Nauplius pater, mortē filij ulturus, accepto Graecorū e litore Troico aduētu, nocte cū faculis ī Caphareo, Euboeae promontorio consedit, ut ad eum tamquam portum classes dirigeret. Quod cū facerēt, cautibus Euboicis illisi oēs naufragio perierūt. Euboea insula, olim Macris dicta, nunc Nigropontum sub Turcarum ditione uocatur. longo tractu Atticae, & Boeoticae, Locridiq. respōdet. Hinc & ex Chalcide multae cum in alia toto terrarum orbe loca, tum in Italiā Coloniae deductae fuerunt. Hinc epitheticōs, Cumarum oras, Euboicas, & arces Chalcidicas dixit. Haec Hort. i Promontorium Graecorum naufragio infame. k Sinaeresis. Regnauit Proteus in Aegypto, qui, quod diuinus esset, in alias atque alias formas se uertere dicebatur. Fabulantur cum cathenis constrictum a Menelao, monitu filiae Idotheae, quādo tandē domum reuerteretur. Iratis dijs, inquit, Troia deuicta est, quare centū pecudes prius dijs caedendas: ac tū demū fore, ut redux in patriā perueniret. Itaque, cū octauo anno Hecatōbē dijs persoluisset, in patriā saluus reuersus fuit. Sed Dion Prusiensis scribit, ijs tēporib. cū Graeci inter se ad Troiā seditionib. agitari coepissent, eos diuersos, domos suas repetiuisse: atque inde illos alijs casib. periclitatos, alios mari haustos, nōnullos domestica fraude perijsse; quosdā per contēptū a suis exclusos, exsulatum abiuisse. Atque inter hos Dio[illegible] Menelaus erant [illegible]

Ex[illegible]

Exsultat: Aetnaeos uidit Cylopas Vlysses.
Regna Neoptolemi[a] referam, uersosq. [b] penates
Idomenei, Libyco ue habitantes litore Locros?
Ipse Mycenaeus [c] magnorum ductor Achiuum
Coniugis infandae [d] prima intra limina dextra
Oppetijt: deuicta Asia [e] subsedit adulter.
Inuidisse deos, patrijs ut redditus oris
Coniugium[f] optatū, & pulchrā Calydona[g] uiderē?
Nunc etiam horribili nisu portenta sequuntur:
Et socij amissi petierunt aethera [h] pennis:
Fluminibus uagantur aues, (heu dira meorum
Supplicia) et scopulos lacrymosis uocibus implēt.
Haec adeo [i] ex illo mihi iam speranda [k] fuerunt
Tempore, cum ferro caelestia corpora demens
Appetij, & [l] Veneris [m] uiolaui uulnere dextram.
Ne uero, ne me ad tales [n] impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama: nec ueterum memini, laetor ue malorū.

a Pyrrhus. cum uellet ducere Hermionem, in templo Apollinis Delphici, per insidias fuit interfectus ab Oreste, cui desponsata erat Hermione. b Euersos, & dirutos: aut in aliena iura cōuersos. Ita Ser. qui & cū uoce, regna, subaudit, euersa. c Agamemnonis periphrasis. Pathos a loco, & necessitudine. d *Fuere, qui legerēt, Coniugis (infandum.) Sed altera lectio est Homerica, οὐλομένης ἀλόχῳ, quo epitheto lib. 5. et 11. & 9. Odyss. utitur.* e *Cum Agamemnon Asiam deuicisset, remāsit in insidijs Aegistus adulter, qui eū interficeret. Legitur &, deuictam As. ut, subsedit, sit, Ex insidijs occupauit: uel, dolo possedit.* f *Hom. Il. ε.* g *Aetoliae urbem. Homer. Calydonem montanam uocat, propter regionem. Fuit autem Aetolia in duas partes diuisa: in montanam, quae Pleuroni fuerit attributa; & Campestrem, quae Calydoni.* h *Nam & Diomedes nouas sedes in Apulia captauit, amisitq. socios, in sui nominis aues cōuersos. Poeta autē historiae fidē nō mutauit, ut Seruius autumat. Parrh. ex Lycophr. De his Diomedis auib. uide Plin. lib. 10. c. 44.* i *Caussam tanti mali sui reddit, ut suo exemplo maxime Latinos a bello deterreat.* k *timenda. Acyrologia.* l *Hom. Il. 53.* m *Venerem fabulatur Hom. Il. ε. dum filio conata esset succurrere, a Diomede fuisse uulneratam. Redditio, quae uocet caelestia corpora.* n *quarū etiā uictoria perniciosa est*

Munera,

Munera,[a] quae patrijs ad me portatis ab oris,
Vertite ad Aeneam. ſtetimus[b] tela aſpera contra,
Contulimusq. manus: experto credite, quantus
In clypeum aſſurgat,[d] quo turbine torqueat haſtã.
Si[e] duo praeterea tales[f] Idaea tuliſſet
Terra uiros: ultro Inachias[g] ueniſſet ad urbes
Dardanus,[h] & uerſis lugeret Graecia fatis.
Quidquid apud durae ceſſatum eſt moenia Troiae,
Hectoris,[i] Aeneaeq. manu uictoria Graium
Haeſit,[k] & in decimum ueſtigia rettulit annum.
Ambo[l] animis,[m] ambo inſignes praeſtãtib. armis:
Hic pietate prior,[n] coeant in foedera dextrae,
Qua datur:[o] aſt, armis concurrant arma, cauete.
Et, reſponſa ſimul[p] quae ſint, rex optime, regum[q]
Audiſti, & quae ſit magno ſententia bello.
Vix ea legati; uariusq. per ora cucurrit
Auſonidum turbata fremor: ceu, ſaxa[r] morantur.
Cum rapidos amnes, clauſo[ſ] fit gurgite murmur,
Vicinaeq. fremunt ripae crepitantibus undis.
Vt[t] primũ placati animi; & trepida ora quierunt;

a Reſponſum Diomedis, ad munera: unde materia naſcitur amplificandi laudem perſonae. b Et cominus, & e lõginquo inter nos bella tractauimus. Ser. Deſcribit hãc pugnã Ho. Il. li. 5. c Ratio, cur cẽſet munera Aeneae offerẽda, ab exẽplo ſuo. d Amplificatio uirtutis Aeneae: ingens ſpiritus ac terror aſperitate uerſuum arguitur. e Hom. Il. 20. f Qualis eſt Aeneas. Magna Aeneae laus. g In Graciam ueniſſent Troiani, & quae nunc uictoria gaudet, lugeret, quod uicta eſſet. Vocauit autem lib. 7. Agros Inachios. g Pro Dardanius. Primitiuum pro deriuatiuo. l Homer. Il. 197. k Dubia fuit. l Homen. Il. 197. m Ab animorum magnitudine. n A pietate Aaeneae. o Qua ratione permittitur. p Epilogus oratoris, his uerbis Diomedem uſum: breuis hic quidem, ſed neceſſarius, ut argumenta diſſuaſoria animis haereant. q Quibusdã magis placet, Regis, ut Diomedes intelligatur. r Apta ſimilitudine fremitum ſubmiſſum principum, Diomedis & reſponſum, & conſilium obſtupentiũ, ſubijcit, ab omniũ natura, quorum fauces praecluſae fremitum obtuſum edunt. Hort. ſ Saxorum obiectione praecluſo. t Hom. Il. 103.

Prae-

Praefatus [a] diuis, ſolio [b] rex infit ab alto:
Ante equidem [c] ſumma de re ſtatuiſſe, Latini,
Et uellem, & fuerat melius, [d] non tempore tali
Cogere concilium, cum muros obſidet hoſtis.
Bellum importunum ciues cum gente deorum, [e]
Inuictisq. uiris gerimus, quos nulla fatigant [f]
Proelia, nec uicti poſſunt abſiſtere ferro. [g]
Spem ſi quã accitis Aetolum [h] habuiſtis in armis,
Ponite: ſpes ſibi quisq.: ſed, haec quã anguſta, [i] uide
Cetera [k] qua rerum iaceant perculſa ruina, (tis.
Ante [l] oculos, interq. manus ſunt omnia ueſtras.
Nec quẽquã incuſo: [m] potuit quae plurima uirtus
Eſſe, fuit: toto certatum eſt corpore [n] regni.
Nunc adeo [o] quae ſit dubiae ſententia menti,
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Eſt antiquus [p] ager, Tuſco [q] mihi proximus amni,

a Quoniã apud antiquos antequã uerba ĩ ſenatu, uel concione, facerent, deos precabãtur Turn.

b Cõtra Reges Homerici ſtãtes cũ populo agunt. Sed hic aetatis ratio exigebat, ut rex longaeuus ſedẽs loqueretur.

c Suaſorij generis oratio, cuius princ palis ſcopus eſt, ut Troianis agri aſſignẽtur potius, quam ut bello mpugnẽtur. Exordium a propoſitione, quam confirmat efficacibus argumentis. d utilius fuiſſet, quam nunc conſulere, poſt acceptam cladẽ, & cum undiq. armis hoſtium cincti ſimus. e ideſt, originẽ ducens a dijs. Confirmat ratione ab impio: obliq. notans exẽplũ Diomedis. Is, Venerẽ quia bello impetiuerat, infeliciter bello exturbatus fuit. Quid nobis euẽturum eſt, qui arma ſumpſimus cum Veneris filio, Iouis nepote, uidetis. f A difficultate ſuperandi, & ſuperuacaneo ſtultoq. conatu uincẽdi. Locus ab impoſſibili. g Hoc ſonorũ magis uidetur, quam Bello, ut citat Helenius. h Aetolorum: ſyncope. Diomedis, eiusq. ſociorum. i ſ. ſit. K Auxiliares praeterea copiae ac uires quã ſint afflictae, uidetis. l quaſi dicat, narratione non egent. m occupatione tacitae ſuſpicioni occurrit, ne. ſ. uideretur infelicẽ belli euentum aut Turni, aut alterius cuiuſpiã ignauiae imputare. n id eſt, Totis imperij uiribus. o Attentio a breuitate & cõpẽdio orationis, ad propoſitionẽ principalẽ, quã in mediũ cõſultãdã mittet. p Deſcribit agrũ, qui eſt inter Laurentũ & Tiberim, quẽ aiunt accepiſſe a Latinis Aeneã. Sabinus putat, Latinũ nominare imperiũ ſuũ, & dicere Antiquũ, uetuſtate familiae, quae poſſedit. q Tyberino, ut alibi dicit Tuſcũ Tiberim.

Lon-

Longus in occaſum, fines ſuper uſq. Sicanos:
Aurunci, [a] Rutuliq. ferunt, & uomere duros
Exercent colles, [b] atque horum aſperrima paſcunt.
Haec omnis regio, & celſi plaga pinea montis
Cedat [c] amicitiae Teucrorum, & foederis aequas
Dicamus leges, [d] ſociosq. in regna uocemus:
Conſidant, ſi tantus amor, & maenia condant.
Sin alios fines, aliamq. capeſſere gentem
Eſt animus, poſſuntq. [e] ſolo decedere noſtro:
Bis denas Italo texamus robore naues.
Seu plures complere ualent: iacet omnis, ad undam
Materies ipſi numerumque modumq. carinis
Praecipiant: nos aera, manus, noualia [f] demus.
Praeterea, qui dicta ferant, & foedera firment,
Centum [g] oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisq. manu praetendere ramos, [h]
Munera portantes [i] eboriſque auriq. talenta, [k]
Et ſellam, [l] regni, trabeamque, inſignia noſtri.

a Legendũ, Arunci: de quibus antea bis dictum eſt. b Ager 40. ſtadiorum ad collem uſque, quem Latinus Aeneae dedit, poſtquam cum eo amicitiã iunxiſſet. Propoſitio: de aſſignandis agris, iungendoq. foedere: aut ut liberum permittatur diſcedere, quo uidebitur. c Alludit ad hiſtoriã. Caton. in Originibus, referente Seruio, ſcriptũ reliquit, Troianos ex foedere a Latinis accepiſſe D.C C. agri iugera, quae in Laurentum, & Troianorum caſtra interiacebant. d id eſt, pari inter nos ſocietate uerſemur, ut neuter ſit inferior. e Al. Poſcuntque. f poſuit pro trabibus, ex quibus naues fiunt. Quid autem proprie ſit Nauale, ſupra dictum eſt. g Amplificatio, a numero centenario. h oleae ſcilicet. i Idq. e conſilio Diomedis, qui cenſuerat regiae magnificentiae munera ad Aeneam iuſtius uertenda, quã ad ſe. k Quidam interpungunt ante accuſatiuum Talenta. l Etſi haec regum Romanorum inſignia erant, regibus tamen, ſocijs, & amicis ea mittere ſolebãt, ut regiae maieſtatis decora, & ornamẽta. Liu. l. 10. ſecũdi belli Pun. loquẽs de Scip. Poſtero die, ut a praeſẽti motu auerteret animũ eius, in tribunal adſcẽdit, & concionẽ aduocari iuſſit. Ibi Maſſaniſam primum regẽ appellatum, eximijs ornatum laudib. aurea corona, aurea patera, ſella curuli eburnea, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. Haec Liuius.

Conſulite

Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Tum Drances[a] idem infensus,[b] quem gloria Turni
Obliqua[c] inuidia, stimulisq. agitabat amaris,
Largus opum, & lingua melior,[d] sed[e] frigida bello
Dextera, consilijs habitus non futilis[f] auctor
Seditione potens (genus huic materna[g] superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras:
Rem nulli obscuram,[h] nostrae nec uocis egentem,
Consulis, o bone rex. cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi; sed dicere mussant.[i]
Det libertatem[k] fandi, flatusq.[l] remittat,
Cuius ob auspicium[m] infaustum, moresq. sinistros
(Dicā equidē,[n] licet arma mihi, mortēq. minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamq. uidemus

a Totum hoc certamen uerborum Turni, & Drancis, ad imitationem altercationis, inter Agamēnonem, & Achillem apud Homerum confictum est: quorum alter, illic uidelicet Agamēnon, hic Turnus, priuatam libidinem sequitur, tueturque: alter, illic Achilles, hic Drances, publicam utilitatem spectat. Hoc tamen interest, quod illic rex & dux uerbis ad pugnam usque contēdant: hic uero coram rege, inter duos quidem, sed non ad pugnam usque certetur. Apud Homerum de restituenda patri sacerdoti filia, hic de concilianda pace, & foedere cum Aenea adiungendo, acerbe rixantur. b *Prosopographia. Describit Drancem, ab affectu erga Turnum opulentia, eloquentia, singulari prudentia in consultando, factione populari, & nobilitate materna.* c *Non aperta, clandestina.*
d *Contra, Hercules apud Ouid. lib. 9. Meta. Melior mihi dextera lingua.* e *Hom. lib. 1. Il.* f *Hom. lib. Il. 2.* g *filius erat sororis Latini, patre rustico.* h *Expostulatoria oratio Drancis cum Turno de iniuria, qua publice affecit Latinos, cum priuatam libidinem reipub. saluti anteponit. Exordium a beneuolentia. Approbat aperte consilium regis Latini, ita ut in medium amplius consulere nil sit necesse. simul oblique notat Turnum aduersarium, qui dissimulat se praesentem populi fortunam aduertere. Hort.* i *uerentur: ab ijs, qui insusurrant, uel obmurmurant, quod cum metu dicunt.* k *A persona Turni, quem omnium horum malorum caussam, & fomitem esse ostendit.* l *Superbiam, fastum.* m *q. d. si malis tuis omnib. non egrederentur, possent forsitan superare uirtute.* n *Licentia. Hom. lib. Il. 9. & 10.*

Consedisse [a] urbem luctu, dum Troia ten'at
Castra fugae [b] fidens, [c] & caelum territat [d] armis.
Vnum etiam donis istis, quae plurima mitti
Dardanidis, duciq. [e] iubes, unum optime regum
Adijciat, nec te ullius uiolentia uincat:
Quin [f] gnatam egregio genero, dignisq. hymenaeis
Des [g] pater, & pacem hanc aeterno foedere iungas.
Quod si tantus habet [h] mentes & pectora terror:
Ipsum [i] obtestemur, ueniamq. oremus ab ipso; [k]
Cedat ius proprium regi, patriaeq. remittat.
Quid [l] miseros toties in aperta pericula ciues
Proijcis? [m] o Latio caput horũ, & caussa malorũ.
Nulla salus bello: [n] pacem te [o] poscimus omnes,
Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus.
Primus ego, inuisum quem tu tibi fingis, & esse
Nil moror, [p] en supplex [q] uenio, miserere tuorum.
Pone animos, [r] & pulsus abi. sat funera fusi
Vidimus, ingentes & desolauimus [s] agros.

a iacere afflictam, in luctu esse demersam. Ser. Alij, Iacere prae luctu.
b In quibusdam, Fuga, ablatiuo casu.
c Imbelliã, & ignauiã aduersarij acerbe perstringit, qui cum ferociter grãdia spiret, ac minitetur, nihil praetereá efficiat.

d Desiderandi significatione, idest, caelum, deosq. terrae uelle uidetur. Turn. Hyperbole prouerbialis, in Thrasones magniloquos, ferociores, ac lingua magis minaces, quam re praestantiores. Huic affine & hoc est; capite caelũ perrumpere. e Al. Diciq. iubes. ut pertineat ad naues, & agrum: quae uerbis offerenda sunt. f Hom. Il. 7. g Approbat non modo regis sententiam, uerum etiam ut Turno inuidiam faciat, & odium concitet, & acerbet, Lauiniam Aeneae dandam censet. Et addit caussam finalẽ ab utili. h Ironia, qua ridet inanem suorum metum, cum quiduis potius sit, quam metuendus. i Perpetuae irrisiones, quibus insolentiam hominis inuidiosam facit. k Turno. l singula uerba pondus habent.
m Auersione acriter inuehitur in Turnũ: ut, quod modo ironice lentius dixerat, nunc asperius, atrociusq. plenis buccis effundat. n Enthymema a contrarijs. o qui solus dat bellum. p Licẽtia dicentis. q Haec uox, Supplex, non caret ironia. r Epilogus, quo monet Turnum ad ponendam ferociã, & mouet affectus ab accepta clade. s adductis ad bellum colonis. Sic supra: & latos uastant cultoribus agros.

Aut,

Aut, si fama mouet;[a] si tantum pectore robur[b]
Concipis; & si adeo dotalis regia[c] cordi est:
Aude,[d] atque aduersum fidens fer pectus in hostē,
Scilicet, ut Turno contingat[e] regia coniux,
Nos animae uiles,[f] inhumata, infletaq. turba,
Sternamur[g] campis. etiam tu, si qua tibi uis,[h]
Si patrij quid Martis habes, illum adspice cōtra,[i]
Qui uocat.
Talibus exarsit dictis uiolentia Turni.
Dat gemitum, rumpitq. has imo pectore uoces:
Larga quidem[k] semper, Drance, tibi copia fandi,
Tunc cum bella manus poscunt, patribusq. uocatis
Primus ades:[l] sed non replenda est curia uerbis,[m]
Quae tuto tibi magna uolant, dum distinet[n] hostē
Agger murorum, nec inundant sanguine fossae.
Proinde on t eloquio,[o] solitum[p] tibi; meq. timoris

a Occurrit tacitae cogitationi, ut ab ipso turpitudinem remoueat. Hypothetica disiunctiua. Aut ferociam pone, aut singulari pugna cum hoste congredere. Et hortatur ab utilitatis spe: ut Lauinia potiatur, & famae decus tueatur.

b Metaphora a ligno ad animum. c id est, regnum Latini, quod dotale tibi putas. d Hom. Il. 69. e caeso Aenea. f Tamquam animae uiles. Inserit affectus, ut moueat ferocem iuuenis animum.
g Tib. Donatus, Sternemur, agnoscit, futuro indicatiui: locumq. hunc suo more sic explicat periphrasi; per omnes campos iacebimus fusi. h uirtus.
i Iterat exhortationem ad monomachiam, ut publici mali non sit memor, & dedecus nominis sui subterfugiat. Vehemēter enim turpe est uiro forti, aut ei, qui uult fortis uideri, prouocantem fugere, eiq. tergum uertere, ut illud Homericum audire cogatur identidem: πῆ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλών, κακὸς ὡς ἐν ὁμίλῳ. k Exordium a uirulenta reprehensione eloquentiae Drancis, a tēporib. & locis. l Curiam, & castra hostiū inter se cōponit, loca usu humano diuersa, quorū collatione Drancis ignauiā cōtra suam uirtutem attollit. m non opus est uerbis hoc tēpore. n arcet, repellit. Proprie, Extra tenet. S. Alij legunt, Detinet. o Aeris ironia. Etenim, cum in Turno omnia summa sint, in Drancem non sunt. Soluit totum locum, sua praeclara facinora cum amara irrisione Dranci tribuens. Arguit illū imbellē, ignauum, & timidū: ac paullatim sua laudate perpetrata facinora timori opponit. Nō n. infitiari pōt fugā. p ut solitū est tibi.

a Quinctilianus l. 9. cap. 2. hunc locũ citans, amarissimae ironiae genus esse docet, cum, quod in nobis est, aduersarijs uidemur tribuere. Simili oratione Thersitae loquacitatem reprimit Vlysses Il. 2. b Quando, breuis est naturaliter, ait in 4. Aen. Seru. sed id nullo probauerit Virgilij exemplo, nisi in compositione, ut in quandoquidem. Igitur recentiores fecerunt eam syllabam communem.

Argue, tu Drance; tot[a] quando[b] stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, passimq. trophaeis
Insignis agros:[c] possit quid uiuida uirtus,
Experiare licet: nec longe scilicet hostes
Quaerendi nobis: circumdant undique muros.
Imus in aduersos:[d] quid cessas? an tibi Mauors[e]
Ventosa in lingua, pedibusq.[f] fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego?[g] aut quisquã merito foedissime pulsum
Arguet, Iliaco tumidum qui crescere Tibrim[h]
Sanguine, & Euandri totam[i] cum stirpe[k] uidebit
Procubuisse domum, utq. exsutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens,
Et quos mille die uictor sub tartara misi
Inclusus muris, hostiliq. aggere saeptus.
Nulla salus bello:[l] (capiti cane[m] talia demens
Dardanio, rebusq. tuis) proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atq. extollere[n] uires
Genti bis uictae,[o] contra premere arma Latini.

c Campos, legit Seruius. d Quo fugae dedecus a se propulset, hortatur, ut in re praesenti periculũ uterque faciat. e An semper te Martium esse uirum iactabis, cum nihil aliud, quam loqui de bello, aut a bello fugere soleas. f Hom. Il. lib. 1. & 8. g Donat. ἀποφαντικῶς: Haud quisquam merito, foedissime, pulsum Arguet. quod tamen Fabr. non placet. h Conuincit diuersum exemplis anteactis, se multa hostium millia trucidasse. Enumerat aliquot insignes, ne uanus uideatur: Pallantem, Bitiam, & Pandarum. i Amplificatio. K Ob Pallantem filium eius occisum. l Drancis uerba sunt, uers. 362. odiose repetita. Enthymema illud non perinde refutat, atque eludit. m quasi uates, futura diuinans. n Enthymema a contrarijs · a turpi. o Sarcasmus. Hortatur ironice Drancem, ad turbanda omnia petulanti lingua.

Nunc

Nunc & [a] Myrmidonū [b] proceres Phrygia arma tre
Nunc & Tydides, et Larissaeus Achilles: (miscūt,
Amnis & Hadriacas retro fugit [c] Aufidus undas.
Vel cum se pauidum [d] contra mea iurgia fingit,
Artificis scelus, [e] & formidine crimen acerbat.
Numquā animā talē dextra hac (absiste moueri [f])
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto. [g]
Nūc ad te, [h] & tua, magne pater, cōsulta reuertor.
Si nullam nostris ultra spem ponis in armis;
Si tam deserti [i] sumus, & semel agmine uerso,
Funditus occidimus, nec habet fortuna regressum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
Quamquam o, [k] si solitae quidquā uirtutis adesset,
Ille [l] mihi ante alios, fortunatusq. laborum, [m]
Egregiusq. animi, qui, ne quid tale uideret,
Procubuit [n] moriēs, et humū semel [o] ore momordit.
Sin & opes [p] nobis, adhuc intacta iuuentus,

a Ironia a contrarijs, cum Achilles minime, aut Diomedes metuerit Troianos, a quib. deuicti fuere.
b Myrmidonib. praefuit Aiax: uel, ut alij uolunt, Achilles.
c Allusum est ad paroemiam, Sursum uersus sacrorū fluminum fe-
rūtur fontes: cū praepostere hoc fieri uelit significare. Aufidus amnis oritur
ex montib. Hirpinis, & Canusium praeterfluit. d Amarulenta cōtēptio,
quem indignum iudicat a se necari. Dixerat enim Drance: Licet arma mi
hi, mortemq. minetur. e est enim sceleratorum, simulare formidinem.
f Nolo enim in te irruere. g tuo. h Transitio ad orationem Latini,
ut ad eius singula argumenta respondeat: & primum quidem, quod dixe-
rat Latinus, infeliciter bellum geri cum gente deorum, ab hostibus se undi
que circumsideri. Si nullam spem in armis habemus nostris, oremus pacē:
sin opes nostrae adhuc sunt infractae, neq. in totum accisae, quae caussa
est, cur arma abijciamus? alterutrum tenere necesse est. i Q. d. Etiam
si Diom. auxiliū nobis denegarit, nō tamē omnino deserti sumus. k Pathos
per Aposiopesim: de quo Macr. Sat. 4. c. ult. l Hom. Il. 267. Mezentium
dicit fortunatū. m Non frustra laborasse uidetur. Scalig. n Ho. l. 2. Il.
o Exponit Seruius, Cito, Confestim, id est, qui tota mortis celeritate defun
ctus. Sed retineri potest propria eius significatio. p Alterum argumenti
membrum: quo confirmato, infertur, pacem peti non debere. Atqui sunt
urbes Italicae, sunt adhuc copiae florentes.

Auxilioq. urbes Italiae, populiq. superſunt;
Sin[a] & Troianis cum multo gloria uenit
Sanguine; ſunt illis[b] ſua funera, parq. per omnes
Tempeſtas:[c] cur indecores[d] in limine primo
Deficimus? cur ante tubam[e] tremor occupat artus?
Multa dies,[f] uariusq. labor mutabilis aeui
Rettulit in melius. multos alterna[g] reuiſens
Luſit, & in ſolido[h] rurſus fortuna locauit.
Non[i] erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi:
At Meſſapus erit, felixq. Tolumnius, & quos
Tot populi miſere duces: nec parua[l] ſequetur
Gloria[m] delectos Latio, & Laurentibus agris.

a Homer. Il. 194.
b Al. Illi, legunt, pro illic, in parte ſcilicet aduerſaria: ut antiquũ prouerbium ſit.
c Tempeſtas proprie ſignificat turbulentiam temporis. Interdum pro tenore temporis, & pro ipſo tempore.

d Complexio Ergo turpe nobis foret, accepta una clade, exiſtimare noſtras opes eſſe in totum fractas. in limine deficere, aut impingere, prouerbium eſt: pro, ſtatim, ac uix re incepta: hoc loco uix dum inito bello. Proximum illi, in portu impingere.

e Ante tubam trepidas: Adagium quadrat in eos, qui animo conſternuntur, priuſquam appareat periculum. Ductum ab ignauis militibus.

f Imitatio Ennij lib. 7. Annal: -multa dies in bello conficit unus: Et rurſus multae fortunae forte recũbunt: Haudquaquã quẽquã ſemper fortuna ſecuta eſt. Ecphoneſis in ludibriũ fortunae incõſtantis & uariae, quae cũ in o bus rebus, tum in bello maxime dominatur: unde et Homerus Martẽ mutabilem uolens ſignificare, quod in bello nunc huic, nũc illi faueat, ἀλλοπρόσαλλον uocat. g Acron legit, Multo mutata. altera lectio magis exprimit Graecam uocem ἀλλοπρόσαλλος, quod Fortunae, & Martis eſt epitheton. Horat. de Fortuna: Praeſens uel imo tollere de gradu Mortale corpus, uel ſuperbos Vertere funeribus triumphos. Fabr. h Solio, legũt quidam. Haec tamen lectio, etſi in uet. lib. reperiatur, doctiſſimo uiro Ful. Vrſino improbatur. i Hom. lib. Il. 1. k Reſpondet ad obiectum, de auxilijs a Diomede negatis, in cuius armis nulla iam ſpes erat amplius: quare cenſebat pacem eſſe faciendam Latinus. His opponit aliarum gentium florentiſſimas copias, Diomedeis non inferiores. l Seruius legit Tarda. putatq. Fabricius eam lectionem bonam eſſe. m Futuram prope uictoriam dicit.

Eſt

Est & Volscorum egregia de [a] gente Camilla,
Agmen agens equitũ & florentes aere cateruas.
Quod si me solum [b] Teucri in certamina poscunt;
Idq. placet, tantumq. bonis communibus obsto: [c]
Non adeo [d] has exosa manus uictoria fugit,
Vt tanta [e] quidquam pro spe tentare recusem.
Ibo animis contra: uel magnũ praestet [f] Achillem,
Factaq. Volcani manibus paria induat arma
Ille licet. uobis animam hanc, soceroq. Latino
Turnus ego, haud ulli ueterum uirtute secundus,
Deuoueo: [g] solum Aeneas uocat, [h] &, uocet oro.
Nec Drances potius, [i] siue est haec ira deorum,
Morte luat: siue est uirtus & gloria, tollat.
Illi [k] haec inter se dubijs de rebus agebant
Certantes: castra Aeneas, [l] aciemq. mouebat.
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu

a Hoc hemistichio cum uersu sequenti usus est etiã ad finẽ l. 7.
b Ad id quod a Drãce fuerat obiectum: Si patrij quid Martis habes, illam adspice contra.
c Obsum, ut, nisi solus dimicauero, cõcidant Latini.
d Non recusat, ut etiam Hectorem se, Aeneamq., Achillem fingat, moriturur lubens pro salute Latinorum. Singulari consilio poeta Turno Achillis indolem tribuit. Alludit ad deuouendi morem, pro incolumitate exercitus. Buccinatur se ipse a uirtute, ut etiam se maioribus suis praeferat. Hortensius.
e Spe tantae laudis, quam consequar, si solus ceteris omnibus salutẽ peperisse dicar. f Praestare, simpliciter significat, melius esse. Praesto illam, idest, ita ualidus sum, & sum similis illi: praesto illi, significat, iuuo.
g Carmen, ritumque deuouendi, uide apud Liuium lib. 9. ubi P. Decium inducit pro exercitus salute se dijs manibus deuouentem.
h Fabricius post, Vocat, interrogationis notam ponit, eamq. distinctionem facere repetitionem haud paullo uehementiorem ait. i Absit Drances inimicus, & nec calamitati, nec felicitati intersit. Si ira Deorum premit me, nolo Drancen luere mecum poenas; si uirtus me extulerit, nolo ibidem ut sit particeps gloriae meae. K Hom. Il. I.
l Ad rem bellicam a communi Latinorum consilio narrationem transfert: & primum quidem ad Troianorum stratagemata, qui, Latinis de belli rebus ad istum modum disceptantibus, castra ad urbem mouere nuncio ferebantur.

Ecce ruit, magnisq. urbem terroribus implet;
Instructos acie Tiberino a flumine Teucros,
Tyrrhenamq. manum [a] totis discendere campis.
Ex templo turbati animi, concussaq. uulgi
Pectora, & arrectae stimulis haud mollibus irae.
Arma manu trepidi poscũt: fremit arma [b] iuuẽtus:
Flent maesti, mussãtq. [c] patres: hic undiq. clamor
Dissensu magnus uario [d] se tollit in auras:
Haud [e] secus, atq. alto in luco cum forte cater uae
Consedere auium, piscoso ue amne Padusae [f]
Dant sonitum rauci [g] per stagna loquacia [h] cycni.
Immo, ait, o ciues, arrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, [i] & pacem laudate sedentes: [k]
Illi armis in regna ruunt. Nec plura locutus,
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
Tu, Voluse, [l] armari Volscorum edice maniplis: [m]
Duc, ait, & Rutulos: equites Messapus in armis; [n]
Et cum fratre Coras latis diffundite campis:
Pars aditus urbis firment, turresq. capessant;

a Quorum dux erat Tarchon. b Cum fremitu cõclamat ad arma. c queruntur. d Quia in duas partes consiliũ diuulsum erat, quorũ hi a Catino, illi a Turno stabant. Hi bello, illi studebant paci. e Vt auribus diuersum Latinorum in partes discedentium, fremitum subijciat, illustrat simili, ducto ab auium diuersarum concentu. f Medici fluuij, qui in Padum influit. Poetis mos est speciem pro genere usurpare.

g Raucus, teste Seruio, dictio media est. Vnde hic, Raucos cygnos dixit, pro canoris.

h Loquaces cycni. Hypallage.

i Ironica exhortatio in eos, qui pacem suaserant.

k Desides, Pigri. Vel simpliciter, sedantes in concilio.

l Verba sunt Turni, partientis tumultuariae ducibus officia obeunda circa muros maxime. m signiferis: qui triginta fuerunt in legione. Alludit autem ad antiquam priscorum Latinorum cõsuetudinem, qui manipulis pro uexillis utebantur in bello. o id est, armatos, inquit Ser. qui Mess. uult esse antiquum uocat. aut nominat. pro uocatiuo. Nisi dicatur, Mess. & Coras equites diffundite, pro diffundant.

Cetera, qua iusso,[a] mecum manus inferat arma.
Ilicet[b] in muros[c] tota discurritur urbe.
Concilium[d] ipse pater, & magna incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt;[e]
Multaq.[f] se incusat, qui non acceperit ultro
Dardanium Aenean, generumq. adsciuerit urbi.
Praefodiunt[g] alij portas, aut saxa, sudesq.
Subuectant: bello dat signum[h] rauca cruentum
Bucina: tunc muros uaria cinxere corona
Matronae, puerique: uocat labor ultimus[i] omnes.
Nec non ad templũ,[k] summasq. ad Palladis arces
Subuehitur[l] magna matrum regina[m] caterua,
Dona ferens, iuxtaq. comes Lauinia uirgo,
Caussa mali tanti, atque oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum ture uaporant,
Et maestas alto fundunt de limine uoces.
Armipotens[n] belli praeses Tritonia uirgo,
Frange[o] manu telum Phrygij praedonis, & ipsum
Pronum sterne solo, portisq. effunde sub altis.
Cingitur ipse furens[p] certatim in proelia Turnus:
Iamq.[q] adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis

a Antiquũ est, pro iussero: quemadmodũ & Faxo, pro Fecero.
b Cõfestim.
c Haec primam trepidationem fere comitantur. Seruat autẽ uenustum ordinẽ circa primos motus. Orditur a rege se incusante, quod in deligendo genere fuisset parũ prudens. Inde studiũ uulgi proponit, in muniendis partis aduersus hostium irruptiones. Ad postremum uota matronarum Palladi nuncupata pro salute reipublicae, ut hostis muro arceatur.
d Hom. lib. Il. 1.
e pacem. f Multa, pro Multum, uel Saepe, quemadmodũ apud Graecos πολλά. g Ante portas fossas faciunt. S. h Ad arma intra muros, ut quisq. ad portas & stationes suas adesset. i Vltimus labor est, cũ matronae, & pueri ueniunt ad munimenta. k Sic ẽt apud Homer. Il. l. 6. Hecuba Troianaeq. matronae in summa desperatione ad tẽpla cõcurrũt, Palladiq. peplum offerunt. l pilento, scilicet: ut l. 8. Pilentis matres in mollibus. m Amata. n In eandẽ sñiam Theano Mineruam precatur apud Hom. Il. l. 6. o Hom. Il. lib. 6. p amore Lauiniae. q Hom. Il. lib. 19.

Horre-

Horrebat squamis, surasq. incluserat auro.
Tempora nudus[a] adhuc, lateriq. accinxerat ensem,
Fulgebatq. alta decurrens aureus arce:
Exsultatq. animis, & spe iam praecipit hostem.
Qualis[b] ubi abruptis fugit praesepia uinclis
Tandem liber equus, campoq. potitus aperto,
Aut ille in pastus, armentaq. tendit equarum,
Aut assuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq. fremit ceruicibus alte
Luxurians, luduntq. iubae per colla, per armos.
Obuia cui, Volscorum acie comitante, Camilla[c]
Occurrit, portisq. ab equo regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis
Ad[d] terram defluxit[e] equis. tum talia fatur:
Turne, sui merito si qua est fiducia forti,[f]
Audeo,[g] & Aeneadũ promitto occurrere turmae,
Solaq.[h] Tyrrhenos equites ire obuia contra.
Me sine[i] prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, & moenia serua.
Turnus ad haec oculos horrenda[k] in uirgine fixus:
O decus Italiae uirgo quas dicere grates,
Quas ue referre parem? sed nunc (est omnia quãdo

a sine galea. b Homerica comparatio ex l. 6. Il. primum ab Ennio lib. 2. Annal. translata, & inde a Virgil. in hunc locum assumpta. Ennij autem uersus sunt tales: Et tum sicut equus, qui de praesepib. actus Vincla suis magnis animis abrupit, & inde Fert sese campi per caerula, laetaq. prata. Celso pectore saepe iubam quassat simus altã Spiritus ex anima calida spumas agit albas. Quanto uero splendidius Virg. Homerica carmina expresserit, lector non prorsus crassi iudicij potest uidere.

c Occasio prima, ad caedem uirginis consiliorum communicatio. Camillam cum turba uirginum Turno auxilia ferentem facit, eorum exemplo, qui in Troiano bello inter Priami auxilia Penthesileam recensuerunt. De qua uide Q. Calabrum derelictorum ab Homero lib. 1. d Homer. Il. 8. e Descendit cum arte quadam, & de facili concinnoq. motu. f si unusquisque fortis fidit uiribus. g Hom. Il. lib. 13. h Homer. Il. 138. i permitte. k in armis egregia, metuenda, cuius terribilis erat adspectus.

Iste animus supra) mecum partire laborem.[a]
Aeneas, ut fama fidem, missiq. reportant
Exploratores, equitum leuia[b] improbus arma
Praemisit, quaterent[c] campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo properans[d] aduentat ad urbem.
Furta[e] paro belli conuexo in tramite siluae,
Vt biuias armato obsidam milite fauces.[f]
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis:
Tecum acer Messapus erit, turmaeq. Latinae,
Tiburtiq. manus:[g] ducis & tu concipe[h] curam.
Sic ait, & paribus Messapum in proelia dictis
Hortatur, sociosq. duces, & pergit in hostem.
Est curuo[i] amfractu ulla,[k] accommoda fraudi,
Armorumq. dolis, quam[l] densis frondibus atrum
Vrget utrimq latus, tenuis. quam[m] semita ducit.
Angustaeq. ferunt fauces,[n] aditusq. maligni.
Hanc super in speculis, summoq. in uertice mōtis
Planities ignota iacet, tutiq. receptus;[o]
Seu dextra, laeuaq. uelis occurrere pugnae:
Siue instare iugis, & grandia uoluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur[p] regione uiarum:
Arripuitq. locum, & siluis insedit iniquis.
Velocem interea[q] superis in sedibus Opim,[r]

a Partiuntur inter se operas, ut Camilla Tyrrhenis obiiciatur: ipse insidiis Aenean in faucib. uiarum excipiat.
b Equites dicit leuis armaturae, cum quibus Aeneas per montem, & siluam uagabatur.
c perturbarent insidias.
d Tib. Donatus, uidetur legisse, Superans, quātum ex eius paraphrasi possumus diiudicare. e insidias. f itinera angusta inter duos montes. S. g Catillus, & Corax, fratres. h simul cum illis cape, ut, Con, sit coniunctiua particula. i Tropographia, a situ, partibus, & usu, hoc est, quod locus is aptus fuerit insidiis, & ad cōcurrēdum utrinque. K Antique, pro, Vallis, ob metri necessitatē. l uallem. m Al. quo. n exitus. o quo se tuto recipere pōt exercitus. p propter insidias. q Digressio in consiliū, & colloquiū Dianae, cū nympharū suarū una de cōseruāda ab interitu Camilla; aut, si id fieri nequeat, ut is, qui eā uiolaret, uicissim poenas det. r Opim Diana unā facit suarū comitū, qđ apud Alexā. Aetolū ī poemate Musarū Opis ipsa Diana uocetur: cū alioqui Opis deū mater dicatur. Hort. Vnam

Vnam ex uirginibus ſocijs, ſacraq. caterua,
Compellebat, & has triſtis Latonia uoces
Ore dabat. Graditur bellum ad crudele Camilla:
O uirgo, & noſtris[a] nequidquam[b] cingitur armis,
Cara mihi ante alias, neq. enim nouus iſte Dianae
Venit amor, ſubitaq. animum dulcedine mouit.
Pulſus[c] ob inuidiam[d] regno, uireſq. ſuperbas,
Priuerno antiqua Metabus[e] cum excederet urbẽ,
Infantem[f] fugiens media inter proelia belli
Suſtulit exſilio comitem, matriſq. uocauit
Nomine Caſmillae,[g] mutata[h] parte, Camillam.
Ipſe ſinu prae ſe portans[i] iuga longa[k] petebat
Solorum nemorum: tela undiq. ſaeua premebant,
Et circumfuſo uolitabant milite Volſci.
Ecce fugae medio[l] ſummis Amaſenus[m] abundans
Spumabat ripis: tantus ſe nubibus imber
Ruperat. ille innare parans infantis amore
Tardatur, caroq. oneri timet. omnia ſecum
Verſanti,[n] ſubito[o] uix haec ſententia ſedit.
Telum immane, manu ualida quod forte gerebat

a *quibus utraq. gaudemus.* b *Fruſtra uenatorijs armis inſtructa prodit in proeliũ, cũ fatalis hora in limine praeſens adſit.* c *Cauſſa, quamobrem eius cura angatur: & repetit altius hiſtoriam.* d *A cauſſa exilij, & a loco.* e *Metabus Priuernorũ rex fuit, pater Camillae. Narratio ducta a fortuna parentũ.* f *Ab infantia Camillae. In demonſtratione perſonae Camillae abſolutis artificij partibus uerſatur.* g *Al. Scamillae. Antiqui in ſacris Scamillũ appellabãt adminiſtrũ, et Scamillã, adminiſtrã. Vnde Ennius, Caelitũ Camilla exſpectata aduenis, ſalue hoſpita Scamilla. Inde detracto S. Camillus & Camilla remanſit. Eſt autẽ Scamillus, Etruſcũ uocabulum. Et Mercurius quod Deorũ miniſter eſſet, Scamillus dictus eſt.* h *Al. Mutilata.* i *A fortuna tum patris, tum infantis: adde & a periculis.* k *longe poſita, remotiora. ut Ser. exp.* l *inter fugam.* m *Amaſenum intelligit Volſcorum flumen, in agro Verulano, non procul a Tarracina. Eſt & alter in Sicilia, de quo Ouid. 15. Metamorph.* n *Metabo.* o *Fabricius diſtinctionem fore bonam ait, ſi legatur; Verſanti ſubito. In ſubitis enim cogitationibus animus difficulter conſilium capit, aut rem expedit.*

Bella-

Bellator, solidum nodis, & robore cocto,[a]
Huic notam, libro, & siluestri subere clausam,
Implicat, atq. habilem mediae circumligat hastae.
Quam dextra ingenti librans ita ad aethera fatur:
Alma tibi hanc[b] nemorum cultrix Latonia[c] uirgo
Ipse pater[d] famulam uoueo:[e] tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit: accipe testor
Diua tuam, quae nunc dubij committitur auris.
Dixit, & adducto contortum hastile lacerto
Immittit. sonuere undae:[f] rapidum super amnem
Infelix[g] fugit in iaculo stridente Camilla.
At Metabus, magna propius iam urgēte caterua,
Dat sese fluuio, atque hastam cum uirgine uictor
Gramineo donum Triuiae de cespite uellit.
Non illum[h] tectis ullae, non moenibus urbes[i]
Accepere: neque ipse manus feritate[k] dedisset:[l]
Pastorum & solis exegit montibus aeuum.[m]
Hic natam in dumis,[n] interq. horrentia lustra

a Alij aliter exponūt. Hortensius accipit pro egregie indurato: ut ligna excoquuntur, duranturq. ad Solem, & ignem.
b Consecrat filiam Dianae Metabus, quod ipse hostē euasisset, & in hasta infans feliciter transmissa esset.
c Latona Apollinis, & Dianae mater fuit: unde hic Dianam uirginem Latoniam appellat.
d quia soli patres potestatem habent auctorandi.
e Consecro in tuum ministerium. S.
f Camillam inculam cortice supra aquam iecit, & commendauit Dianae.
g Ad tempus belli, non ad illud.
h A pastorali consuetudine, ac uita Metabi.
i hoc dicit: nec in ciuitates, nec in priuatam admissus est domum.
k Prae feritate. ut ferus erat, non consensisset. Si qui eum uoluissent suscipere, eorum consortia fugisset.
l Dare manus, dixit, pro cedere. Nulli pastorum inferior erat forma, & agresti uita.
m id est, Pastorum uitam.
n A loco, & ab educatione, quae praecipuum habet momentum in ingeniorum moribus inolescendis. Ex lacte ferino simul, & feram naturam imbibit, quae etiam grandem natu per omnes uitae partes, & actus est comitata.

Armentalis

Armentalis[a] equae mammis, & lacte ferino
Nutribat, terrenis immulgens ubera labris.
Utq. pedum [b] primis infans uestigia plantis
Institerat, iaculo palmas onerauit acuto,
Spiculaq. ex humero[c] paruae suspendit, & arcum:
Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae,[d]
Tigridis exsuuiae per dorsum a uertice pendent.
Tela manu[e] iam tum tenera puerilia torsit:
Et fundam tereti circum caput egit habena,
Strymoniamq.[f] grauem, aut album deiecit olorem.
Multa illam [g] frustra Tyrrhena per opida matres
Optauere nurum: sola contenta Diana
Aeternum telorum & uirginitatis amorem
Intemerata colit, uellem haud[h] correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Cara mihi, comitumq. foret nunc una mearum.
Verum age,[i] quandoquidẽ satis urgetur[k] acerbis,

a Indomitae. Ideo sequitur, Lacte ferino. Alij aliter exp. Lacte ferino, id est, equino: quẽ admodũ & li. 2. Ferum posuit, pro Equo; In latus, inq. feri curam compagib. aluum.
b A pueritia, et pueritiae studijs atque exercitationib.
c Ab habitu, siue corporis ornatu. d Varro in lib. de lingua Latina tradit, Pallam inde dici, quod foris palam sit. Eratque uestris promissa, & ad terram usque defluens: id quod non obscure hoc loco arguit poeta. In usu aliquando fuit & Palla Gallica. Palla honesta, mulierum fuit Romanarum. Hac & Citharoedi, hac & Tragoedi utebantur. e A generibus armorum, quibus a teneris assuerit. f Thraciam a flumine Strymone.
g Ab aetatis iuuenilis statu. Caelebs maluit perpetua uirginitate uitã degere, quam nubere: quippe Dianae sacra, atque siluestri uita inter feras educata. Videtur poetam secutum hunc uersum Catulli: Multi illum: pueri, multae optauere puellae.
h Non uituperat uitae genus, sed optat eam contra Troianos iniusta arma non induisse, cur etiam poenas datura sit.
i Epilogus constat mandatis exsequendis.
k Hanc lectionem agnoscit Donatus. In quibusdam tamen codicibus Vrgemur legitur, prima persona: quod certe plus uidetur habere energiae ad exprimendum Dianae affectum erga Camillam, & communem quandam omnium calamitatum sympathiam.

Labere[a] nympha polo, finesq. inuise Latinos,
Tristis ubi infausto committitur[b] omine pugna.
Haec cape, & ultricem pharetra deprome sagittā:
Hac, quicumque[c] sacrum uiolarit[d] uulnere corpus,
Tros, Italus ue, mihi pariter det sanguine poenas.
Post ego[e] nube caua miserandae corpus, & arma
Inspoliata[f] feram tumulo, patriaeq. reponam.
Dixit: at illa leues caeli demissa per auras
Insonuit, nigro circumdata[g] turbine corpus.
At manus[h] interea muris Troiana propinquat,
Etrusciq. duces, equitumq. exercitus omnis,
Compositi numero in turmas.[i] fremit aequore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis
Huc obuersus, & huc: tum late[k] ferreus[l] hastis
Horret[m] ager, campiq. armis sublimibus ardent.[n]
Nec non Messapus contra, celeresq. Latini,
Et cum fratre[o] Coras, & uirginis ala Camillae
Aduersis[p] campo apparent: hastasq. reductis[q]
Protendunt longe dextris, & spicula uibrant:
Aduentusq.[r] uirum, fremitusq. ardescit equorum.

a Hom. li. Il. 231.
b *Pro, committetur. S.*
c *A iure talionis, Mors.*
d *Quia dixerat, Sacrum. S.*
e Hom. *Il. lib. 16.*
f *Defendebantur cadauera ab amicis, ne spoliarētur, fuitq. hoc in maximo honore.*
g *quia descēdit ad luctum. cōtra de Venere ad laetitiā descendente, lib. 8. Aethorios inter dea candida nimbos.*
h *A digressione in personae descriptionem, siue historiā potius, redit ad res belli.*
i *Densas equitum multitudines. Turma triginta equitibus constabat, ut quidam existimant.*
k *Locus est Homeri, quem tamen ante Virgilium Ennius in Scipionem suum transtulit. Vide Macr. Sat. lib. 6. cap. 9.*
l *hoc est, hastis ferreis.*
m *terribilis est.*
n *id est, resplendent. Versus Ennij, irrisus a Lucilio. Ser.*
o *Tiburto.*
p *Hom. Il. 45.*
q *Habitum ostendit hominis in procinctu hastam tenentis, & manu retrorsum ducta eam liberantis, parantisq. mittere. Turn. Homer. Il. 222.*

Iamq.

Iamq. intra iactum [a] teli progressus uterque
Substiterat: subito erũpunt [b] clamore: frementesq.
Exhortantur equos: fundunt simul undique tela
Crebra, niuis ritu: [c] caelumq. obtexitur umbra.
Continuo aduersis Tyrrhenus, & acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis: primiq. ruinam
Dant sonitu ingenti; praefractaq. quadrupedantũ
Pectora pectoribus rumpunt. [d] excussus Aconteus
Fulminis in morem, [e] aut tormento ponderis [f] acti,
Praecipitat [g] longe, & uitam dispergit in auras.
Extemplo turbatae acies, uersiq. Latini
Reijciunt [h] parmas, & equos ad moenia uertunt: [i]
Troes agunt, princeps turmas inducit [k] Asylas:
Iamq. propinquabant portis, rursusq. Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt: [l]
Hi fugiunt, penitusq. datis referuntur habenis.
Qualis ubi [m] alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosq. superiacit undam [n]
Spumeus, extremamq. sinu [o] perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atq. aestu reuoluta resorbens

a Celebratur prouerbiali figura intra iactũ telorum: de ijs, qui periculis obnoxij possunt uideri. Quẽadmodũ contra, extra telorum iactum, esse dicuntur, qui in tuto consistũt, ἐντὸς τοῦ βέλους, intra telũ; ἔξω τῶν βελῶν, extra tela, dicunt Graeci.

b Troianorum, & Latinorũ exercitus coucurrunt. c Amplificatio per similitudinẽ hyperbolicã, de qua Quinctil. l. 8. c. 6. Graece dicitur, χιόνος δίκην. d In graui, tragicaq. re uenuste cadit collusio uocum: sicut in illo Litora litoribus contraria, fluctibus undas Imprecor. e Hyperbolicis collationib. atrocitatem pugnae amplificat. f ut pilae ferreae. g Praecipitatur. enallage generis pro genere. h retro agunt. i fugiunt Latini morte Acontei. k hoc est, immittit, uel contra hostes ducit. Quidam legunt, Inuasit.

l propter fugam fortasse. m Hypotyposi pugnantium, fugientium, ac refugientium simulacrum uicesq. oculis subiecturus, addit comparationem sumptam e maris reciproco aestu, quod statis horis fluit, refluitque, currit, ac recurrit.

n Iacit undam super scopulos.

o curuatione, & flexu undarum. Ser.

Saxa,

Saxa, fugit, litusq. uado labente[a] relinquit.
Bis Tusci Rutulos[b] egere ad moenia uersos:
Bis reiecti armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postquam congressi in proelia, totas
Implicuere inter se acies, legitq.[c] uirum uir:
Tum uero et gemitus morietũ, & sanguine in alto
Armaque, corporaque, & permisti caede uirorum
Semianimes uoluuntur equi: pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli (quando ipsum horrebat adire)
Hastam[d] intorsit equo, ferrumq. sub aure[e] reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altaq. iactat,
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura.
Voluitur ille excussus humi, Catillus Iolam,
Ingentemq. animis, ingentem corpore, & armis
Deijcit Herminium:[f] nudo cui uertice fulua
Caesaries, nudiq. humeri: nec uulnera terrent:
Tãtus in arma[g] patet. latos huic hasta per armos[h]
Acta tremit, duplicatque, uirũ trãsfixa, dolorem.[i]
Funditur ater ubique cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramq. petunt per uulnera mortẽ,

a Hypallage, pro Labẽs ipse per uadum S.
b Infractũ pugnãdi laborem, ac pertinacem coarguit, do nec animi incalescãt.
c Nonius Marcellus Legit, hic positum ait, pro, accessit, ut 2. Geor. Primi lege litoris orã. Magis tamen placet Donati sententia, qui Legit, pro, Deijcit, positũ docet.

d Hom. Il. 83. e Ex uulneris genere fugientem ipsum intellige esse percussum. Ser. f Herminij nomen Seruius sumptum putat ab altero ex ijs, qui cum Coclite Porsenae copijs in ponte restiterunt. Si tamen flauos crines, nudum uerticem, uulnerumq. contemptum, reliquamq. prosopographiam propius contemplemur, ad Herminium Saxonem, Germanorum ducem, fortasse hic allusisse poeta uideri potest, cuius, deleto ab eo, cum tribus legionib. Quinctilio Varo, celebre id temporis Romae nomen erat.
g Epiphonema in Hominis infractum animi robur. Per arma, intelligit hostilia tela. h Transfert ad hominem, quod est quadrupedis.
i Al. – duplicatq. uirum transfixa dolore, id est, duplici dolore uirum cumulat. ut Ouid. dixit, duplicataq. uulnere caeco est. Pier. Legitur etiam Viri, & Dolorem.

At medias [a] inter caedes exſultat, [b] Amazon
Vnum exſerta latus [c] pugnae, pharetrata Camilla:
Et nunc lenta [d] manu ſpargens haſtilia denſat:
Nunc ualidam dextra rapit indefeſſa bipennem.
Aureus ex humero ſonat arcus, & arma Dianae.
Illa etiam, [e] ſi quando in tergum pulſa receſſit,
Spicula [f] conuerſo fugientia [g] dirigit arcu,
At circum lectae comites, Larinaq. uirgo,
Tullaque, & aeratam quatiens Tarpeia ſecurim,
Italides, quas ipſa decus [h] ſibi dia [i] Camilla
Delegit pacisq. bonas, belliq. miniſtras.
Quales Threiciae [k] cum flumina Thermodoontis [l]
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis,
Seu circum Hippolyten, ſeu cum ſe Martia [m] curru

a Ad ultimum, ad Camillae uirtutes amplificãdas irã ſit, ut eius interitus poſtea ſit illuſtrior. b Suſpendendum exſultat. ut Am. intelligas, quaſi Amazon. Ser. c More Amazonum, quibus mos erat laeuam mammam, ut habilis ſcuto gerendo eſſet, cauterio adurere a primis annis. Hinc Amazon, a particula priuatiua, α, & μαζὸς, papilla, mamma. d Donat. Laeta, pro, Lenta: quia dixit, Exſultat Amazon. Ser. & Priſc. Denſet, pro Denſat. Horum ſententiam probat Fabr. illius in medio reliquit: eo quod poeta uideatur lenta haſtilia, & ualidam bipẽnem poſuiſſe, ad peritiam, & laudem Camillae, quae omni telorũ genere apte, & militariter uteretur. e A pugnandi more in proelio, nihil a Parthorum conſuetudine abhorrente. f Hom. Il. 87. g Ipſa fugiens. S.
h ad decus, ad ornamentum. i Generoſa, ut exp. Ser. Sed legitur &, Dura: quo dixit modo, Durum a ſtirpe genus. k Collatione Amazonum, pugnandi conſuetudinẽ ad amnem Thermodoontem, cum Camillae more confert. l Multi hanc lectionem recipiunt, parum tamen animaduertentes ſecundum per ω, ſcribi, ideoq. debere produci, niſi Dorum more ω, in o, conuertatur. Rectius igitur Thermodontis legi uidetur, duabus ſyllabis in unam contractis. Porro Thermodoon amnis eſt, ad quem Amazones habitaſſe dicuntur, Scythiae, quondã cryſtallus dictus, quod etiã media aeſtate gelu cõſtringatur. oritur ad caſtellũ, quod uocatur Phanarboea, labiturq. per radices Amazonij montis. Ibi opidum fuit eiuſdem nominis. Alij in Cappadocia collocãt, ut Pli. Nec deſunt, qui Paphlagoniae eſſe dicãt. Interpres Lycophronis, Nũc aũt, ĩquit, Thermodõ, & Hypſarnus Boeotiae flumina ſunt. m Aut bellicoſa, aut Martis filia.

Penthe-

Penthesilea[a] refert, magnoq. ululante tumultu,
Feminea exsultant lunatis agmina peltis.
Quem telo[b] primum, quem postremũ aspera uirgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium[c] Clytio primum patre: cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille uomens riuos cadit, atque cruentam
Mandit humum, moriensq. suo se in uulnere uersat.
Tum Lyrin, Pagasumq. super: quorũ alter habenas
Suffosso[d] reuolutus equo dum colligit, alter
Dum subit,[e] ac dextram labenti tendit inertem,
Praecipites, pariterq. ruunt. his addit Amastrum[f]
Hippotaden: sequiturq. incumbens eminus hasta,
Tereaq. Harpalycũq., et Demophoōta, Chromimq.:
Quotq.[g] emissa manu contorsit spicula uirgo,
Tot Phrygij cecidere uiri. procul Ornitus armis
Ignotis,[h] & equo uenator Iapyge[i] fertur.
Cui pellis[k] latos humeros[l] erepta iuuenco

a Duas Amazonũ reginas nominat Hippolytẽ, & Penthesileam. Trogus auctor est, quattor sorores fuisse, quarũ duae Antiopa, et Orithria, cum regnũ Amazonicum administrarent, ita casu accidisse, ut Orithria cum parte copiarum, procul a domo abesset, cum Hercules populabundus in eã terrã exercitum ductaret. Antiope domi relicta, cum tumultuaria manu Herculi occurrit. Hac uelitatione regina Antiope uicta, et magna clade affecta, in fuga Menalippe, et Hippolyte captae fuere. Hippolyten Theseus secum in Atticam abduxit, ex qua Hippolytum suscepit: Menalippen Hercules Antiopae sorori reddidit. Huius nunc meminit Hippolytes poeta. Penthesilea bello Troiano interfuit.
b Hom. Il. 59. 185. c Euneum leg. Ser. & Don. sicut & aliqui uet. cod.
d casuro, exponit Seruius. e Dum se ad sustentationem ruentis inclinat. Et uult utrumque tãta celeritate esse percussum, ut unum ictum putares.
f Amastris opidum est alioqui Paphlagoniae, ubi Henetorum gens fuit quoque, unde Veneti orti dicuntur. g Homer. Il. 87.
h nouis, insolitis. i Apulo. Apulia, Iapygia dicta fuit.
k Lorica. Nam proprie est tegmen de loro factum.
l Descriptionem Orniti, tedij leuandi caussa inserit. Describit cum a monstruoso habitu.

Pugnatori operit: caput, ingens oris hiatus,
Et malae texere lupi, cum dentibus albis:
Agrestisq. manus armat sparus:[a] ipse cateruis
Vertitur in medijs, & toto uertice supra est.
Hunc illa exceptū[b] (neq. enim labor agmine uerso)
Traijcit, & super haec inimico pectore fatur:
Siluis te,[c] Tyrrhene, feras agitare[d] putasti?
Aduenit, qui uestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: nomen tamen haud leue patrū
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.
Protinus[e] Orsilochū, & Butē, duo maxima Teucrū
Corpora, sed Buten aduersum cuspide figit[f]
Loricam, galeamq. inter, qua colla sedentis[g]
Lucent, & laeuo dependet parma lacerto:
Orsilochum fugiens, magnumq. agitata per orbem
Eludit gyro interior,[h] sequiturq. sequentem.
Tum ualidam[i] perq. arma uiro, perq. ossa securim
Altior insurgens, oranti, & multa praecanti
Congeminat uulnus, calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoq. adspectu territus haesit
Apenninicolae[k] bellator filius Auni,

a A teli genere, quo usus fuit in proelio. Sparus est telū rusticū, in modum pedis recuruū. b fraude circumuētum. c Loquitur Camilla caeso Ornito. d Facetus iocus in hominem, qui non ut cum armatis pugnaturus, sed cum belluis, belluina pelle indutus, in pugnam uenit. Tali armorum genere fortassis ferae terreri possunt, non autem bellatores. e Enumerat aliquot additis amplificationibus, quos ex Troianis interfecit Camilla. Vide Macr. lib. & cap. 6.
f Alij, inter quos & Carp. legunt, Fixit. g equitis, sessoris.
h Sinisterior, breuiore scilicet circulo. i Apronianus legit, Valida securi congeminat uulnus. Aemilius uero, Validam securim Congeminat. Si sic est, disting. in congeminat; & deinde lege, Vulnus cal. rig. o. cer.
k Incolentis montem Apenninum, qui Italiam in longum, a Septentrione in meridiem excurrens intersecat. E Liguria Alpes & montes Apennini oriuntur. Aiunt hos montes tam lignorum esse fertiles, ut ligna inueniantur octo pedum diametro crassitudine: suntq. hi montes excelsi, sinul & diuidui. Hort.

Haud

Haud Ligurum[a] extremus, dū fallere fata sinebāt.
Isq. ubi se nullo iam cursu euadere pugna[b]
Posse, neq. instantem reginam auertere cernit;
Consilio uersare dolos[c] ingressus, & astu,
Incipit haec: Quid tam[d] egregium, [e]si femina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus aequo
Mecum crede solo, pugnaeq. accinge pedestri:
Iam nosces, uentosa[f] ferat cui gloria laudem.[g]
Dixit: at illa furens, acriq. incensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusq. assistit in armis,
Ense pedes nudo, puraq.[h] interrita parma.
At iuuenis, uicisse dolo ratus, auolat ipse,
Haud mora, conuersisq. fugax aufertur habenis,
Quadrupedemq. citum ferrata[i] calce fatigat.
Vane Ligus, frustraq. animis elate superbis,
Nequidquam patrias[k] tentasti lubricus[l] artes,

a Inter principes Liguriae eum recenset, ut laus Camillae multo sit maior.
b Al. Pugnae, per Hellenismū, ut in 10. Tempus desistere pugnae.
c Ligurum gens alias fraudulenta, & imposturis exercita dicta est, ut Cato auctor est lib. 2. Originum. Fuit alioqui ferox ingenio, & ad rebellandum nata, quaeque multos annos Romana arma exercuerit olim. Victitant pecoribus ac lacte: potus illis est hordeaceus. Si Fabio Pictori credendum est, a Ligysto, Phaethōtis filio, orti sunt. Thucydides Ligures Siculos fuisse arbitratur. Itaq. hunc ligurem propter insitum gentis ingenium decore insidijs ludentem, aduersus Camillam introducit, sed frustra. d filius Auni loquitur Camillae. e Quasi dicat, nihil egregij ac memorabilis ab ea geri, si equo fidat: ut, si sit opus, in fugam, equi beneficio, auferri eam posse. f uana, inanis more uenti. g Hanc lectionem agnoscit Donatus; Seruius tamen Fraudem, putat legendum, pro damno, uel poena.
h Vt Pura hasta, in 6. dixit. Dubito, an Candidam intellexerit: ut pura uestis interdum, aut illaesa. i Sunt, qui hic legant Ferrato calce, uiri-li genere. quod ita hoc nomine usi sint Plautus & Varro. Ex Nonio tamen, & Probo, Ferrata, feminino gen. legendū constat: quorum alter etiā rationem quandam reddere conatur, quare ita scriptum reliquerit Virg.
k Quasi dicat, fraudulentas: Cum uiri fortis sit, aperta uirtute, non dolo, uincere, aut etiam pugnare a loco.
l fallax, mobilis.

Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Haec fatur uirgo, & pernicibus[a] ignea plantis
Transit equum cursu, frenisq. aduersa prehensis
Congreditur, poenasq. inimico a sanguine sumit.
Quam facile[b] accipiter saxo sacer[c] ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in urbe columbam,
Comprensamq. tenet pedibusq. euiscerat uncis:
Tum cruor, & uulsae labũtur ab aethere plumae.
At non haec[d] nullis[e] hominum sator, atq.[f] deorũ
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo:
Tyrrhenum genitor Tarchontem in proelia saeua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat[g] iras.
Ergo inter caedes, caedentiaq. agmina Tarchon
Fertur equo, uarijsq. instigat uocibus alas,
Nomine[h] quẽq. uocans, reficitq. in proelia pulsos.
Quis metus[i] o nũquã dolituri,[k] o semper inertes [l]

a In fine libri 7. de pernicitate pedum Camillae: Illa uel intactae segetis per summa uolaret.
b Comparatione, uictoriae celeritatem amplificat.
c Marti dicatus, ut Aquila Ioui, Colũba Veneri, Pauo Iunoni. Huic aui natiuum odium, & internecinum bellum est cum aquila. d *Secundae res bellicae in proelijs ut sunt uariae, ita fere insolenter ijs exsultantes solent fallere. Eam rem poetae exemplis luculentis declarant: ut in Camilla, & alijs supra uires magna audentibus, noster uates.* e *Negligentibus. Ser.*
f *Nil sine Deo. Iuppiter excitat Tarchontem ad reuocandos suos a fuga, unde nascitur tragicus, funestusq. exitus Camillae.* g *Al. Inijcit.*
h *Versus ex duobus Furij hemistichijs conflatus. Vide Macr. l. 6. cap. I.*
i *Qualis, uel Quantus metus, qui uos feminam etiam timere compellit. S. Increpatoria est oratio Tarchontis, qua suos a fuga reuocat, turpitudine facti ob oculos proposita.*
k *Castigat acriter turpitudinem fugae, ab ignauia: quam ut perpetuam obijcit, ut illius imagine obiecta in pugnam retrahantur. Nihil aeque animos militares mouet, atque exprobratio ignauiae. lib. 2. ait poeta: - dolor excitat iras. Iram autem fortitudinis cotem esse Peripatetici docent: quin & uirum sibi uideri negant, qui irasci nesciat, teste Cic. Tusc. IV.* l *Stulti, ut exp. Seruius. Verum uox sequens, Ignauia, non uidetur admittere hanc expositionem.*

Tyr-

Tyrrheni, quae tanta animis ignauia uenit?
Femina[a] *palantes agit, atq. haec agmina uertit?*
Quo ferrũ, quid ue haec geritis tela irrita dextris?
At non in uenerem[b] *segnes, nocturnaq. bella,*
Aut, ubi curua choros[c] *indixit tibia Bacchi,*[d]
Exspectare dapes, & plenae pocula mensae.
Hic amor, hoc studiũ, dũ sacra secundus haruspex
Nunciet, ac lucos uocet hostia pinguis in altos.
Haec effatus, equum in medios moriturus & ipse[e]
Concitat, & Venulo aduersũ se turbidus[f] *infert;*[g]
Direptumq. ab equo dextra complectitur hostem;
Et gremium ante suum multa ui concitus aufert.
Tollitur in caelum clamor;[h] *cunctiq. Latini*
Conuertere oculos. uolat igneus[i] *aequore Tarchon*
Arma, uirumq. ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas,
Qua uulnus letale ferat. contra ille repugnans
Sustinet a iugulo dextram, & uim uiribus exit.[k]

a *A turpi, & quidem a sexu: quid foedius quã agmina fortium uirorum a femina una in fugam agi.*
b *Atrox exprobratio mollitiei suorum: cuius etsi fictae, tamẽ ut turpis, recordatione atque dolore animos, uiresq. colligunt. Nihil perinde aegre est uiris strenuis, atque falso mollitiem exprobrari in trepidatione.* c *Per Choros τὴν σικιννίδα intelligit, quae saltatio fuit Bacchi propria: de qua apud Euripidem in Cyclope, & Lucianum περὶ ὀρχήσεως.*
d *quia ludi theatrales apud ueteres erant in honorem Bacchi.*
e *Eo consilio, ut se morti offerret, id est, mortis discrimina adiret.*
f *terribilis. S.*
g *Al. offert.*
h *Id quod alibi aliter extulit: It clamor caelo. Hyperbole. Ex Homer. lib. 15. & Ennio lib. 17. Annal.*
i *accensus animo. Hypotyposis Tarchontis, hostem armatum sinu in equo suo complexi, quaerentisq. rimam ad iugulum.*
k *Pro Euitat. quo significatu usus est in quincto, de Entello, qui corpore tela modo, atque oculis uigilantibus exit.*

Vtq. uolans [a] ante raptum cum fulua draconem
Fert aquila, implicuitq. pedes, atq. unguibus haesit:
Saucius at serpens sinuosa uolumine uersat,
Arrectisq. horret squamis, & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus urget adunco
Luctantem rostro, simul aethera uerberat alis:
Haud aliter praeda Tiburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans. ducis exemplum, euentumq. [b] secuti
Maeonidae [c] incurrunt. tum facis debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, &, quae sit fortuna facillima, tentat.
Qua se cumque furens medio tulit agmine uirgo,
Hac Aruns subit, & tacitus uestigia lustrat.
Qua uictrix redit illa, pedemq. ex hoste reportat,
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, iamq. hos aditus, omnemq. pererrat
Vndiq. circuitum, & certã quatit improbus hastã.
Forte [d] sacer Cybelo [e] Chloreus, olimq. sacerdos,
Insignis longe Phrygijs fulgebat in armis,

a Hypotyposi addit comparationem, qua ipsius rei imaginem multo festiuius oculis opponit. Hãc ex 12. Il. mutuatus est. Aquila Homerica omẽ solum est, quae unguibus draconẽ complexa, eius pectus rostro euiscerat, & ceruicem. Quẽ tandẽ ira, & ferocia exsaturata, in mediam aciem ex aere deijcit, ac cum clangore auolat. Ex hoc augurio Homerico graphice comparationem fecit, quam ad Tarchontis pulcherrimum facinus accommodauit. Vt non possim satis demirari, cur conuiua ille Macrobianus ausit hũc locum censoria uirgula notare, perinde ac si Homerici carminis maiestati non esset aequatus: cum nostri poetae consilium ab illo Graeco sit diuersum. b primum uirtutem, deinde felicitatem ponit.
c Tyrrheni, Tarchontis socij: Antonomasia. Maeones Lydij antea dicti fuere, qui in Italiae eam partem colonias deduxerant.
d Hos uersus uelut floridae elocutionis exemplum citat Eusebius apud Macrob. l. 5. c. 1. Prosopographia Chlorei, a sacerdotio, quo fungebatur in sacris Matris Deorum. Hunc cum primis a luculento habitu, armorum splendore, & telorum generibus describit.
e montem pro numine posuit, quod in eo colitur.

Spuman-

Spumantemq. [a] agitabat equũ: quem pellis [b] ahenis
In plumam [c] squamis, auroq. inserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine [d] clarus, & ostro
Spicula [e] torquebat Lycia [f] Cortynia [g] cornu:
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea uati
Cassida: [h] tum croceã clamydẽq., sinusq. crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc uirgo, siue ut [i] templis praefigeret arma
Troia, captiuo siue ut se ferret in auro
Venatrix, unum ex omni certamine pugnae
Caeca [k] sequebatur, totumq. incensa per agmen
Femineo [l] praedae, & spoliorum ardebat amore:
Telum ex insidijs cum tandem, tempore capto,
Conijcit, [m] & superos Aruns [n] sic uoce precatur:

a Ergo eques, nõ pedes: Ab equi nobilitate, quo uehebatur. b Ab ornatu equi. c Tegmen equi erat pellis, cum aereis squamis, cõstructis ĩ modũ pluuiae: ut Excisũ Euboicae latus ingẽs rupis ĩ antrũ, id est, in antri similitudinem. d Pro ferro interpretantur hic, ferrugine. Sed rectius acceperimus per endyadin: hoc est, pro ostro ferruginei coloris. Quamobrẽ, ut singulare ostrum ostendat, addit peregrinum, & quidẽ ferruginei coloris; exoticum fuisse innuens. Ostrinus color, ab ostro, subrubeus est: ferrugineus uero, ferro ardenti ualde similis est, qui & Hyacinthinus dicitur a Marone. Erat itaq. insignis exotica ostrina ueste, sed coloris ferruginei. Quod si ferruginẽ hoc loco, pro ferro, quis malit accipere, nõ refragabor. Hort. e A telorum, quibus instructus erat ad pugnandum, generibus. f Carpen. & quidã alij, legunt, Lycio. g Cretensia: epithetis sumptis a generib. qui sagittãdi peritia fuerunt clari. h Cassida primae declinationis nominatiuus ab accusatiuo tertiae formatus, ea forma, qua a Crater deducitur Cratera. In qua declinatione ẽt hac uoce usus est Propertius. Aurea cui postquã nudauit cassida frontẽ. Totum in partes suas distribuit, quarũ arma ẽt enumerat. i A caussa finali, cur Camilla hunc Chloreum in proelio insequebatur. k animo: hoc est, auaritia, & potiundae praedae cupiditate. Poeta hoc ipsum lucidius exponit, quod obscurius dictũ uideri potest. l impatiẽti, irrationabili. Alij exp. Vehemẽti. m Carpẽs. habet, Cõcitat, quod Pier. magis probat: quia nõ nisi multo post ait, Ergo ut m. m. s. d. h. per auras. n Virgo Chloreũ, Aruns uirginem insequebatur, a quo ipsa caesa fuit.

Summe deum,[a] sancti custos Soractis[b] Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor[c] aceruo
Pascitur, & medium, freti pietate, per ignem
Cultores multa premimus uestigia pruna,[d]
Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens, non exsuuias,[e] pulsae ue trophaeum
Virginis, aut spolia ulla peto: mihi cetera laudem
Facta ferant: haec dira meo dum uulnere pestis
Pulsa cedat, patriam[f] remeabo inglorius urbem.
Audijt, & uoti Phoebus succedere partem[g]
Mente dedit; partem uolucres dispersit in auras.[h]
Sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti: reducem ut patria alta uideret,
Non dedit, inq. Notos uocem uertere procellae.
Ergo, ut missa manu sonitũ dedit hasta per auras,
Conuertere animos acres, oculosq. tulere
Cuncti ad reginam Volsci. nihil ipse nec aurae,

a Duo precatur, ut Camillam sternat, & in patriam redeat. b Mons est Hirpinorũ, in Flaminia. c Pyra. d Plinius lib. 7. c. 2. Haud procul urbe Roma, inquit, in Faliscorũ agro familiae sunt, quae uocantur Hirpiae, quae sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes, non aduruntur. Et ob id perpetuo senatusconsulto militiae, omniumq. aliorum munerum uacationem habent. Silius Ital. lib. 5. Tum Soracte satum praestantem corpore & armis Aequanum noscens, patrio cui ritus in aruo, Cui pius arcitenẽs accensis gaudet acernis Exsta ter innocuos late portare per ignes, Sic in Apollinea semper uestigia prima Inuiolata teras, uictorq. uaporis ad aras Dona serenato referas sollemnia Phoebo. Strabo tamen his omnib. refragatur, qui tradit, hoc sacrum non Apollini, sed Feroniae fieri consueuisse: eiusq. numine afflatos, illaesis pedibus solitos prunis ardentib. inambulare. e occisae. f Pierius adfert ex omnib. suis uet. lib. Patrias urbis. Est autem Vrbis, pro Vrbes. Carp. legit, Patrias rem. ingl. urbes. g Sic apud Homer. lib. Iliad. 16. preces Achillis pro Patrocli uictoria, & reditu Iouem orantis, partim exaudiuntur, partim repudiantur. h Hoc est, negauit, in uentum abire iussit, frustra orauit. Interpretatur poeta Homeri exemplo, quid concesserit, quidque non annuerit Apollo.

Nec

Nec ſonitus memor, aut uenientis ab aethere teli;
Haſta ſub exſertam[a] donec perlata papillam
Haeſit, uirgineumq.[b] alte bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidae comites, dominamq. ruentem
Suſcipiunt: fugit ante omnes exterritus Aruns,
Laetitia, miſtoq. metu: nec iam amplius haſtae
Credere, nec telis occurrere uirginis audet.
Ac, uelut[c] ille, prius quam tela inimica ſequantur,
Continuo in montes ſeſe auius abdidit altos
Occiſo paſtore lupus, magno ue[d] iuuenco,
Conſcius audacis facti, caudamq. remulcens[e]
Subiecit[f] pauitantem utero, ſiluaſq. petiuit.
Haud ſecus ex oculis ſe turbidus abſtulit Aruns:
Contentuſq. fuga, medijs ſe immiſcuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: oſſa ſed inter
Ferreus ad coſtas alto ſtat uulnere mucro.
Labitur exſanguis: labuntur frigida leto[g]
Lumina: purpureus quondam[h] color ora reliquit:
Tum ſic exſpirans, Accam ex aequalibus unam
Alloquitur: fida ante alias quae ſola Camillae:
Qui cum partiri[i] curas; atque haec ita fatur:
Hactenus, Acca[k] ſoror, potui:[l] nunc uulnus acerbũ
Conficit, & tenebris nigreſcunt omnia circum:

a more Amazonum.
b Pathos a ſexu. Hom. Il. l. 10.
c Homer. Il. 170. Cõparatione fugae turpitudinem eleuat in Arũte.
d Al. Magnoque.
e Verſus participio finitus, cuiuſmodi raros eſſe putauit Seruius, exponens locũ illũ lib. 3. Claſſes & litora linquens. Similes tamẽ uerſus apud Virgiliũ fere 60. numerantur.

f A natura luporum, & canum, timentium, qui caudam apponunt uentri, & fugiunt. g Alij, Telo, legunt, & intell. Vulnere. S.
h Pathos ab aetate, & forma.
i ſubaudi, conſueuerat, ſolebat.
k Comes infelicis Camillae. Hoc nomen tractum eſſe uidetur ab ea,
quae Romulum et Remum nutriuit, uxore Fauſtuli, regij pecoris magiſtri.
l Indicat, ſe iam non poſſe quidquam. Huiuſmodi loquendi colores, deſperantis formulae ſunt, quibus ſignificamus id iam non eſſe, quod fuit: ut Habui Chreme: fuimus quondam fortes: uixerunt, &c.

Effuge

Effuge, & haec Turno mandata nouiſſima perfer;[a]
Succedat[b] pugnae, Troianoſq. arceat urbe:
Iamq. uale. Simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non ſponte fluens: tum frigida toto
Paullatim exſoluit ſe corpore; lentaq.[c] colla,
Et captum leto poſuit caput, arma relinquens:
Vitaq.[d] cum gemitu fugit indignata ſub umbras.
Tum uero immenſus ſurgens ferit aurea clamor[e]
Sidera: deiecta crudeſcit[f] pugna Camilla.
Incurrunt denſi, ſimul omnis copia Teucrum,
Tyrrheniq. duces, Euandriq. Arcades alae.
At Triuiae cuſtos[g] iamdudum in montibus Opis[h]
Alta ſedet ſummis, ſpectatq. interrita pugnas:
Vtq. procul medio iuuenum in clamore furentum
Proſpexit triſti multatam morte Camillam;
Ingemuitque, deditq. has imo pectore uoces:
Heu nimium,[i] uirgo, nimium crudele luiſti
Supplicium, Teucros conata laceſſere bello:
Nec tibi deſertae in dumis, coluiſſe Dianam,
Profuit, aut noſtras humero geſſiſſe[k] pharetras:
Non tamen indecorem[l] tua te regina relinquet

a Ad eundem modum Paullus conſul Cannenſi proelio uulneratur. Patres per nũcium admonuiſſe traditur, ut portas clauderent, eaq. pararent, quae ad urbis defenſionem putarent pertinere.

b Animus bellatricis oſtenditur, quae non ſe dolet lucẽ, ſed bella, relinquere. S.

c Pathos ab habitu.

d Hoc etiam uerſu librum duodecimum clauſit. e Troianorum, prae laetitia, ſcilicet, ob Camillam occiſam. f crudelior fit caede multorum. g cuſtodem pro miniſtro poſuit, teſte Macrob. lib. 3. cap. 6. h Dianae famularum una, ſic dicta, quod eius auxilio uita humana adiuuetur.

i Loquitur Opis, cui commendata erat ultio Camillae a Diana.

k In quibuſdam codicibus legitur, Geſtaſſe, frequentatiua forma: quod huic loco optime uidetur conuenire. In nonnullis etiam, inter quos & Carpen. eſt, Sagittas, non Pharetras, legimus. Magis tamen placet Pharetras, quae in humeris geſtari conſueuerunt.

l Conſolatur mortuam a ſpe uindictae praeſentis, & laudatae famae, quod ipſa Dianae ſacra fortiter pugnando occubuerit.

Extrema iam in morte, neq. hoc ſine nomine letum
Per gentes erit, aut famam patieris inultae.
Nam, quicumque tuum uiolauit uulnere corpus,
Morte luet merita. fuit ingens [a] monte [b] ſub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum
Antiqui Laurentis, opacaq. ilice tectum.
Hic dea ſe primum rapido pulcherrima niſu
Siſtit, & Aruntem tumulo ſpeculatur ab alto.
Vt uidit fulgentem armis, ac uana tumentem,
Cur, inquit, diuerſus abis? huc dirige greſſum,
Huc periture ueni, capias ut digna Camillae
Praemia. tu[c] ne etiam[d] telis moriere Dianae?
Dixit, & aurata uolucrem Threiſſa [e] ſagittam
Deprompſit pharetra, cornuq.[f] infenſa tetendit,
Et duxit longe, [g] donec curuata coirent
Inter ſe capita, & manibus iam tangeret aequis,
Laeua aciem ferri, dextra, neruoq. papillam.
Ex templo[h] teli ſtridorem, aurasq. ſonantes
Audijt una [i] Aruns, haeſitq. in corpore ferrum.
Illum exſpirantem ſocij atque extrema gementem,
Obliti ignoto [k] camporum in puluere linquunt.
Opis ad aetherium pennis aufertur Olympum.

a Loci deſcriptio, a ſepulcro regio, & iligna ſilua. Dercennum hunc poeta ipſe non nouit, ſed ueteris Laurentis regē fuiſſe ait. De Dercenno nuſquā in hiſtorijs proditum inuenio.
b aut enim ſub montib. aut in domibus ueteres ſepeliebantur.
c Dolet eum mortis genere nobilitari.
d Ergo recte innuit, plures eius telis perijſſe, ut Aruns ab ea interfectorum numero adijciatur. Reſpicit ad Niobes ſobolem, quae telis Dianae confixa perijt.
e Propter ſtudium uenationis par cum uirginibus Threiſſis. f Arcum.
g Hypotypoſis intendētis arcum, ac ſagittam eiaculantis, ex Hom. Il. 4. huc ad Opim accerſita eſt, de Pandaro, qui Mineruae iuſſu foedus primus uiolaturus ſit. Corripit hic fiſſurā ſagittae, & neruo inſerit. Inde tāta ut arcū intendit, ut neruum pectori admoueat, ac ſagittae cuſpis ſummum arcum ſinuatum contingat, ut is in circuli formam propemodum coeat. Emiſſo iaculo, ſonitum edit arcus. neruusq. clarum tinnit. Hort. h Hom. Il. 1.
i celeritas iaculantis exprimitur. k Ipſe ex Etruria profectus.

Prim

a In proelio fere ita solet accidere, ut, caeso principe, aut capto, acies inclinentur ad fugam.
b Inde totis castris trepidatio omnes simul in fugam egit. Narrat ordine quae communiter fieri solent in proelijs, aciebus in fugam cōuersis. Sic etiam apud Q. Calabrū derelictorum ab Homer. lib. 1. Penthesilea occisa, in fugam conuertuntur Troiani.

Prima fugit domina amissa, leuis ala[a] Camillae:
Turbati fugiunt[b] Rutuli, fugit Acer Atinas:
Disiectiq. duces, desolatiq.[c] manipli
Tuta[d] petunt, & equis auersi ad moenia tendunt.
Nec quisquā instantes Teucros letumq. ferentes
Sustentare ualet telis, aut sistere contra:
Sed laxos[e] referunt humeris languentibus arcus:
Quadrupedumq. putrē cursu[f] quatit ungula cāpū.
Voluitur[g] ad muros caligine turbidus atra[h]
Pulius, & e speculis percussae pectora matres[i]
Femineum clamorem ad caeli sidera tollunt.
Qui cursu portas[k] primi irrupere patentes,
Hos inimica[l] super misto premit[m] agmine turba,
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso.
Moenibus in patrijs,[n] atque inter tuta domorum
Confixi exspirant animas: pars[o] claudere portas,[p]
Nec socijs aperire uiam,[q] nec moenibus audent
Accipere orantes: oriturq. miserrima caedes
Defendentum armis aditus, inq. arma ruentum.

c Deserti signiferis. d Homer. Il. 257. e solutos.
f Ennij imitatio, apud quem saepius repetitur hoc hemistichium, Sonitu quatit ungula terram. Vide Macr. lib. 6. cap. 1.
g A signo effusae fugae. h paullo post dicet, Fumantes puluere campos.
i Imitatione Homerica, matres e muro pugnam spectantes trepidationem multo magis incendunt. h Pathos a loco: ut annotauit Macr. l. 4. c. 3.
l Gradatim ad summum terrorem adscendit.
m Ob celeritatem pauore impellente.
n Ornat postremo tragicam rerum faciem affectibus: & primum quidem a loco. o Homer. Il. 131. p A distributione. Alij perrūpunt ui portarum repagula & uectes: alij in limine trucidantur: nonnulli claudunt portas, ne hostes irrumpant. Itaque misere caeduntur portis exclusi, & quidem in conspectus suorum. Hort. q Hom. Il. 130.

Exclusi

Exclusi ante oculos,[a] lacrymantumq. ora parentũ
[b] Pars in[c] praecipites [d] fossas, urgente ruina[e]
Voluitur: immissis[f] pars caeca, & concita frenis
Arietat [g] in portas, & duros obice postes.
Ipsae de muris summo certamine matres
(Monstrat amor uerus patriae) ut uidere Camillã
Tela manu trepidae iaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum, sudibusq. imitantur obustis
Praecipites;[h] primaeq. mori pro moenibus audent.
Interea Turnum[i] in siluis [k] saeuissimus implet
Nuncius, & iuueni ingẽtem fert Acca tumultũ;
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
Ingruere[l] infensos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse, metum [m] iam ad moenia ferri.
Ille furens[n] (& saeua Iouis sic numina poscunt[o])
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix e conspectu exierat, campumq. tenebat,
Cum pater Aeneas, saltus ingressus apertos,[p]
Exsuperatq. iugum, siluaq. euadit opaca.

a *Pathos a relatione.*
b *Homer. Il. 130.*
c *A distributione. Iã eorum, qui exclusi sũt, partim se in subiectas fossas praecipitat; partim impressione suo rũ, regentibus hostibus, in portas arietantur.*
d *In quas patebat praecipitiũ*
e *multitudine cadentium.*

f *Vide Gell. noct. Att. lib. 4. c. 17.* g *id est, more arietis, bellici instrumenti, irruit in portas.* h *Festinae: aut, in mortem ruentes. S.*
i *Caedes Camillae, spargitur in plures personas, ut eius rei fama Turnum grauius acuat ad pugnam, & terror trepidatioq. maior oriatur.*
k *Vbi latebat ad insidias.* l *Impetum facere: ut, Ingruit Aeneas armis. At Donat. expon. Imminere.*
m *Periculum iam ipsis moenibus imminere.* n *dolore amens.*
o *Fatum ineuitabile rapit eum ad ulciscendam Camillae mortem, unde ipse in suum se fatum furibundus conijcit. Sic Homer. Iliad. lib. 1.* Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. *Eo autem spectat haec parenthesis, ut ostendat Turno sanam mentem a Dijs ereptam fuisse, quod cum facile posset Aenean loci opportunitate superare, nimio tamen desiderio suis laborantibus succurrendi, non potuerit eius aduentum exspectare.*
p *sine insidijs, quas ante exposuerat Turnus.*

Sic

Sic ambo ad muros rapidi, totoq. feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
At simul Aeneas fumantes puluere [a] campos
Prospexit longe, Laurentiaq. agmina uidit,
Et saeuum [b] Aenean agnouit Turnus in armis,
Aduentumq. pedum, flatusq. audiuit equorum.
Continuoq. ineant pugnas, & proelia tentent,
Ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Ibero [c]
Tingat equos, noctemq. die labente reducat.
Considunt castris ante urbem, & moenia uallant. [d]

a *A signo excitati pulueris, surgẽtis in caelum, colligit hostem adesse.*

b *fortem: ut l. 1. Saeuus Hector: & l. 2. Hic saeuus tendebat Achilles.*

---

c *Periphrasis occasus Solis. Est autem Iber, ἴβηρ, siue Iberus, fluuius Hispaniae, a quo Hispani ipsi Iberi sunt dicti. qui utramque Iberi ripam colunt usque ad mare. Iberia tamen proprie appellatur ea regio, quae intra Iberum sita est. Et quia Galli Celtae quondam eam terram tenuerunt, ipsi incolae Celtiberi. regia uero Celtiberia etiamnum appellatur.*

d *& qui tuentur, & qui obsident: Turnus scilicet, & Aeneas.*

AENEIDOS
LIB. XII
ARGVMENTVM

Attritis duobus aduersis proelijs Latinorum uiribus, animisq. eorum fractis, Turnus, ubi omnem spem suam in se ipso sitam uidet, frustra dissuadente Latino, reginaq. multis eum cum lacrymis nequidquam retinente, singulari certamine cum Aenea dimicare statuit: eiusq. rei Aenean per quendam ex suis Idmonē nomine facit certiorem. Accipit condicionem Aeneas: sollemniq. utrimque sacramento foedus sancitur. id Iunonis impulsu a Iuturna nympha, Turni sorore, in falsam Camertis imaginem cōuersa, perturbatur: primusq. omnium Tolumnius augur, falso augurio certam suis uictoriam promittens, unum ex Gilippi filijs hasta transiicit. Aeneas quoque, cum subiti tumultus caussam ignorans suos reuocare conatur, ab incerto auctore sagitta uulneratus, proelio excedere cogitur: qua re intellecta, Turnus, magnam sibi rei bene gerendae occasionem oblatam ratus, ingentem hostium stragem edit. Interim Venus, decerpto ex Ida dictamo herba, filio suo medetur. refectis uiribus, Aeneas, Ascanium pau cis suo exemplo ad uirtutem cohortatur, suis auxilio accurrit, Turnumq. nominatim ad pugnam deposcit. Verum, cum Turnus sui copiam non faceret, (Iuturna enim, quae, excusso Metisco auriga, currum eius moderabatur, in diuersam semper partem habenas deflectens, congredi eos non patiebatur) oppugnandae urbis consilium capit: admotoq. ad moenia exercitu, in propugnacula, proximaq. aedificia ignem conijcit. Ibi Amata, cum Turnum occisum arbitraretur, doloris impatiētia laqueo uitam finit. His rebus Turno per Sagem nunciatis, cum eo rem deductam ui deret, ut sibi necessario dimicandum esset, nisi perpeti mallet sociorum urbem se inspiciente in hostium potestatem peruenire, ultro Aenean ex praescripto foederis ad singulare certamen prouocat. ea pugna superior Aeneas, cum uicti hostis precibus iam pae ne ad misericordiam flecteretur, conspecto in humeris eius balteo, quem occiso Pallanti Turnus detraxerat. repente ira accensus, gladio per pectus adacto, eum uita spoliat.

ALIVD. ARGVMENTVM HERENNII. MODESTINI IVRISCONSVLTI

TVRNVS, iã fractis[a] aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat, pacẽ cupiente Latino.
Foedus percutitur passuris omnia uictis.[b]
Hoc Turni Iuturna[c] soror confundit, & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
[d] Aeneas uolucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur: uitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus, utrimque
Circumfusa acie, uita spoliauit, & armis.

a Al. confractis.
b scr. 3. habent, Passurus omnia uictus. Alter, Passurus omnia Turnus.
c Quidam ser. Saturna.
d Al. Aeneae uolucri tardantur.

ALIVD. INCERTI

Troianis, Rutulisq. placet coniungere foedus:
Id Rutuli rumpunt: nato Venus alma medetur
Dictamno: Rutuliq. luunt periuria uicti.
Cogitur Aeneae Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

ALIVD. MONOSTICHON OVIDII. NASONIS

Vltimus imponit bello Turni nece finem.

ALIVD

Duodecimo Turnus diuinis occidit[e] armis.

e diuis occiditur, habet unus scr. cod.

ALIVD

Turni uita fugit infernas maesta sub umbras.

Huius libri argumentum uidetur sumptum ex Homeri iliad. l. 22. in quo, Troianis inclusis in ciuitatem, solus Hector exspectans Achillem, primum quidem fugit, postea autem Minerua ipsi suadente, contrastat, & interficitur. Alligans autem ipsum currui Achilles per campum ad stationes nauium trahit. Hi autem in ciuitate lugent haec uidentes inclusi.

TVRNVS





VRNVS ut infractos[a] aduerso Marte Latinos
Defecisse uidet, sua nunc promissa reposci,[b]
Se signari[c] oculis; ultro implacabilis ardet,
Attollitq. animos: Poenorum[d] qualis in aruis
Saucius ille graui uenantum uulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo,[e] gaudetq. comātes
Excutiens ceruice toros, fixumq. latronis[f]
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.
Haud secus accenso gliscit[g] uiolentia Turno.
Tum sic affatur regem, atque ita turbidus[h] infit:
Nulla mora in Turno: nihil est, quod dicta retractent
Ignaui Aeneadae, nec, quae pepigere, recusent:
Congredior: fer sacra[i] pater, & concipe foedus.
Aut hac[k] Dardanium dextra sub Tartara mittam
Desertorem[l] Asiae: (sedeant, spectentq. Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat[m] uictos, cedat[n] Lauinia coniux.

a Numquā antea uictos, antea semper infractos, & inuictos.
b Quia dixerat li. xi. uers. 438. Ibo animis contra.
c A caussis consilij, ad congrediendum cum Aenea: una hac pugna aduersa Latinorum animos fractos, posci se in singulare certamē, & se omniū suorum oculis notari. d Punicis aruis, species pro genere: siue quod in Africa, propter plagae eius ardorem, sint uiolentiores. comparatione Turni ferociam amplificat. e Comparatio Homerica Iliad. lib. 5. ubi etiam Diomedes saucius leoni uulnerato comparatur. f uenatoris, quia latrones uocabantur milites conducti: & uenatores ipsi quoque suas operas locabant.
g Crescit. h Cui opponitur, Sedato corde, mox, de Latino.
i Quae foederibus faciendis adhibebantur in singulari certamine caerimoniae, referuntur ab Hom. Il. 3.
k Aut interficiam Aeneam, aut ego occidar illius manibus.
l Patriae proditionem Aeneae obijcit: quo nomine etiam apud historicos quosdam male audit Aeneas. m Vel, aut me cadente, Aeneas habeat nos: aut, Aeneas habeat nos uictos, & Lauinia coniux ad eum transeat.
n Al. Cedatque.

Olli ſedato reſpondit corde Latinus:
O praeſtans[a] animi iuuenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto me impenſius aequum eſt
Conſulere, atq. omnes metuentē expendere caſus.[b]
Sunt tibi regna[c] patris Dauni, ſunt opida capta
Multa manu, nec nō aurumq., animusq. Latino eſt.
Sunt aliae innuptae[d] Latio, & Laurentibus agris,
Nec genus ī decores:[e] ſine me haec haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis, ſimul haec animo hauri.[f]
Me natam[g] nulli ueterum ſociare procorum
Fas erat: idq. omnes diuiq.,[h] hominesq. canebant.
Victus amore tui,[i] cognato[k] ſanguine uictus,
Coniugis & maeſtae lacrymis, uincla omnia[l] rupi:
Promiſſum eripui genero, atq.[m] arma impia[n] sūpſi.
Ex illo qui me caſus, quae, Turne, ſequantur
Bella uides, quantos primus[o] patiare labores.
Bis[p] magna uicti pugna, uix urbe tuemur
Spes Italas: recalent[q] noſtro Tiberina fluenta

a Attius in Antigona, cuius uerba nunc ad Latinum trāſtulit: Quanto magis te iſtiuſmodi eſſe intelligo, Tanto Antigona magis me par eſt tibi conſulere, & parcere. Oratio Latini diſſuaſoria eſt ad Turnum, ne ſingulare certamē ſuſcipiat cū Aenea, ſed pacem faciat potius. Exordium ductum eſt a laudibus Turni.

b Caſus nominat, ne de eius uirtute dubitare uideatur.

c Narratio ab opulentia utriuſque gentis, & maiorum imaginibus.

d A facultate quaerendi aliam. e Vide Ser. in locum illum lib. 7. Non erimus regno indecores. f Omni attentione percipe. S. g Excuſat, quamobrem ſe neget illi dare filiam, a fatali neceſſitate iungendi eam alij, & teſtimonijs deorum, atque hominum. h Propter Faunum, & uates. S. i Enumeratio cauſſarum, cur neque hominum teſtimonijs paruerit: Epanalepſis. k quia Venilia, Turni mater, Amatae ſoror, uxoris Latini. l Et religionis, & fœderis. m Hæc particula in optimis codicibus non legitur: ita ut poſt tertium pedem nulla fiat ſynaloepha.

n Confitetur ultro peccatū ſuū, & agnoſcit impia arma: quod, prohibentibus dijs, ea ēt induerit: quamobrē iuſtā cladē ſecutā, et poenas ſe dediſſe.

o præcipuus. p Primum occiſo Mezentio, deinde occiſa Camilla.

q Amplificatio cædis, & acceptorum malorum. Recalent, pro, Calent, dicitur. Fata renarrabat Troiæ, hoc eſt, narrabat.

Sanguine

Sanguine adhuc, campiq. ingentes ossibus albent.
Quo referor toties? quae mentem insania mutat?
Si, Turno exstincto,[a] socios sum accire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli,[b] quid cetera dicet
Italia? ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam, & connubia nostra petētem?
Respice res bello uarias:[c] miserere parentis
Longaeui,[d] quem nunc maestum patria Ardea lōge
Diuidit. Haudquaquam dictis uiolentia Turni
Flectitur, exsuperat magis, aegrescitq.[e] medendo.
Vt primum fari potuit, sic incipit ore:
Quā pro me curā geris,[f] hāc precor optime pro me
Deponas, letumq. sinas pro laude pacisci.[g]
Et nos tela pater, ferrumq. haud debile dextra
Spargimus, et nostro sequitur de uulnere sanguis.[h]
Longe illi dea mater erit, quae nube fugacem[i]

a Argumentatur, citra bellū se debuisse sibi Troianos adiungere, quod, Turno mortuo, omnino adhuc erit faciendum. b ominatur turpitudinē & nominis sui dedecus in posterū, quod ipse debeat uideri Turno belli auctor, ubi ceciderit: cum quid-

uis potius fuerit. Hort. c casus memorat, ut paullo antea, ne ignauiae ui-
deatur eum urguere. d Pathos ab aetate: de quo Macr. lib.4.c.3.
e Inde eius aegritudo crescebat, unde se ei Latinus remedium sperabat af-
ferre. S. Vide Vallam lib.1.cap.22. Elegant. ubi agit de uerbis falso dictis
inchoatiuis. f Insolens quidem, sed personae conueniens responsum: ut
intelligas fato Turnum trahi ad mortem. A rege incipit dehortatio, a mono
machia: excipit eam regina, multo maioribus affectibus: ad postremum re
gia filia lacrymis obtestatur. Turnu Hectoris, Amata Hecubae, & matro
narum Iliadum personas hic referunt, quae illum precando, obtestando-
que: lacrymis intra muros retinere conantur, ne in proelium exeat, aut cū
Achille congrediatur. g eligere. h Superba, atque arrogans iactantia,
ac plane iuuenilis. Pathos ab aetate personae. Figura prouerbiali usurpa-
tur, de ijs, qui fatentur se quidem uiribus inferiores, sed habere tamen,
quibus se ulcisci queant: Effertur ad istū modū: Et nostrum telū cuspidem
habet acuminatam. Hom Il. lib.9. ἐπειὴ κὴ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν
i Vt in bello Troiano, cum cōmissus cum Diomede, nube a matre saepius
morti subtraheretur: quare ὀνειδιστικῶς, Fugacem eum uocat.

Feminea [a] tegat, & uanis sese occulat umbris.
At regina, noua pugnae conterrita sorte,
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.
Turne, p has ego te lacrymas, [b] per si quis Amatae
Tangit honos animum (spes tu nunc una senectae:
Tu [c] requies miserae: decus, imperiumq. Latini
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit [d])
Vnum oro, desiste manum comittere Teucris.
Qui [e] te cumque manent isto certamine casus,
Et me, Turne, manent: simul haec inuisa relinquam
Lumina; nec generum Aeneam captiua [f] uidebo. [g]
Accepit uocem lacrymis Lauinia matris,
Flagrantes perfusa genas: [h] cui plurimus ignem
Subiecit rubor, [i] & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro [k]
Si quis ebur, uel mista [l] rubent ubi lilia multa
Alba rosa: tales uirgo dabat ore colores.
Illum turbat amor: figitq. in uirgine uultus:
Ardet in arma magis, paucisq. affatur Amatam:
Ne quaeso, [m] ne me lacrymis, ne ue omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem,
O mater: neque enim Turno mora libera [n] mortis.

a Contemptim a sexu.
b ab obtestatione reginae, ne pugnae se credat.
c Pathos per repetitionem, quã Graeci uocant Epanaphorã. Vide Macr. lib. 4. cap. ult.
d Q. d. cui tota domus innitatur, ut columen familiae recte possis appellari.
e Homer. Il. 36.
f Pathos a condicione.
g prius enim uolo mori. h Accepit u. matris, perf. g. lacrymis.
i Per hypallagen, pro, Cui ignis animi subiecit ruborem.
k Ad ornandam uirginis formam, addit comparationem sumptam ex Homer. Iliad. lib. 4. Videtur significare colorem, quem Graeci ἀνδρείκελον, nos uulgo Carneum uocare solemus. Alioqui ostrinus color idem est purpureo. l Carpens. legit, Aut mixta.
m Totus hic locus sumptus est ex Il. lib. 22. ubi Hectori pater, & mater frustra persuadere conantur, ne cum Achille congrediatur.
n Mihi non utrum uelim liberum est, sed pugnam detrectare nõ possum. ut, si est oppetendum, differre non possim. Tur.

Nuncius

Nuncius haec Idmon[a] Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer. cum primum crastina caelo
Puniceis inuecta rotis,[b] aurora rubebit:
Nō Teucros agat ī Rutulos: Teucrū arma qescāt,
Et Rutulum: nostro dirimatur[c] sanguine bellum:
Illo quaeratur coniux Lauinia campo.
Haec ubi dicta dedit, rapidusq. in tecta recessit;
Poscit equos, gaudetq. tuens ante ora frementes,
Pilumno[d] quos ipsa decus[e] dedit Orithya:[f]
Qui[g] candore niues anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigae, manibusq. lacessunt
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squalentem,[h] alboq. orichalco[i]
Circumdat[k] loricam humeris: simul aptat habēdo[l]
Ensemque, clypeūque, & rubrae cornua[m] cristae,
Ensem, quem Dauno ignipotens[n] deus ipse parenti
Fecerat, & Stygia candentem tinxerat unda.
Exin, quae in medijs ingenti adnixa columnae
Aedibus adstabat, ualidam ui corripit hastam,

a Nomen praeconis apud Homerū Idaeus, Talthybius, et Eurybates.
b Periphrasis aurorae, quae quadriga īuehi fingitur a poetis.
c Carpensis legit, Et Rutuli: nostro dirimamus.
d Versus spondaicus.
e ad decus: ut supra, Quos ipsa decus sibi dia Camilla Delegit.

f Boreae uxor, quos de genere equarum uelocissimarum Erichthonij regis,
seruarat, donaratq. Pilumno. Cum illarum una Boreas illius maritus in
admissarium mutatus, congressus, equos sustulerat. Laus equorum a ge-
nere, ec donatrice: a colore, & pedū uolocitate. Homericum est, ex lib. Il. 1.
g Versus Homeri, ex Il. lib. 7. ad uerbum translatus. h Squalor proprie
est in corporib. alta sordium congeries, ad squamarum in piscib. similitudi
nem: a quarum crebritate, asperitateque (ut in serpentum quoque corijs
est uidere) squalere dicitur. hinc tunicam, seu loricam auro squalentem di
xit, & thoracem horrentē ahenis squamis. In uniuersum, quidquid nimis
inculcatum, obsitumq. aliqua re erat, ut incuteret uisentibus facie noua
horrorem, id Squalere dicebatur. i Sic etiam Homerus hymn. 2. in Ven.
orichalchum auro coniunxit. k Describit panopliam Turni.
l ad habendum, ut congrue possint inhaerere. Ser.
m comas. n Ab artifice, & donatore.

Actoris Aurunci spolium,[a] quassatq. trementem
Vociferans: Nunc o numquam[b] frustrata uocatus
Hasta meos, nunc tempus adest: te maximus actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,
Loricamq. manu ualida lacerare reuulsam[c]
Semiuiri Phrygis, & foedare in puluere crines
Vibratos calido ferro,[d] myrrhaq.[e] madentes:[f]
His agitur furijs, totoq. ardentis ab ore
Scintillae absistunt,[g] oculis micat acribus ignis.
Mugitus ueluti[h] cum prima in proelia taurus
Terrificos ciet, atque[i] irasci in cornua tentat,
Arboris[k] obnixus trunco, uentosq. lacessit[l]
Ictibus, &[m] sparsa ad pugnam proludit arena.
Nec minus interea maternis[n] saeuus[o] in armis
Aeneas acuit[p] Martem, & se suscitat ira,
Oblato gaudens componi[q] foedere bellum.
Tum[r] socios, maestiq. metum solatur Iuli,
Fata docens: regiq. iubet responsa Latino
Certa referre uiros, & pacis dicere leges.
Postera uix[s] summos[t] spargebat lumine montes
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemq. elatis naribus efflant.
Campum[u] ad certamẽ magnae sub moenibus urbis

a *Arunci legendum, Turni scilicet, uel patria, uel cognatione cõiuncti. Legit eodẽ modo poeta Iuuenalis, qui poetica quadam urbanitate hoc hemistichiũ ad Othonis speculum transtulit.* b *Pathos ab oratione ad non animal.* c *pro, lacerată reuellere.* d *crispato calamistro.* e *A signo mollitiei.* f *Vnguentatos.* g *Periphrasis irae, notatione accidentis.* h *Comparatione a ferocis tauri simulacro, inituri certamen cũ urso, aut leone, ferociam Turni illustrat.* i *Carpen. habet, Aut.* k *Duobus hisce uersibus etiam supra usus est lib. 3. Georg.* l *Inanem ferociam sumit ferociter.* m *Legitur in Carpen. Aut.* n *Quae mater ei a Vulcano impetrauerat.* o *fortis, ut alibi.* p *Irritat se ad futura certamina, ut exp. Ser. At Scal. Se ad bellũ acuit.* q *Componi, pro, Finiri, ut alibi: Ante diẽ clauso cõponet uesper Olympo.* r *Ho. Il. 41.* s *Nimis operosa lucis matutinae insequentis diei descriptio, quã Periergian uocant.* t *Carp. legit, Summo.* u *locus Homeri Il. 3. de Menelai, & Paridis pugna.*

Dimensi,

Dimensi, Rutuliq. uiri, Teucriq. parabant:
In medioq. focos, [a] & dijs communibus [b] aras
Gramineas, [c] alij fontemque, [d] ignemq. ferebant
Velati lino, [e] & uerbena [f] tempora uincti.
Procedit legio Ausonidum: pilataq. [g] plenis
Agmina se fundunt portis. hinc Troius omnis,
Tyrrhenusq. ruit uarijs exercitus armis:
Haud secus instructi ferro, [h] quam si aspera Martis
Pugna uocet: nec non medijs in millibus ipsi
Ductores auro uolitant, ostroq. [i] decori, [k]
Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas,
Et Messapus [l] equum domitor, Neptunia proles.
Vtq. dato [m] signo spatia in sua quisque recessit,
Defigunt [n] tellure hastas, & scuta reclinant.
Tum studio effusae matres, & uulgus inermum,
Inualidiq. senes, turres, & tecta domorum
Obsedere: alij portis sublimibus adstant.
At Iuno [o] ex [p] summo, qui nũc Albanus [q] habetur,
(Tũ neq. nomen erat, neq. [r] honos, aut gloria mõti)

a Aras, ad quas, praesentib. dijs, per fetialẽ, & patrem patratum foedus percutiebatur. b Vel patrijs, uel belli praesidib. ut Marti, Bellonae, Victoriae, qui in bellis utriq. parti fauere possunt. c e cespitibus factas. d Synecdoche, & polysyndeton. e Ab habitu. Alij, Limo, legunt. f Sagmina, inquit, fetialis, te posco: rex ait, pura tollito. Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit, Et paullo post: Verbena caput, capillosq. tãgens, patrem patratum Sp. Fusium fecit. Hort. g Pilis oblongis, quinos pedes, & semissem instructi. h Carpen. Bello. i purpura. Ostrinus color purpureus est, interdũ ex conchyliorum succo rubens, ardensque, alicubi uiolaceus, siue ianthinus, artificũ temperatura nitentior. k id est, insignes. Carp. habet, Superbi. l Hoc eodem uersu bis antea usus est, semel lib. 7. atque iterum lib. 9. m Vt apud Homer. senes pugnam Menelai, & Paridis spectantes finguntur, ita noster poeta utriusque sexus mortales in muros, turres, & portas effundit, ad spectandũ monomachiae exitum. n Hom. Il. 31. o Ad Dearum consilium transitio, ut foedus aliqua ui disturbetur. p Carp. E, legit. q Alba enim, a quo mons Albanus nomen accepit, post mortem Aeneae ab Ascanio condita est, teste Liu. lib. 1. ab Vrb. r Carpens. Nec.

Prospiciens

Prospiciens tumulo, campum spectabat, et ambas
Laurentum, Troumq. acies, urbemq. Latini.
Extemplo Turni sic est effata sororem[a]
Diua deam; stagnis[b] quae, fluminibusq. sonoris
Praesidet:[c] hunc illi rex aetheris altus honorem
Iuppiter, erepta pro uirginitate,[d] sacrauit.
Nympha decus[e] fluuiorū,[f] animo gratissima nostro
Scis ut te cunctis unam, quaecumque Latinae
Magnanimi[g] Iouis ingratum[h] adscendere cubile,
Praetulerim, caeliq.[i] libens in parte locarim.
Disce tuum,[k] ne me incuses, Iuturna, dolorem.
Qua[l] uisa est fortuna pati, parcaeq. sinebant
Cedere[m] res Latio, Turnum, & tua moenia texi:
Nunc iuuenē imparibus[n] uideo concurrere[o] fatis:
Parcarumq. dies, & uis inimica[p] propinquat.
Nō pugnā adspicere hāc oculis, nō foedera possū.
Tu pro germano,[q] si quid praesentius audes,
Perge:[r] decet: forsan miseros meliora sequentur.
Vix ea, cum lacrymas oculis Iuturna profudit;

a Iuturnā. b Iuturna fons est iuxta Numicū fluuium saluberrimus. S.
c A potentia & numine. Hanc fluminibus praesidere fingit.
d A meritis.
e Locū hūc imitatur Silius lib. 8. ubi Iunonē inducit Annam e Laurētibus stagnis uocantem.

f Hortatoria oratio Iunonis ad turbandum foedus. Captat beneuolentiam, a commemoratione suorum in eam beneficiorum. Narrat audita, hortatur, concludit breuibus. g Homer. Il. 272. h Verecunda periphrasis pellicum suarum. i diuinitatis. k Narratio.
l Quatenus, uel inquantum permisit. m succedere. n Quasi antea non aduertisset, Aeneae fata superiora fore, cum diceret: Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
o Concursurum esse. Vel hoc dicit ut Dea, cernens etiam futura.
p Id fere obseruant poetae, ut amica numina fingant a morituris recedere, ut apud Homer. Il. 12. Hectorem moriturum deserit Apollo.
q Exhortatio tecta ad prohibendum concursum. r Epilogus breuis, quo ambigue per addubitationem aliquid boni promittere uidetur. Quamobrē cum fata norit esse immutabilia, addit, Forsan. s forte possit ordo fatorum mutari.

Terque, quaterq. manu pectus percuſſit honeſtum.
Non lacrymis[a] hoc tempus, ait Saturnia Iuno:
Accelera, & fratrem, ſi quis modus, eripe morti:
Aut tu bella cie, conceptumq. excute foedus:
Auctor ego audendi. Sic exhortata reliquit
Incertam, & triſti turbatam uulnere mentis.
Interea[b] reges,[c] ingenti mole[d] Latinus
Quadriiugo uehitur curru, cui tempora circum[e]
Aurati bis ſex[f] radii fulgentia cingunt,
Solis aui ſpecimen[g] bigis it Turnus in albis,[h]
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Hinc pater Aeneas Romanae ſtirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo, & caeleſtibus[i] armis,
Et iuxta Aſcanius, magnae ſpes altera Romae,[k]
Procedunt caſtris, puraq.[l] in ueſte ſacerdos
Setigerae[m] fetum ſuis,[n] intonſamq. bidentem[o]
Attulit, admouitq. pecus flagrantibus aris.
Illi ad ſurgentem conuerſi lumina[p] ſolem.
Dant fruges manibus ſalſas,[q] & tempora ferro

a Apoſiopeſis: ſubauditur, opus eſt: Pathos a ſilentio.
b Homer. Il. 33.
c Zeugma: Redit ad narrationẽ.
d Pompa, ambitu.
e Anaſtrophe.
f duodecim: ſiue propter duodecim mẽſes, quos percurrens ſol annũ integrum efficit, ſiue propter Romuli auguriũ 12. uulturum.
g Credunt Latinum natum ex Vlyſſe & Circe, aut ex Circe & Hercule, aut ex Circe & indigena rege quodam, cuius nomen in obſcuro eſt.
h Quod eſſent de genere equarum Erichthonii.
i Vulcano fabricatis.
k Hemiſtichium, falſo Ciceroni adſcriptum.
l Quia in ſacris omnia pura & munda eſſe conuenit.
m Porcam feriri in foederibus id genus ſatis liquet ex Liuio, lib. 1. Id, inquit, ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Et poeta: Caeſa firmabant foedera porca. Diuerſus ritus non fuit feriendi foederis temporibus belli Troiani. Duos agnos admouebant aris: adhibebatur uinum in utribus caprinis.
m more Romano. ut, Caeſa iungebant foedera porca.
o ouiculam nondum tonſam.
p Spectantes ortum obuerſis uultibus ſacra peragebant.
q Hoſtiarum animalium capitibus molae inſpergebantur.

Summa

Summa notant [a] pecudum, paterisq. altaria libāt.
Tum [b] pius Aeneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc sol testis, [c] & haec mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iam melior, iā diua precor, [d] tuq. inclyte Mauors,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine [e] torques.
Fontesque, fluuiosq. uoco, quaeq. aetheris alti
Relligio, & quae caeruleo sunt numina ponto:
Cesserit Ausonio si fors uictoria Turno,
Conuenit Euandri uictos discedere ad urbem:
Cedet Iulus agris: nec post arma ulla rebelles
Aeneadae referent, ferro ue haec regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis uictoria Martem, [f]
Vt potius reor, & potius dij numine firment:
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambae
Inuictae gentes aeterna in foedera mittant.
Sacra, deosq. [g] dabo: socer arma Latinus habeto, [h]

a uulnerāt: Ad foedus Menelai & Paridis, tāquam ad amußim effigiatum hoc est. Iliad. tertio, praeter uinum, quod in foedere miscetur, etiam aqua regū manus perfunduntur: id quod Maro etiam innuit, cū diceret, fontē & ignē fuisse allatum. Quod autē noster dicit, summa pecudum capita ferro notata: Homerus ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας, pilos e capitibus agnorum dissecuit. Ind praecones eos optimatibus utriusque gentis distribuunt. b Hom. Il. 34. c Reddit poeta Homerici foederis concepta uerba: Apud eum enim lib. 12. ia eandem paene sententiam iurat Agamemnon, & eaedem fere dicuntur leges foederis, ut scilicet Helena in matrimonium cedat uictori. d Quoniam infesta erat Troianis, precatur, ut animum mutet in Troianos, & eis bona esse uelit. Q. d. Ad te redeas, & te deam esse memineris: cuius propriū est nō nocere. Turn. e regis. f Hypallage, pro eo quod est: Si Mars annuerit nobis uictoriam: quasi Mars sit eorum, qui uictoriam obtinent, quoniam illorū esse uidetur quibus fauet. Nostrum, idest, nobis fauentē, & secundum. Turn. g Deos penates Troianorum intelligit, quos primum Dardanus ex Samothracia in Phrygiam; Aeneas autem ex Phrygia in Italiam aduexit. h Imperandi formulae sunt eorum, qui leges sanciunt, conduntque.

Impe-

Imperium ſollemne ſocer: mihi moenia Teucri
Conſtituent, urbiq. dabit Lauinia [a] nomen.
Sic prior Aeneas: ſequitur ſic deinde Latinus,
Suſpiciens caelum; tenditq. ad ſidera dextram:
Haec eadem, Aenea, terram, mare, ſidera, iuro,
Latonaeq. genus duplex, [b] Ianumq. biſrontem, [c]
Vimq. deum infernam, [d] & duri ſacraria Ditis:
Audiat haec genitor, qui foedera fulmine ſancit.
Tango aras, [e] mediosq. ignes, [f] & numina teſtor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec foedera rũpet,
Quo res cumq. [g] cadent; nec me uis ulla uolentem
Auertet, non ſi tellurem [h] effundat in undas
Diluuio miſcens, caelum ue in tartara ſoluat:
Vt ſceptrũ hoc [i] (dextra ſceptrũ nã forte gerebat)
Numquã fronde leui fundit uirgulta, nec umbras;
Cum ſemel in ſiluis imo de ſtirpe reum
Matre [k] caret, poſuitq. comas, & bracchia [l] ferro,
Olim arbos; nunc artificis manus aere decoro [m]
Incluſit, patribusq. dedit geſtare Latinis.

a Omen futurae uictoriae, cũ de Lauiniae nomine opidi condendi existimationem concipiat.
b Solem & Lunã. Apollo enim idẽ eſt, qui Sol; Luna, quae Diana.
c Erat aũt Ianus pacis ac belli arbiter: quare poſtea in foro Romano, eius ſimulacrum in foribus templi bifrons poſitũ fuit, ut artis utriusq. cuſtos. Et tẽplũ a Numa ad infimũ Argiletũ cõſtitutũ eadẽ rõne fuit, index pacis ac belli: ut clauſum, pacẽ; apertũ, bellum ſignificaret. d Proſerpinã, Plutonẽ, & quantum deorum apud inferos eſt, iuro. e Sollemne erat itẽ, in foederibus ſanciendis aras tangere, ac tenere anſis ſuis, a quibus arae fuerunt dictae. De huius uocabuli ratione annotatum eſt l. 4. ad illud: Talibus orabant dictis, arasq. tenebant.
f Fontemque, ignemq. ferebant: Igne.n. hoſtia animalis adolebatur. Hort.
g Tmeſis, pro Quocumque. h Paroemiã bifariã extulit, Terram mari. inferos coelo miſcerat, pro, omnia perturbet: ab impoſſibili. Hort. i Verba Achillis ex primo Iliad. huc ad Latinũ traducta ſunt, ſua dicta confirmantem religioſo iureiurando: numquam futurum, ut id ſit uiolaturus.
k Vel terra, uel arbore, ut Parua ſub ingenti matris ſe ſubijcit umbra.
l ramos, & frondes: metaphora, ut in matre: ab animali ad non animal.
m orichalco, ſplendorem auri poſſidente.

Talibus

Talibus inter se firmabant foedera dictis,
Conspectu in medio procerum: tum rite sacratas [a]
In flammam iugulant pecudes, & uiscera uiuis
Eripiunt, cumulantq. oneratis lancibus aras.
At uero Rutulis impar ea pugna uideri
Iamdudum, & uario misceri [b] pectora motu.
Tum magis, ut propius [c] cernunt nō uiribus aequis,
Adiuuat incessu tacito progressus, [d] & aram
Suppliciter uenerans demisso [e] lumine Turnus,
Tabentesq. genae, & iuuenili corpore pallor.
Quem simul ac Iuturna soror crebescere uidit
Sermonem, & uulgi uariare labantia corda;
In medias [f] acies, formam assimulata Camerti, [g]
Cui genus a proauis ingens, clarumq. paternae
Nomen erat uirtutis, & ipse acerrimus armis,
In medias dat sese acies, haud nescia rerum;
Rumoresq. serit uarios, [h] ac talia fatur: [i]
Non pudet, [k] o Rutuli, cunctis pro talibus unam
Obiectare animam? numero ne, [l] an uiribus aequi
Non sumus? en oēs & Troes, & Arcades hic sunt,
Fatalisq. manus, infensa [m] Etruria Turno:
Vix hostem, alterni si congrediamur, [n] habemus.

a Sic etiam apud Hom. Il. lib. 4. Agamemnon post iuramentum peragit sacrificium.
b infiniti ui pro indicatiuis, Videbatur & Misceb. Vel, uideri coepit, & pect. coeperunt misceri.
c diligentius.
d Pathos a signis, & gestibus.
e Pathos ab habitu personae.
f Homer. Il. 39.

g Prosopographia, a maiorū suorum, maxime patris imaginibus, & uirtute: tum autem & ipsius militari laude. Alium Camertem strauit Aeneas lib. 10. quo nomine a Macr. lib. 5. c. 16. taxatur Virgilius.
h Furius lib. 10. Rumoresq. serunt uarios, multata requirunt.
i Iuturna, Camerti assimilata. k Concio Iuturnae ad Rutulos, & Latinos. Hac exprobrat facti dedecus, & turpitudinem, & hortatur ad confundendum foedus, & pugnandum pro libertate patriae. Exordium ab acri reprehensione iniqui, quod dictis condicionibus in foedus concesserint: cum pares sint hosti tum numero, tū etiā uirtute. l Ho. Il. 16. m Occupatio, quam soluit a facili. n Si congred. alternis. Vel, si secundus quisq. nostrum congrediaturu.

Ille[a] quidem ad superos, quorum se deuouet aris,
Succedet fama, uiuusq. per ora feretur:[b]
Nos, patria amissa, dominis[c] parere superbis
Cogemur, qui nunc lenti consedimus aruis.
Talibus incensa est iuuenum sententia dictis,
Iã magis atq. magis,[d] serpitq. per agmina murmur.
Ipsi[e] Laurentes mutati,[f] ipsiq. Latini,
Qui sibi iam requiem pugnae, rebusq. salutem
Sperabant, nunc arma uolunt, foedusq. precantur
Infectum, & Turni sortem miserantur iniquam.
His[g] aliud maius Iuturna adiungit, & alto
Dat signum caelo,[h] quo non praestantius[i] ullum,
Turbauit mentes Italas, monstroq. fefellit.
Namq. uolans rubra fuluus Iouis ales[k] in aethra
Littoreas agitabat aues,[l] turbamq. sonantem[m]
Agminis aligeri, subito cum lapsus ad undas
Cycnum excellentẽ pedibus rapit improbus uncis.
Arrexere animos Itali, cunctaeq. uolucres
Conuertunt clamore fugam,[n] (mirabile uisu)
Aetheraq. obscurant pennis, hostemq. per auras
Facta nube premunt, donec ui uictus, & ipso
Pondere defecit, praedamq.[o] ex unguibus ales
Proiecit fluuio,[p] penitusq. in nubila fugit.
Tum uero augurium Rutuli clamore salutant,[q]

a Turnus. b tamquam de uiuo omnes loquentur. c Atrox uox. Serui enim & Domini correlatiua sunt: ubi domini, illic serui. A turpi. d A communiter accidentibus. e Ho. Il. 31. f Graphice inconstantiam uulgi depingit ad omnem auram mobilis, uel uno uerbo. g Homer. Il. 132. h confirmat dictum suum augurio obiecto, unde praesentem uictoriam sibi promittunt, sed falso. i Seruius legit, Praesentius, & , opinor recte, & Carp. Exponunt quidã, Magis in tempore oblatum, ideoq. ad animos turbandos efficacius. k Periphrasis Aquilae. l Has ipsi interpretabantur Rutulos, aquilam Aenean. m Aues bene sonantes, id est, cantantes, uocantur Cygni, qui sunt aues palustres. n redeunt cum clamore, sicut in exercitu solet fieri. o Cygnum, p in fluuium: ut aquila lib. Iliad. 12. draconem unguibus correptũ, in terrã seorsum ex aere praecipitat. Hort. quae uenerãtur, ut dicitur Salutare deos.

Expediuntq.

Expediuntq. manus: primusq. Tolumnius [a] augur,
Hoc erat, hoc uotis, inquit, quod saepe petiui:
Accipio, agnoscoq. deos: me, me [b] duce ferrum
Corripite, o Rutuli, [c] quos improbus aduena bello
Territat inualidas ut [d] aues, & litora uestra
Vi populat: petet ille fugam, penitusq. profundo
Vela dabit: uos unanimi densate cateruas,
Et regem uobis pugna defendite raptum.
Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrens: sonitum dat stridula cornus, [e] & auras
Certa [f] secat: simul hoc, simul ingẽs clamor, & oẽs
Turbati cunei, [g] calefactaq. corda tumultu.
Hasta uolans, ut forte nouem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contra, quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gilippo,
Horum unum [h] ad medium, teritur qua sutilis aluo
Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuuenem, [i] & fulgentibus armis
Transadigit costas, fuluaq. extendit arena.
At fratres, [k] animosa phalanx, accensaq. luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrũ
Corripiunt, caeciq. [l] ruunt: quos agmina contra
Procurrunt Laurentũ: hinc densi rursus [m] inundant

a Tolumnius hic, Pandari apud Homerum personam sustinet, qui, telo in Achiuos proiecto, Mineruae iussu Menelaum uulnerauit, rupitq. foedus. b Epizenxis. c Consilium peruersum, consultori pessimum fuit. d Interpretatur pro suo commodo, et bono, & confirmat id ad praesens negotium pertinere. Ser. e Materia pro materiato. Nam cornus cum lignum habeat durissimum, hastis aptissima est. Sic supra l. 9. Volat Itala cornus. f ineuitabilis. g Cuneus proprie instrumentum ferreum est, quo ligna finduntur: a cuius similitudine peditum multitudo, dicitur Cuneus, quae prima fronte angustior quidem, sed paullatim latior procedit. Hinc in Theatro, loca Cunei quoque dicuntur, destinata spectatorib. stantib. inter subsellia. h figurate, pro Vnius. i Laus a formae splendore, & armorum elegantia. k Prolepsis. Videtur studio fratrum inter se fidem celebrare: iuxta prouerbium: Frater fratri, uir uiro adsit. l salutis improuidi. m more undae fluunt.

Troes,

Troes, Agylliniq.[a] & pictis Arcades armis.
Sic omnes amor unus habet decernere ferro.
Diripuere aras:[b] it toto turbida caelo
Tempeſtas telorum,[c] ac ferreus ingruit imber:[d]
Craterasque, focosq. ferunt:[e] fugit ipſe Latinus,
Pulſatos referens infecto foedere diuos.[f]
Infrenant alij currus,[g] aut corpora ſaltu
Subijciunt in equos, & ſtrictis enſibus adſunt.
Meſſapus regem, regisq. inſigne[h] gerentem
Tyrrhenum Auleſten, auidus confundere foedus,
Aduerſo proterret equo: ruit ille recedens,
Et miſer oppoſitis a tergo inuoluitur aris
In caput, inq. humeros: at feruidus aduolat haſta
Meſſapus, teloq. orantem multa trabali
Deſuper altus equo grauiter ferit, atq. ita fatur:
Hoc habet:[i] haec melior magnis data uictima diuis.
Concurrunt Itali, ſpoliantq. calentia membra.
Obuius ambuſtum torrem Chorineus[k] ab ara
Corripit, & uenienti Ebuſo, plagamq. ferenti,
Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit,
Nidoremq.[l] ambuſta dedit: ſuper ipſe ſecutus
Caeſariem laeua turbati corripit hoſtis:
Impreſſoq. genu nitens, terrae applicat ipſum:
Sic rigido latus enſe ferit. Podalirius Alſum
Paſtorem, primaq. acie per tela ruentem
Enſe[m] ſequens nudo ſuperimminet: ille ſecuri
Aduerſi frontem mediam, mentumq. reducta

a Agyllini ijdē fuerūt, qui & Carites dicti ſunt, ſiue Caeretini. Nā primū Agylla appellata fuit, inſignis Etruriae ciuitas, quam Liuius appellat Caere. Vide Plinium lib. 3. cap. 5.

b In bello neq. ſacris, neque profanis parcitur.

c Tragicae metaphorae.

d Ennius l. 8. Haſtati ſpargunt haſtas, fit ferreus imber.

e auferunt, diripiunt oīa ſacra.

f diuorū ſimulacra ex aris ſublata. Furor militaris ne diuis quidē parcit. g id eſt, equos. ut alibi, neque audit currus habenas. h diadema habentem. Ser. i Id eſt, letali percuſſus eſt uulnere. Terē. Captus eſt, habet. S. At Don. exp. Bene ſe habet res. Rectius ille. k Meminit lib. 9. alterius Chorinei, quē ibi ab Aſyla occisū dicit. Vide Macr. l. 5. c. 15. l Putorē, ut Sr. Aut erit catachreſis. m Ho. Il. 147.

Disijcit, & sparso late rigat[a] arma cruore.[b]
Olli dura[c] quies oculos, & ferreus urget
Somnus: in aeternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato[d] capite, atque suos[e] clamore uocabat:
Quo ruitis; quae ue ista repens discordia surgit?
O cohibete iras: ictum iam foedus, & omnes
Compositae leges: mihi ius concurrere soli:
Me sinite, atq. auferte metus: ego foedera faxo
Firma manu: Turnũ iam debent haec mihi sacra.[f]
Has inter uoces, media inter talia uerba,
Ecce uiro[g] stridens alis allapsa sagitta est.[h]
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta;
Quis tantam Rutulis laudem, casus ne, deus ne,[i]
Attulerit: pressa est insignis gloria facti:
Nec sese Aeneae iactauit uulnere quisquam.
Turnus[k] ut Aenean cedentem ex agmine uidit,
Turbatosq. duces, subita spe feruidus ardet:
Poscit equos, arma, atq. simul saltuq. superbus
Emicat in currum, & manibus molitur[l] habenas:
Multa uirum uolitans dat fortia corpora leto:
Semineces uoluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis[m] apud gelidi cum flumina concitus Hebri

a ad uulneris magnitudinem, quia caput securi deminutũ erat.
b Al. Cerebro.
c Hom. Il. lib. 11 ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὸν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. Addidit summus poetarum, ferrei illius somni amplificationem, in aeternam noctem.
d ut possit agnosci. Allusio ad C. Caesaris dictatoris celeberrimum facinus, qui nudato capite pugnarit, reuocaritq. suos in proelium. e Vtrumq. exercitum iam suum uocabat: ut talis fuerit eius clamor, Cur in uos inuicem ruitis mei? S. f quasi à Turno uiolata. g Aeneae, qui, telo ab hoste emisso quidem, se in certo, uulnus acceperit. h Sagittam hanc a Iuturna missã fuisse, paullo post ex uerbis Iunonis ĩtelligitur, cũ ait: Iuturnã misero iussi succurrere fratri, No ut tela tamẽ, nõ ut contẽderet arcũ. i Nihil sine deo. k cũ aũt discessus caussa lateret, rebatur eũ inire fugã: quãobrẽ caedibus ferocire coepit. l regit. alibi, parat. Seruius uult esse acyrologiã. m Amplificatio a cõparatione. Cõfert eũ cũ Marte ad Hebrũ belli gerãte. est aũtẽ Hebrus fluuius Thraciae. Fert lit auri ramenta, ut Tagus ĩ Hispania, Padus in Italia, Pactolus in Asia, Ganges in India. Sangui-

Sanguineus[a] Mauors clypeo increpat, atq. furētes,
Bella mouēs, immittit equos: illi[b] aequore aperto
Ante Notos, Zephyrūq. uolāt: gemit[c] ultima pulsu
Thraca[d] pedum, circumq. atrae formidinis ora
Iraeque, insidiaeque,[e] dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter proelia Turnus
Fumantes sudore quatit, miserabile[f] caesis
Hostibus insultans: spargit[g] rapida ungula rores
Sanguineos, mistaq. cruor calcatur arena.
Iamq. neci Sthenelūq.[h] dedit, Thamyrimq., Polūq.
Hunc cōgressus, & hūc, illū eminus, eminus ambos
Imbrasidas,[i] Glaucū, atq. Ladē, quos Imbrasus ipse
Nutrierat[k] Lycia, paribusq. ornauerat armis,
Vel conferre manum, uel equo praeuertere uentos.
Parte alia media Eumedes[l] in proelia fertur,
Antiqui[m] proles bello praeclara Dolonis,
Nomine auū[n] referens, animo, manibusq. parentē:
Qui[o] quondā, castra ut Danaum speculator adiret,

a Sanguine gaudēs, αἱμοχαὴς. in S.
b Equi. Hos Notū, & Zephyrū uentos Hyperbolice cursu praeuertere dicit. Alij. Ille, legūt, & intelligitur Mars.
c Hom. Il. 27. & 45.
d Thracia. Graecus nominandi casus, θράκη, ultima ora Thraciae: Hyperbole.

e Prosopopoeiae: Polysyndeton. f pro, Miserabiliter. Quidam parenthesi includunt, ac tum aliam sortitur significationem, πάθον scilicet clementiae habens: ut illud pudoris apud Horatium. lib. 2. cum fracta uirtus, & minaces (turpe) solum tetigere mento: quamuis aliter ibi intelligant uetusti interpretes. Fabr. g Locum hunc ex Il. lib. 11. sumptum esse docet Macr. lib. 5. c. 12. adeoq. dextere tractatum, ut Homerici carminis splendorem paene adaequarit. h Recenset aliquot Troianos, quorum parentes Homeri carmine etiam celebrantur. i Imbrasi liberos. Imbrasi alicubi meminit Hom. Est & Imbrasus fluuius in Samo, qui et Parthenius dictus fuit. Vnde & Samus ipsa, Parthenia: quod Iuno in ea educata sit. K Hom. Il. 57. l Dolonis filius, qui bello Troiano, ad hostium castra exploranda missus, a Diomede, & Vlysse interceptus, caesusq. fuit. m Ho. Il. 109. n Eumedē, patrē Dolonis, quē Hom. imbellē facit, lib. Il. 22. Erat, inquit, inter Troianos, Dolon Eumedis filius praeconis, auri, & aeris diues, specie deformis quidem, sed pedibus uelox. o Hom. Il. 111.

a Achillis equos, & currus sibi postulabat dari praemium, quod explorator per hostium castra ad naues iret perscrutatum, quid rerũ ibi gereretur. Ho. lib.22. Il.
b Diomedes. Nã ab eo interceptus, ĩterfectusq. fuit.

Ausus Pelidae[a] pretium sibi poscere currus.
Illum Tydides [b] alio pro talibus ausis
Affecit pretio: [c] nec equis adspirat Achillis.[d]
Hunc procul ut campo Turnus conspexit aperto,
Ante leui iaculo longum per inane secutus
Sistit [e] equos bijugos, & curru desilit, atque
Semianimi, lapsoq. superuenit, &, pede collo
Impresso, dextrae mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo, atq. haec insuper addit:
En agros,[f] & quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens; haec praemia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic moenia condunt.
Huic comitem Buten coniecta cuspide mittit,
Choreaq., Sybarimq., Daretaq.,[g] Thersilochũq.[h]
Et sternacis [i] equi lapsum ceruice Thymoeten.[k]
Ac, uelut Edoni[l] Boreae cum spiritus alto

c id est, poena. d Vel est consecutus equos Achillis, Scal. e Ho. Il. 30. f Sarcasmus g Polysyndeton. h Thersilochus alius refertur ab Hom. Il. 21. refertur inter eos, qui post Hectoris casum ab Achille ad Scamandrũ trucidabantur. i ferocis, qui facile sternit sedentem. Ita Ser. At Scaliger exp. Calcitronis. k A Thymoete illo sene Troiano, qui cum Priamo, & alijs illustrib. uiris in portis Scaeis pugnam spectasse finguntur ab Homero lib. Il. 3. Meminit hic noster poeta lib. 2. Thymoetae, qui primus equũ intra muros duci hortabatur, & arce locari. l Ferociã Turni comparatione hyperbolica attollit, ut Aeneae uirtus postea sit illustrior. Edones Scytharum populi sunt, ut Amordi, Histi, Sacae, Massagetae, Dahae. Antãdrus opidũ maritimum Troadis, Edonis fuit initio appellata. Edonus Thraciae mons, a quo Boream, Edonum uocat: quod e Thracia spiret. controuersia hic est de media syllaba, quam Virg. Horat. Prop. Ouid. producunt, & Graece est ἠδωνοὶ. Cõtra Lucanus, & Silius, posthabita illorũ auctoritate, corripiũt. Ouidij locus, quia corruptus est, emẽdãdus uidetur. Is igitur l. 3. de Arte, Ibat ut Edonio referẽs Trieterica Baccho. Hic ĩ Italicis ĩpressionib. Edonio, in Germanicis Aemonio, utrũq. falso legitur. Scribẽdũ autẽ Aonio, ex manuscripto Georgij Agricolae, et ex uetusta impressione Augustana. Aonius autẽ Bacchus a Boeotia, quod Thebas patriã habuerit: Boeotiam uero Aones primi tenuerint: auctor Strab. l. 6. et 8. Quidã libri habẽt, Edonij. Insо-

Insonat Aegeo, sequiturq. ad litora fluctus:
Qua uenti incubuere, fugam dant nubila caelo:
Sic Turno, quacumq. uiam secat, agmina cedunt
Conuersaeq. ruunt uices: fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura uolantem.
Non tulit instantem Phegeus, animisq. frementẽ:
Obiecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextra contorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq. iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitq. infixa bilicem
Loricam, & summum degustat[a] uulnere corpus.
Ille tamen, clypeo obiecto, conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat;
Quem rota praecipitẽ, & procursu[b] concitus axis
Impulit, effunditq. solo; Turnusq. secutus,
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumq. reliquit arena.
Atque ea dum campis uictor dat funera Turnus,
Interea Aenean Mnestheus, & fidus Achates
Ascaniusq. comes castris statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.[c]
Saeuit,[d] & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioq. uiam, quae proxima, poscit:
Ense secent lato uulnus, teliq. latebram
Rescindant penitus, seseq. in bella remittant.
Iamq. aderat Phoebo ante alios dilectus Iapyx
Iasides;[e] acri quondam[f] cui captus amore

a leuiter tangit, leuiter radit, attingit.

b impetu.

c Passus alterius uulnerati pedis hastili sustentantẽ et fulcientem. Turn.

d quia non potest in pugnam procedere. Ser.

e Iasij filius, medicus, a re proprio nomine ficta, παρὰ τὸ ἰάομαι. i. medeor. Medicina Apollinis inuẽtũ est; unde apud Ouidiũ ait: Inuentũ medicina meũ est, opifexq. per orbẽ Dicor, & herbarũ subiecta potẽtia nobis. Eodẽ patronymico usus est poeta sub finẽ l. 5. Iaside Palinure &c. Quaerit Macr. l. 5. c. 15. fuerintne fratres Palinurus & Iapyx.

f A praestantia & excellentia donatoris, a quo acceperit. Sed & a prudentia circa delectũ pulcherrimarum artiũ. Cũ.n. Apollo illi oẽs suas ultra offerret sciendas, unã hãc medendi scientiã, reliquis omnib. spretis, delegit.

Ipse suas artes, sua munera laetus Apollo,
Augurium, cytharamq. dabat, celeresq. sagittas.
Ille, ut depositi[a] *proferret*[b] *fata parentis,*[c]
Scire[d] *potestates herbarum, usumq. medendi*
Maluit, & mutas agitare[e] *inglorius artes.*
Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam
Aeneas, magno iuuenum, & maerentis Iuli
Concursu, lacrymisq. immobilis. ille retorto
Paeonium in morem[f] *senior succinctus amictu,*
Multa manu medica, Phoebiq.[g] *potentibus herbis*
Nequidquam trepidat,[h] *nequidquã spicula dextra*
Sollicitat, prensatq.[i] *tenaci forcipe ferrum.*
Nulla uiam fortuna regit:[k] *nihil auctor Apollo*
Subuenit: et saeuus campis magis ac magis horror
Crebrescit: propiusq. malum est: iam puluere caelũ
Stare[l] *uident: subeunt*[m] *equites, & spicula castris*
Densa cadunt medijs: it tristis ad aethera clamor
Bellantum iuuenum, et duro sub Marte cadentum.

a *Desperati, de cuius uita desperabatur.*
b *Protraheret, produceret.*
c *Pathos a caussa finali, & a pio: ut patri extrema ualetudine laboranti, arte medica prorogaret uitam.*
d Ho. *Il.* 41
e *exercere.*
f *more medicorũ manu operantium: siue a Paeone medico, a quo Paeonia herba: siue quod Apollo ipse Paean sit dictus, qui eius herbae inuentor rectius potest dici. Hunc uel ob id Paeanem dictum existimant,* ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, *quod oẽs dolores mulceat, curet, sedet, medicetur, ac cõstringat. Suidas citat exẽplũ ex auctore nescio quo:* καὶ παιωνίοις τισὶ φαρμάκοις, σωτηρίοις, θεραπευτικοῖς, ἰατρικοῖς. *Et rursum:* πίσιν κατ᾽ ἐθὴν ὕδατος παιωνίου ἦλθεν πρὸθ᾽ ἐρκύζουσα. *Et Paeon, hymnus. Paeonia manus. Therapeutice. Podalirius, & Machaõ ab Aesculapio, ut et Chiron centaurus, rem medicam docti fuerunt, Aesculapius a patre suo Apolline, a quo Hippocrates decimus fuit.* Hort.
g *Quod is earum uirtutes primus deprehendisse dicatur.* h *Quidã exp. Festinat. Videnum, Trepide administrat.* i *Machaon Homericus in curando uulnere Menelai prius illud diligenter inspicit, exprimit sanguinẽ, inspergit ad ultimum salutaria pharmaca, quae a patre acceperat. Iliad.* 4.
k *Nullus euentus rationem praestat. Ser.* l *id est, Plenum esse. Ser.*
m *Quidam legunt, Subeuntque: & hanc lectionem, ueluti numerosiorem approbat Pierius.*

Hic Venus[a] indigno[b] nati concussa dolore
Dictamum genitrix Cretaea carpit ab Ida,
Puberibus[c] caulem folijs & flore comantem
Purpureo. non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo uolucres haesere sagittae.
Hoc Venus obscuro faciem[d] circumdata nimbo
Detulit, hoc fuscum labris splendentibus amnem
Inficit, occultae medicans, spargitq. salubris
Ambrosiae succos,[e] & odoriferam Panaceam.[f]
Fouit ea uulnus lympha longaeuus Iapis
Ignorans: subitoq.[g] omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo uulnere sanguis.
Iamq. secuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atque nouae rediere in pristina uires.
Arma citi properate uiro, quid statis? Iapyx
Conclamat, primusq. animos accendit in hostes.
Non haec humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt: neque te, Aenea, mea dextera seruat:
Maior agit deus,[h] atque opera ad maiora remittit:
Ille auidus pugnae suras incluserat[i] auro
Hinc atque hinc, oditq. moras, hastamq. coruscat.[k]
Postquam habilis lateri clypeus, loricaq. tergo est:

a Vbi uires Humanae iacent, & consilia deficiunt, solet nonnumquã ex improuiso deus adesse, Cum Iapyx artis suae fiducia destituere-tur, insperatam salutẽ, adeoq. praesens remedium attulit Venus mater filio. b qui natus erat ex uulnere indigne illato, s. per insidias. S. c Adultis, uel floren-

tibus. Aut potius, uillosa pube lanuginosis. Talia enim folia ei attri-
buit Diosc. Tur. d a parte totum corpus intelligendum.
e ad discutiendum. f Panaces, uel ipso nomine omnium morborum reme
dia pollicetur, παρὰ τὸ πᾶν ἄκος: & a dijs inuenta existimatur.
Tuum genus, quod Asclepion dic- ur, quod Aesculapius filiam Panaceam
nominarit, atque huius uaria remedia ostenduntur. Alterum genus, He-
raclion dicitur. quod ab Hercule feratur inuentum. Tertium genus, Chiro
neum est, nomen sortitum a Chirone inuentore. Efficax herba medendis uul
neribus in primis. g Hom. Il. 182. h Apollo inuentor medicinae.
i Armat rursus Aenean, ut suos uindicet, & Turnũ ad caedem quaerat,
k Crispare, alibi dicit. Hom. πάλλειν. Tur.

Ascanium fusis circum complectitur armis:
Summaq.[a] *per galeam delibans oscula, fatur:*
Disce, puer,[b] *uirtutem*[c] *ex me, uerumq. laborem,*
Fortunam ex alijs.[d] *nunc te mea dextera bello*
Defensum dabit, & magna inter praemia[e] *ducet.*
Tu facito mox,[f] *cum matura adoleuerit aetas,*
Sis memor: & te, animo repetentẽ exẽpla tuorum,
Et pater Aeneas, & auunculus[g] *excitet Hector.*
Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit, ingens
Telum immane manu quatiens: simul agmine dẽso
Antaeus, Mnestheusq. ruunt: omnisq. relictis
Turba fluit castris. tum caeco puluere campus
Miscetur, pulsuq. pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso uenientes aggere Turnus,
Videre Ausonij: gelidusq. per ima cucurrit
Ossa tremor: prima ante omnes Iuturna Latinos
Audijt, agnouitq. sonum, & tremefacta refugit.
Ille uolat, campoq. atrum[h] *rapit agmen aperto.*
Qualis[i] *ubi*[k] *ad terras abrupto sidere nimbus*
It mare per medium: miseris heu praescia longe
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragemq. satis, ruet[l] *omnia late:*
Ante uolant, sonitumq. ferunt ad litora uenti.
Talis in aduersos ductor Rhoeteius[m] *hostes*
Agmen agit: densi[n] *cuneis se quisque coactis*
Agglomerãt. ferit ense grauẽ Thymbraeus[o] *Osirim,*

a Homer. Il. 72. b Sophocles in Aiace, ubi Aiax filium alloquitur. & in Oedipo tyranno, in extremo. c Inserit obiter, quo pium affectum in filium declaret, breuem exhortatiunculam, ad uirtutẽ suã in posterum imitandam. d Subopta. S. e Ab utilitate praesentis pugnae. f A suo, & Hectoris exemplo. g Creusa, soror Hectoris, filia Priami, mater Ascanij. h pulueris nube coopertum. Ser. i Ho. Il. 42. k Graui cõparatione Aeneae descendentis in pugnã robur, & hostium tacitum metũ, ac pauorem depingit. De hac augendi ratione uide Quinctil. l. 8. c. 6. l euertet, eruet. Simplex pro cõposito. m Troianus, a Rhoeteo promontorio Troiae: Antonomasia. n Ho. Il. 56. o A Thymbra herba, quae in agro Troiano nascitur, circa fanum Apollinis: a quo & ipse, Thymbraeus appellatur.

Archetium

Archetiū Mnestheus, Epulonē obtrūcat Achates,
Vfentemq. Gyas: cadit ipse Tolumnius augur,[a]
Primus[b] *in aduersos telum qui torserat hostes.*
Tollitur in caelum clamor, uersiq. uicissim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipse[c] *neque*[d] *aduersos dignatur sternere morti:*
Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes
Insequitur: solum[e] *densa in caligine Turnum*
Vestigat lustrans, solum[f] *in certamina poscit.*
Hoc concussa metu mentem Iuturna[g] *uirago*[h]
Aurigam[i] *Turni media inter lora Metiscum*[k]
Excutit, & longe lapsum temone relinquit.
Ipsa subit, manibus undantes flectit habenas,
Cūcta gerēs, uocēque, & corpus, & arma Metisci:
Nigra uelut[l] *magnas domini cum diuitis aedes*
Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo,
Pabula parua legens, nidisq. loquacibus escas:
Et nunc porticibus uacuis,[m] *nunc humida circum*
Stagna sonat. similis medios Iuturna per hostes
Fertur equis, rapidoq. uolans obit omnia curru:
Iamq. hic germanum, iamq. hic ostendit ouantem:
Nec conferre manum patitur: uolat auia[n] *longe.*
Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes,
Vestigatq. uirum, & disiecta per agmina magna
Voce uocat. quoties oculos coniecit in hostem,

a *Dissimulanter notauit paroemiā, Malū cōsilium cōsultori pessimū. Hesiod. in lib. qui inscribitur. Opera, & Dies:* ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. *Recidit in ipsius Tolūnij caput, ad quod alijs fuerat auctor.*
b Homer. Il. 182.
c Homer. Il. 185.
d *Generosi animi specimen, aut pij, qui non uulgus insons, ad cae*
dem, sed belli auctorem quaerit, cuius unius sanguine cupiat finē pugnae
imponere. e Hom. Il. 37. f *In pugnā singularē, quo alterutrius capite*
bellum det confectum. g *Ab effectu, & cura sororis in fratrē Turnum,*
ut eū proelio subtrahat. h *Virū agēs, fungēs uirili officio.* i Ho. Il. 62.
k *Sunt, qui Methyscum scribēdum putēt: quod* ἀπὸ τοῦ μεθύσματος,
hoc est, ab ebrietate, dictum existiment. l *Cōparatione pathetica xornat*
pietatē Iuturnae. m *magnis: ut, Vacua atria lustrat saucius.* n *ab ea*
parte, qua ueniebat Aeneas.

Alipe-

Alipedumq. fugam cursu tentauit equorum:
Aduersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu, quid agat? [a] uario nequidquam fluctuat aestu:
Diuersaeq. uocant animum in contraria curae.
Huic Messapus, [b] uti laeua [c] duo forte gerebat
Lenta leuis cursu praefixa hastilia ferro,
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, & se collegit in arma, [d]
Poplite subsidens: apicem [e] tamen [f] incita summum
Hasta tulit, summasq. [g] excussit uertice cristas.
Tum uero assurgunt [h] irae; insidijsq. subactus
Diuersos ubi sensit equos, currumq. referri,
Multa [i] Iouem, & laesi testatus foederis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis saeuam nullo discrimine [k] caedem
Suscitat, irarumq. omnes effundit habenas, [l]
Quis mihi [m] nũc tot acerba deus, [n] quis carmine cae
Diuersas, obitumq. ducum, quos aequore toto (des
Inq. uicem [o] nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton [p] placuit concurrere motu

a Pathos ab exclamatione, & adddubitatione: de quo uide Macr. lib. 4. c. 6. b Messapus obuius, in Aenean alteram duarum hastarum torsit, & leuiter decussit conũ galeae. c Homer. Il. 29. d texit, ut omnino feriri non posset. e Ser. Apicem exp. galeae eminẽtiam, ubi cristae. Gr. Conum. f Imitatio Ennij lib. 6. ubi sic lectum est, referente Macr. l. 6. c. 1. tamen inde uolans secum abstulit hasta Insigne. g expolitio: conum galeae innuit. h duci Troiano. i Multum: nomen pro aduerbio Generosus animus ignominiae nota commouetur. k obtruncat uniuersos aeque, nemini parcit. Qui modo uulgo militum pepercerat, nunc in obuios quosq. citra ullum discrimẽ ira accensus ferro saeuit. l Sumpta metaphora ab equis, qui currum trahentes, habenis uel retinentur, uel laxis effunduntur soluti ad cursum. m Iterat ottentionem a rerum pondere, & magnitudine cladis, quae utrimq. a ducibus edita est, ut non humani, sed diuini ingenij sit eum explicare. n Q. d. Nec Musa, nec Apollo sufficiunt. o Inq. uicẽ, Tmesis est, pro Inuicẽ. Nã cõiunctio interposita abundat. p Ecphonesis in Iouis inclementiã, qui noluit duas gẽtes aliquãdo coituras in unum corpus, tã horrẽda clade prius concurrere, quam consotiarentur.

Iuppiter aeterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem, (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus,[a]
Excipit in latus, & qua fata celerrima, crudo[b]
Transadigit costas, & crates pectoris ense.
Turnus[c] equo deiectum Amycũ,[d] fratrẽq. Diorẽ[e]
Congressus pedes, hunc uenientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit: curruq.[f] abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanainq.[g] neci fortemq. Cethegum
Tres uno congressu, & maestum[h] mittit Onyten,
Nomen Echionium,[i] matrisq. genus Peridiae.
Hic fratres[k] Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum ne quidquã bella Menoetem[l]

a Al. Morantem. ut uno cũ uulnere confectum ostendat. P.
b Al. Crudum ensem. cum ea lectione conuenit alter, crudũ per costas exigit ensem.
c Homer. Il. 50.
d Asiaticũ nomen, ab
Amyco Bebryciorum rege, a Polluce interempto. e Illum forsan intelli-
git, quẽ adnumerauit in quinto cursorib. f Subaudita praepositione, a,
uel pro, currui: per apocopen. g Ab amne Scythiae, discriminatore Asiae,
& Europae. h natura tristẽ, & seuerum. S. i Thebanum, ab Echione,
Cadmi comite, qui illi in Thebis condendis adfuit. A parentib. k Etsi de
sortib. et oraculis, quae per sortes uariis rationib. fieri solebant, in quarto di
ctum sit: hoc loco tamẽ leui brachio illud iterum perstringendum est, in Ly
cia, Myra ciuitatẽ fuisse, ubi Apollinis tẽplum cũ uetusto oraculo, ut Pa-
taris, uisebatur. Vnde poeta in 4. Lycias sortes dixit Apollineas: Italiam Ly
ciae iussere capessere sortes. Et nunc fratres e Licia profectos, ex Apollinis
agris uenisse dicit, propter Myra, & Patara, eius regionis urbes, Apollinis
sortibus celebres, tum toto orbe. Plin. l. 32. c. 2. Nã in Liciae Myris, fonte
Apollinis, quem diuum appellant, ter fistula euocati ueniunt ad auguriũ.
Eius quoque meminit Aelianus, et Epicharmus. Martialis ait: Cãpis diues
Apollo sic Myrinis. Homer. Il. 4. εὔχεο δ' ἀπόλλωνι &c. Id est. Voue
Apollini Lycio, te mactaturum illi eximiam Hecatombẽ ex bidentib. ubi do
mum in urbẽ Zeleã redieris. Quo loco interpres exponens uocẽ λυκηγενής,
qui colitur, quiq. in Lycia natus est, inquit: Etenim Latona, cum Iunonis
zelotypiam uterũ gestãs fugeret, aiunt eã abiisse in Lyciã, & ibi latitasse,
peperisseq. Apollinẽ. Hort. l Personae descriptio, a patria, studio, fortu-
na sua, & parentum.

Arcadá: piscosae cui circum flumina Lernae [a]
Ars fuerat, pauperq. domus, nec nota potentum
Munera; [b] conductaq. pater tellure serebat.
Ac, uelut [c] immissi diuersis partibus ignes [d]
Arentem in siluam, & uirgulta sonantia lauro:
Aut [e] ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitũ spumosi amnes, & in aequora currũt,
Quisque suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas, Turnusq. ruunt per proelia; nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia uinci
Pectora: nunc totis in uulnera uiribus itur.
Murranũ hic, [f] atauos, & auorũ antiqua sonantẽ
Nomina, per regesq. actum genus omne Latinos,
Praecipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit, effunditq. solo. hunc lora, & iuga subter
Prouoluere rotae: crebro super ungula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hilo, animisq. immane frementi
Occurrit, telumq. aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graium fortissime Creteu [g]

a Lerna fuit Straboni l. 8. lacus, agro Argiuorum Micenaeorumq. communis, in quem cũ undiq. sordes & purgamẽta quarumlibet rerum congererentur, uulgo in paroemiam abijt, Lerna malorum. Alij Lernam in Argolica fuisse aiunt locũ, in quẽ cũ sordes omne genus cõijcerentur, nebulas noxias, & pestilentes solitas inde exoriri, quibus inficiebatur aer. Hort. b Obsequia quae pauperes diuitib. loco munerũ soluũt. c Duabus cõparationib. caedẽ utrimq. editã uelut ob oculos ponit. d Sic apud Hom. Il. l. 17. duorũ Aiacũ impetus incẽdio cõparatur. Itẽ apud eundẽ lib. 11 Aiax Telamonius torrẽti cõfertur. Vtrãq. aũt cõparationẽ cõiunxit hic poeta, quẽadmodũ & supra l. 2. e Ho. Il. l. 4. f Ab insolenti iactatione imaginum maiorum suorum, cum in proelio nihil ostentationes habeant ponderis, sed uiuida praesens uirtus in dextra & pectore. g Etiam fortissimi quiq. in bello cadũt, quos sua uirtus, & armorum fiducia saepenumero fallit. Variata orationis figura auersione, uenustatem habet, & gratiam: cum uicissim idem tenor odium & molestiam afferat.

Eripuit Turno: nec dij texere Cupentum,[a]
Aenea ueniente, sui: dedit obuia ferro
Pectora: nec misero clypei mora profuit aerei.
Te quoque Laurentes uiderunt Aeole campi
Oppetere, & late [b] terram consternere tergo.
Occidis, [c] Argiuae quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles.
Hic tibi mortis erãt metae: [d] domus alta [e] sub Ida,
Lyrnessi [f] domus alta, solo Laurente sepulcrum.
Totae adeo conuersae acies, omnesq. Latini,
Omnes Dardanidae: Mnestheus, acerq. Serestus,
Et Messapus equũm domitor, & fortis Asylas,
Tuscorumq. phalanx, Euandriq. Arcadis alae,
Pro se quisque [g] uiri, summa nituntur opum ui.[h]
Ne mora, nec requies. uasto certamine tendunt.
Hic mentem [i] Aeneae genitrix pulcherrima misit,
Iret ut ad muros, urbiq. aduerteret agmen
Ocius, & subita turbaret clade Latinos.
Ille, ut uestigans diuersa per agmina Turnum,

a Adeone religiõsi quidẽ in ea rabie plusquã belluina, ne dicam Tartarea, parcitur, ut ne numen ipsũ quidẽ tutũ esset a belli furijs, si praesens adesset humanis oculis cõspicuũ. Cupenti nomẽ e lingua Sabinorũ tractum est: apud quos sacerdotes Cupenti dicebantur, teste Seruio.

b Aliud ex alio ostenditur, uidelicet corporis magnitudo. c A minori exaggerato: siue, quod hic fatale esset, eum mori. d Mors, quae meta est. Sic Hom. θανάτοιο τελευτῇ. e A patria, ubi uitam acceperit; rursum ubi amiserit, pathos f Pamphyliae opidũ est, & insula extra Hellespontum. Aduersa Sigaeo litori adiacet Tenedus, Leucophrys dicta: & Phoenicc, & Lyrnesus. Bello Troiano Achilles in Thebanos copias duxit: qui urbe capta Eetionẽ, patrẽ Andromaches, cũ omnib. liberis eius, ĩterfecit. Inde, urbe euersa, Lyrnesum adortus fuit: quã depopulatus diripuit, et opimam praedam inde abduxit. Ex qua cõi Graecorũ suffragio illi Briseis puella data fuit. g Attius in Meleagro: Gaudent, currunt, celebrant, herbã conferunt, donant, tenent, Pro se quisq. cum corona clarum constat caput. h Imitatus est Ennianũ illud in l. 4. Ann. Romani scalis summa nitũtur opum ui. & lib. 16. Reges per regnũ statuasq. sepulcraq. quiescunt, Aedificant nomen, summa nituntur opum ui. i Consilium & uoluntatem contra urbem.

Huc,

Huc, atque huc acies [a] circum tulit, adſpicit urbem
Immunem tanti belli, atque impune quietam. [b]
Continuo pugnae accendit maioris imago:
Mneſthea, Sergeſtumq. uocat, fortemq. Sereſtum,
Ductores: tumulumq. capit: quo cetera Teucrum
Concurrit legio: nec ſcuta, aut ſpicula denſi
Deponunt: celſo medius ſtans aggere fatur:
Ne [c] qua meis eſto dictis mora: Iuppiter hac ſtat: [d]
Neu quis ob inceptum ſubitum [e] mihi ſegnior ito.
Vrbem hodie, cauſſam [f] belli, regna ipſa Latini,
Ni frenum accipere, & uicti parere fatentur,
Eruam: & aequa ſolo fumantia culmina ponam.
Scilicet exſpectem, [g] libeat dum proelia Turno
Noſtra pati? rurſusq. uelit concurrere uictus?
Hoc caput, o ciues, haec belli ſumma nefandi.
Ferte faces propere, foedusq. repoſcite flammis. [h]
Dixerat; atq. animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, [i] denſaq. ad muros mole feruntur.
Scalae improuiſo, [k] ſubitusq. apparuit ignis.
Diſcurrunt alij ad portas, primosq. trucidant:
Ferrum alij torquent, [l] & obumbrāt aethera telis.
Ipſe inter primos dextram ſub moenia tendit

a oculor. b quae debuit poenas luere propter foedus abruptum. c Ho. Il. 16 d Pro nobis eſt relligio, quã laeſerunt Rutuli. S. Hic eſt modus, haec uia imponendi fatis finẽ. Sc. Verba ſunt Ennij lib. 7. teſte Macr. lib. 6. ca. 1. Ideo autem Iouem a ſe ſtare dicit, quoniã foedus, inuocato Iouis numine, ſancitum hoſtes uiolauerũt, eoq. periurio Iouem iratum habebant. c Repentinum imperium nullam nobis afferat moram. f ob Lauiniam, Latini filiam. g Ab iniquo. h id eſt, flammas foederis innouemus urbis incendio. nam Repoſcite, eſt, reuocare, ut ait Seruius. i Colligunt ſe certatim in cuneos ad inuadendos muros. Principium ad cataſtrophen, hoc eſt, ad tragicae rei funeſtiſſimum exitum, ut Amata, capta urbe, ſuſpendio pereat: & Turnus, extrema neceſſitate compulſus, ſingulari certamine cum Troiano congrediatur, ac cadat. k Seruat conſuetum non ſolum ordinem in urbis expugnatione, uerum etiam ceu penicillo ea depingit, quae intra muros in tali trepidatione communiter accidere ſolent. l Hyperbole.

Aeneas,

Aeneas,[a] magnaq. incusat uoce Latinum:
Testaturq. deos, iterum se ad proelia cogi:[b]
Bis iam Italos hostes,[c] haec altera[d] foedera rũpi.
Exoritur trepidos inter discordia[e] ciues.
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsumq. trahunt[f] in moenia regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas[g] ut cum latebroso in pumice[h] pastor
Vestigauit apes, fumoq. impleuit amaro:
Illae intus trepidae rerum per cerea castra[i]
Discurrunt, magnisq. acuunt stridoribus iras:
Voluitur ater.[k] odor tectis: tum murmure caeco[l]
Intus saxa sonant: uacuas it fumus ad auras:
Accidit haec[m] fessis etiam fortuna Latinis:
Quae totam luctu concussit funditus urbem.
Regina ut tectis[n] uenientem prospicit hostem,

a Ne non decorum ubique in Aenea seruetur, hoc est, ut pium etiam in hostem eum inducat, etiã in oppugnatione, fingit eum excusantem necessitatem facti: auertitq. culpã ĩ Latinum, quippe qui bis iam foedus religiose ictum uiolarit. Hort. b non sponte, sed propter laesa numina. c Hostes fieri. S.
d Duo enim foedera Aeneas cum Latino pepigerat, alterum per Ilioneum legationis principem, alterũ per se ipsum occasione singularis certaminis, quorum utrumque uiolatum fuit a Latinis.
e Quemadmodum in tali re fieri solet: ut supra partim Turnum exsecrabantur, partim eius factionem sequebantur.
f pro, trahere uolunt: ut uideat urbis discrimen. g A comparatione apta, ducta a natura apum, quae fumo a pastorib. e cauernis petrarum per expugnationis speciem exturbantur. h Saxo montis latebroso, & cauo: Miosis.
i Lepida translatio, ab homine ad apes, per similitudinem.
k respexit ad colorem fumi, nam in odore color non est.
l clausae apes. m Applicatio. n Intendit calamitatem morte reginae. Sed praemittit caussarum enumerationem, quibus in re desperata ad laqueum perpulsa fuit. Estq. gradatio a minimis ad summa. Primum, uidet hostem uenientem: plus est, incessi muros: atrocius est, incendium in urbem torqueri: sed atrocissimum, nusquam apparere Turnũ, cuius accessu hostes muri arceantur. Hort.

Incendi

Incendi[a] muros, ignes ad tecta uolare,
Nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnae iuuenem in certamine credit
Exstinctum, & subito mentem turbata dolore
Se caussam clamat, [b] crimenq. caputq. malorum:
Multaq. per maestum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miserae postquã accepere Latinae,
Filia prima [c] manu flauos [d] Lauinia crines,
Et roseas laniata genas; tum cetera circum
Turba furit: resonant late plangoribus aedes.
Hinc totam infelix [e] uulgatur fama per urbem:
Demittunt mentes: [f] it scissa ueste Latinus,
Coniugis attonitus fatis, urbisq. ruina,
Canitiem [g] immundo [h] perfusam puluere turpans:
Multaq. se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aenean, generumq. adsciuerit ultro.
Interea [i] extremo bellator in aequore Turnus
Palantes sequitur paucos, iam segnior, atque
Iam minus atq. minus successu laetus equorum.

a Carpen. legit, Incessi; quod & Seruius cognoscit, pro Inuadi. Potest tamen etiam legi, Incendi. Olim enim ex cõtextis trabibus, luto, calce, & lapidibus uestitis, muri fiebant: quorũ usus plurimus fuit in Gallia, teste Caesare lib. 7. Belli Gall. Virg. alibi: Regibus incessit magno discordia motu.

b Conscientia mille testes. Post factum iam accepto malo, incipit sapere regina. c Motus e morte reginae in urbe secuti amplificatio. Primum a filia ad matres, postremo ad Latinum regem luctus publicus dimanat. d Antiqua lectio, Floreos, habuit, id est florulentos, pulchros, & est sermo Ennianus S. Erit autem synizesis. e nunciat enim res infelices. f Despondent animum, Desperant. ut contra, Spes erigit mentes. g Pathos ab habitu, & aetate senili.

h Duo hi uersus, ultima tantum utriusq. dictione immutata, repetiti sunt ex praecedenti lib. In quibusdam tamẽ codicibus scriptis non leguntur. ut in Carp. i Dum haec circa urbem geruntur, Turnus sororis ludibrio in paucis sequendis occupatur: nec tamen fremitus urbe excitatus, eum fallere potuit.

Attulit

Attulit[a] *hunc illi caecis terroribus aura*
Commiſtum clamorem;[b] *arrectasq.*[c] *impulit aures*
Confuſae ſonus urbis, & illaetabile murmur.
Hei mihi,[d] *quid tanto turbantur moenia luctu?*
Quis ue ruit tantus diuerſa clamor ab urbe?
Sic ait, adductisq. amens[e] *ſubſiſtit habenis.*
Atq. huic, in faciem ſoror ut conuerſa Metiſci
Aurigae, currumque, & equos, & lora regebat,
Talibus occurrit dictis: Hac, Turne, ſequamur[f]
Troiugenas; qua prima uiam uictoria pandit.
Sunt alij, qui tecta manu defendere poſſunt.
Ingruit Aeneas Italis, & proelia miſcet:
Et nos ſaeua manu mittamus funera Teucris:
Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.[g]
Turnus ad haec:
O ſoror, & dudum agnoui, cum prima per artem
Foedera turbaſti, teq. haec in bella dediſti:
Et[h] *nunc nequidquam fallis dea. ſed quis Olympo*
Demiſſam[i] *tantos uoluit te ferre labores?*
An fratris miſeri letum ut crudele uideres?
Nam quid ago? aut quae iã ſpõdet fortuna ſalutẽ?
Vidi oculos ante ipſe meos[k] *me uoce uocantem*
Murranum, quo non ſuperat[l] *mihi carior alter,*

a *Quia naturale eſt, ut, a qua parte uẽtus flat, inde clamor audiatur.*
b *Aeſchrologia,* ὦσιν ἐςῶσιν. *Prouerbialiter uſurpatur ĩ eos, qui aui de auſcultãt quae dicuntur, aut qđ dicendũ ſit. Sumptã putãt a quibuſdã animãtibus, qui, quoties audiũt aliquid eminus, aures ſurrigũt. Cerui auribus arrectis acerrimi sũt auditus. rurſum demiſſis auribus, illis nihil ſurdius. Hort.* e *ex oppugnatione, & morte reginae.* d *Admirantis, obſtupeſcentisq. uerba Turni, ad clamorem ad aures eius delatum.* f *conſilij egens, inops, Vel, conſternatus.* g *Iuturnae oratio, qua fratrem iniecta uictoriae ſpe ab urbis defenſione, & Aeneae congreſſu dehortatur.* h *Nec pauciores interimes, nec minor te, quam Aenean gloria comitabitur.* i *Homer. Il. 61.* k *Pathos a circumſtãtijs. Vide Macr. lib. 4. cap. 2.* l *Propinqua tranſlatio, ab oculis ad aures: pro, audiui praeſens, Aut citra tropum ſimpliciter accipiamus. Ab omine inſtantis fati.* m *Superſtes eſt, uel uiuit.*

Oppetere ingentem, atq. ingenti uulnere uictum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Vfens
Adspiceret:[a] *Teucri potiuntur corpore, & armis.*
Excindi ne domos (id rebus defuit unum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?[b]
Terga dabo?[c] *& Turnũ fugiẽtẽ haec terra uidebit?*
Vsque adeo ne mori miserũ est?[d] *uos o mihi*[e] *manes,*
Este boni; quoniam superis auersa uoluntas.
Sancta ad uos anima, atq. istius inscia[f] *culpae,*[g]
Descendã, magnorũ haud umquã indignus auorũ.[h]
Vix ea fatus erat: medios uolat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages,[i] *aduersa sagitta*
Saucius ora: ruitq. implorans nomine Turnum,
[k] *Turne, in te*[l] *suprema salus: miserere tuorum.*
Fulminat Aeneas armis, summasq. minatur
Deiecturum arces Italum, excidioq. daturum.
Iamq. faces ad tecta uolant: in te ora Latini,
In te oculos referunt: mussat[m] *rex ipse Latinus,*
Quos generos uocet, aut quae sese ad foedera flectat.

a Q. d. *Fortasse uiueret; nisi ideo uoluisset occumbere, ne nos uictos uideret. S.*
b *Respicit ad haec uerba Drancis lib. 11. dum Troia tentat castra, fugae fidẽs.*
c *A turpi. Obiecerat enim Drances, quod fugae tantum fideret, nec solus cum solo cõgredi auderet.*
d Q. d. *Non est miserum mori. Haec quaestio erudite a Cicerone disputatur in Quaestionibus Tusculanis.* e *Pathos ab auersione, ad inferorum manes, cum superos uideat in omnibus suis rebus sibi aduersari. Statuit omnino, in rebus desperatis pugnando mori.* f *Nulla post secundum pedem fit synaloepha, nisi ĩ quincto pede malis legere, Nescia· quam lectionem etiã Macr. uidetur agnoscere lib. 3. c. 3. modo emendata sint exemplaria.*
g *fugae.* h *Constructio Graeca, id est, quã habet* ἀνάξιος, *quae signif. indignum.* i *Nuncius, urbẽ undique oppugnari, ut ea occasione in suum exitium trahatur.* k *Homer. Il. 123.* l *Verba sane trepide nunciantis, periclitari urbem cum exaggeratione.* m *Id est, dubitat: Vel, tacite fert, & uocem prae animi aegritudine absorbet. Graeci* μύζειν, *dicũt, quae uox est loqui formidantium. a particula,* μυ, *Ne my quidem dixit, &* οὐδὲ γρὺ τὸ παράπαν.

Praeterea

Praeterea regina, tui fidiss[i]ma, dextra
Occidit ipsa sua, [a] lucemq. exterrita fugit.
Soli pro portis Messapus, & acer Atinas
Sustentant aciem: circum hos utrimque phalãges
Stant densae, strictisq. seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine uersas.
Obstupuit uaria [b] confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit: aestuat ingens [c]
Imo in cõrde pudor, mistoq. insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia uirtus.
Vt primũ discussae umbrae, [d] & lux reddita menti
Ardentes oculorum orbes ad moenia torsit (est:
Turbidus, eq. rotis [e] magnam respexit ad urbem.
Ecce autem flammis inter tabulata uolutus
Ad caelum undabat [f] uortex, turrimq. tenebat,
Turrim, [g] compactis trabibus quam eduxerat ipse,
Subdideratq. rotas, [h] pontesq. instrauerat altos.
Iam iam fata soror superant, absiste morari:
Quo deus, & quo dura uocat fortuna, sequamur.
Stat [i] conferre manũ Aeneae: stat, quidquid acerbi
Morte pati: nec me indecorẽ germana uidebis (est,
Amplius: hunc oro sine me furere ante furorem. [k]
Dixit, & e curru [l] saltum dedit ocius aruis:

a Pathos a modo: de quo Macr. lib. 4. c. 4.
b Hemistichium hoc cũ duobus sequentibus uersibus est etiam in lib. 10.
c multiplici nuncio. S. Vel potius. Obstupuit confusus uarijs rebus, quas sibi ante oculos ponit.
d Hac allegoria Turnũ ad nunciantis uerba obstupuisse, ac plane amẽtem, attonitumq. fuisse: & mox collectis consiliorum rationibus redijsse ad se significat. Nox, & caligo, pro tristitia, & animi exsternatione: uicissim lux pro laetitia, praesenti, & subita felicitate. e curru. A parte totum. Paullo post, - & e curru saltum dedit. f Incendium se effudit: in utroque translatio ducta est ab aqua ad ignem. g A descriptione turris, quae conflagrauit, cuius conspectu ardet opidanis laborantibus ferre auxilium. h quo posset ad ea loca trahi, quibus instaret hostis. Ser. i certum mihi est, decreui.
k Furere furorem, Pleonasmus est, ut Viuere uitam. l Magnus uerborũ impetus, & praecipitantia pedum in re ancipiti, ac uehementia Turni.

Perq. hostes, per tela ruit, maestamq. sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac, ueluti[a] montis saxum de uertice praeceps,
Cum ruit auulsum uento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa uetustas,
Fertur in abruptū magno mons[b] improbus[c] actū,[d]
Exsultatq. solo, siluas, armenta, uirosq.
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic[e] urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
Sanguine terra madet, stridentq. hastilibus aurae:
Significatq. manu, & magno simul incipit ore:
Parcite[f] iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini:
Quaecumque est fortuna, mea est: me uerius[g] unū
Pro uobis foedus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spatiumq. dedere.
At pater Aeneas, audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces;
Praecipitatq.[h] moras omnes; opera omnia rumpit,
Laetitia exsultans: horrendumq. intonat armis,
Quantus Athon,[i] aut quātus Eryx,[k] aut ipse[l] coru
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetq. niuali (scis
Vertice se attollens pater Apenninus[m] ad auras.
Iam uero & Rutuli certatim, & Troes, & omnes
Conuertere[n] oculos Itali, quiq. alta tenebant
Moenia, quique imos pulsabant ariete muros:

a Graui cōparatione non solum uim, uiolentiamq. Turni exornat dilatandae narrationis gratia, uerūetiam hyperbolice amplificat, quantum dicendo ualet. Homer. Il. lib. 13.
b pars montis.
c Diserte Improbus: nam studio reddidit Homericum epitheton, ἀναιδὲς. ἀναιδέος αἴχματα πέτρης: hoc est, ubi retinacula improbi saxi graui pluuia perruperit. de Hectore persequente Graecos ad naues usque.
d impulsu. S. e Homer. Il. 123. f Hom. Il. 30. 74. g Iustius. Sic Horatius, Verum est, pro, Iustum est, uel, Par est. h celeritate superat oēs moras. i Magnitudinem animi, & uires Aeneae, superlationibus amplificat, ne quid sublimitati rei, & ponderi desit. Athos quidam legunt, cuius ultima producitur, quia per ω, scribitur. k Mons in Sicilia est, ab Eryce in eo sepulto nomen sortitus. l Aut quantus ipse pater Apenn. cū fremit cor. il. m Intersecat Italiam mediam in longum. n Hom. Il. 74.

Armaq.

Armaq. deposuere humeris. stupet ipse Latinus,
Ingentes, genitos diuersis partibus [a] *orbis*
Inter se coiisse uiros, & decernere [b] *ferro.*
Atque illi, ut uacuo patuerunt aequore campi,
Procursu rapido coniectis eminus hastis,
Inuadunt Martem [c] *clypeis, atque aere sonoro.*
Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
Congeminant: [d] *fors,* [e] *& uirtus miscentur in unũ.*
Ac, uelut [f] *ingenti Syla,* [g] *summo ue Taburno* [h]
Cum duo conuersis inimica in proelia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri,
Stat pecus omne metu mutũ, [i] *mussantq.* [k] *iuuẽcae:*
Quis pecori imperitet, quem tot armẽta sequãtur:
Illi inter sese multa ui uulnera miscent,
Cornuaq. obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla, armosq. lauant: gemitu nemus oẽ remugit: [l]
Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros
Cõcurrunt clypeis: ingens fragor aethera complet.
Iuppiter [m] *ipse duas aequato examine* [n] *lances*
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet [o] *labor, & quo uergat pondere letũ.*
Emicat hic, impune putans, & corpore toto

a A loco. & natali.
b antiquam lectionem ait Seruius fuisse, Cernere.
c Incipiunt pugnare. Scal.
d Praepositio auget sonũ, & duos designat. Scal.
e casus in Turno, uirtus in Aenea.
f comparatione mirũ in modum ferociam utriusque ducis in congressu auget.
g Syla, mõ

te Bruttiorũ, qui hodieq. nomẽ retinet Pier. Vibius Sequester nemus Brut
tiorum, esse dicit. Seruius uero, Lucaniae, hoc est, extremae Italiae. Einsd:
mentionẽ fecerunt Sallustius in historia, & Cicero in Bruto, inquiens: Cũ
in silua Sila facta caedes esset: notiq. homines interfecti. Hunc locum pri-
mus ex lib. scr. restituit Fabricius. h Monte Apuliae, oleae feracissimo.
i Mutus metu, pro, exanimi, dixit ẽt lib. 9. Ita Ouid. 2. de Remedio: subito
muta dolore fuit. k Verbũ facticiũ modo absonũ a boum uoce, ut apud Ari
stoph. est uersu ex μυμυ Scal. l Remota metaphora a bobus ad nemus,
echo reddens ad taurorũ identidem geminatum mugitum. m Ho. Il. l. 22.
n Italice, Lenguella, dicitur. o Liberet. ut, Dannabis [illegible] uotis. S.
Quidam exp. Qui damnetur labore, & duro labori addictu sit.

Alte ſublatum conſurgit Turnus in enſem,
Et ferit. exclamant Troes, trepidiq. Latini:
Arrectaeq.[a] amborum acies. at perfidus enſis
Frangitur,[b] in medioq. ardentem deſerit ictu,
Ni fuga ſubſidio ſubeat. fugit ocior[c] Euro,
Vt capulum ignotum, dextramq. adſpexit inermẽ:
Fama eſt, praecipitem, cum prima in proelia iũctos
Conſcendebat equos, patrio mucrone[d] relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigae rapuiſſe Metiſci.
Idq. diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit.[e] poſtquã arma dei[f] ad Vulcania[g] uẽtũ eſt,
Mortalis[h] mucro, glacies ceu futilis, ictu
Diſſiluit: fulua reſplendent fragmina arena.
Ergo amens diuerſa fuga[i] petit aequora Turnus:
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes.
Vndique enim denſa Teucri incluſere corona:
Atq. hinc uaſta palus, hinc ardua moenia cingunt.
Nec minus Aeneas (quãquam, tardante ſagitta,[k]
Interdum genua impediunt, curſumq. recuſant[l])
Inſequitur, trepidiq. pedem pede[m] feruidus urget:
Incluſum ueluti[n] ſi quando flumine nactus
Ceruum, aut puniceae ſeptum formidine pennae[o]
Venator curſu canis, & latratibus inſtat:

a In ſpem, metumque utrimque.
b Ex Iliad. lib. 3. ubi ſimiliter Menelai gladius frangitur.
c Hyperbole per comparationẽ: de qua uide Quinctil. lib. 8. c. 6.
d Paterno enſe. nam Dauni fuerat gladius. l. IX.
e Sat fuit, ac ualuit in caedendis Teucris fugientibus.
f Aeneae.
g a Vulcano fabricata.

h Fragilis enſis, manibus humanis factus. Ab artif. mortali fabricatus. Sic uerſic. 797. Mortali uulnere, quidam exp. A mortali illato.
i Homer. in Iliad. 241. k Vulnere ex ſagitta illato.
l Inepta ſunt ad currendum. Scal. m Colluſio uocum, qua indicat Aeneam pedibus ſuis pedes Turni trepidantis, ob amiſſum enſem, curſu acriter inſequi. n Comparatio paene ad uerbum ex Apollonij Argonaut. tranſlata. o De linea, quae uario plumarum nexu diſcolor, terret apros, lupos, urſos: ſed potiſſimum ceruos. Sic & alibi. Turn.

Ille autem insidijs, & ripa territus [a] alta,
Mille fugit, refugitq. uias: at uiuidus umber
Haeret hians, iam iamq. tenet, similisq. tenenti [b]
Increpuit malis, morsuq. elusus inani est.
Tum uero exoritur clamor, ripaeque, lacusq.
Responsant [c] circa, & caelum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quemq. uocans: notumq. efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra, praesensq. minatur
Exitium, si quisquam adeat: terretq. trementes,
Excisurum urbem minitans; & saucius instat.
Quinque orbes explent cursu, totidemq. retexunt
Huc, illuc. nec enim leuia, aut ludicra petuntur
Praemia: sed Turni de uita, & sanguine certant.
Forte sacer [d] Fauni folijs oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim uenerabile [e] lignum:
Seruati ex undis [f] ubi figere dona solebant
Laurenti diuo, & uotas [g] suspendere uestes.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine [h] sacrum
Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneae stabat: huc impetus illam
Detulerat fixam, [i] & lenta in radice tenebat.
Incubuit, uoluitq. manu conuellere ferrum
Dardanides, teloq. sequi, quem prendere cursu
Non poterat. tum uero amens formidine Turnus,

a quo modo, insidijs? quia uidet instrumentum ad terrendas bestias factum.

b Locum hunc felicissime aemulatus est Ouid. lib. I. Metam. in fabula Daphnes: ubi simili utitur comparatione.

c per similitudinem, ob redditum ad clamorē sonum.

d Describit oleastrum ab usu, & relligione. Sacer est Fauno. Hic quondam lucus fuerat in agro Laurentum cum oraculo, qui Fauno dedicatus erat: ex quo religionis.

...ctus oleaster, a Troianis per errorem excisus conciderat.
e ob antiquitatem. f Qui fracta naui incolumes in litus eiecti fuerāt.
g id est, uoto promissas. Alias male legitur, Notas. Ser. h sine intuitu
religionis. i Fixam Seruius iungit cum seq. Plenum est (inquit) quam
radix fixam tenebat. Apud Don. legimus, & fixam, & mollem.

Faune precor miserere, inquit, tuq. optima [a] ferrum
Terra tene; colui uestros si semper honores,
Quos contra Aeneadae bello fecere profanos. [b]
Dixit: opemq. dei non cassa [c] in uota uocauit.
Namq. diu luctans, lentoq. in stirpe moratus,
Viribus haud ullis ualuit discludere morsus
Roboris Aeneas. dum nititur acer, & instat,
Rursus in [d] aurigae faciem mutata Metisci
Procurrit, fratriq. ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nymphae indignata licere,
Accessit, telumq. alta ab radice reuellit.
Olli [e] sublimes, armis, animisq. refecti, [f]
Hic gladio fidens, hic acer & arduus hasta,
Insistunt contra, certamine Martis anheli.
Iunonem interea [g] rex omnipotentis [h] Olympi
Alloquitur, fulua pugnas de nube [i] tuentem.
Quae iam finis erit, coniux? quid denique restat?
Indigetem [k] Aenean scis ipsa, [l] & scire fateris,
Deberi caelo, fatisq. ad sidera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?
Mortalin' [m] decuit uiolari uulnere diuum? [n]
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna ualeret?)
Ereptum reddi Turno, & uim crescere uictis?
Desine iam tandem, [o] precibusq. inflectere nostris:

a Pathos ex sermone conuerso ad rē inanimatā.
b Profanum quid dicatur, explicat Macr. lib. & c. 3. ex sententia Trebatij, ubi hunc locum citat.
c Quae non caret efficacia. Scal.
d Iuturna, assumpta Metisci aurigae imagine, fratri ensem suppeditat.
e Antithesis.
f Quod antea armorū inopia animi utriusq. torperēt. S.
g Transitio ad consultationem deorum, de fatis duorum principum.
h Vide, num Omnipotentis, legendum sit. i Docte, De nube: nam aeri praesidet. k Aenean a morte Iouem Indigetem appellatum fuisse, auctor est Liuius lib. 1. l A sua ipsius confessione, ut id, quod obijciat, nequeat infitiari. m Al. Mortalem, & Diuum, quod Iuturna, cum dea esset, Aenean adhuc mortalem uulnerauerat. n Subaudi, futurum. o Epilogus a benigna admonitione, ut ab incepto desistat: & admiscet affectus blandos, ut ferocem alioqui animum permolliat.

Nec

Nec te tantus edat[a] tacitam dolor: & mihi curae
Saepe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremum est. terris agitare,[b] uel undis
Troianos potuisti,[c] infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miscere hymnaeos:
Vlterius tentare ueto. Sic Iuppiter orsus:
Sic dea submisso contra Saturnia uultu.
Ista quidem[d] quia nota mihi tua magne uoluntas
Iuppiter, & Turnum, & terras inuita reliqui.
Nec tu me aeria solam nunc sede uideres
Digna, indigna pati:[e] sed flammis cincta sub ipsa
Starem acie, traherémq. inimica in proelia Teucros.
Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri
Suasi, & pro uita maiora audere probaui,
Non ut tela tamen,[f] non ut contenderet arcum:
Adiuro[g] Stygij caput implacabile fontis:
Vna superstitio superis quae reddita diuis,
Et nunc cedo equidem, pugnasq. exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor,[h] pro maiestate tuorum:[i]
Cum iam connubijs pacem felicibus (esto)
Component, cum iam leges, & foedera iungent,
Ne uetus indigenas[k] nomen mutare Latinos,

a Ita dictũ, ut, Est mollis flamma medullas. S. al.
b Coaceruatione malorum, quibus infestarit Troianos, concitat pathos.
c permittentibus fatis: quasi dicat, iam non potes: uincunt enim fata.
d Non ita se expurgat quidem Iuno, ut etiam obiecta fiteatur partim; partim in posterum fatis, & Iouis uoluntati se obtẽpe-
raturam promittat. e Quidlibet pati prouerbialiter. f Hinc intelligi
potest, auctorem uulneris Aeneae fuisse Iuturnam. g confirmat suã con
fessionẽ maximo superorum diuorum iuramento. Homer. Iliad. lib. 15.
h Ab obtestatione, quã extenuat, ut id, quod petat, Iuppiter negare nõ pos-
sit. i respexit ad Saturnũ, qui in Italia quãdoq. regnauerat. k Quod
hic Virg. uidetur afferere, Latij indigenas ante Aeneae aduentum Latinos
fuisse appellatos, pugnat nõnihil cũ Liuij sẽtẽtia lib. 1. ab Vrb. ubi Latinum
ad Aeneae usque aduẽtũ Aborigines incoluisse affirmat: qui postea Tro-
ianis commisti, uno nomine Latini fuerunt appellati. Vide Macr. lib. 3. c. 8.

Nea

Neu Troas fieri iubeas, Teucrosq. uocari,
Aut uocem mutare uiros, aut uertere uestes.
Sit Latium, sint Albani per saecula reges:
Sit Romana potens Itala uirtute propago:[a]
Occidit, occideritq. sinas cum nomine Troia.
Olli subridens hominum, rerumq. repertor:[b]
Es germana Iouis, Saturniq. altera proles:[c]
Irarum tantos uoluis sub pectore fluctus.[d]
Verum age, & inceptum frustra submitte[e] furorē.
Do quod uis,[f] & me uictusq. uolensq. remitto.
Sermonem Ausonij patrium, moresq. tenebunt:
Vtq. est, nomen erit, commisti corpore tantum
Subsident[g] Teucri: morem, ritusq. sacrorum
Adijciam,[h] faciamq. omnes uno ore Latinos.
Hinc genus,[i] Ausonio maestū quod sāguine surget.
Supra homines, supra ire deos pietate uidebis:[k]
Nec gens ulla tuos aeque celebrabit honores.
Annuit his Iuno, & mentem laetata retorsit.
Interea excedit caelo, nubemq. reliquit,
His actis, aliud genitor secum ipse uolutat.
Iuturnamq. parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminae pestes,[l] cognomine Dirae,

a Troiani Italorū nōmen accipiant, ut Ro. de Italis, non de Troianis uideātur progeniti. Ser. b Ellipsis: Subauditur enim uerbū, uicissim respondit. c Vocandi casus sunt: estq. beneuolētiae captatio a generis dignitate. d Alij cum interrogatione. e demitte. f Concedit blande Iunoni, quod alioqui sua sponte donaturus esset, ut gratiam ineat. g Remanebunt. Latebunt, Latinorum scilicet multitudine. Ser. h Amplificatio laudum posterorum Aeneae, & Latinorum, a pietate, cum in omnes deos, tum in Iunonem: & religione. i Per reges Albanos, Romanosque.
k Romanos intelligit, quos constat Sacrorum Iunonis religiosissimos fuisse cultores. Quin etiam Scipio Aemilianus tertio bello Punico simulacrum Iunonis sollemnibus quibusdam carminib. euocatum, Carthagine Romam aduexit. l A descriptione furiarum dilatatio narrationis. Has autem describit a parentibus, natali, habitu, sede, in qua cubant, & earū proprijs operibus, officijs, siue effectibus.

Quas,

Quas, & tartaream Nox intempesta Megaeram
Vno, eodemq. tulit partu, paribusq. reuinxit
Serpentum spiris, uentosasq. addidit alas.
Hae Iouis ad solium, saeuiq. in limine regis
Apparent,[a] acuuntq. metum mortalibus aegris,
Si quando letum horrificum, morbosq. deum rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.
Harum unam celerem demittit ab aethere summo
Iuppiter, inq. omen Iuturnae occurrere[b] iussit.
Illa uolat, celeriq. ad terram turbine fertur.
Non secus, ac[c] neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam saeui partus quam felle ueneni
Parthus,[d] siue Cydon,[e] telũ immedicabile, torsit,
Stridens, & celeres incognita transilit umbras.
Talis[f] se sata Nocte tulit, terrasq. petiuit.
Postquam acies uidet Iliacas, atq. agmina Turni:
Alitis in paruae[g] subito collecta figuram,
Quae quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serũ canit importuna per umbras.
Hanc uersa in faciem, Turni se pestis ad ora
Fertq., refertq. sonans, clypeumq.[h] euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor,
Arrectaeq.[i] horrore comae,[k] et nox faucib. haesit.
At, procul ut Dirae stridorem agnouit, & alas,
Infelix crines scindit Iuturna solutos,

a praesto sunt ad obsequiũ, unde Apparitores dicti. Ser.

b Vt Iuturnae omẽ fraternae mortis efficeret.

c Hyperbolica comparatione amplificat uelocitatẽ furiae, et quidem decore, spectans earum naturam, & effectus.

d Quod ei gẽti, ut Cretensib. mos patrius sit, in bello arcubus uti. Sed Parthis, fugiendo trans humeros in insequẽtes fugientibus similes retorquere, peculiare fuit.

e Cretensis. At lib. 10. proprium nomen priore longa. Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon.

f Taliter collecta: ex nimia scilicet furiae magnitudine. S.

g Periphrasis furiae.

h noctuae. nam bubo maior est. S.

i Idem uersus lib. 4. legitur.

k A signis timoris, ex oblato prodigio.

Vngu-

Vnguibus ora [a] ſoror [b] foedans, & pectora pugnis.
Quid nunc te [c] tua, Turne, poteſt germana iuuare?
Aut quid iam miſerae [d] ſuperat mihi? qua tibi lucẽ
Arte morer? talin' poſſum me opponere monſtro? [e]
Iam iam linquo acies: ne me terrete timentem
Obſcenae uolucres. [f] alarum uerbera noſco,
Letalemq. ſonum: nec fallunt iuſſa ſuperba
Magnamini Iouis. haec pro uirginitate [g] reponit?
Quo uitam dedit [h] aeternam? cur mortis adẽpta eſt
Condicio? poſſem tantos finire dolores
Nunc certe, & miſero fratri comes ire per umbras.
Immortalis [i] ego? haud quidquam mihi dulce meorũ
Te ſine, frater, erit. o quae ſatis ima dehiſcat
Terra mihi, manesq. deam demittat ad imos? [k]
Tantum effata, caput glauco contexit [l] amictu,
Multa gemens, & ſe fluuio dea condidit alto.
Aeneas inſtat contra, [m] telumq. coruſcat
Ingens arboreum, [n] & ſaeuo ſic pectore fatur:
Quae nũc deinde mora eſt? aut quid iã, Turne, retractas?
Nõ curſu, ſaeuis certãdũ eſt cõminus armis.
Verte omnes te te in facies, & contrahe [o] quidquid
Siue animis, ſiue arte uales: opta ardua pennis
Aſtra ſequi, [p] clauſumq. caua te condere terra.

a Idem uerſus numeris mutatis lib. II. b Iuturna: Pathos a geſtibus. c Pathetica querella de rebus fratris deſperatis, cui iam amplius nihil opis adferre poteſt. d Al. durae, id eſt, immiti. S. e Augurio ex Iouis uoluntate uenienti. f Inuidioſe dixit, ut de plur. cũ unica eſſet. g Ab indigno. h A finali cauſſa coarguit Iouis beneficium ſibi nihil prodeſſe, cum fratrem leto ſubtrahere non detur. i In quibuſdã uetuſtis exẽplaribus eſt. Iam mortalis ego haud &c id eſt, ſi iã eſſem mortalis, poſſem mea morte tãto dolori finẽ imponere. Donatus, & poſt Ego, & poſt Meorũ, interrogationem collocat. k Indignãtis hoc. l A ſigno doloris, ac triſtitiae, ſiue maeſtitiae. m Ad ſingulare duũ cum certamen, omiſſis deorum conſilijs, redit: & primum quidem refert quantis uiribus Aeneas Rutulum oppugnarit, nihil amplificationis praetermittens. n Aeneas ingens coruſcat telum arboreum. Ser. ne ſint duo epitheta. o collige. p Ab impoſſibili.

Ille

Ille caput quaßans: Non me tua feruida terrent
Dicta ferox: [a] dij me terrent, [b] & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquum ingens: campo qui forte iacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida [c] torquebat in hostem,
Altior insurgens, & cursu concitus heros.
Sed neque currentem se nec cognoscit euntem,
Tollentem ue manu, saxumq. immane mouentem:
Genua [d] labant, gelidus concreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse uiri, uacuum per inane uolutus,
Nec spatium euasit totum, nec pertulit ictum. [e]
Ac, uelut in somnis, [f] oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequidquam auidos extendere cursus
Velle uidemur, & in medijs conatibus aegri
Succidimus; non lingua ualet, non corpore [g] notae
Sufficiunt uires, nec uox, aut uerba sequuntur:
Sic Turno, quacumque uiam uirtute petiuit,
Successum dea dira negat. tum pectore sensus
Vertuntur uarij. Rutulos adspectat, & urbem:
Cunctaturq. metu, telumq. instare tremiscit:
Nec quo se eripiat, nec qua ui tendat in hostem,
Nec currus usquam uidet, aurigamq. sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam [h] oculis, & corpore toto

a Ferox uult Seruius iũgi cũ Hostis. atq. ita includẽda essent parenthesi, quae sunt interiecta. Sed dura esset haec traiectio.

b Trãsfert formidinis culpã ĩ deos auctores.

c Festina, uel re uera trepida: qa seq. Sed neque uir.

d Proceleus maticus pro dactylo in prima sede, quod genus uersus ἀκεφάλους uocant Grammotici.

e Euacuatus est impetus ipsius, spatio lõgiore. Ita Ser. qui dist. post Euasit. f Comparatio uerissima de somnio. g Antiptosis; pro, Corpori: ut Haeret pede pes; pro, Pedi. Nisi malis intelligi praepositionẽ: ut sit sensus: Vires non sufficiunt in corpore. h Quidã Fort. exp. Forte oblatã opportunitatem. Alij intel. Collimasse. Ser. exp. Oculis eligit locũ ad feriendum, quem fort. destinauerat uulneri.

Eminus intorquet. murali concita numquam [a]
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine [b] tanti
Dissultant crepitus. uolat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasq. recludit
Loricae, & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium [c] stridens transit femur. incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusq. remugit
Mons circum, & uocē late nemora alta remittunt.
Ille humilis, supplexq. oculos, dextrãq. precãtem
Protendens, Equidē merui, nec deprecor, inquit:
Vtere sorte tua. [d] miseri te si qua parentis
Tangere cura potest, oro: fuit & tibi [e] talis
Anchises genitor: Dauni miserere senectae:
Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis. [f] uicisti, & uictum tendere palmas
Ausonij uidere. tua est Lauinia coniux; [g]
Vlterius ne tende odijs. Stetit acer in armis
Aeneas uoluens oculos, dextramq. repressit.
Et iam iamq. magis cunctantem flectere sermo
Coeperat, infelix [h] humero cum apparuit alto [i]
Balteus, [k] & notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri: uictum quem uulnere Turnus
Strauerat, atq. humeris inimicū [l] insigne gerebat.

a Comparationes hyperbolicae tres congestae uires impetumq. Aeneae mirum in modum amplificant: & plurimũ loco huic ornatus afferunt & perspicuitatis. b pro, tonitru, sine quo numquã est fulmen. S. c Al. Lor. clypeique extr. s.o. Et med. idque rectius. d interfice hostem tuũ, in quē sors tua tibi dat potestatem. e Pathos a similitudine passionis. Macr. l. 4. c. ult. f Me redde meis, aut saltē meũ corpus sepeliēdum, ubi interfeceris. g certaminis caussa. h quia mortē attulit Turno, infelicitatis scilicet caussa existens. i Fabricius ait oēs libros ueteres, Ingēs habere, hãcq. lectionē cōs mutasse, qui bina uni nomini epitheta adiũgi uitiosum existimãt. Hoc tamē in decē uersib. poetã fecisse, annotauit alicubi Seruius. Fabricius in Bucolicis unum, unũ in Georgicis, octo in Aeneide obseruauit. k Balteus est militare cingulũ. Liu. l. 9. ab V. C. Auratae uaginae, aurata baltea illis erãt. l Pallãtis hostis sui bello a se ĩterfecti spolia.

Ille

Ille oculis postquam saeui monumenta doloris,
Exsuuiasq. hausit, [a] furijs accensus & ira
Terribilis: Tu ne hinc [b] spolijs indute meorum
Eripiare [c] mihi? Pallas te hoc uulnere, Pallas [d]
Immolat, [e] & poenã scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus. ast illi soluuntur frigore membra:
Vitaq. cum gemitu [f] fugit indignata [g] sub umbras.

a uidit ut l. 4. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto. b Quidam legũt, Terribilis: ne tu spolijs ind. &c. Alij, pro Hinc, habent Hic.

c Alij, Eripere: auctoritate codicum uetustorum. Nec desunt alteri parti sua exemplaria, quib. hanc lectionem asserimus.
d Proprij nominis repetitio, indignantis Aeneae speciem habet.
e Ad suae mortis & rupti foederis ultionem, te, tamquam hostiam, immolat Pallas amicus meus, Euandri filius. f Hom. in Il. 22. 245. ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει Ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην. Quo respexisse Q. Smyrnaeum lib. I. existimat doctissimus simul ac ingeniosissimus uir Ful. Vrsin. cum sic canit: ψυχὴ δὲ ἔμιγη πολυάεσιν αὔραις. g Vel, quia supplicis preces ab Aenea non audiebantur, uel, quia regno simul cum uita spoliatũ iri se certo cognoscebat. Superiori lib. post uers. 830. in morte Camillae hunc eundem uersum posuit. ubi annotat Ser. hanc uocem Indignata, moriendi difficultatem in iuuenili corpore indicare; quod non nego, sed nimis uulgatum esse existimo, quam ut Virgilij hoc loco sententiae conueniat. Videtur enim mihi poeta (ut aliquid dicam, & alios deinde audiam) peculiarem aliquem in Turno affectũ significare uoluisse. Hoc fortassis, quod supra ex Põpon. Laeto, monui, s. mortem deprecanti & supplici non fuisse parcitũ; quod uictis omnib. supplicib. concedi solere sciebat. Ideoq. dicit Vitaq. cum gemitu fugit indignata sub umbras.

FINIS.

QVOT. IN. VIRGILIO. VERSVS

ECLOGAE	I	84
	II	73
	III	112
	IV	63
	V	90
	VI	87
	VII	70
	IIX	109
	IX	67
	X	77
		832.
GEORGICA	I	514
	II	542
	III	466
	IV	656
		2178.
AENEIS	I	760
	II	794
	III	808
	IV	704
	V	871
	VI	901
	VII	814
	IIX	731
	IX	818
	X	908
	XI	905
	XII	751
		9765.



ECLOGAE	832
GEORGICA	2178
AENEIS	9765
	12775.

